GALLIA CHRISTIANA,

QVA SERIES OMNIVM ARCHIEPISCOPORVM EPISCOPORVM ET ABBATVM

FRANCIÆ, VICINARVMQVE DITIONVM, ab Origine Ecclesiarum, ad nostra tempora PER QVATVOR TOMOS DEDVCITVR.

Et probatur ex antiquæ fidei Manuscriptis, Vaticani, Regum, Principum, Tabulariis omnium Galliæ Cathedralium & Abbatiarum.

Opus Fratrum Gemellorum SCÆVOLÆ ET LVDOVICI SAMMARTHANORVM auctum, & primò in lucem editum

À PETRO ABELIO ET NICOLAO SAMMARTHANIS, SCÆVOLÆ filiis; LVDOVICI nepotibus.

TOMVS IV.

LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud PETRVM MENARD Bibliop. Iuratum, viâ Veteris Enodationis, iuxta terminum Pontis D. Michaëlis, sub signo Boni Pastoris.

M. DC. LVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS, ET MANDATO CLERI GALLICANI.



INDEX ALPHABETICVS
EPISCOPATVVM
QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR.

MAGALONENSIS,	*Maguelone.*	pag. 553
Malleacensis,	*Maillezais.*	633
Massiliensis,	*Marseille.*	638
Matisconensis,	*Mascon.*	677
Maurianensis,	*Morienne.*	691
Meldensis,	*Meaux.*	694
Metensis,	*Mets.*	707
Mimatensis,	*Mande.*	716
Mirapicensis,	*Mirepoix.*	738
Monspeliensis,	*Montpeslier.*	618
Montalbanensis.	*Montauban.*	744
Namurcensis,	*Namur.*	758
Nannetensis,	*Nantes.*	759
Nemausensis,	*Nismes.*	773
Niciensis,	*Nice.*	785
Niuernensis,	*Neuers.*	791
Nouiomensis,	*Noyon.*	809
Olorensis.	*Oloron.*	828
S. Papuli,	*S. Papoul.*	834
S. Pauli Tricastin.	*S. Pol Trois Chasteaux.*	845
Petrogoricensis,	*Perigueux.*	853
Pictauiensis,	*Poitiers.*	865
Podiensis,	*le Puy.*	908
S. Pontij Tomeriarum.	*S. Pons de Tomieres.*	921
Redonensis,	*Rennes.*	923
Reiensis,	*Riez.*	934
Riuensis,	*Rieux.*	947
Rupellensis,	*la Rochelle.*	950
Ruremondensis,	*Ruremonde.*	954

Rutenenſis.	*Rodez.*	952
Saienſis,	*Sais.*	960
Santonenſis,	*Saintes.*	975
Sarlatenſis,	*Sarlat.*	988
Sedunenſis,	*Sion.*	1000
Senecenſis,	*Senés.*	1001
Siluanectenſis,	*Senlis.*	1016
Siſtaricenſis,	*Siſteron.*	1027
Spirenſis,	*Spire.*	1036
Sueſſionenſis.	*Soiſſons.*	1040
Tarbenſis,	*Tarbe.*	1058
Tolonenſis,	*Tolon.*	1060
Tornacenſis,	*Tournay.*	1068
Trecenſis,	*Troyes.*	1075
Trecorenſis,	*Treguer.*	1090
Tullenſis,	*Toul.*	1094
Tutellenſis.	*Tulles.*	1102
Vabrenſis,	*Vabres.*	1107
Valentinenſis,	*Valance.*	1108
Vapincenſis,	*Gap.*	1122
Vaſionenſis,	*Vaiſon.*	1133
Vaurenſis,	*l'Auaur.*	1140
Vceticenſis,	*Vſez.*	1144
Vencienſis,	*Vence.*	1148
Venetenſis,	*Vannes.*	1154
Virdunenſis,	*Verdun.*	1161
Viuarienſis.	*Viuiers.*	1173

INDEX DECANORVM ET PRÆPOSITORVM.

PRÆPOSITI	Magalonenſes,	pag. 631
Præpoſiti	Maſſilienſes,	675
Præpoſiti	Nemauſenſes,	784
Præpoſiti	Saienſes,	975
Præpoſiti	Tolonenſes,	1066
Præpoſiti	Tutellenſes.	1106
Decani	Matiſconenſes,	690
Decani	Nannetenſes,	772
Decani	Nouiomenſes,	826
Decani	Pictauienſes,	905
Subdecani	Pictauienſes,	907
Priores	Saienſes,	975
Decani	Trecenſes,	1088
Decani	Tutellenſes.	1105

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII.

LVDOVICI XIV. *Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate cautum est, ne quis in Regno, aliisue locis eius ditioni subiectis, vltra nouennium à die impressionis primæ absolutæ in regionibus Christianissimæ Maiestatis, & publicationis exemplarium, imprimat, diuendat, vel alio quouis modo typis edendum curet Librum, qui inscribitur,* Gallia Christiana, &c. *præter Sanmarthanorum fratrum Regis Historiographorum voluntatem, aut permissum, vel illos quibus ipsimet concesserint. Prohibitum quoque eadem auctoritate Regiâ omnibus subditis, eundem Librum alibi terrarum impressum in Galliam importare, aut venalem habere: mulctâ indictâ confiscationis exemplarium, & aliis grauioribus pœnis, si quis aduersus ea secus fecerit, prout fusiùs videre est in Regiis literis. Datis Lutetiæ secundâ die Martij anno* MDCLIII. *Sic signatum. De mandato Regis* IVSTEL.

CESSIO PRIVILEGII.

Præfati Sanmarthani concessère Petro Menard, Carolo du Mesnil, viduæ Geruasij Alliot, Edmundo Pepingué, & Ioanni Guignard Typographis Parisiensibus, vti Priuilegio ad nouem annos. Actum Lutetiæ XIII. Augusti 1655.

Prima Editio huius Tomi perfecta fuit 26. die mensis Iunij 1656.

GAL. CHR.
MAGAL.

GALLIA CHRISTIANA.

MAGALONENSES EPISCOPI.

MAGVELONE.

A SICVT Arca Fœderis duas sedes potissimùm ante Sionis montem obtinuit, ita hæc basilica antequàm in Monte Pessulano sedem figeret, priùs Magalonæ, deinde Sustantione Præsules habuit. Magalona quidem posita in ditione Arecomicorum Volcarum, stagno circumfusa, & mari Mediterraneo in insulâ iacet : à Magdo, conditore vrbis vel Magdalo arce, nomen accepisse vulgò creditur; aut quia mediâ sui parte mare magnum respicit. De eâ mentio in Notitiâ Ciuitatum Antonini & Constantini, & aliis Prouinciarum Galliæ. Inter Occitaniæ vrbes mercaturis nulli ferè cessit antiquitùs, & piratis maria deprædantibus frænum imposuit; inde stationem nauibus tutam fuisse, vrbem opulentam, ciuésque generosos concluditur. Posteà à Romanis deuicta est, tum à Vuisigothis expugnata, eorúmque imperio subdita, eam ad annum vsque 715. occuparunt, cùm eorum regnum desiit, Sarracenis id inuadentibus, & vastantibus Magalonam; sed à Carolo Martello cæsis fusísque, cùm reliquiæ exercitus Narbonam, Agatham, & Magalonam se recepissent, vt hac peste Martellus Galliam purgaret, eos circa an. 732. iis vrbibus expugnatis & incensis penitùs deleuit. Euersâ Magalonâ à Carolo, Episcopi Magalonenses Sustantione sedem habuêre, quæ in Peutingeri tabulis Serratio, ab aliis Sustatio, Sostatio, & Sextatio variis in Itinerariis, & à Theodulpho Aurelianensi Sextantio lib. 1. carm. vocitatur. Ciuitas in præruptis rupibus posita, Ledi aquis imâ sui parte alluitur : certè de eius origine aut nobilitate primis sæculis non constat, benè quidem post Caroli Calui regnum Comites suos habuisse; sed Arnaldus Episcopus circa an. 1060. iterum Magalonam reuersus, ab eodem ciuitas cùm Cathedrali restauratur. De hoc Verdala in Annalibus:

B « Ciuitas Magalonæ anteà famosa, & opibus ditissima apud veteres floruerat; erat enim ibi portus maris, vocatus portus Sarracenorum vsque in hodiernum diem, ad quem per gradum galeæ liberum habebant ingressum, sed temporibus magni Imp. Caroli, ipso iubente destructa fuit, non in odium Ecclesiæ, sed ideò quòd Sarraceni ad ipsam per gradum habebant refugium, & castra seu oppida circumuicina, quæ tunc erant modica, pro eo quòd Monspessulanus nondum constructus fuerat, deuastabant,

C quæ ciuitas Magalona per Carolum funditùs destructa, nec Christianis habitaculum, nec paganis refugium exhibebat : sed quamuis pristini decoris honorem perdiderit, nomen tamen retinuit, & caput esse Episcopij non reliquit. Destructio ergo huius ciuitatis causa, quare libri, regestra, instrumenta, priuilegia & antiqua alia monumenta fuerunt pro »

„ maiori parte perdita & etiam dissipata, propter quod fundamenta huius Ecclesiæ, seu gesta Patrum præcedentium minimè potuimus inuenire. Tunc Canonici sæculares numero XII. in eadem Ecclesiâ existentes, ad ciuitatem Sustantionem, quæ tunc iuxta Castrumnouum satis fortis existebat, confugerunt, & ibidem trecentis annis permanserunt; pauci Clerici, seu presbyteri, qui cantandi habebant officium, in eadem Ecclesiâ apud Sanctorum relliquias, quæ multæ ac pretiosissimæ ibidem, & vsque hodie seruatæ sunt, officiola sua celebrabant, & inde Magalonam rarissimè Pontifex accedebat: quæ quidem desolatio per multa succedentium temporum & Episcoporum curricula perdurauit: nec aliquis qui manum præberet, extitit; sed suscitauit Deus sacerdotem fidelem, is fuit Arnaldus huius nominis primus, qui dirutam Magalonensem Ecclesiam reparauit. Templum Cathedrale, in quo tumuli Præsulum, adhuc integrum superest vnicâ è ruinâ totius vrbis, & propugnaculi, quod paucis à lustris euersum est. Monspelium denique Magalonenses Episcopos excepit 1536. translato Francisci I. Regis assensu, Magalonensi Episcopio in Montempessulanum, cùm Magalona bellorum fato, & aeris inclementiâ, tum ciuium paucitate inculta, & penè deserta fuisset: è contra verò Monspelium loco opportuno situm, puro aere & saluberrimis ventis perflatum, Ledo fluuio vicinum, agri circumiacentes vino, oleo, tritico feraces, horti floribus suauissimis halantes, domus magnifico apparatu assurgentes; vrbs deniq; munita in formam quadratam, Præsules & Canonicos ad eam appetendam incitarent, maximè vt diuino cultui commodiùs inseruirent.

Hæc quidem ciuitas non antiquitate commendanda, sed prædictis titulis commoda, Sede Episcopali longè augustior facta, Monspelium, aut Monspessulanus, quasi mons in pede Lani fluuij vocatur, à Roberto Cenali quasi Mons Pisciculanus, aliis Mons Pullerius, à Beniamino Tudelensi, dicitur Mons Tremulus. Probabiliùs à Monte Puellarum vocatur, nempe monialibus S. Fulcranni quæ inibi habitant; aut iuxta Verdalam refectentê ex auctore sic dictam vrbem A à binis Virginibus, iisdémque sororibus, Montempessulanum, & Monpessulanum arces geminas Magal. Eccl. necnon Ricuini Magalonensis Antistitis adiectas esse dominio, clientelari fide possidendas. Magalonâ autem dirutâ & vicinis pagis, eorum incolæ ad eas arces geminas fugêre, & casas humiles primùm struxêre, tum Sustantionis & Lataræ: hûc quoque ciues transmigrarunt, & adnitentibus maximè Episcopis, & Comitibus Sustantionis, è ruderibus huius vrbis ornatissimas domos excitarunt, quæ octauo & nono sæculo facta potissimùm autumant.

B Porrò vrbs sex in regiones aut sextantes diuiditur, quælibet Ecclesia habet parochiam nempè Sanctorum Firmini, Pauli & Mathæi, S. Fidei S. Crucis & S. Annæ. Primùm quidem ciuitas Antistitum legibus moderata, tum dynastas habuit Guillelmos nobilissimos, deinde Arragoniæ & Maioricæ, postcà Franciæ Reges, qui eam Nauarreis cessêre, à quibus eam tandem receperunt. A S. Ludouico strictioris Sigilli conclaui insignita est, subinde accessêre Subsidiorum, Computorum, Quæstorum Curiæ, & Præ- C sidialis Tribunalis sedes. Hortus regius, quo plantæ omnis speciei medicinæ vtiles diligenter excoluntur extra vrbem, & cùm hoc solo plurimùm delectentur, inde factum, vt ibi præcipuè Medicorum Schola floreret; quanquam & Academiæ cæteræ partes non ignobilem locum teneant. Instituta est eo tempore, vt creditur, cùm Sarracenis pulsis Hispaniâ, Medicina cùm discipulis Arabum, Auicennæ & Auerrois hûc migrauit teste Merulâ, aut anno 1196. Plura habet Gymnasia, amplissimum est ab Vrbano Pontif. summo conditum & do- D tatum, alterum ab Henrico 3. Rege: tertium vocatur de Viridario. Schola Iuris habet quatuor Regios Professores. Quod spectar ad templa, Cathedralis D. Petro sacra, insignis structurâ, ex saxis prægrandibus in loco patenti constructa, sed à Segregibus impio furore deleta, aut incensa cùm 35. aliis Ecclesiis anno 1561. vt notat Thuanus. Quinque supra quinquaginta, aut intra mœnia, aut septa suburbiorum sacris ædibus floruisse vrbem asserit Gariellus, pretiosis lypsanis ornatis, xenodochiis duodecim, cœnobiis pluribus, quæ ab hoc tempore

restaurari nondum potuêre, præter paucas, nempe sancti Petri, beneficio Richelij Cardinalis, qui anno 1619. eò cum Rege profectus, vrbe expugnatâ pecuniam assignauit, quâ pristino decori restitueretur. Capucini hîc habent cœnobium in vrbe, Dominicani in Ecclesiâ S. Matthæi, Trinitarij, Pœnitentes in templo S. Crucis; extra vrbem sunt arctioris obseruantiæ Franciscani, Moniales S. Guillelmi antiquiores, ac Visitationis nuper institutæ sunt. Nec obmittendum quód aliàs Episcopus gaudebat iure cudendæ monetæ, & regnum Maioricæ fuerit in feudo pendens ab Ecclesiâ Magalonensi, à quâ Rex Galliæ ius acquisiuit vassaliticum, vt obseruat Carolus de Grassalio Carcassonensis tractatu de Regalibus: tertia quoque pars Monspelij vrbis dicta Rectoria, ad Episcopale ius pertinebat. Montisferrandi Comitatus & Melgorij spectat ad Antistitem cum oppidis de Baraue, le Terrail, les Matelles, Muruiel, & pluribus pagis; ad Capitulum verò vetus Ecclesia Magalonensis, & Villa noua non longè distans. Abbatiæ hæ reperiuntur in dioecesi.

ANIANA *Aniane* OB.

GIGANUM *fœminarum. Gigean* O C.

S. GENESII *fœmin. S. Genes.*

VIGNEGOUL *fœmin.* O C.

Episcoporum autem seriem antiquiorem scriptis mandauit Arnaldus de Verdalâ Præsul Magalonensis, catalogum quoque Catellus suis Occitanicis inseruit. Petrus Gariellus Iuris vtriúsque Doctor, in Cathedrali Monspeliensi Canonicus & Decanus, vir de Ecclesiâ suâ benemeritus, iam pluribus ab annis huius Episcopatus Historiam ex veteribus monumentis texuerat, tandem cum anno MDCLII. de Præsulibus Magalonensibus & Monspeliensibus opus absolutissimum in lucem ediderit, ab eo ferè totum quod subiicimus, ei debebit posteritas. Atque vtinam qualibet in dioecesi, Canonici sicut iste inter eos illustris, aut ipsi Antistites quemadmodum Verdala, Gregorius Tur. & plures alij, suarum Ecclesiarum origines & monimenta posteritati tradere curauissent, cùm iis omnia suppetant instrumenta, quibus historia Ecclesiastica maximè posset illustrari, publicum commodum adiuuari, fides & religio promoueri, hæresis confundi: quæ nobis magnis & diuturnis laboribus, summis impensis, solicitudine incredibili, ex omnibus non tantùm Galliæ, sed multarum exterarum nationum scriniis eruenda fuerunt.

1. ÆTHERIUS, à quo indicem Episcoporum Magalonensium exordimur, non à Simone, quem Protopræsulem suum statuit Gariellus: is est qui epistolæ synodicæ cum aliis Episcopis Galliæ subscripsit ad Leonem Papam anno salutis 451. & quamuis iuxta Sirmondum in Conciliis Galliæ non dicatur Magalonensis Episcopus, nec cuius sit Cathedræ Antistes, sed ita subscripserit: *Ætherius Episcopus sanctitatem tuam in Domino saluto*: tamen hoc clarè habetur in vetustissimo manuscripto eruditi Sauaronis, ex quo doctus Polycarpus de la Riuiere Carthusiæ Bonipassus quondam Prior descripsit, & indicauit chirographum Præsulum Galliæ ad eam epistolam hoc anno 451. sic recenseri. Rusticus Episcopus Narbonensis, Helladius Episcopus Ludouensis, Ætherius Episcopus Magalonensis, Eugenius Episcopus Nemausensis. Cæterùm ex Rasis Arabis obseruationibus, cuius meminit Ioannes Mariana cap. 16. lib. 6. Rerum Hispanicarum, constat Magalonam à Siluestro I. Constantini Magni precibus accepisse publicam sedis erectionem, atque inter impetratos sex Episcopos post Narbonam, Biterrim, Tolosam, designatur Magalona, vt cum aliis hanc Galliæ partem constituti Pontifices pastorali curà administrarent. 451.

2. VINCENTIUS, quem ex citato manuscripto Sauaronis constat Magalonæ sedisse anno 550. & magno Firmino fuisse coætaneum. Is esse creditur quem Saxius in Arelatensi Pontificio commendat his verbis. De Messano presbytero est elegans epistola in nostro codice, de consecratione Ecclesiæ D. Hermetis ad Vincentium Episcopum. 550.

572. 3. Viator anno 572. interfuisse A Synodo Bracarensi 2. scribitur apud Ambrosium Moralem lib. 11. Chronic. Hispaniæ cap. 62. cui opinioni Rases Arabs, & Vasæus, necnon Catellus in Occitanicis adstipulantur, sed huic sententiæ non addit calculum Gariellus, quinimò vnquam Pontificem fuisse ambigit; in hac enim synodo nullum adfuisse Episcopum vult, nisi qui Bracarensi Metropoli aut Lucensi subditus esset, & probat ex eo quòd sub Martino Bracarensi Metropolitâ celebrata sit synodus, deinde quòd Magalonenses tunc nunquam adessent nisi iis synodis quæ in regno Gothorum celebrabantur; Bracaram verò tunc illis non paruisse. Denique Viator non dicitur Magalonensis, sed Magnetensis Antistes, quanquam id vitio scriptorum factum putent, vt Magnetensis, pro Magalonensi dicatur Episcopus, immò in Miræi Geographiâ, nec in Ioannis Gerundensis paralipomeno Hispaniensi, quo Cathedrales Ecclesiæ Bracaræ suffraganeæ memorantur, Magnetensis Ecclesiæ nulla fit mentio; apparet solùm ex editione Conciliorum Coloniæ Agrippinæ 1552. subscripsisse Viatorem synodo Bracarensi, titulo Magalonensis Ecclesiæ Pontificis, non Magnetensis, quam sedem nullam fuisse sub Bracarensi Metropolitâ constat ex confessione Gariellis.

4. Boetius, magno Boëtio ferè coæuus nomine & virtutibus, cuius fides & fortitudo enituit, cùm se Arianorum conatibus impauidus opposuit. Reccaredus Leuuigildi Gothorum in Hispaniâ Regis filius, regníque hæres, post eiuratam Arianam hæresim, Concilium tertium Toleti celebrandum indixit, cui Boëtius per Genesium subscripsit hac formâ. *Genesius in Christi nomine Archidiaconus Ecclesiæ Magalonensis, vicem agens Domini Boëtij Episcopi subscripsi.*

589. Eodem anno Christi 589. Narbonensi synodo ab eodem Reccaredo indictæ cum sex aliis prouincialibus Episcopis ita calculum adiecit: Boëtius in Christi nomine Ecclesiæ Magalonensis Episcopus in has constitutiones interfui & subscripsi. Gerundam profectus inuenitur, cùm Reccaredus S. Felicis tumulo regni coronam imposuit, vt notat Rodericus.

5. Genesius, vel Genesius, Archidiaconus Magalonensis Ecclesiæ fuisse coniicitur, eâque fortassis dignitate functus sub Boëtio, cuius vices egerat in Concilio Toletano tertio. Factus Episcopus alteri synodo 4. Toletanæ interfuit iuxta Baronium non anno 597. sed meliùs vt correxit Spondanus an. 601. Recca- 601. redi Regis XII. Genesij istius nomine synodo Toletanæ 5. quæ propriè quarta vocitatur anno 633. Stephanus Archidiaconus eò delegatus signum apposuit, præsidente Concilio Isidoro Hispalensi singularis eruditionis B Antistite. Quidam post Genesium Eumerium quendam, aut Georgium Præsulem Magalonensem Toletano Concilio sedisse volunt anno 652. vel 655. sed Eumerius iste inter 652. Abbates tantùm locum obtinuit, & Georgius Agathensis Antistes, non Magalonensis inscribitur.

6. Gvimildvs siue Guimilus, qui & Gumildus, ac Wimildus cognominatur, arrogans & factiosus in sedem irrepsit anno 672. aut ex Beu- 672. C tero 677. Pseudopontificem Rodericus Toletanus appellat. Hic & Ramirus Abbas se Nemausensi Comiti adiunxit, qui Iudæorum partes fouebat contra Recessuindum Regem, qui eos regno suo expulerat: mortuo Recessuindo, Vuamba Rex Toletanus successor, horum perduellium furorem qui Galliam Gothicam cæde & incendio vastabant, inhibuit, & dum Magalonæ terrâ maríque milite cinctæ iustus vltor immineret, consternatur insperato belli nuncio Gumildus, deserto grege Nemausum ad Paulum Ducem Gothiæ, Vuambæ rebellem confugit, de hoc D enim Iulianus Toletanæ Sedis Episcopus scribit his verbis: In Magalonensi vrbe Gumildus loci Antistes, cùm ad obsidionem sui circumfusum videret exercitum, vrbémque ipsam non tam ab his qui per terras pugnaturi accesserant, quàm ab his cingi qui nauale prælium acturi per maria commeauerant, huius rei clade perterritus compendij viam arripuit, Nemausúmque se cum Paulo socium contulit. Sed cùm exercitus Hispaniæ Gumildum effugisse persensit, ciuitatem mox Magalonensem non dissimili victoriâ cepit. Expugnatâ vrbe

& capto Gumildo, victor Vambare- A belles raso capite, pedibus nudatis, saccis induti, camelis impositi, per Magalonam cum spectantium sibilis traducti sunt. Gumildus qui eiecto per Ildericum, & arctè loris adstricto Aregio Nemausensi, beatæ vitæ Præsule (sicuti Gumildum nostrum idem Iulianus, detestandum Magalonensis Sedis Antistitem appellat) quòd impiis rebellium conatibus obsisteret, & Ramirum Abbatem ab eodem subrogatum consecrarat, sic pertinaciam sacrilegio cumulans, lumine orbandus, ni deprecator adfuisset Argebadus Narbonensis B Archipræsul, diu in vinculis detentus, Cathedræ administratione priuatur: à ciuibus autem Magalonensibus per Vincentium Diaconum legatum repetitus Guimildus, aut alius qui eius officio fungeretur, annuente Vuambâ sedi imponitur Vincentius. De hoc Præsule frequens mentio apud citatum Iulianum Toletanum, cùm, vti supra memoratum est, annis
673. 673. & 674. pro Paulo Duce aduersùs Vuambam Regem staret.

7. VINCENTIVS II. non genere sed virtutibus clarus, pietatis cultor assiduus in Concilio Toletano C
683. XIII. subscribens anno 683. pridie Nonas Nou. cum reliquis Episcopis, Eruigij Regis, Vuambæ successoris præclarum religionis cultum collaudauit: quandiu vitam protraxerit Vincentius, incertum, & an adhuc sederet, cùm Carolus Martellus Maior domus Regiæ, Magalonam, quòd esset prædonum Saracenorum receptaculum euertit; tum Canonici Sustantionem fugêre, vt ibi sacra peragerent. Inculta deinceps & deserta fuit insula Magalonæ vsque ad Arnaldi Præsulis tempora, vt fusiùs narrant acta S. Antonini Appamien- D sis Martyris. Porrò per sæculum aut circiter deflenda fuit non solùm Magalonensis; sed & omnium fermè Galliæ Ecclesiarum facies, quæ auaritiâ Principum, & ambitione aulicorum, cum Sacerdotia aut venderentur, aut militibus quasi in prædam traderentur, in miserabilem trahebatur ruinam.

788. 8. IOANNES I. anno 788 Concilio Narbonensi aduersùs Felicem Vrgelitanum, & pro diuisione ac determinatione limitum Archiepiscopatus subscribit. Cui etiam Amicum Comitem Magalonensem S. Benedicti Abbatis Anianensis fratrem, & inde, à Saxio & nonnullis aliis inter Episcopos malè recenseri affirmat Gariellus; constat enim Amicum poni Comitem, qui nunquam Episcopus fuit; at in exemplari huius Synodi à Catello vulgatę, nominatur tantùm in actis Concilij, non autem subscriptus reperitur cùm aliis Episcopis.

9. STABELLVS, seu Stabulus, qui & Stabilis nuncupatur, societatem habuit cum sapientissimis viris, quos inter numerantur Atilius, Ananus, & Nebridius. Floruit anno 804. 804.
quo ferunt tabulæ Anianenses, adfuisse cum plurimis Episcopis consecrationi altaris S. Saluatoris de Aniana; cui Ardo monachus tradit in vitâ S. Benedicti Anianensis, in Monasterio Indæ è vitâ migrantis felicem obitum reuelatum fuisse.

10. RICVINVS I. præfuit Magalonensi Ecclesiæ ad an. 817. in ve- 817.
tustis membranis vir litteratus dici- « tur, in omni morum honestate præ- « clarus, strenuissimus pro Christi fide « miles, cui Ludouicus Pius Impera- « tor multa dona & priuilegia conces- « sit. Hoc annitente Præsule Monspelium in oppidi speciem aliquam primùm coaluit, & Sustantionis Comites Monspelij primi conditores sacellum ibi erexêre, quod Ricuinus Virgini Deiparæ dicauit, nunc dicitur templum Tabularum. Auctum est Monspelium Hispanorum habitatione, nam ex Fuldensibus Annalibus habetur, Ludouici Pij Imp. diploma quo iis ius facit nonas domos in agro Monspelij ædificandi, cuius documenti exemplaria dirigit Magalonensi Antistiti, Comiti, & Hispanis aduenis.

11. ARGEMIRVS in defuncti Ricuini sedem declaratus est Episcopus. Bernardus Septimaniæ Dux ei Fulboldum substituit, virum quidem diuitiis & genere conspicuum, sed meritis degenerem, & alieni præter cæteros apperentem, quem plebs & Clerus cum minimè probaret, Fre-

dolum Sustantionensem nobilem virtute clarum elegêre; inde graues suborta contentiones, eas composuit Ludouicus Pius Imp. cum Argemi-
818. rum Præsulem renunciauit an. 818. nuper apud se legatione strenuè obitâ. Ille statim aulâ relictâ possessionem adiit, mandatis priùs & literis instructus, quibus dissidentes animos ad côcordiam reuocaret. At Bernardus repulsam passus, vindictæ appetens, vastat agros, ædes euertit, templa diripit, in Argemiri fautores sæuit; de his Magalonensibus nobilibus apud Regem conquærentibus, Bonifacium & Donatum Comites ac vnà Adrebaldum Abbatem mittit, qui Bernardi conatus cohibent, & erepta sacris ædibus restitui curant. Cùm autem Argemirus apud Regem gratiâ valeret, ab eo obtinuit, vt ea quæ à Martello Principe Magalonensi Ecclesiæ distracta fuerant, restituerentur, de his Verdala sic scribit: « Inter cætera beneficia quæ » Magalonensi Ecclesiæ Ludouicus » Imp. plurima contulit, Sanctissimo » Argemiro Eccl. Magalon. præsulante, pro æternæ vitæ præmio capessendo, Villamnouam propè Magalonam, quam Carolus Martellus eius » proauus in odium Saracenorum Ecclesiæ obtulerat, prout in priuilegiis » suis continetur, pleno dominio in » perpetuum possidendam restituit: » prætereà villam de Terrali, villam de » Bajanicis, villam de Vedatio, villam de Monrellis, villam de Chauleto, & villam de Cocone cum omnibus pertinentiis suis eidem Episcopo donauit; en diploma cessionis Villænouæ, quod in a mario Magalonensi hâc serie verborum legitur.

I N N O M I N E *Domini Dei & Saluatoris nostri, Iesu Christi. Ludouicus diuinâ ordinante clementiâ Imperator Augustus. Constat nos diuinâ ordonante gratiâ cæteris mortalibus supereminere; vnde aportet, vt cuius præcellimus munere, studeamus modis omnibus Ecclesiasticis rebus opem ferre. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris, seu successoribus nostris fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, quia placuit nobis pro mercedis nostræ augmento, & æternæ remunerationis fructu, quandam villam quæ est in territorio Magalonensi, cuius vocabulum est Villanoua, sicuti eam Robertus Comes in beneficium habuit, Ecclesiæ S. Petri Magalonensis, vbi deo auctore* ARGEMIRVS *præest, quia, constat eam ex prædictis rebus fuisse, cum omni integritate reddere, ita duntaxat, vt quidquid Rectores ac ministri prædictæ Sedis deinceps pro opportunitate ipsius Ecclesiæ de eadem villâ, vel de iis quæ ad eam moderno tempore pertinent, facere voluerint, libero potiantur arbitrio ad hæc facienda. Et ideo omnibus præcipimus ac per litteras statuimus, vt nullus quilibet fidelium nostrorum tam præsentium quam futurorum, prædictam villam cum omnibus ad se pertinentibus de prædictâ sede abstrahere, aut aliquid imminuere, aut iniustam interpellationem ingerere præsumat; sed sicut à nobis iniunctum est, & per hanc nostram authoritatem prædictæ Ecclesiæ confirmatum ita perpetuò permaneat. Et vt hæc authoritas firmiter habeatur, & per futura tempora meliùs conseruetur, de annulo nostro subter iussimus sigillari. Signum Ludouici Serenissimi Imp. Durandus Diaconus ad vicem Helisachar recognouit. Datum Idib. Martij anno Christo propitio 6. Imperij dom. Ludouici excellentissimi Augusti, indict.* XII. *Aguisgrani in palatio regio in Dei nomine feliciter Amen.* Tum idem Imperator peculiari diplomate asseruit se Ecclesiam Magalonensem, cùm omnibus ad eam iustè & legaliter spectantibus, sub suâ constituere deffensione, immunitate & tuitione, qualiter Clerici in eâ sede degentes Deo liberiùs valeant militare. Interim Argemirus Monspelij parochias primùm ordinat, beatis Dionysio, & Firmino Vceticensi Episcopo exciter; denique vir plenus meritis & cœlo dignus, vt testatur vetus manuscriptum, animam exhalauit.

12. A B B O nomen adposuit canonibus synodi Tricassinæ 2. anno 878. 878.
& Nemausensi Concilio in villâ Portuan. 886. ex tabulis Ecclesiæ Narbonensis; memoratur in aliis monumentis anno 890.

13. G O N T A R I V S recensetur inter Episcopos qui Synodo apud Iuncherias territorij Magalonæ, in Ecclesiâ S. Vincentij 12. Non. Maij an.
894. adfuerunt, quæ Vincentij basilica olim celebris, postâ Galtero Episcopo 1161. Benedictinis Cæsædei con- 894.

cessa est; originalis autem traditionis tabula Iuncherias habet, non Iuniarias vt expressè notat Catellus: illud verò S. Vincentij templum à sectariis dirutum, suæ nobilitatis rudera tantùm ostentat.

14. VVIBALDVS, seu VVABALDVS, interfuit consecrationi Ecclesiæ Sancti Pontij Tomeriarum anno 937. deinde Narbonensi Synodo 940. vt affirmant tabulæ Sancti Pontij.

15. RICVINVS II. qui à Bernardo Guidone perperam Requitius, aut Riquinus dicitur: Iste cùm priori Ricuino fuerit cognominis, ex hoc Gariellus intricatam seriem Episcoporum putat, dum sub vno gesta referuntur ad alterum: hinc perplexa satis Monspelij origo prima efficitur, cùm eius donatione, hæc enim discretis temporibus contigêre, exeunte nimirum Caroli Magni imperio, & Ludouici Pij ineunte primordia vrbs accepit, Ricuinus verò 2. Magalonensis Præsul an. 975. Lothario Rege Ludouici 4. Transmarini nato, conditæ iam ciuitatis toparchiam adiit. Subiungenda autem ad Montispessulani cunabula, Verdalæ Episcopi verba, quæ illustrandæ antiquitati pertinent, sic enim in Catalogo Præsulum Magalonæ loquitur. *Duæ quondam fuerunt sorores, quarum altera Montempessulanum, Montempessulanellum altera in allodium possidebant. Beatus Fulcrauus à Sustantionensium Comitum stemmate maternum sanguinem ducens, Magalonensis Archidiaconus, gloriosissimus postmodum Lodouensis Episcopus, istarum fuisse frater comprobatur. Verùm ista cum meliori consilio reuoluissent, quòd inordinato, & præcipiti excursu transeat mundus, & concupiscentia eius, de terrenâ ac transitoriâ possessione statuerunt efficere, quò possent cælestia in perpetuum possidere. Earum itaque fuit deliberationis consilium, vt possessionem & possessionis ius, quod in his villis; & in pertinentiis ad eas videbantur habere, ad Magalonensem Ecclesiam iure perpetuo possidendum transferrent. Hoc ergo votum Domino persoluentes, has villas cùm adiacentiis suis Domino Deo & beatis Apostolis Petro & Paulo Magalonensi Sedi, &* RICVINO *eiusdem Sedis venerabili Episcopo, donatione in perpetuum valiturâ destinauerunt. Erat tunc temporis in his partibus vir nobilis quidam Guido nomine, qui ex terris siue prædiis cùm Melgoriensi Comite militabat; hic quadam die venerabilem adiit Ricuinum Magalonensem Episcopum, & vt ei Montempessulanum ad feudum donaret, multùm precibus impetrauit: accepit ergo Guido à Ricuino Episcopo Montempessulanum ad feudum, & præstitit ei fidelitatem & homagium expositâ securitate, vt ei, & Magalonensis Sedis Canonicis deinceps fidelis esset in omnibus.* Hactenus Verdala. Constat autem ab eo Guidone Guillelmorum omnium Monspelij toparcharum clarissimam familiam propagatam fuisse, vti asserit Gariellus, quæ Constantinopolis & Burgundiæ Principibus stirpis regiæ fœminis coniugio sociata est, ac Mariam Monspelij hæredem & dominam protulit, Petro Arragonum Regi in matrimonium elocatam. Christo igitur consecratis hisce Virginibus in celebri Monasterio S. Genesij pagi Melgoriensis, quod à Comitibus Sustantionensibus locupletatum & erectum fertur, à S. Fulcrano Lodouensi Episcopo ad consecrationem basilicæ S. Genesij cùm Aymerico Narbonensi vocatus est Ricuinus an. 975. Sed hîc non omittendum videtur monumentum donationis Ecclesiæ suæ Magalon. factæ per Melgorensem Comitem, quod apud Verdalam est tale: BERENGARIVS illustriss. Comes Melgoriensis, pro animabus Gislæ Comitissæ vxoris suæ, & Bernardi filij sui castrum de Gigeano quod à Ricuino Magalonensi Episcopo per donationem habuerat, eidem Eccl. Magalon. reddere congruum duxit: Castrum verò de Verunâ cùm omnibus quæ in eius terminio possidebat, Ricuino Magalonensi Episcopo in integrum recognouit, & tunc vsque in hodiernum diem, qui post eum loco eius hæreditario iure successerunt, à Magalonensi Episcopo in beneficium habuerunt. Girardus quidam nobilis vir, villam de vico, cùm omnibus adiacentiis suis Magalon. Eccl. donauit, Bernardus item Comes Melgor villam de Pruneto quæ est in territorio Biterrensi, villam de Xindrio, villam de Arboratio, & Murmurenegues, & in vicariâ Agonensi Eccl. S. Baudilij, & villam de Agusaniciis, & villam de Nouigens

„ Magalonensis Eccles. dominio subiu-
„ gauit. Australdus praeclarissimus vir,
„ villam quae Virag appellatur, Maga-
„ lon. Eccl. & Ricuino eiusdem Sedis
„ Episcopo pleno iure tradidit possiden-
„ dam. Ipse etiam Australdus villam
„ de Masgalgo Magalon. Sedis praediis
„ ascripsit: Ecclesia námque de Rou-
„ het, villa de Perols, villa S. Dionysij
„ de Genesto cùm omnibus adiacentiis
„ suis; Magalon. Sedis ab antiquo al-
„ lodia nuncupantur, villam autem de
„ Lunello veteri, S. Briceij, de Pratis,
„ de Iacone cum pertinentiis: Maga-
„ lonensis Ecclesia per tempora multa
„ in allodium possedit.

16. Petrus i. ad infulas vocatur an. 999. Patriarchae nomine insignitus in vetusto titulo, vbi basilicae monialium S. Genesij benedictionem solemniter celebrat, de hoc Verdala sic fatur: vidimus instrumentum,
999.
„ in quo legitur, quòd Bernardus Co-
„ mes Sustantionensis sedente isto Pe-
„ tro in Episcopatu Magalonensi do-
„ nauit Monasterio de Clusâ Ecclesiam
„ S. Crucis, quae est propè Melgorium,
„ quae donatio facta fuit anno Domini
„ MXIII. regnante Roberto. Catellus censet anno 1000. Gariellus cùm aliis consulto autographo emendatiùs refert ad an. 1005. Sedisse illum vsque ad 1035 aut 1040. non constat ex legitimis documentis, nisi fortè quòd in veteribus actis Domus Consularis, sine calculo anni aut diei extet concordia quam fecit Petrus Episcopus cum hominibus Montispessulani, super Ledas apud Narbonam: reperitur & aliud pactum Raimundi Comitis Sustantionensis actum Petro Magalonae Episcopante.

1035.

17. Arnaldus i. eligitur anno 1048. cum per trecentos annos Sustantione sedem habuissent Magalonenses Antistites, tandem postliminiò reuersi sunt Arnaldo duce: hunc enim suscitauit, ait Verdala, qui dirutam Magalonensem Ecclesiam repararet: propterea Romanam Cathedram Beati Petri conuenit, quae tunc schismaticis Pontificibus tribus vexabatur, & à Ioanne Romanae Eccles. Archidiacono in Pontificatum intruso epistolam impetrauit, quâ & permittit, hortatúrque
1048.

A Magalonensis Ecclesiae ruinas restaurari, cuius litterae tenorem exhibet Verdala in suo Magalon. Episcoporum Catalogo; qui certè lapsus errore cùm ait, Arnaldum anno primo Praesulatus Romam profectum, nam aliqui ex recensitis Episcopis in priuilegio ante hunc annum extremum diem obierant; rem fusiùs exponit Gariellus in eius elogio: quidquid sit, constat posteà Villamnouam profectum, magnâ sollicitudine nouae Ecclesiae aedificia condi curauisse: absoluto templo comprouinciales Episco-
B pi eius consecrationi hi perhibentur adfuisse, Giffredus Archiepiscopus Narbon. Leodegarius Archiep. Viennensis, Raimbaldus Archiep. Arelat. Guimemannus Archiep. Ebredunensis, & quidam alij Pontifices Septimaniae simul congregati, circa poenitentiae publicae rigorem decreta sanxerunt, cuius summam recitat Verdala. Ex hâc verò indulgentiâ, ac rescripto Episcoporum, tot eleemosynae incolarum, & aliorum prouenerunt, vt non modò templum Cathedrale, sed vrbis turres, & muros, aduersùs praedonum excursiones, om-
C nes officinas necessarias, arcem nouam, & pontem qui continenti basilicam & insulam connecteret, operoso sumptu aedificari fecerit Arnaldus; nam census, praedia, allodia, terras, pecunias, & alia bona pro redemptione suorum peccaminum Ecclesiae conferebant, inquit Verdala. At cùm Canonicis videretur difficilis transmigratio, plurimùm obstitêre, quos tamen suâ mansuetudine & eloquentiâ ita deuinxit Arnaldus, vt ad B. Augustini Canonicum Ordinem suscipiendum induceret: vtque nihil de necessariis ad vitae commodum de-
D esset, & vberior prouentuum copia ad Dei cultum alliceret, emit stagnum Magalonae à Comitissâ Mel- „
gorij, & ipsius pulmentum, retentis „
sibi decimis & dominio, ac pratum „
de Villanouâ, Condaminatum, & „
hortum ei contiguum, necnon mo- „
lendina de Traga mendicos sua pro- „
pria, Planterium de Cocone dedit „
liberaliter communiae Canonicorum „
praedictorum, & haec deprompta ex „
verbis Verbalae. Aliam stagni partem eidem Ecclesiae concessit Comitissa Melgorij 1055. cuius series in archiuio Episcopali huiusmodi verbis concepta 1055.

concepta: IN NOMINE *Dominiego Adella Comitissa, & filius meus Raimundus, & vxor eius Beatrix nomine, ob remedium animarum nostrarum, genitorúmque nostrorum donamus omnipotenti Deo & B. Petro Apostolorum Principi Magalonense stagnum ab eo loco in id quo influit in id fluuius Amansionis, sicut porrigitur in directum vsque ad mare cùm ipsâ terrâ, à parte dextrâ ab integro cùm omni censu qui de eo persoluitur, & cùm omni vsu qui de eo exigitur, & cùm leuatis à citeriore ripâ vsque ad vlteriorem, sicut contenditur in mare, exceptis plagis de mari, & excepto feno filiorum Gancelini &c. Adella Comitissa, Raimundus Comes filius eius, Beatrix vxor Raimundi communi voto hanc donationem fecerunt, & conscribi, & anathematis vinculo ligari, & manibus testium firmari, & corroborari requisiuerunt. Sig. Arnaldi Episcopi, S. Pontij Praepositi, S. Dalmatij Archidiaconi, S. Guillelmi Fredelonis.* Cùm autem seu bellorum vitio, vel schismatis tum grassantis calamitate, siue negligentiâ Episcoporum, qui Magalonam teste Verdalâ vix adibant, ad id impudentiæ deuenissent Sacerdotes vt palam nuberent, pessimum morem aboleuit Arnaldus; necnon cum cæteris Episcopis in Concilio
1056. Tolosano 1056. pesti simoniacæ profligandæ pharmacum attulit. Institutâ verò Canonicorum Regularium congregatione, beatis Mathæo, Paulo, & Nicolao excitatis basilicis, cœmeterio item in suburbiis ritu Christiano erecto, suis impensis Episcopali palatio Monspelij constructo, sacrum Domini Iesu sepulchrum inuisit, & post reditum sanctâ morte quieuit Villænouæ 4. Calend. Iulias anno
1078. 1078. translatus Magalonam habet hoc epitaphium apud Verdalam.

Hic iacet ARNALDVS *Sedis Pater huius & Author*
Annis triginta praeditus officio.
Qui postquam Hierosolymam deuotus adiuit,
Vt rediit, in Villâ fertur obisse Nouâ.
Protinus hic Iulias translatus quarto Calendas
In foribus claustri sub gradibus situs est.
Nocte vero monitus Praesul post eum Gothofredus
Istuc condigno transtulit obsequio.

Eius quoque vitam breui elegiâ exponit idem Verdala, vbi restaurator Magalonæ prædicatur in versibus archiuij Episcopalis, in quibus post descriptam eius à Martello Principe cladem, & euersionem Nemausi, hæc subiungit.

Inde manens annis vrbs hæc deserta trecentis,
Tandem Pontificem repperit artificem.
Praesulis ARNALDI *sit semper subdita laudi*
Cuius nacta vicem, creuit in hunc apicem;
Hic muros iecit, turres hic vndique fecit,
Clerum diuinis contulit officiis.
Ipse Gradum clausit quo praedo piraticus hausit
Saepe latrociniis littora nostra suis.
Nauibus introitus, per eum Gradus alter apertus,
Non procul à terris est Magalona tuis.
Illicitúmque thorum damnauit Presbyterorum,
Pontem constituit, trans mare post abiit.
Vt rediit, moritur, in Sede suâ sepelitur,
A se compositum seruet vt ipse locum.

18. BERTRANDVS I. aut BERTRANNVS anno 1078. Arnaldo longè impar 1078.
in functione Pontificiâ successit, aut potiùs irrepsit, inuito Papâ, apud quem simoniæ labe insimulatus accusatur, quòd res Ecclesiæ aut furaretur aut venderet, aut in vsus verteret prophanos. Romam citatus adire recusauit, suspensus ab Episcopali & sacrificij officio, nihilominus celebrauit: tandem à Sede Magalonensi quam impiè occupabat iusto iudicio in perpetuum expellitur. Eo sedente Comes Sustantionis Magal. Ecclesiæ benefacit, quemadmodum subiecta Episcopalis cartophilacij tabula exhibet: « IN NOMINE Patris « & Filij, & Spiritus Sancti. Ego Pe- « trus Comes cùm Adelmundâ coniu- « ge carissimâ, in peccatorum nostro- « rum expiationem, parentum solatium « in Christi Iesu, S. Mariæ matris eius, « S. Michaelis, S. Petri, & omnium « Sanctorum cultum & amorem huius « loci (quem Magalonam appellant) « dono & concedo in allodium Sedi « Magalonensi, & Clericis omnibus « illîc viuentibus vel victuris, naues ad « portum maris pertinentes hîc, vel « vbicumq; in omni honore meo faciat « portum ipsa nauis. Quod si ego do- « nator vel aliquis ex hæredibus meis, « aut de propinquis contra hanc dona-

tionem venerit, ira Dei super illum incurrat. Et hanc donationem manu nostra firmauimus anno ab Incarnat.
1079. Domini M. LXXIX. Signum BERTRANNI huius Sedis Episcopi, S. Pontij Præpositi, S. Ademari Abbatis, S. Fredoli Archidiaconi. Eidem basilicæ hoc pignoris documentum elargitus, quod mox subijcimus ex autographo Cathedralis quoque desumptum hac formâ. Ego PETRVS Comes, qui vices huius terræ gero & rego, qui fui filius Raimundi Comitis, genitrix verò mea fuit Beatrix, intelligens tempus præteritum, diem iudicij futurum tremisco, volens aliquid de honore meo ad altare S. Petri Magalon. Sedis, & congregationem eiusdem loci ditare, naues quæ ad mare, vel ad portum pertinent, partem scilicet meam mitto in pignore pro mille solidis, eâ tamen conuenientiâ quòd dictus Comes non redimet prædictum pignus, vt alijs possit impignorare, & promisit quod si mortuus fuerit sine hærede legitimo, supradictum pignus pro salute animæ suæ erit B. Petro in allodium. Hæc facta sunt coram Bertrando Magal. Episcopo, illo præsulante, & approbante; & coram Deodato Canonico anno M. LXXIX.

19. GOTHOFREDVS, stirpe nobilis, at virtute ipsâ magis conspicuus, de-
1080. posito Bertrando 1080. per nominationem Raimundi Comitis Sostantionis, à Dalmatio Archiepiscopo Narbonensi consecratur: confestim curauit vt Canonici sui voto se religionis obstringerent, quod satis indicat id nondum Arnaldum decessorem obtinuisse ab eis, quorum Congregationem munificè ditauit vnione plurium Ecclesiarum, quæ sub hâc nomenclaturâ in veteri tabulario recensentur à Catello & Gariello: Vniuit Ecclesias omnes Villænouæ, Ecclesias SS. Virginum Eulaliæ & Leucadiæ, de Vico, & de Valle, Eccles. de Xindrio, Eccles. de Maurino, Eccl. de Cocone, de Montillis & de Chauleto, de Pruneto, SS. Cosmæ & Damiani, de Iuuiniaco & de Alteyranicis, Eccl. de Piniano, S. Ioannis de Vedacio, S. Georgij de Dorcas, S. Ioannis de Murouciteri, de Montepessulaneto, omnes Ecclesias Montispessulani, de Sentraynaricis, de Salzeto, de Nouigeos, S. Petri & S. Ioannis de Montearbedone, S. Michaëlis & S. Vincentij de Saluiniaco, de Perolis, S. Ioannis de Fregoricis, S. Marcelli de Frayres, S. Mariæ de Osorio, S. Agnetis de Menojol, & S. Sepulchri de Salazone, S. Romani de Melgorio, S. Stephani de Ginesteto, S. Dionysij, S. Briccij, S. Felicis de Sustantione, de Castelnouo, & S. Cincij, de Claperijs, de Comone, S. Iacobi de Pratis, S. Bartholomæi de Bathiaoicis, S. Ioannis de Bodiâ, S. Vincentiani, S. Andreæ de Bodiâ, S. Mariæ de Gornerio & Ecclesiam de Exalchiaco. Nec minus fuit liberalis in Ecclesiam Petrus Sustantionis Comes, vt patet ex archiuij Episcopalis membrana: PETRVS Sustantion. Comes, in Christi, sanctique Petri nomine Magalonensi altari consecrato, ibique Clericis degentibus præsentibus & futuris, querpitionem faciunt de absolutis nauibus; quas Canonici habebant in pignore pro mille ducentis & triginta solidis Melgoriensis muneræ: addiderunt etiam pro honore Dei sanctæque Mariæ, vt quemadmodum terminos castri Melgoriensis propriâ fide firmauerunt, militibus firmarunt Petro Amalrici & Garciæ, cunctisque ex illis procedentibus, ita semper Canonicis maneant securiùs. Id obsignauit Pontius Præpositus Magalonensis mense Ianuario an. Domini M. XXCII. regnante Philippo Rege. Sed & Comitatum suum Sustantionensem Pe- 1082.
trus, iste Melgoriensis Comes Pontifici Gregorio 7. sub fide clientelari Romanæ Ecclesiæ contulit, cuius donationis tabula digna est quæ integra à scriniis Episcopalibus, & MS. codice Præsulum Magalon. Verdalæ reseratur.

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus Sancti: ego Petrus Comes Melgoriensis, pro redemptione animæ meæ; necnon & parentum meorum, vxoris quoque, & filij, dono Domino Deo, & Beatis Apostolis eius Petro & Paulo meipsum & omnem honorem meum, tam Comitatum Sustantionensem, quàm Episcopatum Magalonensem, omnémque honorem eidem Episcopatui appendentem, sicut ego & antecessores mei Comites hactenus habuimus, & tenuimus in allodium; ita verùm-*

An. Ch.

quequod tum iuris mei est, dono & tr.ado ego per allodium Sanctæ Ecclesiæ Romanæ, & Sanctis Apostolis Petro & Paulo, necnon & Papæ Gregorio vij. & omnibus successoribus eius, qui in Sede Apostolicâ per meliorem partem Cardinalium, & reliqui Cleri, & populi fuerint canonicè & Catholicè electi & consecrati: vt prædictus Comitatus Sustantionis, & Episcopatus Magalonensis, iure proprio sit B. Apostol. Petri & Pauli. Ego autem prædictum Comitatum habeam per manum Romani Pontificis sub illius fidelitate, & singulis annis pro censu persoluenda vnciâ auri optimi. Similiter quoque & filius meus, vel quilibet alius omnis qui ex hereditario iure mihi successerit, prædictum Comitatum per manum Romani Pont. ad fidelitatem illius teneat, & prædictum censum, id est vnciam auri optimi singulis annis soluat. Sit verò in potestate Romani Pontificis in Episcopatu Magalonæ quem placuerit Episcopum iustè & canonicè ordinare, & per eam authoritatem eius liceat Magalonensi Ecclesiæ iuxta constitutionem, & decreta Sanctorum Patrum, personam probabilem & idoneam ad regendum populum & res Ecclesiasticas, liceat, inquam, & ex hoc, & deinceps qualem dixerimus, probabilem & idoneam personam in Episcopum eligere, absque mei vel alicuius heredum, aut successorum meorum contradictione. Si quis autem heredum, aut successorum meorum contra hanc donationis, & confirmationis nostræ authoritatem, & priuilegium insurgere præsumptuosè & obuiare, quod absit, attentauerit, & de prædicto Comitatu Dominum suum Romanum Pontificem esse debere recognoscere noluerit, & prænominatum censum de Comitatu eodem vnciam auri singulis annis persoluere recusauerit, aut in libertate Ecclesiasticâ de substituendo canonicè Episcopo in Episcopatu Magalonensi ei contradictor extiterit, non valeat vendicare quod iniustè repetit, & persoluat multam, quam Sancta Lex Romana per Theodosium, Arcadium, & Honorium promulgata decreuit & insuper Ecclesiasticæ subiaceat disciplinæ, quam velut sacrilegus, & Sanctæ Ecclesiæ destructor incurrat. Feci autem prædictam donationem de Comitatu & Episcopatu, ego Petrus Comes vice Beati Petri, & Romani Pontificis, in manu Petri Albanensis Episcopi, Romani Legati, & Gothafredi Magalonensis Episcopi, per inuestituram annuli mei, & Frocardi Abbatis Tomnicum, anno Incarnationis M. LXXXV *Indictione 8. 5. mensis Maij. Actum per manum Stephapani. Signum Dalmatij, Signum Raimundi. Signum Pontij de Monlaur. Petrus signauit, Adalmadis Comitissa confirmauit, Signum Archidiaconi. Raymundus Comes filius eius firmauit. Isti omnes ex præcepto Comitis firmauerunt ante altare S. Petri. Testes Orgerius Archid. & Deodatus Canonic. Gothofredus Episcopus, in cuius manu factum est anno* M. LXXXVII. 1085.

Vrbanum II. Pontificem ratam hanc donationem habuisse testatur eius rescriptum, quod habetur in registro Episcopali, & integrum adtexere visum est rei illustrandæ gratiâ: VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Gothofredo Magalonensi Episcopo eiúsque successoribus in perpetuum. Vniuersum sanctæ Ecclesiæ corpus &c. Tibi itaque frater Gotofrede Magalonensis Episcope, Magalonensem Ecclesiam, tuisque successoribus Canonicis sub Romanâ libertate specialiter permansuram iure perpetuo confirmamus: quam nimirum Ecclesiam, Pastorum, qui in illis partibus fuerant, permittente incuriâ, multis temporibus ex consuetudine nefandâ Sustantionenses Comites suæ iugo seruitutis attraxerant. At bonæ memoriæ Comes Petrus, Dei timore compunctus, B. Petro, eiúsque Vicariis ex toto Episcopatum reddidit, & scripti actione refutauit, Comitatum quoque, qui sui iuris erat, sub iure B. Petri eiúsque. Vicariorum per testamenti paginam dereliquit, eo videlicet tenore, vt hæredes sui Romani Pontificis Milites fierent, & ex eius manu Comitatum obtinerent: quod si hæredum successio destitisset, sub Romani Pontificis ordinatione, & Magalonensis curâ Episcopi haberetur: quin etiam censum Lateranensi palatio persoluendum ab eiusdem hæredibus, auri vnciam quotannis instituir. Magalonensis igitur Episcopatus, & Sustantionensis Comitatus inuestituram ex manu fraternitatis tuæ vice prædicti Comitis per annulum recipientes, & eiusdem Comitatus donationis constituta religiosa firmantes, prædictam Ecclesiam, atque Comitatum sub B. Petri, & Romanæ Eccles. protectione specialiter confouendum suscipimus, saluâ Narbonensis Metropolitani auctoritate,

« ac reuerentiâ, si quidem legitimè or- A
» dinatus fuerit. Porrò ipsam Ecclesiam
» tibi tuisque successoribus canonicè
» substitutis regendam perpetuó con-
» firmamus, & quæcunque ad Magalo-
» nensem Episcopatum, seu ad fratrum
» ibi degentium communiam, Regum,
» Comitúmve liberalitate, vel quo-
» rumcunque fidelium oblatione iustè
» hactenus pertinuisse noscuntur, quæ-
» que inpostetum iustè poterit adipisci
» in vrbibus, & municipiis, in Eccle-
» siis, in decimis, cæterísve redditibus
» contradendo contradimus, & præ-
» senti nostri decreti paginâ, constitu-
» timus, atque sancimus; quatenus B
» nullus omnino Sacerdotum, aut cu-
» iuslibet ordinis Clericorum, nullus
» Imperatorum, Regum, aut Comi-
» tum, de his quæ eidem Magalonensi
» Ecclesiæ, à quibuslibet donata fue-
» rint, vel in futuro donabuntur, sub
» cuiuslibet causæ, occasionísue specie
» minuere, vel auferre, vel suis iuribus
» applicare, vel aliis quasi piis causis
» pro suæ auaritiæ excusatione audeat
» distrahere. Quia verò sæpiùs contin-
» gere solet, vt inuito Clero, & popu-
» lo seculares potestates sibi placitas
» nequiter nituntur intronizare perso-
» nas; decernimus, atque censemus, vt
» te, qui Episcopus es, vel tuorum C
» quolibet obeunte, institutione Pon-
» tificis, nullum sibi honorem, nullum
» fas potestas qualibet arroget secula
» ris, sed is secundùm canonum statu-
» ta constituatur, quem Clerus & po-
» pulus gratis commoni consensu & fi-
» ne prauitate elegerit. Præterea fra-
» ternitati tuæ tuisque successoribus
» quandiu tales fuerint, vt Sedis Apo-
» stolicæ communionem, & gratiam
» habere mereantur; prædicti Sustan-
» tionensis Comitatus curam iniungi-
» mus, & vos censum annuum exigatis
» Ad ostensionem autem specialis huius
» acceptæ à Romanâ Ecclesiâ liberta- D
» tis, ex Episcopatu vnam auri vnciam
» quotannis Lateranensi palatio, tu,
» tuique successores persoluetis. Datum
« Romæ 19. Cal. Ianuarij per manum
» Ioannis Diaconi Sanctæ Rom. Eccl.
» P. Signatoris D. Vrbani 2. Anno Do-
1087. mini M. XXCVII anno Pontificat. eius-
dem Vrbani, primo. Præcedenti an-
no Gotofredus, vt asserit Surita ce-
lebris scriptor Hispanus, Tolosanæ
Synodo interfuit cum Episcopis Gal-
liæ Gothicæ, id est Occitanicæ, nec-

non 1090. Narbonensi, quam Dal-
matius in suâ prouinciâ conuocauit.
Certum quoque est ex actis episco-
palibus, Gothofredum Casædei Re-
ligiosis basilicas S. Vincentij de Iun-
queriis, & S. Petri de Porsano eo pa-
cto contulisse, vt quotannis Magalo-
nensi Eccles. censum penderent. Mo-
nasterio item Gelonensi, quod nunc
cœnobium B. Guilelmi de Desertis,
ædem sacram D. Martini de Londris,
quartâ parte decimarum & fructuum
retentâ largitus est; præterea Abba-
ti & monachis S. Petri Psalmodiensis
Ecclesias de Celesio, de S. Columbâ,
de Sausaoicis, & de Mutationibus di-
ctas erogauit. Suis porrò Magalonen-
sibus Canonicis tum in commune vi-
uentibus an. 1092. benefacit; at verò
1093. lis quæ inter Gotofredum & 1092.
Guillelmum Monspelij toparcham
mota erat, componitur per Aquen-
sem Archiepiscopum, Presoles Gra-
tianopolitanom & Cabilonensem, ac
Melgorij Præfectum. Iuramentum
autem obsequij clientelaris quod da-
to iudicio exhibuit Guillelmus Go-
tofredo, subiicitur ex archetypis ta-
bulis Sacramentarij domus Consul.
Monsp. sub hac veteri formâ. Audi tu «
GOTHOFREDE Magalonensis Epis- «
cope. Ego Guillelmus filius Ermen- «
gardæ, dominus Montispessulani, de «
istâ horâ in anteà fidelis ero tibi, S. «
Petro, & Ecclesiæ Magalonensi, de «
omnibus quæ habet hodie ipsa Eccle- «
sia, & quæ ad ipsam communiam per- «
tinent, & non tollam de ipsis causis, «
& de ipsâ communiâ Canonicis S. «
Petri qui hodie viuunt, vel in anteà «
futuri sunt me sciente; & nesciens fa- «
cerem intra duos menses captalmen, «
ou tendray, ou tendre feray plus- «
quam si scirem. Et tibi Gothofredo «
Magalonensi Episcopo & catholicis «
successoribus tuis, & Canonicis Ma- «
galonensibus fidelis ero, & me scien- «
te tibi Gothofrede Episcope non tol- «
lam aliquid, nec homo, nec fœmina «
per meum consilium, vel per meum «
consensum, sic Deus me adiuuet, & «
istæ reliquiæ sanctæ. Posteà Guillel- «
mo petente vt Episcopus illi daret «
feudum S. Petri; & quia propter ma- «
lefacta, quæ Episcopo & Clericis fe- «
cerat, totius sui beneficij reatum in- «
currerat, per iudicium Episcoporum, «
Petri Aquensis Archiepiscopi, & «
Hugonis Gratianopolitani Episcopi, «

» & Gothofredi Magalonensis Episcopi, necnon & Pontij Præpositi, & Canonicorum Magalonensium, & Alcherij Lutouensis Archidiaconi, & laicorum, idem beneficium perdiderat, antequàm daret ei; Episcopus dixit ad eum, Cognoscis tu quòd melius beneficium habeas de me, & de S. Petro, quàm de alio seniore, & cognoscis tu quòd meliùs sis homo de S. Petro, & de me, quàm de alio seniore; respondit Guillelmus, cognosco. Præthereà dixit Episcopus, testatus tu Deo, S. Petro, & mihi Ecclesiam S. Mariæ de Montepessulano, cum omnibus Ecclesiis, & Ecclesiam de Montepesleyreto cum coëmeterio, & omnibus appenditiis, & allodio, & tertiam partem decimæ de omnibus Ecclesiis eiusdem villæ, & duas tertias partes de feudis quæ tenuit Petrus Licas de S. Petro extra vallatos Montispessulani; respondit Guillelmus, refuto. Tunc Episcopus dedit ipsi Guillelmo integrum feudum antecessorum ipsius Guillelmi, quod habuerunt de S. Petro, præter Ecclesiam S. Mariæ de Montepessulano &c. Insuper ei condonauit Episcopus omnes offensas, & hæc omnia dedit ei eâ conditione, vt sibi non esset infidelis, vt hactenus fuit, & seruitium debitum sibi non subtrahat, sicut anteà fecit. Huic placito interfuerunt Præpositus Pontius, & Bertrandus nepos, & Augerius Archidiaconus, & Guillelmus Raimundi Archidiaconus, & alij prætereà laici, Guillelmus Ermengandi, Guillelmus Arnaldi Berengarius de Vallauques, & plures alij. Posteà verò
1093. anno Dominicæ Incarnat 1093. octauo Cal. Maii, Dominicâ Quasimodo, in Ecclesiâ B. Nicolai Guillelmus reliquit ex integro omnes Ecclesias, & decimas quas ipse in proprio tenebat, aut alii per eum, & hoc non coactus, sed spontaneâ, & liberâ voluntate, & pro remissione peccatorum. Prodit Bertholdus celebratam fuisse Synodum Ostiæ 1094 sub Hugone Archiep. Lugdunensi Legato, adstante cùm cæteris Patribus Gothofredo, in quâ pronunciatur anathema contra Henricum Imp. tum
1095. an. 1095. Concilio Placentino in Longobardiâ interfuit: illud autem diploma à Pontifice obtinuit è cartophilacii archiuis depromptum: V R-

A BANVS *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo filiis Augerio Archidiacono, Raimundo Sacerdoti, & Deodato Subdiacono, cæterisque in Magalonensi Ecclesiâ canonicam professis, salutem & Apostolicam benedictionem. Pia voluntatis affectus &c. Vestrum ergo votum, vestrum propositum nostri auctoritate officij confirmamus, & firmos in eo persistere adhortamur. Quamobrem omnibus in vestro cœnobio vitam canonicam secundùm B. Augustini Regulam profitentibus peccatorum absolutionem, ac nostram benedictionem potestate à Domino indultâ concedimus: statuimus etiam,* B *ne professionis canonicæ quispiam, postquam super caput onus sibi imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu, ex eodem claustro audeat sine Præpositi, totiúsque Congregationis permissione discedere. Quidquid confrater noster Gothofredus vester Episcopus in vsum vestrum dedit, Ecclesias videlicet de Villanouâ, de Montepessulano, de Gigeano, cum decimatione villæ Paderni, Ecclesias S. Eulaliæ, & Leucadiæ, S. Michaelis de Montillis, sancti Ioannis de Cocone, S. Marcelli de Fratribus, S. Andreæ de Maurino, S. Petri de Montearbedone, S. Hilarij de Con-* C *treyranicis, S. Stephani de Baianicis, S. Ioannis de Vedatio, S. Felicis de Verunâ, S. Cypriani de Piniano, S. Ioannis, & S. Andreæ de Bodiâ, & S. Dionysij de Montepesleyreto, S. Martini de Pruneto, omnes cum capellis, cum decimis & oblationibus, & allodiis suis, & quidquid deinceps dabit, nos vobis firmè, & integrè permanere concedimus: præcipimus etiam, ne deinceps Episcopo liceat sine iusto consilio aliquid, quod ad ius matris Ecclesiæ pertineat, cuiquam vel monachorum, vel Canonicorum in possessionem concedere, aliter verò acceptum irritum habeatur. Decedente Episcopo, quæcunque eius sunt, sub vestrâ prouisione permaneant, donec* D *alter in eius loco canonicè subrogetur, quam subrogationem vestrâ potissimùm volumus electione constitui. Vt autem opitulante Domino propositum vitæ canonicæ quod cepistis, inuiolabiliter teneatis, nos omnem immunitatem à sanctis canonibus, & legibus, & generaliter Ecclesiis decretam, omnem libertatem catholicorum Principum, & præcipuè Ludouici Imperatoris præceptis ad Argemirum Episcopum datis, vestræ Ecclesiæ singulariter impensam, vobis, vestrisque successoribus in canonica vita obseruatione mansuris,*

præsentis decreti authoritate firmamus; ad hac adiicimus, vt iuxta Villamnouam, quæ vestræ facultatis est, in flexis insulæ, nemini vnquam liceat munitionem aliquam, quæ vobis vestrisque successoribus noceat, ædificare. Hanc si quis &c. Datum Placentiæ per manum Ioannis Sanctæ Rom. Eccles. Diaconi, pridie Idus Martij, Indictione 3. Anno Dominicæ Incarnationis 1095. *Pontificatus D. Papæ Vrbani* II. *octauo.* Eodem anno Vrbanus 2. vigiliâ Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Magalonam appulit; sequenti die habitâ concione comitantibus Pisano & Tarraconensi Archiepiscopis, Albanensi, Nemausensi, Magalonensi Præsulibus, Comite Sustantionis, Guillelmo Monspeliensi, confluentibus vndique nobilibus insula Magalonensis consecratur, omnibus in eâ christianè morituris noxarum veniam indulsit, & in memoriam perpetuam Gotofredi, Clerique decreto singulis annis indicitur solemnis processio. Inde Pontifex in Claromontensi Concilio Magal. Præsulum iura tuetur aduersùs Abbatem Anianensem, qui suam suorúmve ordinationem aliunde quàm à Magalonensi petebat; Vrbanus ergo vt hanc controuersiam dirimeret, coegit Abbatem Gothofredo obedien-
1095. tiam præstare. Anno autem 1095. Rostagnus Dalmatij cùm eodem Antistite commutauit paratam Ecclesiæ de Claperiis, ædem Pontij Guerini in villâ de Cretio emptam ab eodem Episcopo: Dalmatius de Castris, vxor Hermesce*s, & Eleazar frater cum Gothofredo item permutarunt honorem quem habebant in villâ S. Martini de Cretio, cùm omnibus pertinentiis; Guillelmus Montispessulani dominus ex patrimonio suo ei quoque cessit villam Montispli cùm omnibus feodis, & alij nobiles toparchæ Ecclesiam bonis suis ditauêre. At cùm Raimundus Comes Melgorij denegaret iura albergarum & naufragij, quæ S Petri basilicæ tradita genitoris sui codicillis sibi adrogabat, idcirco à sacris interdictus est à Gothofredo; controuersia autem defertur ad Papam Vrbanum 2. qui Romæ præsentibus Episcopo ac Comite conuentionem iniit, quam è registro Episcopatus placuit ipsissimet verbis adscribere:

» NOTVM sit omnibus, quòd Raimundus Melgoriensis Comes, propter naufragium & albergas, quas per vim in Villanouâ, & alibi in allodio S. Petri contra testamentum patris sui accipiebat, à Gotofredo Episcopo excommunicatus est, post quam excommunicationem Episcopus iuit Romam, & non multò post Comes Raimundus eum secutus est; cúmque ambo ante Dominum Papam Vrbanum 2. adiissent, conquestus est Episcopus de iniuriâ quam sibi & Ecclesiæ Raimundus Comes iniustè faciebat, de violatione testamenti patris sui, super honorem quem Petrus Comes pater eius per amorem Dei in allodium domino Deo, & S. Petro Romanæ sedis in perpetuum dederat. Tunc verò in præsentiâ Cardinalium, Gothofredi Magalonensis Episcopi, Bernardi, Archidiaconi, Pontij Dionysij, & Dalmatij de Castris, guerpiuit in manu domini Papæ iuxta testamentum patris sui omnes Ecclesiasticas res, & omnes albergas quas in honore S. Petri exigebat, fecítque Domino Papæ hominium, & accepit Comitatum suum per manum eius, saluo testamento patris sui, promisitque se redditurum per singulos annos vnam vnciam auri Romano Pontifici ab Incarnatione Domini
1099. Reuersus autem die natalis S. Mariæ cùm Gothofredo Episcopò placitum habuit, præsente Bertranno & Augerio Archidiaconis, ac coram aliis Canonicis Raimundus Comes dimisit in eius Præsulis manu omnes Ecclesiasticas possessiones, & illicitas exactiones, quas sibi vendicabat in honore S. Petri, insupérque Episcopo iurauit auxilium contra omnes impugnatores. Eo ipso anno Raimundus in procinctu itineris ad S. Iabum Compostellæ, cessit Magalon. Sedi Ecclesiam S. Cosmæ, & possessiones, quas querpiuit ac donauit Gothofredo. Redux à peregrinatione Hispanicâ Raimundus, S. Cosmæ templum regularibus concedit; tum codicillis vltimæ voluntatis Hierosolymam profecturus, inter alia legat Magalon. Ecclesiæ Menajam quam habebat in salinis, portum nauium, & alia vsatica. His demum aucta bonis Magalona creuit liberalitate Gothofredi qui anno 1102. vniuit Ecclesias de Castellanouo, S Martini de Cretio, S. Eulaliæ de Mirauallo, & 1102.

de Verunâ: tum an. 1103. clientelare A
obſequium pro caſtello de Verunâ
admittit à Petro de Verunâ. Deni-
que Præſul deuotiſſimus Terram San-
ctam profectus, morti propinquus ad
ſuos Canonicos epiſtolam dirigit, quâ
eorum ſe precibus commendat; hu-
ius fragmentum vt & pleráque alia
de Gothofredo recitat Ganellus;
moritur in Peregrini montis arce,
cui Guillelmus Montiſpeſſulani to-
1108. parcha præerat 1108. Pontificatus an-
no 28. in Palæſtinâ funus eius ſolemni
pompâ omnium mœrore celebratur.
Epitaphij loco extant hi verſus prio- B
ribus de Arnaldo adiuncti.

Inde Deo fidus ſucceſſit ei GOTHOFRIDVS,
Antè Simoniaco Præſule depoſito.
Hic penitùs munus virtutum contigit vnus,
Doctor verò totus Pontificúmque decus.
Nos hic Apoſtolicæ fundauit in Ordine vitæ,
Et libertatem reddidit Eccleſiæ.
Militibus tulit Eccleſias, Comitéſque coegit
Se verſis vicibus ſubdere Præſulibus.
Poſt mare tranſiuit, loca contemplatus obiuit C
Conditus in gremio Mons Peregrine tuo.

20. GALTERVS ad hanc ſedem
1108. promotus fuit an. 1108. illum confun-
dit Claudius Robertus noſter cum
Galtero Inſulenſi auctore commen-
tariorum in Pſalmos, & epiſtolarum,
de quo Ioannes Trithemius. Gallum
enim origine fuiſſe demonſtrant car-
mina Verdalæ ibidem edita, quibus
ſatis liquet ſub Gothofredi diſciplinâ
in Magalonenſi Eccleſiâ priùs meruiſ-
ſe, vnde ſic canit.

Illi GALTERIVS *ſuccedit filius eius* D
Filius obſequio, filius officio.
Doctus & aſtutus, per verſus clarus, acutus,
Magnus conſilio, magnus & eloquio.
Corpore ſincerus, & religione ſeuerus,
Impatiens ſceleris, compatiens miſeris.
Normæ cultores, & noſtros auxit honores:
Creuit Theſaurus, fabrica, fama, domus.
Inde ſequens triſti veſtigia ſorte Magiſtri
Interiit, poſitus quò Pater ante ſuus.

A Factus Epiſcopus animum adiecit vt
ædes ſacras & Canonicorum domici-
lia reſtauraret, nempe Magalonen-
ſem baſilicam ex parte deiectam, tur-
rim S. Sepulchri, triclinium, dormi-
torium, conclaue à fundamentis ex-
citauit, ſacerdotalem Eccleſiæ ſuppel-
lectilem auxit, auream, argenteam,
ornamentorúmque tradidit, Eccle-
ſias S. Briccij & de Laureto Regula-
ribus iſtis largitus eſt; inſuper Abbati
Caſædei integros fructus Eccleſiæ de
Iunqueriis à Gothofredo conceſſos
confirmauit, necnon Gellonenſi cœ-
B nobio fructus B. Martini Londrenſis,
quartâ decimarum parte ſeruatâ ſibi
& oblationum, Canunicis verò duo-
decim ſolidos Melgor. quæ patent ex
archiuis S. Guillelmi; at ex epiſcopa-
libus regiſtris anno 1111. Galtero Elea- 1111.
zarus de Caſtris Eccleſiam S. Martini
de Cretio, & Guillelmus de Fabricis
1112. dedit quidquid habebat in valle
Carreriâ. Annales porrò Caſſiani mo-
naſterij memorant Galterum inter
Præſules qui eius benedictioni adfuê-
re cum Ricardo Narbonenſi Anti-
ſtite, Arnaldo Biterrenſi, Bernardo
C Agathenſi, Ioanne Nemauſenſi, &
Arnaldo Carcaſſonenſi. Guillelmus
Monſpelij dominus contra Mauros
profecturus, teſtamento ceſſit Eccle-
ſiæ Magalon. totam villam Montiſ- ««
peſſul. quæ erat antiquitùs allodium ««
S. Petri Magalon. Eccl. & totum feu- ««
dum quod habet ab Epiſcopo in pa- ««
rochiâ S. Firmini, S. Dionyſij de Mon- ««
tepeleyreto, & alia dominia: tum ««
an. 1118. confirmauit ædificationem
Eccleſ. Murlenſis: is Epiſcopus Con-
cilio Cluniacenſi cum aliis Galliæ
Præſulibus adfuit. Guillelmus autem
Domin. Monſpelij in ſuburbio Sona-
riæ ædem erexit Templariis nuper in-
D ſtitutis, & Eccleſiam B. Mariæ de
Lezes dicauit idem Galterus; nunc S.
Ioannis Magni appellatur, poſteà in
Præceptorialem domum commuta-
tur; delectus exinde pacis arbiter in-
ter duos Occitaniæ præpotentes to-
parchas Bernardum Adhemarum &
Guillelmum Monſpelienſem dyna-
ſtam qui anno 1121. teſtamenti codi- 1121.
cillis inter cætera Magalonenſi Ec-
cleſiæ legauit omnia vaſa ſua argen-
tea. Cùm autem magnâ eloquentiâ
& ſuauitate polleret Galterus, infen-
ſos Guillelmum Monſpelienſem
cùm Melgorij Comite compoſuit,

propterea ad Callistum Pont. scribit, qui induxit Petrum Archiepiscopum Viennensem, Hugonem Gratianopolitanum, Hildegarium Tarraconensem, & Archaldum Carpentoratensem, vt cum Galtero has inimicitias consopirent; quibus etiam suadentibus Guillelmus fidei sacramentum quod abnuebat, Galtero exhibuit, vt liquet ex actis Consulum. Interim cùm Abbas Anianensis Synodis Magalonensibus adesse recusaret, Honorius Papa eum ad diœcesani subiectionem coegit, epistolâ exceptâ è bullario Pontificio; & idem Abbas Galtero ante altare S. Briccij obedientiam secundùm Deum promisit, ac vicissim Episcopus assensu Canonicorum Anianensi monasterio Eccles. S. Mariæ de Roueto & alias tradidit, quemadmodum habetur in instrumento veteri apud Gariellum relato. Sub vitæ finem constat Galterum Palæstinam peregrinatum iuisse, decessorum Antistitum pietatem æmulantem, ibique diem vltimum obiisse, cùm in monte Peregrino quò decessor occubuit, ipse tumulo condatur: primâ die Lunæ post synodum Paschæ eius anniuersarium Magalonæ celebratur in obituario, vnde circa hoc tempus mortuum conicitur auctore Verdalâ. Sedit annis 23. mensibus octo, diebus 22. apparet autem ex epistolâ Brunonis Signiensis Episcopi ad eum scriptâ, Romam profectum fuisse aliquando, & scripturis sacris multùm studuisse.

21. RAIMVNDVS I. Poscheriarum Decanus, è nobili Guillelmorum toparcharum sanguine natus, ex
CollegioCanonicorum delectus Epis-
1129. copatum accepit anno 1129. cui obstitit Bernardus Melgorij Comes Guillelmi Monspelij dynastæ fretus auxilio, obtendens ius inesse Melgorij Comitibus Præsules designandi, quam auctoritatem quidem priùs vsurpabant eius maiores, cui tamen nuncium miserat Petrus Comes, & totum ius nominationis penes Pontificem, Clerum, & populum stare concesserat, vt dictum est. At Bernardus animi impotens, militibus euocatis prædia Ecclesiæ vastat, & disperdit, dum intereà electus ab Arnaldo Metropolitâ de more confirmatur, & inauguratur anno 1129. non 1133. sicuti affir-

A mat Verdala, id enim constat ex tabulis matrimonij Guillelmi cum Sybillâ, cui vt Antistes interfuit. Eius munificentiam in restaurandâ & ornandâ Ecclesiâ cæterisue ornamentis sic complexus est Verdala: *Magalonense Capitulum à fundamentis construxit, cisternam fecit, turrim S. Sepulchri à muris superiùs confirmauit, similiter S. Cosmæ turrim à muris super exaltauit, altare S. Petri & Cathedram Episcopalem retrò ipsum, & lauatorium claustri superioris similiter fecit, cortinale & portalia, & murum quo clauditur cæmeterium laicorum, domum molendini, Ecclesias S. Desiderij, & de Molinis, ac honorem* B *Guillelmi Helbrardi de Coconeto communiæ dedit, libris, calicibus, & diuersis pretiosis ornamentis Magalonensem ditauit Ecclesiam.* Porrò mitigatum Bernardi Melgoriensis animum erga ipsum Præsulem & Ecclesiam liquet ex hoc donationis instrumento è registris Capituli desumpto: EGO BERNARDVS *Comes Melgoriensis, pro redemptione animæ meæ, parentum meorum, & pro emendatione illius damni, quod tempore electionis Raimundi Magalonensis Episcopi iniustè eidem Eccl. Magalonensi intuli, dono & cum hac cartâ concedo singulis annis semper in festiuitate S. Mariæ medij Augusti optimum apparatum omnibus Ma-* C *galonæ commorantibus, vt ego, & is qui post me castrum Melgorij tenebit, semper in prædictâ eum faciat festiuitate. Notum etiam fieri volo, quod pulmentum totius stagni, quod de Lezo veteri vsque ad Amasionem excurrit, & in mare extenditur, & quidquid Pontius de Obillon, & ego, vel aliquis per vos in toto stagno amparauimus, quod per multum iam temporis Magalon. Canonicos certum est tenuisse, arbitrio Pontij de Montelauro, Rostagni de Arzas, Berengarij Aycardi, Bertrandi Monachi, & aliorum virorum integrum vobis prefatis Canonicis restituo, & vt deinceps securè hoc totum* D *faciam vos possidere, quandiu iustitiam inde parati fueritis facere, firmiter promitto. Et ego Bernardus suprà dictus Comes Melgor. ab hac horâ in antea omnem honorem Magalon. Ecclesiæ tam communis, quàm Episcopatus prout meliùs potero, & iustitia dictauerit manu tenebo, & deffensor fidelis ero, & adiutor, sic Deus me adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia. Et ego Raimundus Magalon. Episcop. & ego G. Archidiaconus, & ego Eleazarus, & ego Petrus de Centreyranicis Communiæ*

procuratores

A *procuratores tibi Bernardo Comiti Melgoriensi promittimus, quòd de tuâ iustitiâ secundùm Deum saluo ordine nostro manu tenebimus. Hoc totum laudauit, & confirmauit Guillelma Comitissa vxor Bernardi Comitis. Termini huius stagni sunt à Lezo veteri ad Folzerats.* Cùm hoc tempore ad redemptionem peccatorum multa ptochodochia erigerêtur, & leprosis excipiendis institutum esset vt piè viuerent, diligenter curauit Raymundus his legibus erudiri, quas in gratiam studiosorum antiquitatum visum est attexere è veteri instrumento depromptas hoc tenore. B

DECRETVM venerabilis Raymundi Magalon. Episcopi, & D. Ioannis S. Firmini Archipresbyteri, & dom. Guillelmi de Montepessulano, & dominæ Ermesendæ eiusdem Guillelmi auiæ, quod in perpetuum in domo infirmorum de ponte Castelli noui seruetur. Si misellus vel misella, leprosus vel leprosa recipi in domo voluerit, primùm se dare Deo, & seruire & obedientiam administratoribus promittat, si dicit nullam velle promittere obedientiam, non recipiatur; si promisit, & pecuniam quam sibi attulit, administratoribus dedit, per nouem dies seruetur, & in decimo die coram fratribus omnibus vocetur, & interrogetur; si conuersatio eorum ei placuit, maneat vsque ad mortem; si verò conuersatio loci non placuit, pecunia sua ei reddatur, & exeat. Nolite fieri fornicatores, neque controuersi neq; fures, neq; maledicti, neq; rapaces, neque adulatores, neque inter vos discordiã habeatis. De horis Ecclesię ista obseruare debetis. Quando fratres vel sorores signum campanæ sonare audierint, citò surgant, & ad Ecclesiam pergant cum silentio eundo & redeundo, & in Ecclesiâ Domino pro vniuersis beneficiis suis gratias reddant, & pro eorum benefactoribus, vt Dominus eorum peccata soluat assiduè preces fundant, & finitis Missarum solemniis ordinatè, vnusquisque ad suam cellulam redeat; si verò aliqui vel aliqua infirmetur, & ad Ecclesiam venire non poterit, pœnitentiam quam ei Sacerdos iniunxerit faciat, & pro mortuo aliquo cuius eleemosynam acceperit, tredecim Pater noster dicat, & similiter singulis diebus septem psalmos pœnitentiales, & in obitum alicuius fratris psalterium legant. Post refectionem omnes ad Ecclesiam Domino gratias agendo veniant & posteà cum silentio dormitum æstiuo tempore eant, postquam verò de dormitione surrexerint, Domino gratias reddant, & sine discursione vel peccato diem peragant. Si hæc mandata prædicta fratres charissimi cum bonâ voluntate obseruaueritis, remissionem omnium peccatorum vestrorum, & vitam æternam de Domino Iesu Christo habebiris, & insuper abundantiam omnium bonorum, & gratiam, & amicitiam ab omnibus qui hæc audierint Amen. Multa bona huic domui à Guillelmâ & Guillelmo Guillelmi monachi auo concessa, tum ab Ermesendâ, Guillelmo & Sibyllâ liberis, ac Beatrice Comitissâ Melgorij, vt in codicibus legitur. Anno autem 1130. Innocentius 1130.
2. Antipapæ Petri Leonis vim fugiens Magalonam peruenit teste Bernardo Bonævallis in vitâ Sancti Bernardi, & Sugerio in vitâ Ludouici Crassi: conuocatâ Synodo Claromontanâ & Remensi iis interfuit Raimundus, & inaugurationi Ludouici Iunioris. Tum deinde dissidentes inter se composuit C Guillelmum Monspelij & Bernardum Melgorij Comitem, interuentu quoque Arnaldi Pontificis Narbonensis. Exinde verò 1138. Raimundus Cluniaci monachos Monspelium aduocauit, quibus Guillelmus annuente Papâ Innocentio, monasterij condendi ius dedit: in bullâ Innocentij dat ei licentiam diuina officia celebrandi, & quicunque in eâ Ecclesiâ sepeliri deliberauerint, saluo nimirum iure matricis Ecclesiæ liberam habeant facultatem. Datum Laterani 4. Cal. Maij. Guillelmus locum concessit ad Lezi ripam non procul Salzeto, vt ferunt instrumenta vrbis.

D Anno 1139. cùm Guillelmus castrum in agro Lataræ ædificasset, & proptereà lites exortæ inter ipsum & Ecclesiam Magalonensem, tandem ab eâ indultum est, vt arx illa Guillelmi foret eâ conditione, vt Ecclesiæ beneficiario iure manciparetur, & si apud Lataras basilica conderetur, futuram sub iurisdictione Episcopi Magal. In hoc instrumento fit mentio duplicis generis Canonicorum Claustralium, & Obedientialium, ij fortè erant, qui nunc sunt minores Cano- 1139.

nici addicti choro, Claustralibus suffecti sunt, nunc qui seculares, & minores eis submittebantur, vnde dicti Obedientiales, quamuis actis Capituli » sæpiùs adessent. Guillelmus de Cornone an. 1140. quidquid pater ipsius Guillelmus in nemore de Arisqueriis habuerat, tradidit, quidquid etiam in Ecclesiis S. Marcelli & S. Iusti, siue aliis vbicunque locorum Ecclesiasticis rebus per se, vel per alios iustè vel iniustè possederat, hoc totum bonâ fide ipse Guillelmus in manu Raimondi Episcopi dereliquit. At se-

1141. quenti anno 1141. Guillelmo ex vrbe Monspelij per rebelles eiecto, Raimundum Præsulem Pontificis authoritatem imploraße dicit Gariellus, vt Guillelmus restitueretur, quin & leuis est suspicio Raimundum Guillelmi partibus non adhæsisse, nam Innocentius Papa committit Narbonensem Archiep. vt in rebelles excommunicationis sententiam promulget, Monspelium à diuinis officiis interdicat præter baptismum puerorum, & pœnitentias morientium. Guillelmus autem Monspessulanus cum suis, tũ ciuium impensis, B. Mariæ basilicam auctiorem & ornatiorem fecit: denique vir totus pietati deditus abiectâ mundi pompâ, inter Cistercienses monachos in Abbatiam Grandis syluæ se recepit: condito priùs te-

1146. stamento 1146. quo S. Crucis Ecclesiæ quam iuxta suam domum ædificauerat, lignum S. Crucis tradit multis cum aliis relliquiis, quas ab Hierosolymis hûc rediens attulerat: concedit prætereà cameram suam quæ erat ad caput Ecclesiæ vt Capellanus ibi perpetuó habitaret, & alia pro luminaribus Ecclesiæ. Hunc Guillelmum quidam faciunt auctorem libri ab Alano conscripti in Albigenses & Valdenses, at errant, cùm is tantùm dedicetur Guillelmo ex Sybillâ eius filio, qui patri longè absimilis Ecclesiarum iura quæ aui concesserant, inuasit, sacerdotibus legitimis eiectis, intrusis aliis, id ægrè ferens Raymundus ab Eugenio Pontifice epistolam ad Comitem Guillelmum obtinuit, quæ reperitur in bullario Consulum. Consensit Pontifici Guillelmus eâ lege vt probant acta Consul. vrbis, vt sibi tria millia solidorum darentur à S. Firmini & S. Crucis Prioribus, Raymundóque scribit Pontifex &

Nemausensi Episcopo, ne in pertractandis causis sacramentum calumniæ adhiberetur, sed causæ & personarum qualitate inspectâ, vt patet ex Decretali lib. 2. tit. 7. de iuramento calumniæ. Anno verò 1151. hæc in registro Capituli habentur: Raimundum inter & Capitulum orta lis quòd in Marianam Monspeliensem ædem, Monspelieresi decimas, moletrinas Lataranenses, ius item pariis & vini, aliáque in S. Stephani Villanouani parochiâ sibi Præsul arrogaret, per arbitrarios iudices composita est, Petrum Archiep. Narbonensem, & Petrum Raimundum Episcopum Lutouensem. Statutum nunc est, vt Ecclesiam S. Mariæ de Montepessulano liberam per omnia saluâ reuerentiâ Episcopali, Magalonenses Canonici habeant, decimas de Montepeylereto, quas dictus Episcopus à Bernardo Aranfredi emerat, similiter Canonici habeant, redditis eidem Episcopo mille solidis, quos pro hac decimâ dederat: prætereà decimas molendinorum de Palude, sicut in instrumento compositionis inter Guillelmum dominum de Montepessulano, Magalonenses Canonicos, & Raymundum Episcopum continetur: decimas denique de pane, & vino quas in parochiâ S. Stephani de Villanouâ recolligir idem Episcopus, præfati Canonici habeant: quæ omnia inuiolabiliter se obseruaturum promisit Raymundus anno 1152. Idem Canonicorum consensu prout affirmant tabulæ S. Ioannis Hierosolymitani Arelatensis[1], domui Hierosolymitanæ ac fratribus terram & solidos censuales dedit. Hoc eodem anno Anastasius IV. Papa omnia sedis Magalonensis priuilegia rescripto Apostolico confirmauit, cuius is tenor in autographo Consul. 1152.

Anastasius seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Ramundo Magalon. Episcopo, eiúsque successoribus canonicè substituendis in perpetuum salutem & Apostolicam benedictionem &c. Ea propter dilecte in Christo frater Episcope, tuis iustis petitionibus, gratum impertientes assensum, præfatam Magalon. Ecclesiam, cui Deo authore præesse dignosceris, ad exemplar prædecessoris nostri bonæ memoriæ Vrbani 2. sub B. Petri & nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti

patrocinio communimus; statuentes ut
quascunque possessiones, & quæcunque
bona, eadem in præsenti iustè, & canoni-
cè possidet, aut in futurum concessione Pon-
tificum, largitione Regum vel Principum,
oblatione fidelium, seu aliis iustis modis
Deo propitio poterit adipisci, firma vobis,
& per vos eidem Ecclesiæ illibata perma-
neant, in quibus hæc propriis duximus ex-
primenda vocabulis. Ipsam eandem Ma-
galonensem Ecclesiam canonicè regendam,
& disponendam tibi, tuisque successoribus
confirmamus, atque Ecclesiam S. Baudi-
lij de Monteseno, & universa quæ ad
Magalon. Episcopum, seu ad fratrum ibi
degentium communiam iustè pertinere nos-
cuntur. Præterea eiusdem prædecessoris no-
stri vestigia sequentes, Melgorij Comita-
tus curam vobis iniungimus, & vos cen-
sum annuum, ab illis qui per manum Ro-
mani Pontificis tenentur, exigatis, & si
Comitum, & ipsius Comitatus hæredum
successio defierit, nostrâ, nostrorúmque
successorum vice Comitatum ipsum regendo
disponatis. Decernimus ergo &c. Datum
Laterani per manum Rolandi Sanctæ
Rom. Eccl. Presbyteri Cardinalis & Can-
cellarij 4. Idus Decemb. Indictione 2.
1154. anno Incarnat. Domini 1154. Pontifica-
tus verò D. Anastasij Papæ 4. anno pri-
mo. Defuncto Pontifice Anastasio,
& subrogato Hadriano, qui aliàs in-
ter S. Iacobi Melgoriensis Clericos
fuerat cooptatus, ad Narbonensem
Præsulem & Magalonensem Raimun-
dum scribit, & eis Comitis Guillelmi
Monspeliensis ditiones commendat,
Hierosolymis tunc versantis; nec-
non anno 1155. sicuti decessor omnia
Magalon. Ecclesiæ priuilegia aucto-
ritate Apostolicâ muniuit 3. Non.
Maij, quod idem paulò anteà 8. Febru.
præstiterat Francorum Rex, cuius ta-
le habetur diploma in archiuis doma-
nij Nemausensis. LUDOVICUS Dei
ordinante prouidentiâ Francorum Impe-
rator Augustus, Raimundo Episcopo
Magalon. eiúsque successoribus, & eius-
dem Ecclesiæ sancto conuentui in perpe-
tuum &c. Dilecte in Domino Raymunde
Magalon. Episcope, tuis iustis postulatio-
nibus gratum impertientes assensum,
præfatam Magalon. Ecclesiam, cui Deo
auctore præesse dignosceris, ad exemplar
prædecessoris nostri bonæ memoriæ Ludo-
uici serenissimi Regis sub protectionis nostræ
munimine suscipimus, statuentes ut quæ-
cunque bona eadem Ecclesia prædecesso-
rum nostrorum largitione, siue alio iusto
A titulo iustè, & canonicè possidet, aut in
futurum concessione Pontificum, largitione
Regum vel Principum, oblatione fidelium,
seu aliis iustis modis Deo propitio poterit
adipisci, firma vobis, & per vos eidem
Ecclesiæ permaneant, in quibus hæc pro-
priis duximus exprimenda vocabulis. To-
tam insulam, in quâ ipsa Ecclesia sita est,
cùm suis pertinentiis, & quidquid in mari,
vel in stagnis eadem Ecclesia iustè possidere
videtur, hoc est in mari piscationes suas,
& vbicunque in Sustantionensi Comitatu
portus, qui dicitur Gradus, aperiatur in
omnibus reditibus, qui inde prouenerint
medietatem, & in stagno piscationes suas
B & pulmentum; præterea eidem Ecclesiæ
concedimus, & tibi Raimundo Episcopo
castrum de Villanouâ cum omnibus perti-
nentiis suis, castrum de Gigeano cum om-
nibus ad idem castrum pertinentibus; vil-
lam de Baianicis, du Terral, & Mon-
tempessulanetum, villam de Agusanicis,
de Agantico, de Vico, totum castrum de
Veruna cum omnibus pertinentiis suis,
& feudum quod tenet Guillelmus de
Montepessulano; Montempessulanum
vtique, & castrum de Palude, &
vniuersa quæ ad Magalon. Episcopa-
C tum, seu ad fratrum ibi degentium com-
muniam pertinere noscuntur. Adiicimus
etiam, vt nullus Comes, nullus Princeps,
nulla alia laica potestas, in Clericis to-
tius Magalon. Episcopatus, aut in aliis
eiusdem Ecclesiæ locis, siue in locis ad ean-
dem Ecclesiam pertinentibus iustitias, al-
bergas, totas questas, siue aliquas alias
iniustas exactiones post huius nostri de-
creti rescriptum temerario ausu accipere
præsumat. De cætero teneat omnis notitia,
quòd Magalon. Ecclesiæ, & tibi Rai-
mundo eiusdem sedis Episcopo, ac succes-
soribus tuis ea quæ superiùs memorata sunt,
perpetuò possidenda laudamus, & insuper
villam S. Dionysij, villam S. Bricij, &
D in Episcopatu Biterrensi villam de Pine-
to, & in territorio Sustantionensi hono-
rem de Rœto cùm toto termino suo, &
cùm omnibus ad eundem honorem perti-
nentibus, tali rationis edicto, vt nulli
vnquam homini liceat in his locis, siue in
alio S. Petri de Magalonâ honore iusti-
tias, vel alias exactiones exigere, nisi tibi,
& successoribus tuis. Adhuc etiam dona-
mus vobis villam de Xindrio, villam de
Amansione, villam de Maurino, de Coco-
ne cum omnibus pertinentiis suis sicut sunt de
termino castri de Villanouâ. Hæc omnia
concessit Ludouicus Rex Francorum Rai-
mundo Magalonensi Episcopo, & Ma-

g.lonæ Capitulo apud Arxatium anno
1155. *Dominicæ Incarnationis* M. C L V. 8. *Fe-*
bruarij. Eodem tempore Raimundus
diœcesim perlustrando decreta Sy-
nodalia edidit; tum anno 1156. tri-
bus cùm aliis Præsulibus matrimonio
iunxit Guillelmum Monspeliensem
Sybillæ filium, cum sorore Ducis
Burgundiæ; sponsalia Monspelij, nu-
ptiæ Anicij celebrantur; testis adfuit
quoque testamento Ermesindæ vxo-
ris Guillelmi de Tortosâ. At cùm in
Ecclesiâ B. Mariæ Monspelij miracu-
lis celebri ob confluentes populos S.
Saluatoris altari magna donaria in
dies offerrentur, his vti statuit Guil-
lelmus Comes & plebs Monspelij, vt
hanc sacram ædem amplificarent,
quod permisit Hadrianus Pontifex
1158. datis litteris Magalon. Episcopo 1158.
4. Idus Nouembr. & Comiti Guil-
lelmo, eâ tamen lege, vt per quin-
quennium tantùm has oblationes in-
sumerent pro instaurandâ Ecclesiâ,
deinde pro more antiquo ad Priorem
S. Mariæ spectarent. Per id tempus
Hadrianus auditis Canonicorum de
Raimundo querelis ad eum increpa-
toriam scribit epistolam, quod bona
Ecclesiæ suæ communibus Clerico-
rum vsibus destinata suo arbitrio di-
spensaret, rescripto Laterani dato
Pontific. 4. per 30. annos, menses 3.
dies 12. iuxta Verdalam sedit Raimun-
1166. dus, tandem anno 1166. senex obiit
vltimâ Decembris; at cùm ei succes-
sorem tribuat Ioannem de Montelau-
ro ab anno 1158. & ipsum Raimundum
vltra vitam propagasse constet, inde
colligitur ob fatiscentem ætatem se-
nio, Episcopatum sponte abdicasse.

Monlaur. 22. Ioannes de Montlaur II.
Canonicus Magalonensis, ex prosa-
piâ de Montelauro, in Raimundi lo-
cum substitutus, quamquam repug-
nantibus multorum suffragiis teste
Verdalâ; is Episcopus virtute & san-
guine nobilis, patre natus Guillelmo,
auum habuit Pontium Monlaureum,
auunculum Bernardum à Vallanque-
sio, qui cùm Raimundo Tolosano Co-
mite & Guillelmo Monspelij domino
in expeditionem Hierosolymitanam
profecti memorantur. Nec minus ipse
sacrum bellum adorsus est Ioannes
contra vitiorum cateruas, cùm ma-
gnâ eloquentiâ verbum diuinum, hoc
est sacras Scripturas quas callebat,
explicaret, & inter se dissidentes ani-
mos ad pacem reuocaret; vnde ap-
positè omnino familiæ suæ stemmati
hoc lemma sibi proprium appinxit,
nempe militem cataphractum cùm
hac epigraphe Pauli: *Labora sicut*
Miles Christi: à tergo citharædum cùm
his verbis: *Psallite Domino in citharâ*.
quæ sigillo plumbeo insculpta haben-
tur. Ipsum autem saltem sedisse 1161. 1161.
constat ex registro episcopali, vbi
Ioannes eodem anno permutat, &
Capitulo tradit Ecclesias de Lunello
veteri, S. Fructuosi, & S. Pauli de
Cabreriis. Bernandus verò Gauceli-
nus Præpositus suo & Capituli nomi-
ne dicto, Ioanni Episc. Ecclesiam de
Gigeano cum suis pertinentiis con-
cedit. Hoc etiam anno 1161. per eum
Antistitem dirimitur in domo militiæ
templi, querela Guillelmi Monspe-
liensis domini cùm Guidone fratre.
Quin etiam hoc circiter tempore
moto bello inter Bernardum Pele-
tum Melgorij Comitem, & Guillel-
mum Monspel. arbiter electus est pa-
cis Ioannes Episcopus: inito fœdere
ad quinquennium tandem pax firma
coaluit. Eodem anno Guillelmus
Monspelij dynasta in Eccl. S. Petri
Magalonæ solitam fidei clientelaris
professionem iurauit Ioanni, cui Ful-
crandus Magalonensis Præpositus to-
tius Capituli consilio sexcentos quin-
quaginta solidos Melgorienses lega-
uit; & pro eiusdem Præsulis animâ
Capitulum quotannis anniuersarium
instituit. Extant duæ huius Episcopi
litteræ ad Ludouicum Francorum
Regem, quibus suam erga eum ob-
seruantiam abundè testatur; Ludoui-
cus vicissim ipsi regio diplomate im-
munitates Ecclesiasticas corrobora-
uit. Alias quoque lites composuit
Ioannes anno 1162. nam auctore Ver- 1162.
dalâ, mense Iulio cùm Bernardo
Gaucelino Magalonensi Præposito
statuit, eiusdem Præpositi fore dein-
ceps ordinare Cellerarium Magalo-
næ procuratorem communis mensæ
cùm consilio Episcopi & Capituli: &
motâ controuersiâ inter Alexiam,
Rostagnam, & Beatricem Iaconiam
pro Maurillano prædio, iámq; vtriús-
que consanguinei armis & cædibus se
vexarent, Ioannis auctoritate con-
cordiæ sunt restitutæ, vt testantur
acta Capituli. Baronius in Annalibus
refert Alexandrum III. Papam Maga-

lonam venisse, ibique maius altare consecrasse, quem excepit Ioannes de Montelauro, ac Monspelij, magnâ veneratione Guillelmus toparcha huius villæ, cui priuilegium summus Pontifex impertitur Cal. Iulij. Prior Ecclesiæ S. Mariæ apud eum conquestus, quod elapso quinquennij tempore concesso ab Hadriano Papâ, vt oblationes suæ Ecclesiæ eius ædificationi destinarentur, nihilominus suo damno Ecclesia Magalon. has oblationes adhuc perciperet, id prohibet epistolâ datâ Ioanni & Capitulo suo die 6. Idus Aug. Ex autographo item Episcopali apparet quòd de Comitis Melgoriensis filiæ tutelâ, dissidentibus Ildefonso, qui se Melgorij Comitem nuncupabat, & Guillelmo Monspeliensi, Ioannes Episcopus certis conditionibus controuersiæ finem imposuit. Exinde Papa Alexander declarauit quæstionem subortam inter Ioannem Præsulem & Fulcrandum Præpositum, super prouisione beneficiorum per Canonicos gubernari solitorum, quam rem & ipse Cælestinus 3. ratam habuit circiter anno
1180. 1180. Idem Monlaureus Episcopales redditus adauxit, comparando albergas & vsatica in loco S. Mariæ de Xindrio; composuit & cum Abbate Vallismagnæ super decimis possessionum suarum in diœcesi Magalon. necnon cùm Præposito, cui & Canonicis an. 1169. contulit Ecclesias de Lunello veteri & de Salsano. Sed non erit etiam inutile hîc adtexere tabulas societatis initæ cum Ecclesiâ Mimatensi, quæ ex archiuio huius Cathedralis ita exhibentur. Con fraternitas *Ecclesiarum Magalonensis, Mimatensis, Vticensis, Asprensis, S. Ruffi, & de Castiano. Sunt quidam diuersarum Congregationum Canonici, qui quamuis idem Canonicorum nomen possideant, diuersos tamen nonnunquam mores, atque consuetudines sibi vendicare satagunt, & quod nos in nostro Ordine custodimus pretiosum, illi aliquando aliis comparatum sacramentis reiiciunt: ac ideò ne nostrorum excessus iuuenum, vt solet fieri, toti nostro imputetur conuentui, & ne sancta nostra coram posita vilescere incipiant, ex nostrâ antiquâ consuetudine tenendum atque fideliter custodiendum præcipimus, quòd D. Gothofredus, & Galterus, & prædecessor noster Raimundus Magalonenses Episcopi sanxerunt, ac inconcussè tenendum in perpetuum statuerunt; statuentes hoc nosque idem confirmamus, atque ex auctoritate Dei omnipotentis, & Apostolorum Petri & Pauli prohibemus, ita vt quicunque contra hoc præceptum ire tentauerit, vinculo anathematis se nouerit ligatum, videlicet ne aliqui Canonicorum externorum cuiuscunque congregationis ad secreta nostri Capituli, vel ad studium claustri, seu ad quietem dormitorij aliquâ ratione admittantur, præter quàm S. Ruffi & S. Mariæ de Castiano, & Mimatensis, Vticensis, & Asprensis Ecclesiæ, quas à nullis secludimus, in quibus omnes nostros admittimus Canonicos. Factum est anno* M. CLXIX. *indict.* XI. *cum voluntate & assensu generalis Capituli, in natali Apostolorum Petri & Pauli, præsidente Ioanne de Montelauro Magalonensi Episcopo, simulque præsidentibus Fulcrando Præposito, & Guillelmo de Campo Priore, atque Archidiaconibus Petro Bertolt, Guillelmo de Rouereto, Guillelmo de Sobeyran.* Quod etiam Magalonensis Ecclesia societatem habuerit cùm Tolosanâ, constat ex antiquo Tolosanæ basilicæ necrologio. Intereà cùm Genuenses mare deprædarentur, & cùm Monspeliensibus graues inimicitias agerent, nec Pont. Alexandri litteras, nec Ioannis Magalonensis Antistitis curarent, tandem veriti Regis Aragoniæ & Sancti Ægidij Comitis arma quæ eis minabantur, intercedente Ioanne Episcopo fœdus cum Monspeliensibus sanxêre: Anno 1172. mense Septembri, 1172.
Guillelmus de Fabricis sciens donationem factam Sedi Magalon. à decessoribus suis de Ecclesiâ S. Baudilij pro quingentis solidis Melgorij, consensu Ioannis Episcopi illi datis, dictam donationem confirmauit: quo anno quoque Guillelmus Monspeliensis dominus filius Sybillæ, testamento concedit Ecclesiæ Magalon. mille solidos Melgorienses, vnde singulis annis fiat anniuersarium pro remedio animæ suæ: vult quòd Ioannes de Montelauro, ac Guido frater eius habeant administrationem totius testamenti, donec hæres suus habeat ætatem viginti annorum, rogátque Episcopum & Canonicos, vt singulis annis festo sanctorum Cosmæ & Damiani faciant anniuersarium pro eo codicillis datis mense Septembri, vt patet ex actis Capituli, in cuius archiuio inscribitur anno 1174. Rai- 1174.

mundi Tolosæ & Melgorij Comitis A
traditio Magalonensi Sedi B. Aposto-
lorum, decimæ salis quam iste Epis-
copus approbauit : Interim cum an.
1176. 1176. Petrus Beguinus & eius asseclæ
impia dogmata spargerent, Theolo-
gorum synodum conuocat in eos
Ioannes præsente Vicario Generali:
necnon biennio post Ecclesiæ Magal.
ostium maius marmore & variis stru-
cturis adornatur, his versibus inscul-
ptis.

Ad portum vitæ sitientes quique venite
Has intrando fores, vestros componite mores,
Hûc intrans ora, semper tua crimina plora, B
Quidquid peccatur, lacrimarum fonte lauatur.

1178. *B. de III. viis.* A. M. CLXXVIII.
Cæterùm Ludouicus Rex Ioanni
munificentiæ donum impertitur se-
» quenti diplomate. IN NOMINE sanctæ
» & indiuiduæ Trinitatis amen. Ludo-
» uicus Dei gratiâ Francorum Rex.
» Prõpto animo regia liberalitas nostra
» debet admittere quod ad coronæ in-
» crementum noscitur attinere. Noue-
» rint itaque vniuersi presentes pariter
» & futuri, quôd ad petitionem dilecti
» nostri fidelis Ioannis Episcopi Maga-
» lon. eidem benignè concessimus, qua-
» tenus ipsi, & vniuersis eiusdem suc- C
» cessoribus liceat, in locis, quæ de no-
» bis tenet prædictus Episcopus, nun-
» dinas, & mercata facere temporibus
» illis, quæ sibi ad hoc competentiora
» elegerint, & in eis consuetudines il-
» las, quas Domini nundinarum, &
» mercatorum in eis solent accipere,
» auctoritate regiâ plenariè accipiant.
» Loca verò sunt hæc, castrum Villa-
» nouæ, & castrum de Gigeano cum
» suis adiacentibus. Prætereà decerni-
» mus quòd nisi in locis, quæ de nobis
» tenent, iustitias cum integritate ha-
» beant, & exerceant. Adhuc scimus
» & recognoscimus quòd præfatus Ioã- D
» nes Magalon. Episcopus castrum Vil-
» lanouæ cum omnibus quæ sunt in eius
» terminio, à nobis possidet, & tenet;
» ideóque præcipimus, vt quicunque
» in hoc castro aliquid possideat, vel in
» omni terminio eius, quia omnia sunt
» regalia nostra, Ioanni Episcopo &
» successoribus eius nomine prædicto-
» rum obsecundent, vt in omnibus, &
» per omnia fidele seruitium satagant
» exhibere. Quæ omnia vt perpetuam
stabilitatem obtineant, præsentem «
cartam sigilli nostri auctoritate, & re- «
gij nominis caractere subtus annota- «
to iussimus communiri. Actum apud «
Nouam villam in Episcopatu Bello- «
uacensi anno 1179. astantibus in pala- « 1179.
tio nostro quorum nomina subposita «
sunt & signa. Signum Comitis Theo- «
dobaldi Dapiferi nostri, Guidonis «
Buticularij, Raginaudi Camerarij, «
Rodulphi Constabularij. Data per «
manum Hugonis Cancellarij. Coacto «
autem Lateranensi Concilio an. 1179.
huic interfuit Ioannes, necnon cùm
Gaucelino Lodouensi Præsule diffi-
dus inter se disceptantes, Guillelmum
Montispessulani dynastam & eius ci-
ues ad fœdus induxit: cum verò Ara-
bes ex Hispaniâ Monspelij Medici-
nam doctè professi essent, Guillelmus
Monspelij toparcha eis diplomate an-
ni 1180. ad commune commodum 1180.
hanc artem quam physicam vocabat,
publicè explicandi facultatem con-
cedit, quamquam alij credant origi-
nem Academiæ repetendam à Cæsa-
rio monacho Cisterciensi, vel à Con-
rado Cardinali Portuensi. Ex auto-
grapho episcopali liquet, Amedeum
Vallismagnæ Abbatem decimas Ioan-
ni soluere recusantem, interueniente
Bertrando Biterrensi Episcopo peo-
sitasse. Interim mortuo Alexandro III.
ei funebrem pompam ac preces pu-
blicas indixit Episcopus Magalonens.
quem hoc anno defunctum credidit
Verdala, sed perperam, nam ad an.
1189. vitam produxisse inferiùs pate-
bit : vnde *Raimundum Gaucelini* quem
ei successisse hoc anno affirmat firmo
satis fundamento è catalogo Præsu-
lum Gariellus expunxit; & rectè qui-
dem nam 1183. annuente Ioanne » 1183.
Monlaureo Episcopo & Petro Vabre «
Præposito, Sacrista Magalonensis «
Bertrandus fundat anniuersarium pro «
suâ salute, & Raimundi Episcopi «
quondam Magalon. auunculi sui. Plu- «
res alias donationes hoc anno excepit
Ioannes, quo mortem æternâ vitâ
commutauit vir pius Bernardus co-
gnomento Pœnitens, patriâ Maga-
lonensis, in cœnobij D. Bertini Au-
domarensis sacello tumulatur. Ex bul-
lario autem Pontificio hoc Lucij Pa-
pæ diploma referendum. LVCIVS
Episcopus seruus seruorum Dei, venera-
bili fratri Ioanni Magalonensi Episcopo
salutem & Apostolicam benedictionem,

Peruenit ad nos quòd Episcopatus tuus ex
parte magnâ sit prædonum incursione va-
status, vnde cùm quarundam Ecclesiarum
ad ius Episcopale pertinentium presbyteri
sint defuncti, eas tibi specialius reseruasti,
exposcens illas tibi à sede Apostolicâ con-
firmari. Eapropter tuis postulationibus gra-
to concurrentes assensu, Ecclesiam S. Ge-
nesij de Gigeano, S. Andreæ de Cucullo,
S. Michaelis de Majulano, S. Michaelis
de Aguzanicis, Ecclesiam de Cazillaco,
& S. Petri de Aganico, sicut eas ratio-
nabiliter, & sine controuersiâ possides,
personæ tuæ authoritate Apostolicâ confir-
mamus, & præsentis scripti patrocinio
communimus. Datum Valeti 9. Cal. Fe-
bruar. Pontificatus nostri Tertio. Anno
1184. Ioannes clientelare sacramen-
tum iuramenti à Guillelmo Monspe-
lij domino, cuius fuerat tutor, ad-
mittit coram altari D. Nicolai Ma-
1187. galon. & anno 1187. fidem quam Eu-
doxiæ Constantinopolitanæ coniugi
iurauerat Guillelmus, cùm fregisset
superinductâ Agnete Aragonum Re-
gis consanguineâ quam duxit vxo-
rem, Ioannes Magalon. & Narbo-
nensis Antistites eum censuris Eccle-
siasticis, & agrum Magalon. interdi-
cto puniunt iubente Romano Ponti-
fice; nihilominus interueniente Re-
ge Aragonum molliùs actum est cum
Guillelmo, & Eudoxia misera ad
Anianense monasterium se recepit,
vbi piè obdormiuit in domino. Ioan-
nes verò erecto in Cathedrali sub no-
mine D. Ioannis sacello, animam Deo
1189. reddidit anno 1189. condito testa-
» mento. In necrologio legitur die S.
» Mathiæ tenetur Capitulum facere
» vnam missam pro animâ domini Ioan-
» nis de Montelauro Magal. Episcopi.

MONTPELLIER. Vn croissãt accõpagné de deux estoilles & d'vn tourteau en cœur, lequel portoient pour armes les Seigneurs de Montpellier.

23. GVILLELMVS DE MONT-
PELLIER I. Guillelmi Monspelij
dynastæ patruus, ex Canonico Ma-
galonensi & Abbate Anianæ proxi-
mè post Ioannem de Montelauro eli-
gitur anno 1190. hic virtute clarus ac
stirpe nobilis, suæque Ecclesiæ instau-
rator eximius, eam immunitatibus
auxit, lites exortas inter decessores
& Canonicos arbitrariâ sententiâ
terminauit, Guidone tunc Capituli
Præposito, quam Cælestinus Ponti-
fex confirmauit, vt pluribus narrat
Verdala. At cùm Guillelmus Mons-
peliensis dominus, domui Grandi-
montensi de Montearbedonæ quos-
dam solidos censuales dedisset, hanc
donationem Præsul Guillelmus Rai-
mundi ratam habuit; tum sequenti
anno donationem facit Guillelmus 1191.
Pontio Gothofrido, & ipse excipit
debita obsequia à Raimundo de Cor-
none, Raimundo de Gigeano, & Be-
rengario; at Guillelmus Monspelij
dominus Episcopi nepos, fidei sacra-
mentum patruo iurauit in arâ S. Ni-
colai Magalon. præsentibus Georgio
S. Angeli Cardinali Apostolicæ sedis
Legato, Berengario Narbonensi, &
Gimundo Ilerdensi Archiepiscopis.
Eo sedente 1192. Placentinus Iuris-
consultorum facilè princeps Mons-
pelij ius interpretatus viuere desiit,
& in cœmeterio D. Bartholomæi tu-
mulo conditus est: in autographo
autem Episcopali hæc leguntur: An-
no 1195. mense Aug. Guillelmus de 1195.
Monteferrario totum honorem, ter- «
ras, homines, & fœminas, quartas «
partes, & vsatica, quæ in totâ S. An- «
dreæ de Maurino parochiâ posside- «
bat, Magalon. Ecclesiæ dedit exce- «
ptis duabus terræ petiis, quarum «
vnam Guillelmo Episcopo Magalon. «
alteram verò eleemosynæ eiusdem «
Ecclesiæ tradidit. Quin ipse idem «
Guillelmus de Monteferrario, pro «
salute animæ suæ, & vniuersorum «
parentum suorum vniuersa vsatica, «
& alia quæcunque iura, quæ in ter- «
minio de Villanouâ habebat, Maga- «
lonensi Ecclesiæ pro suo anniuersario «
cessit. Guillelmus Raimundi vitæ & «
Episcopatus metam attigit 6. Cal.
Februarij anno 1196. cùm per annos 1196.
6 menses 4. dies 12 Ecclesiam rexis-
set. Ex quo Catellum, vel eos qui
eius lucubrationes typis edidêre rectè
arguas, dum affirmant Guillelmum
nostrum ab Innocentio 3. Melgo-
riensis Comitatus feudo donatum,
cùm ipsemet Innocentius pontificio
honore condecoratus fuerit tantùm
anno 1198. 6. Idus Ianuarij. Rytmici
versus cum antiquâ admonitione Cle-
ro inscriptâ de modo dicendi horas,
& quadragesimales homiliæ aliquot
tribuuntur à quibusdam Guillelmo
Raimundi nostro, quæ carmina le-
gere est apud Gariellum in historiâ
suâ.

DE FLEXIO

24. GVILLELMVS DE FLEXO II.
ex nobili Flexiorum sanguine ortus,
è Canonico Magalonensi ad sedem

1197. Episcopalem vocatur an. 1197. cuius promotionem Cælestinus 3. summus Pont. variis laudibus cumulauit. Gariellus refert Hospitalariorum Ordinem nuper (vt apud Spondanum legitur) à Guidone Comite apud Montempessulanum in Galliâ erigi cœptum confirmasse, & priuilegiis auxisse Innocentium III. cuius institutio innotescet his verbis veteris codicis Augustinianorum. „An. M. CXLIV. insignem Congregationem Canonicorum Regularium sub regulâ S. Augustini excitauit hisce annis in eadem Galliâ Guido Monspessulanus titulo S. Spiritus Hospitalariorum, quibus infirmos commisit, vt iisdem tum temporalia, tum spiritualia subministrarent: in quem finem voluit, vt à cæteris secernerentur huic pietati destinati; vt cruce albâ duplici ligno transuersâ in pectore insignirentur, quo signo illis caritas & Christi, & proximi insigeretur. Huic Congregationi locum, & officium idem dedit Romæ in Saxiâ ad S. Spiritum Innocentius tertius, ædificato Hospitali amplissimo, vbi nonnunquam mille quingenti infirmi curantur; vbi orphani, & expositi vtriúsque sexus paruuli educantur; vbi nobilibus, ignobilibus, infirmis, & sanis ad necessitatem prouidetur ex mediis hospitalis, quæ opulentissima sunt ad inuidiam exempli: Censet autem Gariellus incertam esse epocham, & institutionem hanc referendam post an. circiter 1197. & probat ex eo quòd monumentis proditum sit Hospitalarios S. Spiritus Ordinis sui fundamenta Monspelij Guidonis munificentiâ iecisse, tamen quis fuerit iste, quóue tempore in viuis ageret Guido, nullis instrumentis assertum est; neque enim in Guillelmi Ermengardæ nati codicillis vllus filius Guidonis nomine comparet, quanquam quintus Ermessendæ filius Guido tenellæ hoc tempore fuerit ætatis, qui nec Comitis vnquam titulum gessit, nec ei tanti operis molimen potuit adscribi: quid si tertius Guillelmi ex Sybillâ filius Guido huius Ordinis auctor statuatur, codicillis patris constat illum Militiæ Templi addictum fuisse. Certè ex eo arguit Hospitalariorum conditorem è Guillelmorum prosapiâ minimè editum; aut saltem huius Ordinis primordia seriùs coaluisse. Ciaconius autem refert in vitâ Innocentij „quòd Ecclesias S. Mariæ in Saxiâ, & S. Spiritus in Montepessulano coniungens Ordinem S. Spiritus constituit, & eius nomine Hospitale illud vocauit. Ordinis vniuersi Præses Commendator dicitur, & Magalon. Episcopo censum annuum persoluit, vnam ceræ libram, duos denarios cùm obolo, & duos capones. De hac institutione hospitalis fusiùs consule Gariellum: iste autem Ordo Monspelij substitit vsque ad Henrici III Regis ætatem, qui quod Franciæ & Poloniæ regnorum sceptrum adeptus fuisset die Pentecostes in festo S. Spiritus, Ordinem & Equites huius nuncupationis Lutetiæ instituit an. 1579. cuius quidem Ordinis S. Spiritus omnium toto orbe celeberrimi ac speciosissimi, haud primum auctorem Henricum fuisse perhibent, sed à Ludouico Hierusalem & Siciliæ Rege antiquitùs institutum an. 1352. & composuisse illum Henricum ad exemplar veteris codicis, quod à Republicâ Venetâ cum illac Poloniâ rediens transiret, dono acceperat. Ex registro Innocentij 3. epist. decret. lib. 1. patet litem motam inter Episcopum Magalon. & Præpositum pro nominatione Archidiaconi ita definitam à Pontifice, vt Episcopus ius suum obtineret, & Præpositus causâ caderet. Pullulante verò Albigensium hæresi, cùm ad hanc pestem comprimendam Ecclesia Albigensis iam coactâ synodo an. 1176. cui Raimundus Magalon. interfuerat, tum Romanâ conuocatis trecentis Episcopis sub Alexandro 3. quos inter Ioannes Magalon. Albigenses percusserat anathemate 1179. auctoritatem quoque suam adhibuit Guillelmus dominus Monspeliensis, hos vt hæreticos ad meliora reuocaret, & propterea gratulatorias meruit epistolas accipere. Anno 1200. 1200.
templum S. Crucis quod Guillelmus Monspeliensis ædificarat, curauit consecrari ab Imberto de Aqueriâ Arelatensi Archiepiscopo, sic enim vetus inscriptio prodit huiusmodi verbis:

ANNO *Dominicæ Incarnat.* M. CC. *Nonis Nouembris præsidente, & mandante D. Ioanne de Sancto Paulo tit. S. Priscæ presbytero Cardinale, Apostolicæ sedis Legato, à D. Imberto Arelatensi Archie-*

Archiepiscopo consecratum est templum in honorem Sanctæ & gloriosæ Virginis Mariæ, & viuificæ Crucis, & omnium Sanctorum, assistentibus, & cooperantibus præfato D. Cardinali, D. G. Magalonensi, D. R. Agathensi, D. G. Biterrensi, D. Artoldo Elnensi, & D. G. Vticensi Episcopis. Et constitutum est ex consensu D. Cardinalis, & omnium prædictorum, vt quicunque anniuersario eiusdem dedicationis deuotè conuenerint, de iniunctâ sibi pœnitentiâ duodecim dierum veniam consequantur. Sacratâ basilicâ Innocentius 3. hoc priuilegium concedit sacello domestico Guillemi Monspeliensis, quod hîc propterea adiecimus, ne videatur aliquid nouum, quòd Episcopi priuata altaria concedant domibus magnatum. *Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio nobili viro Guillelmo Montisp. domino, salutem & Apostolicam benedictionem. Monet & mouet nos tuæ deuotionis sinceritas, & sollicitudo continua, quâ, sicut accepimus, seruies in operibus pietatis, vt in his, quæ Dei sunt, fauorem tibi Apostolicum non denegemus. Eapropter dilecte in Domino fili, tuis iustis precibus inclinati, Capellam, quam in domo tuâ inclitæ recordationis progenitorum tuorum deuotione fundatam, in pluribus ampliasti, cùm omnibus bonis, quæ nunc rationabiliter possides, sub B. Petri, & nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, auctoritate præsentium indulgentes, vt cùm generale interdictum terræ tuæ fuerit, liceat Capellanis ipsius, dum tamen ipsi excommunicati, aut interdicti non fuerint, clausis ianuis, exclusis excommunicatis, & te quoque si te forsan, quòd absit, excommunicari contingat, non pulsatis campanis, suppressâ voce officia celebrare diuina. Datum Signiæ Pontif. nostri an. 4.* Ex tabulario Episcopali Guillelmus an-
1202. no MCCII. approbauit donationem
» factam hospitali S. Spiritus de horto
» quodam, & pertinentiis suis, dedit &
» Præsul ipse eidem hospitali, & domui
» hortum alium suum; confirmauit, in-
» quit Verdala, acapitum mansi de la
» Lausa datum per D. Guillelmum eius
» predecessorem. Guido de Ventatorio
» Præpositus assensu Episcopi, om-
» niúmque Canonicorum, cùm hospita-
» li S. Ioannis Hierosolymitani com-
» posuit super stagno de Cuculle, &
» manso de Grenouilleres, quam com-
» positionem firmauit idem Episco-
pus. Porrò dissidentem Præpositum Cathedralis suæ cùm S. Antonij Cadulensis Commendatore, ei conciliauit hoc pacto, vt singulis annis nummum aureum solueret Commendator Præposito pro Hospitali S. Antonij. Interim eodem anno condit testamentum Guillelmus Monspelij, quo inter cætera coniugem ac liberos suos B. Virginis clientelæ committit, & deligit sepulturam in monasterio Grandis syluæ, Agathensis Episcopi, Guillelmi nostri de Flexio Magalonensis, Reginæ Aragonum, & Comitis Tolosani opem implorat, vt habetur in autographo. Hoc testamentum mense Nouembri Guillelmus Antistes vulgauit, & plumbeo sigillo illud ratum habuit. Paulò post ipse vitam expleuit, & Magalonæ sepelitur hoc subscripto epitaphio.

HIC REQVIESCIT
GVILLELMVS DE FLEXIO *patriâ Monspeliensis, Episcopus* MAGALONENSIS *qui de Religione & de Republicâ benè meritus obiit Idibus Decembris anno Domini 1202. Vixit in Episcopatu annis septem, mensibus nouem, diebus sex, sedentibus Romæ Calestino Tertio, & Innocentio tertio, regnante in Galliâ Philippo Adeodato.* 1202.

25. GVILLELMVS DE ALTINIACO III. Canonicus Magalon. vir sapiens, ad Ecclesiæ gubernaculum promotus teste Verdalâ, anno 1203. à Berengario Gaucelino consanguineo Narbonensi Archiepiscopo inauguratur Episcopus, assistentibus Raimundo Agathensi, Petro Lodouensi, & Raimundo Vceticensi. Ad huius dignitatis culmen euocatus, morum suauitatis, & vitæ laudabilis specimine, quam nobilitati stirpis de Altiniaco inter Lodouenses claræ adiunxerat: ex registris capitularibus hoc circiter tempore confirmat placitum à Guidone de Ventatorio Præposito initum, & Magistro Militiæ domus S. Ægidij, pro Ecclesiis à suâ Præpositurâ vel Commendatariâ dependentibus. Mense autem Decemb. à Guillelmo Monspeliensi, filio Agnetis sacramentum clientelæ admittit. Cæterùm Mariâ Eudoxiæ filiâ legitimâ hærede Monspelij, Petro Aragonum Regi in matrimonium collocatâ, Guillelmum spurium hæredem expulit: Rex autem cùm bello omno

ALTINIAC. 1203.

ærarium exhausisset, & Monspelienses propterea bonis spoliaret, exasperati in Regem & Reginam rebellionem concitant, fugientem Regem ad Latarense castellum obsident, & premunt. His tumultibus prudens Antistes Guillelmus obuius furentes mitigat, & annitente Petro de Castro nouo Pontificis Legato, iunctisque Arelatensi, Nemausensi, & Biterrensi Præsulibus fœdus pacis sancitum est, quod Pontifex rescripto confirmauit, asseruatum in scriniis
» domus Consulo. INNOCENTIVS
» Episcopus seruus seruorum Dei. Di-
» lectis filiis Consulibus & populo
» Montispessulani salutem & Apostoli-
» cam benedictionem. Cùm illius lo-
» cum licet immeriti teneamus in ter-
» ris, qui discordias detestatur, ne in iis
» quæ pro bono pacis facta noscuntur,
» quæstionis scrupulus, vel fomes dis-
» cordiæ valeat suboriri, Apostolica
» debet circunspectio prouidere. Ea-
» propter dilecti filij, vestris postulatio-
» nibus grato concurrentes assensu,
» compositionem inter vos, & carissi-
» mum filium nostrum Regem Arago-
» nium, per venerabilem fratrem no-
» strum Magalon. Episcopum super
» controuersiis, guerris, & dissensio-
» nibus rationabiliter intellexi, & quia
» sine prauitate facta est, & ab vtraque
» parte spontè recepta, interposito iu-
» ramento, vt in vestris, & eiusdem
» Regis authenticis literis pleniùs con-
» tinetur, auctoritate Apostolicâ con-
» firmamus. Nulli ergo omnino homi-
» num liceat &c. Datum Laterani Idib.
» Aprilis pontificatus nostri anno x.
Nec minus rei Ecclesiasticæ prouidens Guillelmus basilicam suam nouâ bonorum accessione cumulauit,
» medietatem Vicariæ, Curiæ Monsp.
» pretio 500. solidorum Melgor. emit à
» Petro de Montaleone: & à Philippo
» Augusto Francorum Rege, ciuitatis
» Magalonæ, & aliorum locorum tem-
» poralium ipsâ confirmatione expres-
» sorum, non solùm protectionis mu-
» nimen, sed & pleráque alia priuilegia
» obtinuit: diploma ex antiquo codice
» cartophilacij Regij Parisiensis de-
« promptum, & nunc primùm editum
meruit apponi.

IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Philippus Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuersi præsentes & futuri, quòd sicut ex autentico*

A *piæ recordationis genitoris nostri Regis Ludouici cognouimus, ipse ad instantiam I. quondam Magalon. Episcopi, ac diuinæ caritatis intuitu Magalonensem Ecclesiam, cum iis quæ ad ipsam pertinere noscuntur, ad exemplar prædecessoris sui venerandæ memoriæ Ludouici serenissimi Regis sub regiæ protectionis munimine suscepit, & sui priuilegij autoritate communiuit: statuens vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in tempore eiusdem patris nostri, prædecessorum ipsius largitione, siue alio iusto titulo, iustè & canonicè possidebat, aut in futurum largitione Regum, vel Principum, obla-*
B *tione fidelium, aut concessione Pontificum, seu iustis aliis modis Deo propitio posset adipisci, eidem Episcopo I. & dictæ Ecclesiæ Magalon. illibata permaneant, in quibus hæc propriis vocabulis duxit exprimenda. Totam videlicet insulam in quâ ipsa Magalon. Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, & insulam de Escluone, & quicquid in mari vel in stagno eadem Ecclesia iustè possidere videbatur, hoc est in mari piscationes suas, & vbicumque in Melgoriensi Comitatu, & Magalon. Episcopatu portus qui dicitur*
C *Gradus aperiatur in omnibus redditibus qui inde proueniunt medietatem, & in stagno similiter piscationes suas, pulmentum, decimas, & cepes si alicubi in stagno Magalon. Ecclesiæ eas facere voluerit. Præterea prædecessorum suorum vestigia sequens iam dictæ Ecclesiæ perpetuò possidenda concessit castrum quod dicitur Villanoua cum omnibus appenditiis suis, villam de Exindrio, villam de Amason, villam de Matrino, villam de Cocone cum pertinentiis suis sicut fuerunt de termino castri Villanouæ, castrum de Ginhano cum parochiâ suâ, & mansum de villâ Patornogâ, & villam de Vico cum pertinentiis suis: castrum de Veirunâ totum cum omnibus pertinentiis suis: vil-*
D *lam de Bejanicis: villam de Trasset cum omnib. pertinentiis suis, villam de Aquitanicis: villã S. Desiderij: mansum de Viniers cum pertinentiis suis; villã quoq; de Aganntico cum pertinentiis suis: villã S. Michaëlis de Cadiâ: villam S. Martini de Saltairanicis cũ parochis suis: mansum de Aquis-Viuis cum omni tenedone illius feudi: totũ honorem de Bloisset: villam de Pruneto in Episcopatu Biterrensi: feudum de Lainano cum pertinentiis suis, & si castrum vel munitionem aliquam dictus I. Episcopus per se vel per alium in suprascriptis locis, vel in alio aliquo loco sui iuris, vel*

Ecclesiæ Magal. vel feudalium ad ipsum, vel ad eandem Ecclesiam pertinentium in toto Episcopatu Magalon. facere voluisset, licitum esset ei & successoribus suis de regiâ concessione, sine alterius contradictione. Adhuc etiam concessit eidem I. & Magalon. Ecclesiæ autoritatem faciendi gradum vbi ei visum fuisset in Episcopatu Magalon. saluo eo quod spectat ad Comitem de redditibus gradus, & saluo eo quod concessit prædicto I. & Magalon. Ecclesiæ villam S. Sebastiani de Maruotlle, cum pertinentiis suis, & totum honorem de Ronet cum pertinentiis suis; villam S. Iacobi de Pratis, villam de Iocone, villam S. Dionysii, villam S. Bricy totam cum pertinentiis suis. Montempessulanetum totum cum adiacentiis suis, feudum domini Montispessulani, Montempessulanum vtique cum parochiâ suâ & castrum de Palude cum toto termino suo, villam de Suregio cum parochiâ suâ, & totum feudum quod habebat in eadem parochiâ & in parochiâ de Contrarranicis, R. Guillelmus de Piniaco, vel aliquis per eum. Hæc inquam omnia dicto I. & successoribus suis in pace possidenda concessit, & vniuersa quæ ad Magalon. Episcopatum, siue ad fratrum ibidem degentium communiam iustè pertinere noscuntur. Præterea concessit eisdem vt exercerent iustitias, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, autoritate regiâ in omnibus castris & villis suis absque omni contradictione, & hoc idem concessit Baronibus & Castellanis ipsorum, per eos in castris & villis suis videlicet G. de Montepessulano R. P. de Agantico, P. de Verunâ, D. de Vico, & si qui fuerint alij, per ipsius quoque priuilegia sui paginam sanxiendo decreuit, Vt nullus Comes, nullus Princeps, nulla alia Laica potestas in Clericis totius Magalon. Episcopatus, aut in aliis eiusdem Ecclesiæ hominibus, siue in locis ad eandem Ecclesiam pertinentibus iustitias, albergas, toltas, quistas, siue alias quascumque iniustas exactiones, prout huius decreti sui dationem temerario ausu accipere præsumeret, saluâ tamen ei & successoribus suis regiâ auctoritate. Ad hæc in æternum valitura statuens adiecit, vt Magalonensem Ecclesiam & omnia supra scripta, ad eandem pertinentia in quantum ad Regiam spectabat maiestatem, nulli vnquam personæ, nulli loco concedere posset, sed ea semper ipse & successores sui ad regni Franciæ coronam sibi inconcussè seruarent. Nos ergo eiusdem patris nostri pio affectu vestigiis inhærentes, pro salute animæ nostræ, & omnium prædecessorum nostrorum concessionem præscriptam, & confirmationem omnium suprascriptorum ab eodem patre nostro factam sicut superiùs expressum est, ad petitionem fidelis nostri G. de Altiniaco venerabilis Magalon. Episcopi ratam in perpetuum habemus & firmam, & vt perpetuæ stabilitatis robur obtineat, sigilli nostri autoritate, & regij nominis caractere inferius annotato, saluo in omnibus nostræ regiæ dignitatis iure, præsentem paginam confirmauimus. Actum apud Monsterolium Bestaij, Anno Incarnat. MCCVIII. 1208.
regni nostri XXIX. In eodem caetarum inuentario asseruatur formula electionis Consulum Monspelij cùm eodem Episcopo, quod peruetus instrumentum quia cùm supetioei à Gaeiello omissum, adiicere visum est.

In nomine Iesu Christi. Noscant peçsentes, sciántque futuri, quòd eæ conuentiones factæ sunt inter Dominum Guillelmum Magalon. Episcopum & duodecim Consules Montispellerij confiematæ à Legatis domini Papæ. Et cùm tempus duodecim Consulum Monspellerij euenerit anctore Iesu Christo puris electorum mentibns, sincerόque omni iudicio eorum electio & institutio in vno quoque anno fiat inperpetuum in Calend. Martij. Ita quòd electi Consules incipiant regere & administrare in Annunciatione Dominicâ, quæ electio & institutio fiat hoc modo. Venerabilis Magalon. sedis Episcopus, ad quem cura populi spiritualis pertinet, & superior temporalis dominatio indubitanter spectat, & tunc duodecim existentes Consules, coadunatis scilicet in eadem electione faciendâ septem aliis viris, vno videlicet de vnâquaque scalâ eligent duodecim viros de Montepeslerio laude & honestate præclaros, præstito tamen priùs à præfatis electoribus saceamento supee sancta Dei Euangelia in manu domini Episcopi, factáque peomissione in bonâ fide requisitâ ab ipso Episcopo quòd bonos & legales, & vtiles Consules secundùm quòd meliùs eis videbitur, bonâ fide eligant, nec aliquem odio vel inimicitiâ excludant, nec amore vel parentelâ aliquem in hoc officio & administratione eligant. Si vero in electione prædictâ omnes insimul non conueni-

rent, eius partis electio firma consistat, cuius dominus Episcopus assensum suum attribuerit: tamen in eâ parte ad minus septem, & decem, & nouem electorum affirmentur. Si autem dicto tempore electionis dominus Magalon. Episcopus absens extra prouinciam fuerit, vel vocatur ipse, vel eius Vicarius adesse voluerit, tunc electio à duodecim Consulibus, & septem viris prædictis; vel à maiori parte ipsorum decem & nouem electorum facta, validâ firmitate, & irretractabiliter existat. Qui duodecim Consules de nouo electi iurabunt in manu D. Episcopi, vel eo absente eius Vicarij super sancta Dei Euangelia; vel ipsis absentibus, & interesse nolentibus, in manu Consulum vice Episcopi recipientium, quòd bonâ fide consulant, & vtiliter prouideant toti communitati Montispesserij, & eam fideliter regant & gubernent, & statuta Consulatus obseruent. Et similiter quòd bonâ fide consulant domino & Baiulo Curiæ. Et prætereà iurabunt quod ad cognitionem domini Episcopi & Magalon. Ecclesiæ pacem & pacis statuta bonâ fide custodiant, & custodiri faciant, & omnia ad fidem Catholicam pertinentia seruent, & quod dominum Magalon. Episcopum, & Ecclesiam Magalon. bonâ fide consulant, & eorum iura & Ecclesiarum deffendant. Quibus duodecim Consulibus pro se & vniuersitate recipientibus dom. Magalon. Episcopus tam pro se quàm pro Ecclesiâ Magalon. firmiter promittet, quod ipsis & toti vniuersitati vtiliter bonâ fide consulet, & eos & vniuersitatem & singulos & vniuersitatis, & singulorum iura ab omni iniuriâ & violentiâ & oppressione bonâ fide deffendet. Si autem quòd Deus auertat aliquis Consulum durante officio decederet, vel in eâ administratione tam negligenter & peruersè se haberet, quòd non tantùm inutilis & damnosus communitati appareret, tunc dominus Episcopus & cæteri Consules alium loco demortui, vel remoti substituant, & secundùm formam superiùs expressam, qui omnia iurare tenetur. Verumtamen in istis duodecim Consulibus non ponetur nisi vnus solus de vno albergo; nec in hoc officio erit aliquis continuè nisi per annum; in maximis si quidem & arduis negotiis consilium dom. Episcopi requiretur, & eius consilio tractabuntur, promisso super illis secreto à dom. Episcopo. Hæc autem omnia prædicta & singula perpetuò & inuiolabiliter obseruentur, vigentibus tamen in aliis, & in suâ firmitate persistentibus omnibus* & singulis à Rege & à dom. Reginâ, & consuetudinibus olim concessis & indultis duodecim Consulibus & Vniuersitati Montispesserij, saluo iure Dominæ Mariæ Reginæ. Vniuersa hæc & singula prædicta, & singula sicut superiùs continentur solemni stipulatione vallata perpetuò valitura pro se & per omnes successores suos adiuuicem laudauerunt, confirmauerunt, & à se & successoribus suis obseruari promiserunt, Dominus G. de Altiniaco Magalon. Episcopus in bonâ suâ fide requisitâ, & Consules Montispesserij Ioannes Botadas &c. per sacramentum super sancta Dei Euangelia in manu dom. Episcopi corporaliter præstitum coram dom. R. Dei gratiâ Vticensi Episcopo Apostolicæ Sedis Legato, qui pro se & dom. A. Cisterciensi Abbate Apostol. Sedis Legato, hæc omnia confirmauit, approbauit & corroborauit authoritate Legationis quâ fungitur. Acta sunt hæc omnia in domo Comitatus Monpesserij anno Dom. Incarnat. MCCX. 1210. 6. Idus Februarij. Horum omnium testes sunt dom. G. Dei gratiâ Auinionensis Episcopus, Bertrandus Magalon. Præpositus &c. & Consules Officiorum, & alij quamplures quibus ferè tota domus plena erat, & Vgo Laurencij Notarius qui mandato partium hæc scripsit.

Nominatur quoque Guillelmus inter Præsules qui motam controuersiam terminarunt an 1212. 1212. inter Arnaldum Amalricum Archiepiscopum Narbonensem, & Simonem de Monteforti, vt testatur Catellus, ac Verdala Guillelmum Ecclesiæ suæ bona non mediocriter auxisse. Illud autem non parui momenti, quòd auctore eodem Antistite Petrus Rex Aragonum in Aben Mahometanum Principem dictum Viridem, bellum mouit, gloriosum victoriâ insigni, cuius etiam nunc Hispani festum agunt. Cùm verò bellorum calamitate, & hæreticorum prauitate mores, ipsiúsque Ecclesiæ disciplina multùm collapsa

esset, Petro Beneuentano Cardinali Romanæ sedis Legato, Monspelij
1215. synodus conuocata est 1215. post Natale Domini die xv. adstantibus quinque Archiepiscopis ipso Ebredunensi Petro Præside, Narbonensi, Auxitano, Arelatensi, Aquensi, & 28. Episcopis: cuius acta ex Auianensi manuscripto nondum vulgata, suo operi inseruit Gariellus: horum summa est.
» Statuit de vestibus Clericorum, Canonicorum Cathedralis, regularium, Præsulum: vt vestes talares ferant, non vtantur caligis rubeis, viridibus, non frenis, calcaribus deauratis: colloquia mulierum vitent, capillos attonsos habeant, vsuras non exerceant, aues venatorias non habeant: Laici non habeant præbendas Clericorum, beneficia gratis & idoneis personis tradantur, excommunicatum ad colloquium non admittant, Ecclesias non grauent exactionibus Episcopi. Monachus vel Canonicus regularis proprium nihil habeat; proprietarij singulis Dominicis excommunicentur, ab vnâ Ecclesiâ ad aliam, nisi propter iustam causam non transferantur: contra simoniacos pœna statuitur, suspensionis, interdicti, vsurariis excommunicatis nominatim interdictis sepultura, & sacramenta negentur: in quolibet prioratu saltem tres viuant, pax & concordia suadetur, violatores excommunicentur, sub anathemate noua pedagia non imponantur, nouæ confraternitates non instituantur, nisi superiorum licentiâ: denique iuxta Concilium Auenionense reuelentur hæretici Archiepiscopo, Episcopo, Consulibus locorum, ne quis eos foueat, recipiat, sub interminatione anathematis. At Magalonensis noster pauperum commodo inuigilans, eis valetudinarium hospitium S. Stephani suis sumptibus excitauit; nec multò post, à summo Pontifice Comitatum Melgoriensem, seu Monferrandensem in feudum accepit, vt perspicere est hoc diplomate bullarij Episcopalis.

» INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri GVILLELMO Episcopo Magalon. salutem & Apostol. benedictionem. Deuotionem, quam te, & Magalonensem Ecclesiam ad Apostolicam sedem nouimus habuisse, & habere in futu-

A rum speramus, attendentes Comitatum Melgorij, siue Montisferrandi qui ad ius siue proprietatem Rom. Ecclesiæ noscitur pertinere, cùm omnibus pertinentiis eius in feudum concedimus tibi, & successoribus tuis sub annuo censu x x. marcarum argenti, nobis & successoribus nostris in festo Resurrectionis Dom. persoluendo, saluo nihilominus alio censu, quem pro aliâ causâ Rom. Eccl. debetis. Ita quòd tu & successores tui nobis & successoribus nostris fidelitatem propter hoc specialiter faciatis,
B & per Rom. Ecclesiam ipsum recognoscatis, & teneatis Comitatum, & de ipso deinceps faciatis guerram, & pacem ad mandatum ipsius, nec castrum Melgorij, seu castrum Montisferrandi, cùm sint caput Comitatus eiusdem, infeudare, vel quomodolibet alienare vllatenus præsumatis absque Apostolicæ Sedis licentiâ speciali; nulla etiam feuda, quæ ad ipsum pertinent Comitatum, vlli concedatis omnino extra Magalon. diœcesim commoranti. Nulli ergo &c. Datum Laterani 18. Cal. Maij, Pontificatus anno 18. Hanc infeudationem Honorius 3. Gregorius 9. Ale-
C xander 4. Clemens 4. & Gregorius 10. suis rescriptis ratam esse voluerunt, iste quidem diplomate dato Laterani 10. Cal. Iunij Pontific. 1. Quo pacto iste Comitatus Melgoriensis Romanæ sedi collatus, ad Magalonensem Ecclesiam deuolutus fuerit beneficio Papæ, cùm Raimundus Peletus ex successione auiæ Comitem sese nuncuparet; S. Ludouicus Rex qui Comitatum hunc intra limites regni non potuisse in feudum dari à Romanâ sede obtendebat, egregiam hanc litteram accepit à Clemente Papâ 4. quæ reperitur in MS. Codice epistolâ 258. eiusdem Pontificis, quam illustrandæ
D antiquitati subiicere placuit. CARISSIMO *in Christo filio nostro Ludouico Regi Francorum illustri. Quia quidam ex ignorantiâ &c. Sanè tua nuper à nobis Serenitas requisiuit, quid de Comitatu Melgorij, quem Venerabilis frater noster Magalonensis Episcopus possidet, sentiremus, cùm tuæ celsitudini sit suggestum, quòd vel tibi, vel dilecto filio P. Peleti Domino Alesti, vasallo tuo fiat iniuria: Ad quod tibi breuiter respondemus; quòd prout constat vetustissimis Apostolicæ Sedis documentis, Comitatus prædictus feudum*

est Rom. Ecclesiæ censuale, quòd iustè tenuit, vt communiter dicitur, aliquo tempore bonæ memoeia Bertrandus Comes abauus dicti Petri: sed & Comites Tolosani, iustè vt ipsi dicebant, iniustè vt plurimi sentiebant, diuersis temporibus tenuerunt. Verùm cùm Comes Tolosanus, pater quondam Comitis Tolosani proximè iam defuncti, ex causis ad iudicium Apostolicum ratione fidei pertinentibus, per felicis recordationis Innocentium Papam prædecessorem nostrum, terris suis & honore priuatus, suis meritis congruentem sententiam excepisset, bonæ memoriæ Petrus de Beneuento Subdiaconus & Notarius prædecessoris eiusdem tunc in ipsis partibus Apostolicæ Sedis Legatus, Comitatum prædictum, quem idem Comes eo tempore possidebat, ad ius Rom. Ecclesiæ, sicut debuit, reuocauit: quem tempore procedente, R. Peleti proauus dicti Petri restitui sibi petiit à Legato prædicto; qui nolens, sicut nec debuit, eidem negare iustitiam, Auditore sibi concesso, G. tunc Magalon. Episcopum constituit ad ius Rom. Eccles. defendendum; fuitq; in eodem negotio eò vsque processum, quod lite contestatâ fuit ex parte procuratoris exceptum, quod idem Comit. libram auri debebat annuam Rom. Eccl. censualem, & erat de ipsius dominio, quam non soluerat à multo tempoee retroacto, quod idem actor fuit de plano confessus. Ec nihilominùs ad probandum ius suum quod fuerat à procuratoee negatum testes produxit plurimos; sed quidquid actum fuerit, remansit negotium indecisum. Sed tempore sequenti cùm videret Rom. Ecclesia dictum Raimundum intentionem suam in iudicio non fundasse, quod etiamsi fecisset, sibi prodesse non poterat, propter cessationem diutinam Canonis annui non soluti, remque litigiosam non esse perpendens, quàm sine speciali mandato Legatus memoratus non potuit deducere in iudicio, dicto prædecessori placuit sæpedictum Comitatum Magalon. Episcopo & suis successoribus sub censu annuo in feudum concedere; sicque ipse & quiuis eius possessores extunc pacificè possederunt: hoc saluo, quòd defunctus vltimus Comes Tolos. Melgorium, & quædam castra alia Episcopo abstulit superdicto; sed postmodum ad cor rediens ea reddidit liberaliter & libenter. Et hæc quæ de dicto Legato præmisimus facta noueris antequam recordationis inclytæ pater tuus, Franciæ Rex effectus, negotium assumeret Albiense: imò & antequam patre viuo Crucis sacræ suscepto caractere ciuitatem adiens Tolosanam potenter ac viriliter eam obsidione vallasset. Nos autem qui dictum Petrum, & prædecessores suos sincerè dileximus ab antiquo, hæc omnia sæpe recoluimus & fideliter laborauimus in statu alio constituti, vt Magalon. Ecclesia aliquod ei daret, sed non potuimus obtinere. Nuper verò ex quo licet immeriti sedem conscendimus altiorem, ad eiusdem Petri deuotam instantiam, Venerabili fratri nostro Episcopo Magalon. dedimus potestatem aliquos ei redditus assignandi; ad quod vtique nos induxit tam eiusdem Petri domus, quàm sua dilectio iam præscripta: sed & honor eiusdem Episcopi & vtilitas, cui credebamus expediens, & scrupulum conscientiæ si quis erat redimere, vulgi clamoribus satisfacere, omni iuris necessitate cessante, & dictam domum satis sibi vicinam in suâ gratiâ retinere. Quocirca fili carissime, nemo tibi suadeat præiudicium in his omnibus, vel eorum aliquo tibi factum; nisi forsan ad id se velit conuertere, quod de sede Apostolicâ malè sibi sentiunt, & inquirunt quomodo Romana Ecclesia in regno Franciæ feuda habere potuerit, sicut aliquos audiuimus susurrantes. Quibus dicimus, quòd licitè vtique habet hæc & alia, nec est aliquid quod impediat; cùm nec regnum cum Regibus natum fuerit, nec à solis Regibus acquisitum. Si enim veteres legant Historias de Narbonæ acquisitione prouinciæ, inuenient Romanorum Pontificum personales labores & sudores, qui non tam Regum fuerunt socij in victoriis, quàm Reges tunc sequaces, non socios habuerunt, tanquam Narbonensis negotij domini principales. Tuis ergo contentus iuribus, & regni latitudine, quod virtute mirificâ nostris temporibus dominus amplìauit, dictum Episcopum, & in ipso Roman. Ecclesiam non perturbes, nec susurronum somniis irriteris, qui quamquam loquentes placentia, credulis auribus fel mellitum instillant, quòd in te fieri posse non credimus, tuæ dudum constantiam circumspectionis experti. Cæterum de monetâ Melgorensi, quam idem Episcopus cudi facit, vt dicitur in feudis Ecclesiæ, ei scribimus quod iuri consonum arbitramur, & Christianæ conueniens honestati. Datum Viterbij 16. Calend. Octobris anno 2. Ad eundem Magalonensem Antistitem epistolam scripsit summus Pontifex quæ habetur in Registro Clementino, hac formâ.

» Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri G. Magalon. Episcopo salutem & Apostolicam benedictionum. Irritatus à susurronibus carissimus in Christo filius noster Ludouicus Rex Francorum illustris, super Melgorij Comitatu quem in eius praeiudicium, & iniuriam à te possideri dicebat, prudenter nos consuluit, cui plenam rescripsimus veritatem, quâ & ipsum credimus fore contentum: & idcirco nullius minas timeas; nam qui te tanget, pupillam oculi nostri tanget; nostrum enim negotium in hac parte agitur. Sanè de monetâ Melgoriensi, quam in tuâ diœcesi cudi facis, miramur plurimùm, cuius hoc agas consilio, non quod iniuriam facias dicto Regi, si in feudis non suis fabrices, sed Regi gloriæ, extra cuius dominium nec hoc potes, nec aliud operari. Quis enim catholicus monetam debet cudere cum titulo Mahometi? Quis etiam licitè potest esse alienæ monetæ percussor; cùm nulli eam liceat cudere, nisi cui, vel summi Pontificis, vel Principis autoritate conceditur, si consuetudinem forsan allegas, te & prædecessores tuos accusas potiùs, quàm excusas, cum peruersæ consuetudines dici debeant corruptelæ. Quòd si consuetudine & iure cessantibus lucro inhias, vide quantum dedeceat excellentiam Pontificalem, negotiationem huiusmodi exercere, quam in inferioris gradus Clericis reprobamus. Hinc est quòd fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si in regiis feudis hoc facis, pareas prohibenti, & si alibi, nihilominus desistas, omnino cùm Deo displiceat, & sit tuæ congruum honestati. Datum Viterbij 16. Cal. Octob. Pontific. nostri anno 2. Demum clientelari lege addictum fuisse feudi Pontificij iure, à Roman. Ecclesiâ pendentem Comitatum Melgoriensem, discitur ex his litteris. Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei, carissimo in Christo Regi Franciæ illustrissimo salutem & Apostolicam benedictionem. Recordare Rex inclyte progenitorum tuorum actus strenuos, ac respice quod Deus regnantium honor, & gloria, Beatum Ludouicum auum tuum Regibus dedit in speculum, & populis in exemplum: quem ipsius nepos

A Ludouicus attendens, quod tantam habuerit conscientiæ puritatem, quòd non solùm scienter, sed nec ignoranter dispendium aliis volebat inferre, causam, quam ignorabat, ad instar sancti Iob diligentiùs inuestigans. Vnde cùm super Comitatu Melgorij Magalon. diœcesis, nonnulla in auribus instillarentur ipsius, in tantum, vt ad quem pertineret Comitatus dubitaret, nolens ex abrupto procedere, vel incerto, fœlicis recordationis Clementis Papæ IV. prædecessoris nostri requisiuit consilium; post cuius prædecessoris Clementis consilium B Magalon. Ecclesia à regalium vexationibus conquieuit, quæ ab olim tenuit, & tenet in feudum ab Apostolicâ Sede Comitatum eundem, prout constat ex prædecessorum nostrorum literis. Quapropter dolemus, & non immeritò, quòd sicut accepimus, Officiales tui venerabilem fratrem nostrum Magalon. Episcopum, & dilectos filios Capitulum Magalon. super Comitatu prædicto, & hominibus Comitatus, imò nos, & Apostolicam Sedem grauant, impetunt, & molestant. Quapropter circunspectionem regiam tenore præsentium hortamur, & rogamus, & tibi paternis affectibus salubriter suademus, vt C Senescalli Officialibus, & Baiulis tuis districtè præcipias, quòd de cætero à dictorum Episcopi, & Capituli, ac vassallorum super dicto Comitatu molestatione desistant. Datum Anagniæ 15. Cal. Augusti, pontificat. nostri anno 6. Non erit etiam iniucundum discere ex Verdalâ quam magno pretio emerit Comitatum Monferrandi iste Præsul Magalonensis. Porrò vt laborum, ait Verdala, & expensarum onera quæ præfatus Guillelmus Magalon. Episcopus, huius acquisitionis occasione sustinuit; memoriæ D ministrentur; sciendum est nos in archiui nostri monumentis fide dignis legisse, quòd dictus D. Papa Innocentius III. qui dictum feudum concessit, à dicto prædecessore habuit mille ducentas viginti marcas sterlingorum argenti; & dom. Cardinales quingentas libras prouisionum: item Camerarius Papæ habuit 320. lib. prouisionum, valentes c. marcas sterlingorum: item habuit vnum rossinum, & vnam mulam, quæ constiterunt 30. lib. item tres fratres dicti

» Camerarij habuerunt 30. lib. Item Capellanis, Notariis, Ostiariis, Scriptoribus, & aliis familiaribus Papæ quingentas libras dedit. Item pro litteris scribendis & bullandis 5. lib. item expenderunt procuratores eundo Romam, & eundo pro equitaturis & aliis expensis ccc. lib. item constiterunt vsuræ dictæ monetæ mutuatæ 25000. solid. Et sic constitit dictum negotium quantum ad Curiam Romanam, vltra expensas alias factas in partibus istis in adipiscendis possessionibus, vendicationibus, litigiis, & recuperationibus castrorum & iurium dicti Comitatus 6600. lib. Melgorienses. Ex eodem Verdalâ com-
1251. pertum est quòd an. 1215. Episcopus Guillelmus de Altiniaco, Dominus Melgorij & Montisferrandi Consulibus Monspeliensibus cessit duos denarios ex duodecim, quos Comes Melgorij percipere consueuerat in monetâ Melgoriensi: dedit prætereà in acapitum totum Valenæ nemus, retentis decem albergis militum annuis, iurisdictione, & aliis: & ab ipsis habuit 25000. solidos Melgor. Interim Monspelium in dies cùm augeretur, & sola Ecclesia S. Firmini esset parochialis, vrgentibus Monspelij Consulibus apud Pontificem & Magalon. Episcopum, templum S. Mariæ à Tabulis eius auctoritate in parochiam erigitur: quâ ratione id factum discitur his exscriptis è Thesauro Consulum:

In nomine *Patris & Filij & Spiritus sancti. Quia vrgens incubuit necessitas, vt nos Guillelmus de Altiniaco Dei gratiâ Magalon. Episcopus animabus subditorum nostrorum, & nobis valeamus praesse pariter, & prodesse, prunas gehennæ inextinguibilis euitare zelando. Vniuersis & singulis præsentibus & futuris ad honorem & gloriam Virginis matris Dei præsenti schedulâ propalamus, nos à sanctissimo Patre Dom. nostro Innocentio Papâ* III. *mandati recepisse litteras sub hâc formâ.* Innocentivs *Episcopus seruus seruorum Dei, Venerab. fratri Magalon. Episcopo salutem, & Apostol. benedict. Dilecti filij Consules Montispessulani nobis humiliter supplicarunt, vt cùm sola Ecclesia B. Firmini quæ infra muros villæ suæ parochialis existit, multitudini populi non sufficiat, Sacramenta Ecclesiastica ministrare; in qua-*
A *tuor, aut quinque villa ipsius Ecclesiis dari pœnitentias, & Sacramenta Ecclesiastica faceremus. Volentes igitur in hac parte fraternitati tuæ deferre, per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus super hoc taliter prouidere procures, quòd exinde non emergat periculum animarum. Datum Laterani 7. Calend. Febru. Pontif. nostri anno* XV. *Authoritate ergo mandati prælibati, & nostrâ, vt deinceps vitetur periculum animarum, donamus & concedimus vobis duodecim Consulibus Montispess. vt in hâc præsenti Ecclesiâ in honore S. Mariæ, sitâ intra muros Montispessulani iuxta tabulas Cambitorum,*
B *vniuersa Ecclesiastica Sacramenta liberè & absque omni impedimento, ac vniuersaliter omnibus ea ab eadem Ecclesiâ requirentibus in perpetuum possint, & debeant, & etiam teneantur, Prior scilicet dictæ Ecclesiæ, & successores eius & Canonici, & Sacerdotes præsentes & futuri ibidem Deo seruientes ministrare, scilicet baptizando, pœnitentias & Eucharistiam præstando, nubentibus & contrahentibus benedicendo, sepeliendo, & vniuersa alia quæ ad curam pertinent animarum ministrando. Tibi Petro Garcino Archi-*
C *diacono Magalon. & Priori eiusdem Ecclesiæ & Canonicis omnibus in ea commorantibus, & tibi Guillelmo de Montearbedone Capellano eiusdem Eccles. curam animarum præsentialiter conferentes. Acta sunt hæc omnia solemniter in prælibatâ Eccl. B. Mariæ in festiuitate Pentecostes scilicet 4. Calend. Iunij anno Dom. Incarnationis* M. CCXVI. *in præsentiâ & te-* 1216.
stimonio Petri Garcini Archidiaconi, Raimundi Girardi Archipresbyteri, Guiraldi de Fornoles Sacristæ S. Mariæ, & multorum aliorum, quorum ferè tota Ecclesia plena erat, & P. Guntardi publici Notarij, qui mandato dicti Episcopi hæc scripsit.
Denique hoc anno 1216. vt constat 1216.
D ex Verdalâ & tabulis Magalonensibus, moritur Guillelmus expletis in Episcopatu annis duodecim, mensibus quatuor: humatus in Ecclesiâ Magalonæ.

26. Bernardvs de Mesva, De Mesva.
siue de Mesoa, Monspeliensis, à teneris annis clericali disciplinâ institutus, inde Canonicus & Præpositus, sedem Magalonensem assequitur 1216. consecratus à Metropolitâ suo Narbonensi Arnaldo Amalrico. Confirmat erectionem parochiæ S. Mariæ de Tabulis, his adiectis legibus in veteri codice

» codice. Primò quòd in eadem duo A » tantùm presbyteri esse debent, qui » Confessiones & alia sacramenta po- » pulo administrent: quòd Prior Ec- » clesiæ de Tabulis in pannis, lectis si- » gnaris, candelis, cereis, & aliis fune- » ralibus nihil petere debet, sed totum » Prior S. Firmini accipiat; item Prior » de Tabulis nullum recipere potest, » nec consueuit ad sepulturam in dictâ » Ecclesiâ, sine licentiâ Prioris S. Fir- » mini. Prior & Capellani de Tabulis » ad omnes processiones generales quas » Ecclesia S. Firmini duxerit faciendas, » venire tenentur, ita quòd crux S. B » Firmini semper & vbique præcedat; » item si contingat aliquem Legatum » aut aliam personam venire ad Mon- » tempessulanum, & dicta persona ele- » gerit recipi in dictâ Ecclesiâ B. Mariæ » de Tabulis, hanc Prior S. Firmini ibi » honorificè recipiat, *sententia hæc » per Cardinalem Prænestinum confir- » mata est. Sic ad pacem reuocatis S. Firmini & B. Mariæ Prioribus, Melgorienses quoque cùm Monspeliensibus confœderauit, & testibus archiuis Consulum Monspeliensium spopondit, nec se, aut successores permissuros Melgoriense castrum à dominio Episcopi distrahi, aut nouum C excitari in honore Comitatus Melg. Permittit & diplomate anni 1216. curiam Monspessulanam eas lites iudicare, quæ anteà per appellationem à curiâ domini Monspeliensis ad Episcopalem veniebant, si ad Monspeliensem litigantes appellauerint: quo anno patet ex rescripto Honorij Papæ, S. Trinitatis cœnobium pro Redemptione Captiuorum iam Monspelij fuisse institutum. Anno 1220.
1220. Dominicani admittuntur. Xenodochium S. Iacobi excipiendis peregrinis à Guillelmo de Petrafixâ dotatur; procurante Ioanne Monlaureo D eius Vicario, 1223. Augustinianæ moniales excitant domum propè Montislauri dynastiam: & 1230. Franciscani à Iacobo Maioricarum Rege fundantur: nec non paulò post Abbatia de Gigeano. Constructis Grandimontensium & Prædicatorum Ecclesiis, eas solemni ritu consecrat Bernardus
1225. 1225 Superiori anno 5. Idus Nouemb. Ioanne de Montelauto Præposito permutauit cùm monasterio S. Honorati Lirinensis castrum & Ecclesf. de Auinioneto, & S. Valenj olim à Sancio Comite & Marchione traditam pro Ecclesf. B. Mariæ de Adau 1224. Diuæ Mariæ à Tabulis templo miraculis illustri, in ampliorem formam & augustiorem edito, vt eius consecrationem celebriorem institueret, à Pontifice Gregorio obtinuit epistolas, quibus Narbonensi, Arelat. Aquensi Archiepisc. & eorum Suffraganeis mandat, vt huic adsint consecrationi rescripto 15. Cal. Aug. Pontific. 4. annum verò integrum de iniunctâ pro noxis pœnâ relaxauit, iis omnibus consecrationi templi religiosè adstantibus, præter remissionem, quàm debent facere secundùm statuta Concilij generalis, Antistites, ad Ecclesiæ consecrationem conuenientes, quam celebrauit Bernardus
anno 1230. At cùm Massiliensis & 1230.
Regiensis Episcopi propter tumultus Aquensis prouinciæ & Massiliæ adesse non potuissent, tamen diplomate 7. Cal. Septemb. iis qui interfuerant solemnitati, & vsque ad Octauam deuorè accesserant, 40. dies de iniunctâ sibi pœnitentiâ misericorditer remittunt.

Bernardus idem paulò postquàm electus est, Iacobum Aragonum Regem Ilerdam cùm Consulibus Monspeliensibus conuenit, & ab eo priuilegiorum confirmationem obtinuit, quæ habentur in archiuio Consul. ipse etiam approbat electum Guillelmum ab Abriniaco Anianensem Abbatem, quem in catalogo omisimus anno 1218. sed indictâ synodo diœcesanâ per Bernardum, & huic adesse Guillelmus Abbas cùm renueret, hâc de re interpellatus Papa per Episcopum, epistolam excepit ab Honorio datam Laterani 11. Cal. Iunij, quæ extat in regesto Episcopi & re discussâ, Abbas synodo adesse iubetur. Eodem anno ex Registro pontificio « apparet, quòd Bernardus è singulis « libris Melgoriensibus, quatuor dena- « rios solui consensit Aragonum Regi, « dedítque ei ius, inquit Verdala, quod « habebat in castris de Piniano & de « Salsano, dominium, hominium, & « alia quæ dominus Monspeliensis « Episcopo facere tenebatur pro castris « de Frontiniano, de Castronouo, de « Centreyranicis, seu potiùs pro stratis publicis, ripariis, pro quibus om- « nibus dominus Montispessul. debet « dare Episcopo vnum marabotinum «

» auri, & valentia dictorum castrorum;
» acto quòd si dicta castra à dominatio-
» ne villæ Montispess. separentur, Epis-
» copus possit omnia prædicta feuda re-
« cipere pro commisso; pro eâ tamen
» infeudatione habuit Episcopus vigin-
» ti mille solidos Melgor. Alias quoque leuiores pactiones confecit Bernardus 1217. cessit enim Bernardo Opeario Magalonensi omnia vsatica, & gardias quas habebat Episcopus in toto vineto de Domonouâ, de Costabellâ, & de Aignetâ, pro quâ largitione accepit Bernardus nongentos Melgor. solidos. Insuper recuperauit à Raimundo de S. Firmino Bailiam de Melgorio, impignoratam pro duodecim solidis à decessore. Idem etiam 1221. accipit fidei sacramentum à Raimundo Petri pro dynastiâ Brissiacensi, Bertrando Vallauquesio Montemrotundum ad acapitum tradit 1222. Circa idem tempus vt patet ex diario Monspeliensi, & archiuis Episcopalibus, Petro Guntaro de Montepess. remisit omnia quæ ei facere tenebatur pro manso sito in decimariâ S. Dionysij; Guntarus verò cessit alia vsatica in Montearbedone, & Guillelmus Lechas Prior Ecclesiæ de Cluseneto visitationem & præsentationem, quando voluerit Bernardus Episcopus, obtulit. Aliud pactum init cùm Rostagno de Montearbedone, & Ioanni de Montelauro Præposito Magalon. cessit dominium castri de Londris sub hominio: transigit etiam 1230. 4. Cal. Aprilis cùm dominis castri de Assatio, super modo recognoscendi sibi dictum feudum. At anno 1226. Baluracense castrum à Guidone Capitis-porci per vim occupatum, mandante Pontifice Honorio, per Archiepiscopum Narbonensem huius controuersiæ iudicem recuperat. Eo quoque sedente floruit Hugo Miramarensis Archidiac. Magalon. qui Capitulo suo dicauit ingenij lucubrationes, libros nempe de rebus sacris; ac circa annum 1220. Calend. Septemb. collapsa Academia medicinæ pristino splendori restituitur, ordinatis legibus à Conrado Abbate Cisterciensi Cardinali Legato, quas Monspe ij sanciit vnâ cum Magalon. Agathensi, Lodouensi, & Auenionensi Præsulibus: inter alia statuere, ne quis medicinam profiteretur, qui specimen non edidisset publicum artis ante Episcopum & Doctores huius facultatis. Sed ipse medicâ arte non potuit à morte liberari Bernardos, quam subiit an. 1232. vigiliâ Natiuitatis Christi, dum Romam pergeret. 1232. Sedit annis 14. mensibus 5. diebus 14.

MONTL.

27. IOANNES DE MONTLAVR III. prognatus ex illustri familiâ de Montelauro, cùm ab anno 1223. Vicarias Episcopi vices egisset, inde Præpositi Magal. dignitate potitus, & vtrúmque munus digne obiisset, ad infulas assumptus à Narbonensi Archiepisc. Petro Amelij consecratur 1234. Pauperum autem sollicitus, non iis modò sua impendit, sed Clericos & laicos diœcesis excitauit, concessis trium dierum indulgentiis, fidelibus, qui verè pœnitentes & confessi leprosis S. Lazari iuxta pontem de Castronouo eleemosynas largirentur, literis Monspelij datis 10. Calend. Aprilis 1234. 1234.
Ex registris Episcopalibus constat ipsum sacris operatum in templo B. Mariæ de Tabulis, dum nuptiarum S. Ludouici solemnitas cùm Margaretâ Raimundi Berengarij Comitis Prouinciæ filiâ, Calend. Nouembr. Iacobo Rege Aragonum præsente celebrata est; tametsi Cæsar Nostradamus in Historiâ Prouinciæ, affirmet connubium peractum fuisse Senonis à Galtero Archiepiscopo eodem anno. At cùm Rex Aragonum pro more antecessorum, clientelarem fidem negasset anteà Episcopo Magalon. Bernardo pro Monspelio ac Latarensi castro, & eam obrem Bernardus iam apud Pontificem Gregorium conquestus esset, Papa Archiepiscopo Narbonensi scribit vt curet Regem satisfacere Præsuli Magalon. epistolâ datâ Perusij Calend. Iulij, pontific. 3. sed cùm parere Pontifici, aut monitis Narbonensis Rex distulisset, tàdem sedente Monlaureo 1236. hanc recognitionem solemnem & iuramentum fidelitatis coram corpore Christi posito super altare S. Firmini de Montepess. recepit, quod depromptum est è registris curiæ Franc. Carcassonensis, his verbis. Nos IACOBVS *Dei gratiâ Rex Aragonum, & Maioricarum, Comes Barcinonensis, & Vrgelli, & dominus Montispessulani, cognoscentes nos tenere in feudum villam Montispessulani, & castrum de Palude (quod vulgò di-*

situr Lates] à venerabili patre domino A
Magalonensi Episcopo, pro eisdem sa-
cramentum fidelitatis eidem præstare de-
beo, sicut vassallus domino præstare tene-
tur, sicut prædecessores nostri, in quorum
feudum successimus, præstiterunt eidem
Episcopo. Vobis venerabili in Christo pa-
tri Ioanni de Montelauro Magalon. Epis-
copo sponte, & debitè manibus iunctis,
& in vestris manibus positis, dato osculo
pacis, & firmitatis pro prædictis villâ
Montispessulani, & castro de Palude su-
prædictis, homagium facimus sine dolo.
Actum in Montepessulano in domo Ae-
1236. *brandi anno* MCCXXXVI. Paulò post
Abbatissa quoque S. Genesij hoc fi-
delitatis hominio se obstrinxit, cuius
ralis est tenor in Episcopali tabulario. B
» IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ
» Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus
» Sancti, Amen. Testimonio huius præ-
» sentis instrumenti notum sit præsen-
» tibus, & futuris, quòd nos Ermeniar-
» dis de Monte-desiderio, humilis Ab-
» batissa monasterij S. Genesij in Ma-
» galonensi diœcesi, & in Comitatu
» Melgoriensi, reducens ad memoriam,
» nos sæpius audiuisse ab antecessori-
» bus nostris, & ab antiquis Moniali-
» bus dicti monasterij, in quibusdam
» nostris inuenisse instrumentis, & ab
» antiquis hominibus, tam Clericis,
» quàm laicis, & per famam publicam C
» didicisse, quòd dictum monasterium
» constructum fuerat, & ædificatum in
» Comitatu Melgorij, permissione &
» consensu Comitum, in solo eorum-
» dem Comitum, ipsis Comitibus di-
» ctum monasterium de possessionibus
» sui patrimonij hæreditantibus, & ipsi
» monasterio in feudum honoratum,
» & censuale concedentibus, solum, in
» quo dictum monasterium ædificatum
» est, cum toto territorio circunstanti,
» & plenâ iurisdictione, & mero, & D
» mixto imperio Monialibus tradidisse.
» Idcirco Ermeniardis Abbatissa soro-
» rum consilio D. Ioanni de Monte-
» lauro Episcopo hæc omnia recogno-
» uit anno 1236. pridie Calend. Ianuarij.
Præterea spondet Episcopo duos mi-
rabolinos auri singulis annis, & 50. soli-
dos Melgor. faterúrque à Ioanne An-
tistite sibi concessum agrum de Mas-
sanicis cùm totâ S. Columbæ paro-
chiâ, & quæ exigit cœnobium in aliâ
D. Michaëlis. Pontifex item Grego-
1237. rius 9. 1237. scripsit Consulibus & Ca-
pit. villæ Montispessulanæ Clerici pro

A pulsatione campanarum, seu pro Cru-
ce deferendâ ad defunctorum corpo-
ra tumulanda, exigere pretium, vel
extorquere præsumant, Laterani 8.
Id. Iunij pontific. 10. Ei quoque Præ-
suli dirigit Gregorius diploma liber-
tatis, vt in Ecclesia B. Mariæ de Ta-
bulis quibuslibet postulantibus sa-
cramenta ministrentur, cui basilicæ
miraculis claræ indulgentias quoque
concesserat 20. dierum de iniunctâ
pœnitentiâ. Non diu fidelis perman-
sit Rex Aragonum erga Episcopum
Magalon. quare violatâ multoties sa-
cramenti fide, Ioannes transfert
Monspelij & Lataræ dominium in
B Comitem Tolosanum, instrumento
reperto in actis publicis, quòd cùm
multa ad antiquitatem spectantia
contineat, recensemus.

ANNO *Incarnationis Dominicæ* 1238. 1238
5. Calend. Septemb. Nouerint vniuersi
præsentem paginam inspecturi, quod nos
Ioannes Dei gratiâ Magalon. Episcopus,
scientes, & cognoscentes euidenter villam
Montispessul. & castrum de Latis, &
omnes alias possessiones, quas Rex Ara-
goniæ dicebat habere in feudum à nobis, &
Ecclesiâ Magalon. incidisse in commissum
propter multa grauia, & enormia, quæ
commisit contra nos, & Ecclesiam Maga-
C *lon. vnde ab omni iure, si quod habebat*
in prædictis, priuandus est, quin imò ipso
iure priuatus est. Volentes prouidere nobis,
& Ecclesiæ Magalon. de vtili feudatario,
& idoneo defensore Magalonæ, cum so-
lenni insinuatione præsentis instrumenti, do-
namus in feudum vobis D. Raimundo
Dei gratiâ Comiti Tolosæ, Marchioni
Prouinciæ, & successoribus vestris in per-
petuum, villam de Montepessulano cum
tenemento, & pertinentiis suis, pro ea vi-
delicet parte, quæ quondam fuit Guillelmi
D *de Montepessul. & castrum de Latis,*
& omnia alia castra & possessiones, &
iura, quæ quondam fuerunt dicti Guillel-
mi de Montepess. quæ dicebantur à dicto
Rege Arragoniæ possideri, cedentes vobis,
& successoribus vestris omnia iura, actio-
nes & petitiones reales, personales & mix-
tas, nobis, & Ecclesiæ Magalon. compe-
tentes, pro prædictis, & in prædictis con-
stituentes vos procuratores in rem vestram
propriam, renunciantes in hac parte legi,
& omni iuri sancienti donationem sine
insinuatione vltra quingentos solidos, vel
aureos non valere. Præterea promittimus
vobis, quod nos vos, & vestros iuuabimus

A cùm omnibus castris, villis, munitionibus vestris, & cùm toto posse nostro ad apprehendendam possessionem omnium rerum supradictarum, & post adeptam possessionem vos in possessione pacifica defendemus. Prætereà laudamus & concedimus vobis, & successoribus vestris alienationem cuiuscunque tituli vel speciei omnium prædictorum licitè posse fieri in vos, & successores vestros a quocunque, qui ius habeat, vel habere videatur de prædictis in villà Montispess. & castro de Latis, & in toto prædicto feudo, & specialiter à Guillelmo de Montepess. filio quondam Guillelmi de Montepess. consensu nostro, vel Ecclesiæ nostræ Magalon. ampliùs non requirendo, præstantes ex nunc consensum, & auctoritatem nostram alienationibus, & acquisitionibus cuiuscunque tituli, vel speciei in vos, vel per vos faciendis, & ipsam alienationem, seu acquisitionem ex nunc expressè confirmamus. Et nos Raimundus Dei gratià Comes Tolosæ, & Marchio Prouinciæ recipientes prædictam donationem & concessionem à vobis D. Ioanne Magalon. Episcopo, & res prædictas in feudum, prout dictus Guillelmus de Montepess. tenuit à vobis, & antecessoribus vestris, promittimus vobis quod Montempessulanum, & omnem aliam terram quam ad manum vestram habetis, & habere debetis in Montepessul. & extra Montempessul. vobis saluabimus & defendemus, & custodiemus ab omni exactione, vexatione, & grauamine vobis illæsa, bonà fide seruabimus; ita etiam quòd nullum ius iurisdictionis alicuius criminalium, vel ciuilium quæstionum in dictà parte per nos, vel per aliquem nullatenus exigemus, vel exigi patiemur. Imò volumus, & concedimus, quòd in toto Montepessul. & totà alià terrà vestrà plené, & liberè per vos, & quoscunque volueritis iurisdictionem tam in criminalibus, quàm ciuilibus exercere possitis, non obstante quod ab aliquibus fuerit quandocunque attentatum: & quidquid iuris Guillelmus de Montepessul. vel eius successores habebant, vel petebant in toto Montepess. & in burgo quod appellatur Villa-franca, & Campus Atbrandi, vobis & successoribus vestris soluimus, & omnino desemparamus. Promittimus prætereà vobis quòd postquam adepti fuerimus possessionem Montispessul. & aliarum rerum prædictarum, faciemus vobis homagium, & fidelitatem iurabimus, prout Guillelmus de Montepessul. vel Rex Aragoniæ posset iurare, & tenebatur, & libertates Ecclesiæ Magalon. & hominum villæ Montispessulani custodiemus & perpetuò custodiri faciemus illæsas, & homines Montispess. & omnes res eorum intus, & extra vbicumque pro viribus defendemus. Prætereà post adeptam possessionem Montispessul. & aliarum rerum supradictarum dabimus, & assignabimus vobis pleno iure castrum de Miraualle, de Frontiniaco, & de Balaruco. Verum quandocunque post dies vestros, vel successorum recuperare, vel habere voluerimus castrum de Balaruco, successores vestri illud nobis reddere teneantur, assignatis prius à nobis, vel successoribus nostris centum libris Melgoriens. in redditibus in
B Montepessulano ad cognitionem & voluntatem Episcopi Agathensis. Item concedimus vobis portale Montispessulanuli & anteportale, & claues ipsorum, vt liberè vos, & vestri introeatis, & exeatis de nocte, & de die, & intromittatis illos quos videbitis intromittendos, & vtamini ipsis portali, & anteportali, & clauibus ad voluntatem vestram sine aliquà contradictione nostrâ, & quòd iustitiæ hominum condemnatorum in curiâ vestrâ liberè possitis facere, & transitum facere à loco qui dicitur Petra, vsque ad portale de Obilion,
C & extra. Item concedimus vobis perpetuò allodia, quæ fuerunt quondam Boneti de Auenione quæ sunt in flumine Lezi sub ponte qui dicitur de Castronouo. Hæc autem omnia, & singula supradicta, vt compleamus & obseruemus, & contra non veniamus. Nos præfatus Episcopus, & dictus Comes iuramus ad inuicem, & promittimus bonà fide, & supra sancta Dei Euangelia iuramus, iurante pro nobis dicto Episcopo in animà nostrà Bernardo de Fisco Notario nostro, & pro vtraque parte, vt prædicta compleantur, & obseruentur, iurauit, & se obligauit Raimundus Gaucelini, dominus Lunelli, & pro domino Comite specialiter iurauerunt R. de
D Baucio Princeps Aurasicæ, & Rostagnus de Montepesato. Ad maiorem autem firmitatem, & vt præscriptis fides plenissima habeatur, nos Episcopus & Comes supradictam donationem insinuari fecimus & sigillorum nostrorum munimine præsens instrumētum fecimus roborari. Actum apud Amelianum in præsentiâ & testimonio supradictorum iuratorum, & Petri Eremundi de Salue, Gullelmi Anglei, Pontij Astroandi, Guillelmi de Carreria, Raimundi Beteda, Ermengaudi de Podio, Berengarij Arnaudi Canonici Magalonensis, & B. Longi de Montepessulano, & Ioannis Aureoli Notarij publi

æ, qui hæc ſcripſit, & ſignum ſuum appoſuit.

Hanc verò pactionem cùm Toloſano Comite irritam fuiſſe conſtat, ex eo quòd anno ſequenti Rex Aragoniæ Monſpeſium venit 4. Non. Iulij referente Ioanne de Soto in eius vitâ. Qui ſanè Epiſcopo Magalon. infenſus, ſtatuit vt probatur ex ſcriniis Conſulum, quòd Magalon. Epiſcopus nullo deinceps tempore ad electionem futurorum Conſulum Monſpelij vocetur, vel ipſe electioni interſit, vel alius pro eo, nec in manu ſuâ, aut alterius pro ipſo præſentes vel futuri Conſules iurent, ſcripto dato
1239. Monſpelij 16. Calend. Nouemb. 1239. quo adfuit conſecrationi Guillelmi de Caſouls Lodouenſis Epiſcopi per Agarhenſem factæ; quomodo autem poſteà electio fieret Conſulum, diſces à Gariello ſub anno 1245 & ex memorato diplomate tabularij Regij. Iſte Epiſcopus an. 1238. Conſules vrbis excommunicatos quòd Clericis vectigal impoſuiſſent, reſtituit, ita tamen vt pecuniâ multaret erga Clericos, & die 6 Calend. Aprilis 1242. tanquam Monſpel. Cancellarius leges optimas ſanxit Academiæ literarum adminiſtrandæ, cuius prolixum diploma ab archiuis Epiſcopalibus ſuæ hiſtoriæ intexuit Gariellus. Interim
1244. an. 1244. Raimundo Berengario Prouinciæ Comiti, quo cùm coniunctiſſimè vixerat Monlaureus dum in viuis ageret, funebri pompâ parentauit, quemadmodum produnt ſchedæ magni codicis Monſpel. ſequenti anno Lugdunenſi ſynodo generali intereſt, ac deinde fidei clientelaris ſacramenta excepit, & varias pactiones iniit: à fratre ſuo Roſtagno pro caſtro Montiſlauri 1235. ſed mutatâ ſententiâ, depulſo germano omne ius Regi » tranſtulit. In tabulis Epiſcopalibus » legitur quòd Hugo Rutenenſis Co- » mes ſuo & Eliſabethæ cõiugis nomine, » filiæ & hæredis Raimundi de Rocha- » folio, profiteretur ſe in feudum habere » à Ioanne Epiſcopo locum de Briſſiaco » cùm adiacentiis; & Roſtagnus de Aſ-
1246. ſatio caſtrum ſuum 1246. 3. Nonas Aug. Bertrandus Ademarus, Berengarius Dalmatij, & Dalmatius eius frater, tutores Hugonis Guillelmi de Monte Arnaldo, Ioanni item tecognouerunt apud caſtrum du Terrail quòd Bertrandus & Hugo filij Hugonis, tenent in feudum villam S. Martini de Londris, quæ eſt de mandamento caſtri Montisferrandi. Tandem anno 1247. Conſules de Latis, 1247.
Guitandus de Melgorio pro ſe & dominâ Guillelmâ vxore Bertrandi de Bladiaco, ius recognoſcunt pro vſaticis in ſtagno Melgorij. Denique poſt ſedem annorum 14. menſium 9. dierum 5. viuere deſiit Ioannes de Montelauro; ex quo emendandus Lodouenſis Præſul in Chronologiâ ſuâ, vbi Ludouicum quemdam Magalon. Epiſcopum induxit, coætaneum Perri Amelli, Narbonenſis Præſulis, cùm & legitimis inſtrumentis compertum ſit Ioannem de Montelauro ſub eius Pontificatu Magalonæ ius diuinum dixiſſe, nullúmque inter Antiſtites huius ſedis reperiri, qui Ludouicus vocitetur.

28. Raynerius patriâ Lombardus, è fratrum Prædicatorum cœtu ad infulas vocatur ſcribente Verdalâ, nominatus à Pontifice poſt fatum de Montelauro in Concilio Lugdunenſi demortui: hic Gregorij Papæ IX. quondam Vicecancellarius, dictionarium variâ literaturâ refertum elucubrauit. Non audemus affirmare cùm Gariello an iſte Epiſcopus is fuerit, de quo Trithemius libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis hæc memorat. Rayne- « rius Piſanus, natione Italus Ordinis « fratrum Prædicatorum, vir in ſcriptu- « ris ſacris ſtudioſus & eruditus, atque « in iure Canonico ſatis peritus, ſcripſit « maximam & inſignem ſummam de « Caſibus in duobus magnis volumini- « bus ſecundùm ordinem alphabeti, « quam prænotauit Pantheologiam. « Certum quidem eſt de Raynerio Antiſtite Magalon. probatæ fidei documentis, eum vltra octodecim menſes Epiſcopatum non tenuiſſe, & quædam cùm Magalonenſi Decano atq; Canonicis commutaſſe: hæc enim produnt tabulæ.

Anno 1247. 16. Calend. Aprilis acquiſiuit Raynerius Epiſcopus Eccle- « ſiam parochialem B. Mariæ de Mel- « gorio Epiſcopali menſæ à Præpoſito « & Capitulo, & dedit eis pro excam- « bio Eccleſias S. Petri de Cornone, S. « Iuliani de Caſalignis, & S. Stephani « de Caſtris, & S. Theodorici de Vey- « ranicis cum earum capellis, retentis « tamen in eiſdem ſibi & ſucceſſoribus « 1247.

„ ſuis reuerentiâ Epiſcopali , debitis A
„ procurationibus, & antiquis ſynodis.
Eodem anno cùm Bernardo à Muro-
ueteri Præpoſito aſſenſu Capituli in
beneficium per ſe Veſtiarij munus
erexit, à Præpoſito Magalon. confe-
rendum : cui Veſtiario dedit in perpetuum
Eccleſiam S. Geruaſij de Iuuiniaco cùm
capellà ſua de Auſſanicis, & Eccleſiam
S. Iuliani de Grabellis cùm omnibus paro-
chiis, decimis, vſaticis, dominationibus
&c. dedit prætereà manſum de Vallemal-
hanica cùm omnibus iuribus ſuis, & per-
tinentiis, quæ Prior S. Firmini in Ar-
chidiaconatu Magalon. percipere conſue- B
uit : dedit & cellarium quod eſt inter do-
mum Canoniæ S. Firmini, & cellarium
Præpoſiti, ſtatuitque hoc mediante, Ve-
ſtiarium teneri induere omnes Canonicos,
& Conuerſos, exceptis Prioribus, Prio-
res autem tenentur dare Veſtiario ſingulis
annis pro ſingulis Canonicis, quos induere
conſueuerunt, 40. ſolidos Melgor. quorum
medietatem ſoluere teneantur eidem in ſy-
nodo S. Lucæ, & aliam medietatem in ſy-
nodo Paſchali: ſtatuit etiam quod dein-
ceps dictus Veſtiarius induat omnes Cano-
nicos qui ad ſtudium iuerint de licentia
Epiſcopi, & Præpoſiti, modò deferant
habitum ibidem commorando, aliter verò C
non teneantur eis in aliquo prouidere: codi-
cillis datis Magalonæ 12. Cal. Ianuarij
anno 1247. Hoc ſtatutum Clemens
Papa 4. reſcripto ſuo ad Priorem B.
Firmini ratum fecit, annuitque Rai-
nerio, qui conſilio Capituli ſtatue-
„ rat, vt S. Martini de Pruneto, S.
„ Ioannis de Vedatio, S. Sebaſtiani de
„ Caſſaniaco, & S. Mauricij de Sauze-
„ to Eccleſiæ ad Prioratum ipſum ſpe-
„ ctantes, vnà cum ipſo Prioratu, vnus
„ eſſent proceſſu temporis Prioratus.
Extat porrò in tabulario Epiſc. com-
poſitio eiuſdem Præſulis 3. Idus De-
cemb. cùm Abbate Francarum-val-
lium Regulæ Ciſtercienſis, de iuribus D
villæ de Pinu. Cæterùm inaudito ha-
ctenus ſcelere, intoxicatâ ſacroſanctæ
Euchariſtiæ hoſtiâ Raynerius morte
1248. ſublatus eſt anno 1248. Id. Ianuarij;
indéque ſtarutum communi Canoni-
corum decrero in Eccleſiâ S. Petri
Magalon. vt Preſbyter ſacra ſacrificia
peragens, Diacono & Subdiacono in
altari ſibi miniſtrantibus, hoſtiæ con-
ſecratæ fragmentum & ſacri calicis
ſtillam impertiret, ad vitandum dein-
ceps tale ſacrilegium, quod omnes
Canonicos, teſte Verdalâ, tam exe-
A crandi facinoris portento perculit, vt
congregatis pro deligendo Vicano
Generali Comitiis (quotieſcumque
enim cathedra Pontificia vacat, Epiſ-
copali munere Canonici funguntur)
ordinauerint non modò parricidij
complices, ſeu auctores publicis Ca-
pituli ſumptibus inquirendos, & pu-
niendos, ſed & conſtiturum, ne cui
ex eorum gente ad quartam vſque ge-
nerationem in diœceſi totâ Magal.
beneficium Eccleſiaſticum tradere-
tur.

29. PETRVS DE CONQVES II. Conq. II.
B Monſpelij è familià Conſulari Con-
chenſium naſcitur, à teneris annis
Clero addictus, è Canonico Maga-
lonenſi Præſul eligitur, teſte magno
codice vrbis. Anno 1248. cùm hoc 1248.
tempore Zoën Aueniorenſis Epiſco-
pus Legatus Pontificis, Magalonen-
ſem Eccleſiam vexaſſet, hàc de re
tum per litteras, tum viuâ voce Lug-
duni conqueſtus Petrus, hoc ab In-
nocentio 4. priuilegium obtinet; vt «
nullus Sedis Apoſtolicæ Legatus, vel «
delegati ſubdelegatus, ſeu Conſerua- «
tor, aut etiam Executor à ſede depu- «
tatus eadem in perſonam Epiſcopi «
C Magalon. interdicti, vel ſuſpenſionis, «
vel excommunicationis ſententiam «
valeat promulgare, ſine ſpeciali ſedis «
ipſius mandato facienre de indulgen- «
tiâ huiuſmodi mentionem. Inſequen- «
ti anno Guillelmus de Broa Narbo-
nenſis Archiepiſcopus, fit arbiter con-
ciliandæ pacis inter Petrum Epiſco-
pum, & Aragonum Regem: conſe-
quenter, inquit autographum Capi- «
tuli, Guido Caput porci Iuriſperitus «
veniens Magalonam, reddidit Petro «
Epiſcopo & Capitulo literas Regis ſi- «
gillo ſigillatas, quibus redditis, Gui- «
do dixit quòd erat paratus recipere «
laudimium dicti Capituli ſuper com- «
D promiſſo Regis cum Epiſc. 4. Idus «
Nou. eiuſdem anni Petrus ſtatuit, 1249.
Abbatiſſam S. Mariæ de Belloloco,
aliàs du Vignogoul iure poſſidere ter-
ræ portionem nuncupatam la Serra
in Verunenſis agri confinio. Deinde
1250. Calend. Februarij nominatur 1250.
in inſtrumento pactionis quam init
cùm Guillelmo Chriſtophori Archi-
diacono, procuratore Raimundi de
Rupe Veſtiarij Magalon. Anno verò
1251. ex regiſtris Epiſcopalibus, à Prio-
re de Muro-veteri iuriſdictionem loci
obtinet, & excambiuit cum domo

AN. CH.

» Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani
» de Montepeſſulano, datis per Epiſ-
» copum duabus libris piperis, & vnâ
» librâ ceræ annui cenſus, pro horto S.
» Ioannis, & aliis dominus, permuta-
» tionis autem nomine Præſul ſuis ſuc-
» ceſſoribus acquiſiuit quatuor ſextaria
» & duos denarios cenſuales in tene-
» mento de Laigalongâ: ex archiuio
etiam capitulari liquet quòd an. 1252.
* Maurilianenſes ad clientelæ ſacr-
mentum adegerit, & plurima ad pa-
cem ſtabiliendam confecerit.

Vrbis codices declarant portorij
cogendi ius Antiſtitibus Magalonæ
conceſſum, à Philippo Rege firma-
tum, Bellicadrenſis Seneſcalli ſenten-
tiâ Petro de Conchis aſſertum fuiſſe.
1254. Ipſo ſedente 1254. per Alexandrum
Papam IV. firmantur priuilegia Abba-
tiæ B. Mariæ de Paradiſo Montiſpeſſ.
in ſuburbiis, conſenſu Petri, in cuius
diœceſi cœnobium erat, vti docent
diplomata Alexandri & Petri quæ ex
archiuio Cathedralis deſcripſit Ga-
riellus, iiſque Moniales in multis à
Magalonenſis diœceſani iuriſdictione
eximuntur. Per id tempus Petrus de
Conchis vendidit quaſdam terras
Guirando Galterio de Lugduno, &
Marcæ vxori quandam terram in ter-
ritorio de Montepeſſulaneto. Lapſo
autem in facinus Canonico pœnam
depoſcit Petrus Antiſtes, opponunt
priuilegium Pontificis Canonici id
fieri nefas ſine conſenſu Capituli:
Epiſcopus verò à Papâ ius ſuum obti-
net diplomate ex monimentis Epiſ-
copalibus deprompto, quo conſtabit
quæ eſſet tunc temporis in Canoni-
» cos pontificia auctoritas. ALEXANDER
» Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ve-
» nerabili fratri P. Epiſcopo Magalon.
» ſalutem & Apoſtolicam benedictio-
» nem. Tua nobis fraternitas intimauit,
» quòd licet Canonici Magalon. Eccle-
» ſiæ, Ordinis S. Auguſtini, in quâ iu-
» riſdictionem ordinariam obtinere di-
» gnoſceris, multa committant, quæ li-
» mam correctionis expoſcunt, præ-
» textu tamen indulti Apoſtolici, quod
» ſe habere proponunt, vt videlicet
» Magalon. Epiſcopus niſi cum conſen-
» ſu Capituli eiuſdem Eccleſiæ, in eo-
» rum aliquem cenſuram Eccleſiaſti-
» cam exercere non poſſit, remanent
» exceſſus huiuſmodi in ſuarum anima-
» rum periculum incorrecti, ſuper quo
» eorum ſubueniri ſaluti, indulto non

A obſtante præmiſſo, per Apoſtolicæ «
ſedis prouidentiam poſtulaſti. Nos «
igitur, qui ſalutem quærimus ſingu- «
lorum, ſuper hoc remedium adhibe- «
re ſatagimus, nolentes correctionis, «
& reformationis bonum occaſione «
indulti huiuſmodi in præfatâ Eccleſiâ «
impediri, fraternitati tuæ per Apo- «
ſtolica ſcripta mandamus, quatenus, «
ſi correctio exceſſuum Canonicorum «
ipſorum ad dictum Capitulum perti- »
net de conſuetudine hactenus obſer- «
uatâ, Capitulum ipſum moneas, vt «
exceſſus ipſos intra terminum com- «
B petentem à te præfigendum eidem, «
corrigat diligenter, alioquin tu ex- «
tunc, Deum habeas præ oculis, & «
ipſos, vt animarum cura requirit, in- «
dulto, & conſuetudine non obſtante «
ſupradictis corrigere non poſtponas, «
contradictores per cenſuram Eccle- «
ſiaſticam compeſcendo. Datum La- «
terani XI. Calend. Maij, Pontificatus «
noſtri anno 2. Canonicos idem Pon- «
tifex alio reſcripto arguit, quòd apud
ſæculares iudices lites agerent: inte-
rim Bernardus de Brugueriis Prior B. «
Mariæ de Londris recognouit ſe te- «
nere in feudum ab eodem Petro Epiſ- «
copo quæcunque à Bertrando Guil- «
C lelmi armigero emerat, albergámque «
octo militum ſingulis annis ſpondet «
Epiſcopis. Ipſe Petrus fidem iurat Lu- «
douico Regi, quâ recognoſcit ſe te-
nere ad feudum villam de Montepeſ-
ſulano, caſtrum de Palude & alia, re-
cognitionis tenor huiuſmodi eſt in
regiſtro dom. Nemauſenſis.

NOTVM *ſit omnibus quod nos Pe-
trus miſeratione diuinâ Magalon. Epiſ-
copus, recognoſcimus de iure & facto cer-
tiorati vobis D. Guillelmo de Anthomno
militi Seneſcallo Bellicadri & Nemauſi,
& Guidoni Fulcodi, nomine & ſpeciali
mandato domini noſtri Ludouici Dei gra-
D tiâ Sereniſſimi Regis Franciæ, requirenti-
bus, quòd villa Montiſpeſſulaneti tota
cum pertinentiis ſuis eſt, & fuit à tempore
cuius non extat memoria, de feudo Coro-
næ, & Regum Franciæ; tam nos, quàm
noſtri prædeceſſores dictum feudum tene-
mus, & tenuerunt à dictis dominis noſtris
pro tempore Franciæ Regibus, & nunc te-
nemus à dicto Domino Rege, ita videlicet
quòd illam partem villæ, quæ pars vulga-
riter appellatur Monſpeſſulanetus cùm
pertinentiis ſuis tam intra muros, quàm
extra, tenemus in domanio, & ad manum*

nostram à D. Rege prædicto, & residuum dictæ villæ, & castrum de Palude, quod vulgò dicitur Lates tenet à nobis in feudum vir illustris Iacobus Dei gratiâ Rex Aragonum, non vt Rex, sed vt Dominus Montispessulani, & antecessores eiusdem à quibus causam habuit, à prædecessoribus nostris Magalon. Episcopis in feudum similiter tenuerunt, & debuerunt tenere, pro quo feudo dictus Rex Aragonum qui nunc est, Ioanni Magalon. Episcopo prædecessori nostro fecit homagium, & fidelitatem iurauit. Nos ergo tam prædictum domanium nostrum, quàm feudum, quod dictus Rex Aragonum, vt Dominus Montispess. tenet, & tenere debet à nobis, recognoscimus nos à dicto Rege Franciæ tenere in feudum, & prædecessores nostros tenuisse, pro quo fidelitatem eidem iurauimus, dominâ Blanchâ recordationis inclytæ matre suâ recipiente pro eo, & successores nostri iurare tenetur. Recognoscimus etiam vobis eiusdem domini Regis Franciæ nomine recipientibus, nos tenere, & tenere debere in feudum sub debito eiusdem fidelitatis ab eodem Rege Franciæ, omnia & singula cõtenta in priuilegio Philippi quondã Regis Franciæ, cuius trãscriptũ vobis tradimus sigilli nostri appensione munitum. In quorum testimoniũ & maiorem firmitatem habendã, nos Episc. & Senescallus, & Guido Fulcodi supradicti præsentem cartam fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Acta fuerunt hæc in capellâ nostrâ Sumedrij anno Incar-
1255. *nat. 1255. 17. Calend. Maij in præsentiâ & testimonio Michaëlis de Moresgo Archidiaconi, Berengarij Arnaldi, Fredoli de Verunâ Prioris de Castris, Canonicorum Magalon. & plurium aliorum. Hæc omnia lecta & fideliter exposita in Capitulo Magalon. more solito congregato. Protestati sunt Canonici quòd in priuilegio serenissimi domini Philippi recordationis inclytæ Franciæ Regis multa continentur ad ius ipsius Capituli pertinentia in solidum, vel in parte, & in quorum possessione plenariâ dictum Capitulum fuit, & est sine contradictione Episcoporum, & ab antiquo quietè, & pacificè eis vtitur. Vnde nolentes ex dictâ recognitione generali D. Episcopi supradicti, ipsi Capitulo de iure, vel de facto præiudicium generari, ratam quidem habuerunt, approbauerunt, & laudauerunt recognitionem quam fecit Episcopus D. Senescallo, & D. Guidoni Fulcodij supradictis, de Montepessulaneto, & castro de Palude, seu de Latis, quod tenet illustris Rex Aragonum à D. Episcopo supradicto. In his tamen, & in omnibus aliis, plenè & perfectè retentis omni iure suo, priuilegiis, libertatibus, vsibus, indulgentiis, definitionibus, compositionibus, concessionibus, ac vniuersis, quibus Ecclesia Magalonensis hactenus vsa fuit. In quorum testimonium dictus D. Episcopus, & idem Capitulum præsentem scripturam sigillis suis pendentibus firmauerunt, & serenissimo D. Ludouico Franciæ Regi direxerunt 4. Calend. Maij anno 1255.* Vitam cum morte commu-
tauit anno 1256. 6. Id. Februarij postquam sedisset annos 6. menses 10. dies 24. quo tempore Thomas Conchensis consanguineus, vrbis præfecturam administrabat, auctore Verdalâ & Annalibus Monspelij. 1256.

CHRISTOPHORI.

30. GVILLELMVS CHRISTOPHORI IV. oriundus de Montepessulano, ex Archidiacono & Canonico Magalonensi fit Præsul anno 1256. vocatur enim Electus Magalon. 5. Nonas Maij in instrumento procurarionis, quo constituit P. Iuliani Priorem de Lunello Canonicum Magalonæ, de expetendâ pro se & Ecclesiâ Magalon. defensione feudi Monpeslerij à Ludouico Rege. Vir fuit integris moribus, verbi diuini præco egregius, quem Consules Monspelienses & Academici deprecatorem & arbitrum delegere, vt rixas inter Regem Aragonum subortas temperaret. Rege ergo Monspelium veniente, vt inde Corbolij Diuum Ludouicum conueniret, exorantibus Prælatis, & ipso Rege interueniente, ac Guillelmo Magalonæ Episcopo, « Rex Aragonum Monspeliensibus pepercit diplomate dato in plano iuxta domum Prædicatorum Monspeliensium, vbi populus ad mandatum Regis ad publicum conuenerat parlamentum 4. Idus Decemb. 1258. adstantibus Iacobo Narbonensi Archiepiscopo, Guidone Aniciensi, Arnal. Barcinonensi, B. Elnensi, G. Ruthenensi, & G. Magalonensi Episcopis. » Non multò anteà, id est mense Septembri à Iacobo Narbonensi Metropolitano indictum fuerat prouinciale Monspelij Concilium, quo hæc statuta reperiuntur in vetusto codice MS. Anianensis cœnobij; « contra bonorum Ecclesiasticorum inuasores, & eos qui personis Ecclesiasticis iniurias intulerint: statuit quædam de tonsurâ Clericali, & maiorum Ordinum promotione, aduersùs Clericos mercimoniã » publicè

» publicè exercẽtes, aut mechanicas artes, ceteráque statuta Monspelij edita dum celebraretur synodus prouincialis 8. Id. Septembris anno 1258. Cùm

1258. graues quoque controuersiæ Regem iurer Aragonum & Episcopos Magalonæ à pluribus annis subortæ essent, sic interueniente Guidone Aniciensi Episcopo constituto arbitro definintur. In vniuersum à Guidone statutum est, ad Magalon. Episcopum pertinere in parte Episc. apud Montemp. plenam iurisdictionem in omnibus criminalibus causis, quantùm ad captionem reorum, examinationem facti, & pœnę definitionem; ita tamen quòd si tale fuerit crimen, ex quo sequi mortem, vel mutilationem membri oporteat, teneatur Curia Episcopalis vocare Baiulum Curiæ D. Regis Mõtisp. ad examinationem eius totam negotij, & eiusdem definitionem, qui Baiulus si ter requisitus nec veniret, nec mitteret aliquem ex suis Officialibus, Episcopalis Curia in examinatione, & definitione procedat, reum autem condemnatum ad mortem, vel membri abscissionem in Episcopali Curiâ, eadem Episcopalis Curia, Curiæ D. Regis relinquere teneatur, nec licebit Regali Curiæ latam in Episcopali sententiam mutare. De crimine autem hæreseos, cùm sit purè Ecclesiasticum, statutum est quod sola Episcopalis Curia crimen examinet, & definiat; & si hæreticus fuerit simpliciter, vt hæreticus condemnatus, regali Curiæ relinquatur; si autem fuerit immurandus; vel pœnâ leuiori seu pœnitentiâ onerandus, id totum per Episcopalem Curiam expediatur: vbi autem ex crimine bona reorum contigerit confiscari, bona illa quæ sub Rege inuenta fuerint, cedant Regi, quæ verò sub Episcopo, ad Episcopum pertineant. Ad expensas hæretici immurati D. Rex & Episcopus pro rata conferant, Campus qui dicitur Arbrandi, & insula quam habet Episcopus in Montepessulaneto, eidem Episcopo & successoribus eius adiudicatur illud quod est à portâ Obilionis vsque ad domum quæ fuit quondam R. Lamberti. Statutum etiam quòd homines habitantes partem Episcopalem & habitaturi in posterum, iurare teneantur & iurent fidelitatem eùm aliis hominibus villæ Montisp. hæredi, vel hæredibus Regis, dom. Montisp. & exercitum faciant Regi, sicut & cæteri de parte regiâ. Præterea liceat Episcopo in parte suâ tres furnos facere, & vnum macellum, in quo tamen sint, seu esse possint septem macellanorum tabulæ, & non vltra. Liceat etiam eidem Episc. in parte suâ iuxta domum suam murum villæ aperire, & ibi portale facere pro commoditate Episc. & hominum dictæ partis, cuius claues illi custodiant, qui claues consueuerunt aliorum portalium custodire. Peyssonariam verò, vel tinctum rubeum dicto Episcopo, vel suis successoribus in parte suâ facere nequaquã liceat sine domini Regis, vel hæredum suorum DD. Montisp. consensu. Item dominus Rex Guidonis statutis obtemperans, recognouit dicto Guillel. Magal. Episc. recipienti pro se, & successoribus suis Magal. Episcopis, & se recognouisse testatus est Ioanni olim Magal. Episcopo, se tenere ab eodem Episcopo, seu Ecclesia Magal. quidquid habet ipse Rex, vel habere debet in Montepess. & castro de Palude, siue de Latis, & quod pro hoc feudo fecit homagium iunctis manibus, & dato osculo dicto Ioanni Magal. olim Episc. Apud Montempess. in palatio Regis an. 1260. in præsentiâ Hugonis Comitis Ruthenensis, Raimundi Gaucelini D. Lunelli, &c. His ita compositis biennio post, id est an. 1262. 14. Ian. ad meliorem vitam transiit Guillelmus Christophorus, post regimen ann. sex, mensium octo, si demas diem: corpus in D. Petri Magalon. templo, decessorum more tumulo conditur. 1262.

31. BERENGARIVS FREDOLI dominus de Veyrunâ, Canonicus Magal. è nobili & Equestri Fredolorum familiâ ortus, Alesti Comitibus cognatione proximâ, fratrem Petrum dominum Veyrunæ domicellum habuit, quo ex stemmate duo irem Biterrenses Episc. & vnus Ouetensis. Electus Berengarius an. 1262. synodum coegit quâ statuitur de honestate vitæ Clericorum & Canonicorum; magnæ autem auctoritatis Episc. Magalon. est, quòd aliis fabricandæ monetæ potestatem facere possent, vt probat instrumentum Episc. Archiuij, quo is Præsul Ioanni de Ripâ & aliis Monspeliensibus cudendæ monetæ Millarensis dictæ potestatem dedit, ad legẽ decem denariorum in toto Episcopa- FREDOLI.

» tu & Comitatu, exceptis castro Mel- A
» gorij & fortiâ superiori Montisferran-
di. Ex Marianâ liquet Berengarium in
templo B. Mariæ Tabularum matri-
monio iunxisse Constantiam Manfre-
di Regis Siciliæ filiam cùm Rege Ara-
gonum Petro; scitu quoque dignum
1263. quòd anno 1263. vt probant tabulæ;
» Berengarius cùm Ioanne Atbrandi
» Præposito, & Pontio de Soregio Sa-
» ctistâ, sanctique Firmini Montispel-
» lerij Priore, compositionem totius
» Capituli consilio fecerunt cùm Gui-
» rando Priore Ordinis Prædicatorum
» Montisp. & fratribus conuentus, quâ
» Episcopus concessit eis ampliationem
» cœmeterij, multiplicationem alta- B
» rium, liberam prædicandi facultatem,
» nisi aliquis de Canonicis ad prædican-
» dum paratus prædicare vellet, deci-
» mas denique hortorum, terrarum, de
» sepulturis, lectis funeralibus, oblatio-
» nibus, legatis eadem compositione
» definitum est. Debent dicti fratres ob
» honorem Magalon. Episcopi, & Ec-
» clesiæ Magalonensis soluere singulis
» annis infra octauam Apostolorum
» Petri & Pauli Episcopo vnum mara-
» botinum, Præposito alium, & alium
» Sacristæ, debéntque duo fratres in
» festo S. Firmini sequi processionem
1264. parochialem. Anno autem 1264. syluę
Valenensis iurisdictionem ad Episco- C
pum spectare non ad Consules Mons-
pelij statutum est; & sequenti ex epi-
stolâ Clementis 4. constat eumdem
Magalon. Antistitem arbitrum fuisse
delegatum à Pontifice, inter Mauri-
num Narbonensem Archiepiscopum,
& Pontium Biterrensem Præsulem:
ipse verò an. 1266. permutat cùm Rai-
mundo de Bociacis Præposito, & à
Clemente ius obtinet decimarum in
quasdam regiones, ob prouentus suos
in bello Saracenorum consumptos; D
iuuat etiam hîc referre diploma pon-
tificium, quo Clericis Ecclesiæ immu-
nitates ita tuetur in bullario.
» CLEMENS Episc. seruus seruorum
» Dei. Dilectis filiis Balliuis, Consulibus,
» & Communitati villæ de Montepess.
» salutem & Apostolicam benedictionē.
» Peruenit ad audientiam nostram, ve-
» rabili fratre nostro Magal. Episc. inti-
» mãte, quòd, vt deceret, minimè atten-
» dentes, quòd laïcis, in personis, vel
» bonis Ecclesiast. nulla est possibilitas
» attributa, Clericos Magal. diœcesis,
» angariis, parangariis, & aliis exactioni-
bus indebitis aggrauatis: itetdū quo- «
que ipsos non sine sacrilego ausu ca- «
pere, & quandoque insuper, quod est «
grauius, ad mortem non veremini cō- «
demnare. Quoniam igitur huiusmodi «
in derogationem euidentem cadunt «
Ecclesiasticæ libertatis, quam tene- «
mur pro viribus defensare, vniuersita- «
tem vestram rogamus, & hortamur «
attentè, per Apostolica vobis scripta «
mandantes, quatenus inconsultos, ac «
indebitos processus in hac parte, pro «
vestrâ, & Apostolicæ sedis reuerentiâ «
cohibentes, à Clericorum ipsorum «
vexationibus desistatis penitùs. Dat. «
Viterbij Non. April. Pontif. nostri 3. «
Fidem facit codex paruus ciuitatis Be-
rengarinm an. 1268. consecrasse Eccle- 1268.
sias B. Mariæ de Tabulis, S. Firmini, &
S. Dionysij: Calend. Iulij pacta con-
ficit cùm Adeodato de Podio. Interim
verò Iacobus Rex Aragonū, Monsp.
dominus in scholas Iuris ciuilis G. Ser-
genium cùm intrusisset, illum & cuius
scholares sententiâ excommunicatio-
nis multat Berengarius, quòd eo non
consentiente id muneris occupasset:
re delatâ ad Romanum Pontificem
cōfirmatur ius Episc. Magal. quemad-
modum probatur ex regist. Clementis
4. quo citat canonem synodi Papæ
Eugenij, statuentē ab vniuersis Episc.
omnem habendam esse curam vt ma-
gistri constituantur, qui studia litera-
rum assiduè doceant; monet Episc.
Magal. id iuris semper habuisse. Diuus
quoq; Lodouicus binis ad Senescallū
Bellicadri scriptis literis in regist. Cō-
sul. ita Berengarium protegit. Ne per- «
mittatis, inquit, Episc. Magal. vel feu- «
dalibus suis in illis feudis quę tenentur «
à nobis violentiam indebitam, seu in- «
iuriam in aliquo inferri, in quantū ad «
nos pertinet, nec feuda propria illicitè «
occupari, & eosdem Episc. & eius feu- «
dales, & subfeudales ipsos, à talibus, «
prout iustum fuerit, & ad vos pertinet, «
defendatis. Datum Parisiis Dominicâ «
ante Natiuit. Domini 1268. Hoc eo- «
dem tēpore Raimundus Vassadellus, «
Raimundus Monlaureus Domicellus, «
& Raimund. de Bociacis Præpositus «
Magal. Condomini de Vico, omnes si- «
mul, & singuli pro partibus à Bereng. «
Magal. Episcopo, & Ecclesiâ Magal. «
in feudum se tenere confessi sunt to- «
tum castrum de Vico, cùm omni iuris- «
dictione, & pertinentiis suis, ac con- «
sequenter manibus iunctis homagium «

fecerunt. Rex autem Ludouicus apud
Aquas mortuas Monspelium in suæ
1270. tutelæ patrocinium admittit an. 1270.
& Berengarius anno sequenti, Gi-
geani & Balaruci castri limites præfi-
xit. Porrò cùm anno 1272. Gregorius x. Romanus Pontifex Concilium
vniuersale Monspelij celebrare in ani-
mo habuisset, mutato consilio Lug-
duni congregauit, cui adfuit Beren-
garius, & an. 1273. arbitris quibusdam
Iurisperitis lites extinxit, quas cùm
Rege Aeagon. habuerat pro iurisdi-
ctione de Cornone super Lesdâ &
Stachâ; quæ acta seruantur in tabulis
Consul. nec omittendum anno 1274.
Fredolum à S. Boneto Magalonen-
sem Canonicum Lunelli Priorem, in-
de Ouetensem Pexsulem legatum à
Pontifice ad Alphonsum Regem Ca-
stellæ. Veedala refert ex registro Epis-
cop. quæ sequuntur digna scitu: *Anno*
1278. *1278 in præsentiâ Pontij Biterrensis Epis-
copi, Petri de S. Iusto, Berengarij de Bo-
ciacis Archidiaconorum, Bernardi de
Fisco Præcentoris, pluriümque aliorum,
interuentu Petri de Montebruno Narbon.
Archiepiscopi, facta est compositio Regem
Maioricarum inter, & Berengarium
Episcopum, & tunc declaratum est quod
Baiulus curiæ Episcopalis ad denuncia-
tionem, vel requisitionem Baiuli curiæ
dicti Regis in capiendis reis in parte suâ eo
duntaxat necessitatis debito teneatur, quo
bonus & iustus Iudex ad denunciationem
priuati cuiuslibet ex se ipso, vel ex sui of-
ficij debito teneretur. Item fuit declara-
tum, quòd vocato procuratore Regis, &
non antè, liceat curiæ Episcopali ex causâ
pœnam corporalem mitigare, & in pœnam
pecuniarum conuertere, de quâ debet dare
etiam partem dicto Procuratori Regis, &
quod Baiulus Episcopi iuret in sui creatio-
ne in prædictis benè & fideliter se habere,
& nullam fraudem committere. Item quòd
tenentes in parte Episcopali falsas men-
suras, vel pondera, & ibi delinquentes in
eis curiâ Episcopali, stent iuri, & prædi-
cta ibi definiantur, & puniantur, saluo
quòd si mors, vel membri mutilatio pro
prædictis sit imponenda, fiat vt supra de-
claratum est. Item quòd iurisdictio stagni
Gradus de Cornone, & de Magalonâ
pertineat ad Episcopum, saluo quòd delin-
quentes, vel contrahentes in castro de La-
tis, si fugiant, gentes Regis possint eos ibi
capere, & retinere, debene gentibus Epis-
copi si ibi sint, hoc significare, quòd ipsi
reum volunt inde extrahere, vbi reus ipse*

A *fecerit larem in parte Episcopali Montis-
pessi tunc debet seruari antiqua compositio.
Item quod Curiales Regis non intrent cùm
armis partem Episcopalem ad capiendos
reos, nisi flagrante crimine ibi confugientes,
sed & tunc sine licentiâ Curialium Episco-
pi inde non extrahantur. Item quod Rex
in septem tabulis recipiat lumbos porcorum,
& media pectora vaccarum. Item quòd
homines partis Episcopalis recipiantur per
curiam Regis in corraterios, vel proxene-
tas, esto tamen, quòd non se mutent in
parte regiâ. Item quòd Rex, seu eius gen-
tes non impediant directè, vel indirectè
Episcopum, vel eius Officiales, quominus
B possint liberè vti iurisdictione Ecclesiasticâ,
& Clericos, & personas Ecclesiasticas ca-
pere, seu capi facere cùm armis, vel sine
armis, prout res exegerit, commorantes,
seu delinquentes in parte regiâ, & inde ex-
trahere, si per hoc præiudicium temporali
iurisdictioni Regis minimè generetur: &
quod nuncij curiæ Episcopalis, & Regis
possint portare liberè baculos in vtrâque
parte, vt sic cuius sint curiæ, dignoscantur
nec per hoc alicui ius accrescat. Item quòd
supercursu monetarum Melgoriensium ser-
C uetur compositio facta cum Iacobo Rege
Aragonum.* Excambiuit autem Beren-
garius anno 1279. cùm Nicolao mi- 1279.
nistro S. Trinitatis propè villam Mon-
tispessulani, quo eodem anno Bala-
fucenses se ab Episcopo tenere profi-
tentur syluam dicti loci de Balasuco
sub recognitione annuâ. Capellam à
Berengario dotatam notat Veedala
anno 1280. S. Blasio sacram quæ est
inter aulam & cameram Episcopalem
Melgoeij, in quâ quotidie missam ce-
lebraret Capellanus, & horis Cano-
nicis interesset in Ecclesiâ B. Mariæ
vicinâ: Quo ipso anno Iacobus Ba-
learium Rex & dominus Monsp. in
Elnensi ciuitate Magistratibus pepe-
cit, qui minùs honestè Consulatum
D administrauerant. Aliam quoque Ec- "
clesiam S. Michaëlis de villâ Paternâ "
propè Gigeanum dotat Berengarius "
circiter anno 1283. retentâ visitatione " 1283.
& procuratione, vti docent tabulæ "
Episcopales: quam basilicam posteà "
permutat cùm Priorissâ S. Felicis de "
Montesèuo, quæ ei cessit Eccl. paro- "
chialem S. Christinæ propè Melgo- "
rium: sub idem tempus delegatur Be- "
rengarius ascito Nicolao S. Ægidij
Abbate, à Narbonensis Metropolis
Suffraganeis, vt apud Regem Philip-
pum, Petrum electum Narbonensem

accusatum purgarent, quòd obtinue- A
re. Nec minùs Clericos suos tutatus
est, dum pro tribunali sedens eos ad
aliquam contributionem cùm lai-
cis faciendam compelli non posse pro-
nunciauit. Ex codice vrbis palam est
Berengarium collapsam Melgorij po-
litiam optimis legibus restituisse an.
1287. 1287. sequenti verò vt in Episcopalib.
» diptychis continetur, Henricus Ru-
» thenensis Comes se tenere à R. Patre
» Berengario Magalon. Episcopo, &
» Comite Melgorij, & Montisferran-
» di, castrum de Brissiaco, recognouit,
» quòd factum fuit in præsentiâ Pontij
» de Canillaco Anianæ Abbatis, Petri B
» Peletij domini de Alesto &c. Quo
» etiam tempore emit Berengarius fur-
» num de Murouceteri pretio 16. libra-
» rum Melgoriensium. Idem Episco-
» pus ob euidentem vtilitatem Ecclesiæ
» Magalonensis, & specialiter ad satis-
» faciendum nobili viro Comiti Ru-
» thenensi in tria millia librarum Mel-
» gor. pro pretio castri de Brissiaco,
» quod ab eodem Comite emere pro-
» posuit, Ademaro de Capreyrolis Ma-
» galon. Præposito totum Montem S.
» Baudilij de Monteseuo, & garrigiam
» de Noalibus vendidit, & à Bernardo
» Gaudalmari milite, pro his, quæ in
» villâ S. Martialis de Assatio habebat, C
» recognitionem, & iusiurandum geni-
» bus flexis, ac manibus iunctis rece-
pit. Cùm in dies augeretur Monspe-
lium, gymnasio quoque à Nicolao I V.
1289. Pont. illustrata est ciuitas anno 1289.
diplomate registri Vaticani dato apud
» S. Mariam Maiorem 7. Calend. No-
» uemb. vbi Monspelium locus celebris
» plurimùm & famosus, & aptus valde
» pro studio appellatur; ordinat dein-
» ceps ibi studium esse generale, quò
» scholares audiant in quauis licitâ fa-
» cultate, & vt ad magisterium promo-
» uendi ab Episcopo probentur: post
» examen coram se factum à Doctori- D
» bus: vacante sede examen fiat coram
» aliquo ex tribus Archidiaconis: nec
propterea ad hunc annum Academiæ
exordia reuocanda; constat enim ab
anno 1190. Placentinum ibi docuisse;
Azonem, Accursium circa an. 1220.
sed tantùm Magistros instituit Do-
ctores Nicolaus, quos Carolus V.
Ioannes, & Carolus V I I. denique
Franciscus I. Rex priuilegiis auxere.
1291. Anno 1291. Monspelium septem men-
sium interdicto multatur; paucis eius

contextum contrahimus, quo Ber-
trandus Mathæi Canonicus Viuarien- «
sis Officialis Magalonensis conque- «
ritur, quod Monspel. Consules Ec- «
clesiæ libertatem violantes satage- «
runt eam seruituti supponere, sub- «
mittendo eos contributionibus laico- «
rum in suis collectis, pignorando Cle- «
ricos, Ecclesias & Rectores, pecunias «
& res alias diripiendo, portas Cleri- «
corum & locorum diuino cultui man- «
cipatorum violenter ab hospitiis re- «
mouendo: hospitia etiam Clerico- «
rum redegerunt ad porcorum porci- «
lia, ad latronum speluncas, ad quo- «
rum correctionem fuerunt caritatiuè «
moniti, qui rebellando plures ex- «
comunicationum sententias sustinue- «
runt longo tempore: insuper Rex «
Maioricarum dominus Monspeliensis «
hos excessus non curauit facere reuo- «
cari. Ergo cùm Ecclesia non habeat «
quod faciat, nisi quòd ad interdictum «
procedat, nos Bertrandus Mathæi «
Canonicus Viuariensis Officialis Ma- «
galon. consideratis his excessibus, vt «
prodeat de vultu Dei iudicium, in «
nomine sanctæ Trinitatis, sacrosan- «
ctis Euangeliis positis coram nobis, «
sedendo pro tribunali, assidentibus «
nobis & consensum præbentibus Ad- «
emaro de Capreirolis Præposito Ma- «
galon. Ioanne de Montelauro Archi- «
diacono, Bernardo de Viridisco Ar- «
chid. Raimundo Alberti Archid. Be- «
rengario de Omelatio Sacristâ Ma- «
gal. & aliis Prioribus Canonicis Eccl. «
Magal. pro prædictis delictis totam «
villam Montispess. cùm suburbiis sup- «
ponimus generali interdicto: ne diui- «
na officia celebrentur, sacramenta «
ministrentur, nisi prout Canones «
sanciunt. Actum publicè in Curiâ «
Episcopi Montispessul. anno 1291. 14. « 1291.
Calend. Aug. Philippo Francorum «
Rege regnante. Narbonensis tamen «
Archiepiscopus interdictum septem
mensium ab Officiali promulgatum
suâ authoritate contraxit. Intereà
paupertati S. Leonis monialium Be-
rengarius de consensu Capituli Ma-
galon. congregato 5. Calend. Ianuar.
1292. subuenit, eis concedendo om-
nem vsum Ecclesiæ S. Baudilij de
Montelauro. Exinde cùm attenderet
iura Ecclesiæ Magalon. impunè vio-
lari, ad Regem Galliæ tanquam ad
sacram anchoram confugit; ideóque
iurisdictionem temporalem Episcopi

in Montepessulano, quam Rex Maioricarum nimis opprimebat, ipsam cùm Philippo Rege Francorum permutauit, & in compensationem habuit Bailiuiam Salauesij, de Duroforti, ac castrum de Porsano, vt palam fit ex instrumento Domanij sub his pactionibus.

» Philippvs Dei gratiâ Franco-
» rum Rex. Notum facimus vniuersis
» tam præsentibus quàm futuris, quod
» cùm dudum tractatum fuerit inter
» gentes nostras pro nobis ex vnâ par-
» te, & gentes dilecti & fidelis nostri B
» Episcopi Magalon. ac Præpositi, &
» Capituli Magalonæ pro eis ex alterâ,
» super permutatione partis Episcopa-
» lis Montispessulani quæ pars vulgari-
» ter dicitur Monspessulanetus, & feu-
» di Montispess. seu superioritatis eius-
» dem, & castri Latarum, quæ domi-
» nus Montispessuli tenet in feudum ab
» Episcopo, & Ecclesiâ Magalon. cum
» homagio & sacramento fidelitatis:
» quæ quidem omnia idem Episcopus
» à nobis tenet in feudum; facienda, &
» in nos transferenda cùm recompen-
» satione condignâ prædiorum. Tan-
» dem religiosus vir Ademarus de Ca- C
» preyrolis Præpositus, ac Magister
» Martinus de Vabre Canonicus Ma-
» galonensis, pro se & nominibus pro-
» curatoriis tam Episcopi quàm Capi-
» tuli prædictorum, & Bertrandus Mat-
» thæi Canonicus, & Vicarius Officia-
» lis Magal. Procurator Episcopi præ-
» dicti, vnà cùm prædictis Præposito,
» & Martino à dictis Episcopo & Capi-
» tulo ad nos missi, habito diligenti tra-
» ctatu super prædictâ permutatione,
» asseruerunt quòd ex hâc multa com-
» moda Ecclesiæ Magalon. immine-
» bant, & multa incommoda vitaban-
» tur. In hâc ergo permutatione, sic
» processimus, vt sequitur. In primis D
» prædicti procuratores dicti Episcopi,
» pro dictis Episcopo & Capitulo trans-
» ferunt in nos & successores nostros
» Reges Francorum in perpetuum, &
» dimittunt omnimodam iurisdictio-
» nem temporalem, quàm habet, &
» habere debet Episcopus Magalon. in
» parte prædictâ Episcopali Montispes.
» quæ Monspessulanetus vocatur, & in
» territorio eiusdem, ita tamen quòd
» dictus Episcopus habeat iurisdictio-
» nem tantùm in suâ familiâ. Transfe-
» runt etiam in nos, & dimittunt totum

A ius feudi & donationis cùm homagio, «
& sacramento fidelitatis, quæ habet «
in & supra dominium Montispess. & «
res quas dictus dominus Montispess. «
ratione prædicti feudi à domino Epis- «
copo tenet, & quæ ad villam Mon- «
tispess. & castrum Lætarum spectant, «
duntaxat omnia iura temporalia quæ- «
cumque ad dominum prędictum per- «
tinentia in prædictis, tam in personis, «
quàm rebus, vel alio quoquo modo, «
& contra quascunque personas ratio- «
ne eorundem, exceptis inferiùs ex- «
pressatis, seu retentis, ita quòd à no- «
bis, seu domo regiâ, nos, vel suc- «
cessores nostri separare, seu abdicare «
non possumus prædicta, nec in quem- «
cumque alium transferre, nec alium «
quemcunque superiorem dominum «
pro vllo casu superioritatis nobis, & «
successoribus nostris Francorum Re- «
gibus liceat nobis pro prædictis dare, «
seu constituere Episcopo, & Ecclesiæ «
antedictis. Transferunt etiam in nos «
omne ius, & omnem dominationem, «
quod, & quam habet, & habere po- «
test, & debet Episcopus in Iudæos «
Montispess. ratione temporalis iuris- «
dictionis, exceptis censibus, seu vsa- «
ticis, & laudimiis, quæ ratione rerum «
suarum Episcopus percipit in eisdem, «
quorum medietatem pro indiuiso in «
nos transferunt vnà cum aliis censi- «
bus, prout inferiùs continetur. Etiam «
transferunt in nos medietatem pro «
indiuiso furni quem habet Episcopus «
in prædictâ parte, & obuentionem «
eiusdem furni, & iuris furnorum con- «
struendorum in prædictâ parte, ita «
tamen quòd factâ assignatione, & «
traditione, quam pro prædictorum «
compensatione facere tenemur, nos «
percipiemus medietatem dicti furni, «
qui nunc est, & obuentionem eius, «
& nos, seu gentes nostræ, ad requisi- «
tionem dicti Episcopi, vel gentis suæ, «
tenebimur alium furnum construere «
ad expensas nostras, quo constructo, «
obuentiones illius furni erunt com- «
munes, pro indiuiso nobis, & Epis- «
copo prædicto. Dictus verò Episco- «
pus alium furnum posteà suis sumpti- «
bus facere tenebitur ad requisitio- «
nem gentium nostrarum, si eis neces- «
sarius videatur, alioquin medietatem «
expensarum, quæ factæ fuerunt in «
furno per nos constructo, nobis idem «
Episcopus reddet, & refundet. Pro «
prædictorum verò recompensatione «

» damus Episcopo nomine Ecclesiæ A suæ, & successorum suorum 500. libras Melgorienses annui redditus, quas ei assignari volumus in terrâ nostrâ cùm mero, & mixto imperio, & omnimodâ iurisdictione tam in itineribus stratis, quàm aliis locis, & feudis infra ipsam terram ei propter hoc assidendam existentibus cùm primis appellationibus, in locis tamen bonis, & honorabilibus, vbi congruè fieri poterit pro Episcopo; ita tamen quòd iurisdictio & feuda, & alia quæcunque nobis competentia in locis propter hoc assidendis in compensatio- B nem huiusmodi computari debeãt, & venire arbitrio bonorum virorum secundùm terræ æstimationem, retentis tamen nobis exercitu, & caualcatâ, & equite armato, quæ nobis competunt in hominibus terræ dicto Episcopo assidendæ ex causâ prædictâ, & aliis casibus superioritatis, quam caualcatam per dictos homines faciendam, per gentes nostras significatam Episcopo, sicut per Senescalliam Belicadri fieri consueuit, ipse Episcopus mandet suis hominibus. Prætereà dicti Procuratores nomine quo supra, transferunt in nos, & successores nostros Reges Francorum pro indiuiso C medietatem censuum, vsaticorum, laudimiorum, prædiorum rusticorum, & vrbanorum, & aliarum quarumcumque possessionum, quæ habet dictus Episcopus in Montepessulano, & Montepesleyreto, eorúmque pertinentiis duntaxat, pro quibus dicto Episcopo assignari, & assideri volumus compensationem condignam de valore ad valorem, secundùm æstimationem communem bonorum virorum arbitrio faciendam. Et prædicta omnia, quæ pro prædictorum omni recompensatione damus Episc. & ea quæ sibi de feudo nostro Episc. retinet D in Montepess. & Montepessulaneto & eorũ pertinentiis vnà cùm aliis feudis, quæ tenet à nobis, & tenebit in feudum, & tenere recognoscet idem Episcopus, & successores sui à nobis, & nostris successoribus in perpetuum, secundùm modum, & formam, quibus Montempessulanum, & Montempesleyretum tenebat, & recognoscebat. Intendentes in istâ recognitione venire tantùm eã, quæ sunt de feudo nostro, & quòd dictus Episcopus possit dare in emphyteusim, &

permutare sine consilio nostro, sine fraude; ita quòd res quam ex permutatione habebit Episcopus, sit eiusdem valoris, & recognoscatur nobis, sicut alia recognoscebatur. Item volumus & concedimus, quòd dictus Episcopus, & Capitulum, Canonici Magalon. simul, & separatim sint in dictâ parte nostrâ quantùm ad cupas, & leudas in eo iure, & immunitate in quâ sunt, & esse consueuerunt in parte Regis Maioricarum: & quod quilibet Baiulus noster, vel ille qui tenebit regimen pro nobis in Montepessulano, in principio sui regiminis, quando suum iuramentum faciet generale, & quod consuetum est fieri per alios Vicarios, & Baiulos, addet in suo iuramento, quòd iura Episcopi, & Capituli Magalon. per se seruabit illæsa. Volumus insuper, & mandamus feudatariis & aliis hominibus nostris terræ, & locorum quæ assideri Episcopo, & Ecclesiæ ex causâ præsentis permutationis mandamus, & ex nunc vt ex tunc transferimus in Episcopum Magalon. & successores suos, vt factâ assisâ prædictâ, & traditione sequutâ, quam fieri iubemus, Episcopo & successoribus in omnibus obediant, & sint ei subditi, sicut nobis & prædecessoribus nostris fuerunt, & esse consueuerunt, retentis semper nobis casibus suprà dictis. Ad hæc nos Præpositus, Martinus de Vabre Canonicus Magalon. & Bertrandus Matthæi Officialis, procuratores prædicti, nomine procuratorio præfati Episcopi, & dicti Capituli, assisam, seu assignationem quingentarum librarum annui redditus ex causâ prædictâ, modis, formis, & conditionibus præscriptis recipientes, & nomine dicti Episcopi, & successorum suorum acceptantes ex causâ permutationis prædictæ, ipsam permutationem facimus præsentialem in vos D. Philippum Dei gratiâ Francorum Regem serenissimum, recipientem pro vobis & successoribus vestris Francorum Regibus, modis, formis, & conditionibus suprà scriptis. Promittimus nos curaturos, quòd omnia prædicta, & singula dictus Episcopus, & Capitulum rata habebunt perpetuò. Mandamus nihilominus ex nunc, nomine Episcopi prædicti, domino Montisp. & Latarum, & aliis omnibus, & singulis feudatariis, & censuariis dicti «

An.Ch. „ Episcopi, pro rebus & locis in vos di- A
„ ctum D. Regem, per nos permutatis,
„ & translatis, vt vobis D. Regi homa-
„ gium, fidelitatem, sacramentum, &
„ recognitionem præstent, quod, &
„ quam pro eis translatis Episcopo præ-
„ stare tenebantur, saluâ pro dicto Epis-
„ copo in præmissis, & singulis præmis-
„ sorum auctoritate Papæ, & Romanæ
„ Ecclesiæ, ac etiam Narbonensis Epis-
„ copi, quantùm, & prout eos tangit.
„ Nos autem Rex Francorum suprà di-
„ ctus; vt prædicta omnia, & singula
„ perpetuâ stabilitate firma perma-
„ neant, præsenti cartæ fecimus sigil-
„ lum nostrum apponi. Actum Parisiis B
1292. „ an. Domini MCCXCII. mense Martio.
Petrus de Capellâ Carcassonensis Antistes huius negotij minister fuit, quod & absoluit annis sequentibus, vt constat ex tabulis assignationis apud Montempessulanum 1293. Carcassonæ 1294. & in Abbatiâ S. Mariæ Regalis Pontisarensis 1301. mense Aprili. Rex Philippus prætereà concessit Ecclesiæ Magal. vt intra quindecim annos Præsul & Capitulum possent acquirere cc. libras annuas redditus excepto censu regali, Parisiis 1292. pollicetur quoque, quòd si acquirat partem domini Monspeliensis in monetâ Melgoriensi, hanc Episcopo & successoribus remittet. Consequenter anno 1293. Calend. Martij C
1293. Philippi Regis nomine Alphonsus de Roueytaco Bellicadri Senescallus, Monspelij possessionem obtinuit, nouos Magistratus creat, quibus regium sigillum tradit. Deinde 1294. 11. Calend. Iunij, Ioannes de Rocafolio monachus S. Guillelmi de Desertis, vt Prior Ecclesiæ de Londris sacramentum profitetur Berengario; Conuentionem initam inter Petrum de Conchis & Melgorij procuratores firmat: anno 1295. emit varias possessiones à Petro Fredoli domino de Verunâ germano suo, quem cùm Berengario de Omelatio Sacristâ Magalonensi nominat procuratores, vt possessionem accipiant castri de Porsano, & aliorum à Philippo ei concessorum: quo eodem anno sorores S. Dominici, seu Pruliani virgines in suburbio Monspeliensi domum erigunt, quarum Ecclesia paulò post à Berengario consecratur. At anno 1381. bello pulsæ domo suâ istæ moniales, tandem Albanensis Cardinalis depreca- D

tione S. Guillelmi valetudinarium à Consulibus obtinuêre. Berengarius verò expletis 34. annis, 8. mensibus, diebus 3. in Episcopatu, anno 1296. plenus meritis, tumulo à se condito à dextrâ maioris altaris Magalonæ reconditur. 1296.

32. Gaucelinus de la Garde La Garde.
1. ex Lodouensi Antistite, dissentientibus diu de electione Canonicis, paucis electio permissa est; hi Bernardum de Viridisco elegerant è sodalitio suo Canonici Magalonenses, sed illiteratum, ideò à Bonifacio VIII. Papâ repudiatus, Gaucelinum à Lodouensi Ecclesiâ absolutum ad Magalonensem promouit, epistolâ datâ Anagniæ 4. Id. Augusti, pontific. 2. quem de bonarum scientiarum maturitate, morum prudentiâ, spiritualium & temporalium prouidentiâ laudat. Pridie Idus Nouembris exhibito ei sacramento hominij à Balasuensibus & Magalonensi Ecclesiâ, connocato Capitulo renunciatur Antistes, & multa statuuntur circa bona morientium Canonicorum, Priorum, Rectorum Ecclesiarum, & ea quæ Berengarius Fredolus decessor ordinauerat, à Gaucelino confirmantur: necnon rixantes inter se Canonicos ad concordiam renocauit, & proptereà per quinquennium Capitulum ei concedit vt dignitates, personatus, Ecclesias, & alia beneficia ad collationem Præpositi, seu eius institutionem cum Magalonensi Capitulo conferat, dum tamen declaret Episcopus se eorum nomine fecisse, codicillis datis mense Decembri 1296. Verdalâ referente ex registro Capitulari. Has autem fecit conuentiones cùm diuersis Gaucelinus anno 1297. domum in Villanouâ 1297.
sitam vnit mensæ Capitulari 1303. sta- „
gnum de Tauro limitauit, vt ferunt „
regesta Episc. & quantum in eo diœ- „
cesis Magalonensis & Agathensis se „
extendunt, cùm Raimundo Agathensi terminauit. Ista quoque fidei clientelaris sacramenta excepit 1297. à Pontio Petri domino de Agantico pro castro de Brissiaco: 1298. à Guillelmo de Fabricis, Roquetensibus proceribus, Raimundo Puteano Grabelensi, & aliis Occitaniæ nobilibus viris, tum anno 1299. à Petro de Cornone posteà 1302. à Guidone de Rochâ Milite pro castello de Possano, 1302.

tum à S. Genesij Abbatissâ Albertissâ nuper electâ, à Guillelmo Apiano Milite pro castro de Roquetâ, Sustantionensibúsque villis. Denique 1303. à Raimundo Ademaro Domicello pro feodo in decimariâ de Iuuiniaco. Ex cartâ Thesauri regij Parisiensis liquet Gaucelinum anno 1302. delegatum fuisse cùm Suessionensi Præsule, pro pacis fœdere iniendo super controuersiis Philippi Pulchri Francorum, & Iacobi Aragonum Regis. Ipse tandem XI. die Martij
1303. 1303. Terralij, corporis ergastulo solutus est, præsentibus Biterrensi, Agathensi, Lodouensi Episcopis, & Anianensi, Vallis magnæ, Sanctique Ægidij Abbatibus: sedit annis octo, mensibus sex, diebus tribus, ac Magalonæ celebri pompâ funeratus ante altare sepelitur.

Levis Mirepoix. D'or a trois Chevrons de fable.

33. Petrus de Levis de Mirepoix III. Guidonis domini & Marescalli Mirapicensis, Florensaci dynastæ, ex clarissimâ vetustissimâque stirpe de Leuis, & ramo dominorum Mirapicesij oriundus, qui bellicâ virtute inclyti, & præclaris facinoribus contra Albigenses hæreticos Marescallorum Fidei titulum promeriti sunt, Petri mater Elisabetha de Marliaco Burcardi Marliacensis nata, ex familiâ Monmorancîâ prognata erat, suffectus est in sedem Gaucelini, postquàm Magalona per anni spatium Pastore carens disceptauit, prouidente paci Ecclesiæ Ioanne Monlaureo Archidiacono, aduersùs quem & Capitulum insurrexit Pontius de Lunello Sacrista, aliive Canonici, qui multa sacrilego ausu, vacante sede moliti sunt, vt tabulæ publicæ memorant, sed Magalonensi Episcopatu donatus Petrus, & pastorali curæ assiduè inuigilans, mentes tot dissidiis agitatas, tandem consociauit. Sub eo Iudæi vniuersâ ex Galliâ Regis edicto eiecti, Monspelio excedunt, vt habent
1307. codices vrbici: anno verò 1307. clientelare obsequium accepit à Ioanne Marci Iurisperito, & à Pontio pro villâ de Agantico; anno 1308. Petrus, Monspelij Teutonicos excepit, amplum eis ciuitas hospitium pro ęgris in suburbiis erexit, inde ad Cameracensem sedem euocatur: denique ad Baiocensem, vt retulimus.

Cominges.

34. Ioannes de Cominges IV. Cardinalis Portuensis & S. Rufinæ, Bernardo V. Conuenarum Comite, matre Lorâ Montefortiâ genitus, an. 1309. vel vt aliis placet 1310. à Clemente V. creatur Episcopus Magalon. non à Ioanne 22. Pontifice, qui nondum Apostolicam sedem ascenderat, vt sibi persuadet Catellus; quo ipso anno Clemens ad Ioannem Conuenensem Magalonæ, & Maioricensem Episcopos diploma dirigit, quo eis Iacobum de Româ Eremitam commendat, qui infantes pauperes & orphanos alebat de eleemosynis quas colligebat à fidelibus, rescripto dato Auenioni 9. Calend. Iulij Pontificatus 4. Ioannes verò eundem Iacobum suâ epistolâ apud Murumveterem scriptâ 4. Calend Februarij 1310. 1310.
per totam diœcesim commendatum esse vult, & indulgentias elargitur. Paulò post conuocatâ synodo Viennensi, huic interfuit Ioannes; atque etiam indictâ à Ioanne quatuor dierum supplicatione pluuia per Deiparam obtinetur nuncupatis ad B. Mariæ de Tabulis ædem votis, & iuxta constitutionem Pontificis Ioannis XXII. pulsus vespertinus campanæ ad salutationem Deiparæ Virginis ab Episcopo Magalon. statuitur, vt notant codices vrbici: exinde apotheosi S. Ludouici Tolosani Episcopi adfuit; à Regeautem diploma obtinuit, quo vetat ne custos curiæ strictioris sigilli « capiat presbyteros quos indignè ve- « xabat, vel Clericos, aliósue in sacris « ordinibus constitutos, etsi obligatos « viribus parui sigilli, quòd si ipsos ce- « perit Episcopo Magalon. aut eius Vi- « cario requisitus restituat. Tandem ad sedem Tolosanam euehitur circiter annum 1317. cuius ibi vitæ reliquos 1317.
annos habes. Auenione moritur 1348. eique designatur Antistes germanus Simon de Conuennis, sed quia obiit ante inaugurationem, Episcoporum Magalon. fastis non adscribitur.

Savmate.

35. Gailhardvs Savmate ex Episcopo Reiensi hùc translatus anno 1317. ex Actis cousistorialibus 1317.
Vaticani: patria erat Villanouanus referente Catello, quem Gariellus Ruthenensem dicit. Is Ioanni 22. Papæ familiaris, & notus ob constantem vitæ cùm dignitate traductæ famam, ad Præsulatum Magalonensem assumitur.

mitur. Sed negotiis vacans per patruum Olricum Saumatensem, quem Vicarium generalem renuntiauerat, sedit tantùm per nouem menses, postea transfertur ad Archiepiscopatum Arelatensem vt diximus.

FREDOL. 36. ANDREAS FREDOLI dominus de Veruna, sanguine & virtute nobilis, ex Canonico Magalonensi, tum Antistite Vceticensi nominatur
1318. Magalonensis 1318. 8. Februarij ex registro Vaticani, Auenione Magalonam proficiscens, ad Lunellum vetus solemni delegatione à Canonicis salutatur; quo tempore magna Capituli bonorum iactura facta erat, Præpositi siue negligentiâ, siue infirmitate; cui Episcopus remedium adhibere confestim sategit. Ex archiuis domus publicæ habetur quòd an. 1319. Maioricarum Princeps fundat Monspelij domum B. Antonij pro infirmis, & propterea concedit præceptoriam & hospitium de Villafrancâ cùm Capellâ & omnibus iuribus: quo etiam anno procuratores regij, Episcopi iura violantes, ab ipso Rege Philippo comprimuntur, & feudi titulo sibi subditum Raimundum Rupeum S. Martini Londrensis Priorem & Assatij dominum ad iusiurandum
1321. adegit. Item 1321. Bertrandum Villanouanum Ecclesiæ Magalon. Vestiarium, & Guillelmum de Vallauquesio Grabelli & Montisrotundi toparchas, quin etiam Petrum Fredolum patruum Abbatem Francarum Vallium, necnon nobiles dynastas villarum Aisiriensis, & Rotilensis. Cùm ergo multi toparchæ inuiti Episcopo fidei obsequium exhiberent, Andreas à Carolo Rege diploma accipit, quo vniuersa Ecclesia Magalonensis Regis protectioni subijcitur, & Senescallo Bellicadri iubetur vt curet iura illæsa manere Ecclesiæ Magalonensi, cùm à Regibus Galliæ sit fundata, codicillis scriptis apud S. Germanum in Layâ mense Maio 1323. Statuit porrò Pontifex die 8. Cal. Februarij 1324. nullum Canonicum Magalon. nisi in dignitate constitutum iudicem posse ordinari: Pontifex Ioannes 22. requirente eodem Episcopo Ecclesiam de Agantico mensæ Episcopali vnivit, Auenioni Pontificatus 11. Mor-
1328. talitatem expleuit Andreas 1328. Februarij vltimo, per annos 10. & 23. dies sedit in Episcopatu. Quo tempore circiter S. Rochus Monspeliensis, genti Cruceorum sanguine coniunctus, multis per Italiam signo Crucis editis miraculis, sancto fine quieuit in Christo, cuius reliquias è Monspelio tradunt Arelatem, & Venetias esse translatas.

37. IOANNES DE VIRIDISCO V. ex nobili prosapiâ toparcharum Visitensium, diœcesis Lodouensis; VIRIDISCO. piè educatus Canonicus majoris Ecclesiæ S. Petri, tantâ diligentiâ studiis incubuit, vt Doctoris lauream mereretur, & ad eum confluerent plurimi vt eius responsa exciperent; deinde Præpositus Magalonensis factus, tum à Ioanne Pontifice Auditor Romæ Cardinalem quoque creatum ab eodem asserit Gariellus, cuius rei tamen nulla extat memoria aut certum monumentum apud Auctores, qui de Cardinalibus scripsère, nisi fortè assertio Verdalæ synchroni, tandem Magalonense pedum accepit anno 1328. die 8. Aprilis, aut 23. Februarij vt consignatur in Actis Consistorialibus Vaticani. Episcopatus sollicitudinem gessit tantùm per Vicarios, vnde cùm fidei obsequium Regi Philippo exhibere non potuisset, à Senescallo Bellicadri Episcopalia iura inuaduntur, quorum libertatem posteà à Rege obtinuit anno 1329. quo ab eius Vicario generali, 1329.
vt fert Gariellus, Monspelij sacrorum vsu Carmelitani Patres interdicti sunt, quòd nocentibus quibusque iustam pœnarum seueritatem declinantibus, asylum aperirent; sic enim iura conuellebantur, & oblatâ impunitatis spe crescebat, & corroborabatur in dies scelerum licentia, monachis nihil per contumaciam aduersùs censuram Ecclesiasticam ausis, contra verò promptum deinceps obsequium pollicentibus, laxata protinus est interdicti sententia. Sequente anno per Vicarium, synodum agit Ioannes, ipse verò posteà Cal. Nouemb. statuta edit, quibus singulis dignitatibus Ecclesiæ suæ & Canonicis leges viuendi optimas præfigit, quarum vsus aboleuit, formâ viuendi regulari abrogatâ per secularizationem. Anno etiam 1331. 1331.
Capitulum & Præpositus ordinant statuta super gubernatione Eccle-

siæ, Capituli, Prioratuum, Eccle- A siarum totius diœcesis, ac super pensione soluendâ: quo eodem anno rixantibus inter se Consulibus & ciuibus Monspelij, à Ioanne & Rogerio Roueyraco inter se conciliantur, patet id ex documento archiui Consularis, quô prouoluti in genua Præsulis Diui Petri solio innitentis, supplicantium exhibent specimina. Deinde anno 1334. vniuit mensæ monasterij Casæ Dei Prioratum S. Vincentij propè Porsianum id mandante Pontifice. Variis temporibus à toparchâ du Caylar Monlaurensi dynastâ, & Guillelmo condomino castri B de Cornone recipit hominium clientelare Ioannes, qui Terralij piè defungitur, hortatus in extremo morbi positus Canonicos ad vitæ sanctimoniam quam semper coluerat, & cuius famam post mortem est consequutus. Vixit Episcopus annis sex, mensibus sex, diebus vndecim, extinctus 1334. 28. Augusti, jacet Magalonæ.

terris Prælatorum, Baronum, aut a- « liorum subditorum nostrorum, in qui- « bus habent iustitiam altam, & bas- « sam, seu merum, & mixtum impe- « rium, &c. Mandamus vobis, quate- « nus in terrâ fidelis nostri Episcopi « Magalonensis, in quâ vobis consti- « terit ipsum omnimodam habere al- « tam & bassam iustitiam, contentum « in ordinationibus prædictis faciatis « inuiolabiliter obseruari; contrarium « facientes, prout ad vos pertinuerit, « debitè puniendo. Datum Parisiis, die « 8. mensis Maij anno MCCCXXXIV. « Aliud quoque eiusdem rei gratiâ 1336. accepit, quo satis apparet iniquam tunc temporis Vrbanorum Magistratuum peruicaciam, qui Episcopi iura inuadebant. Vnde anno 1338. cùm 1338. castellum de Vico ad Capitulum spectans fextâ ex parte à regiis curatoribus occupatum esset, eguit Pictauinus auctoritate regiâ vt liberaretur. Quæ gessit translatus ad Albiensem Cathedram anno 1339. per Benedictum 12. scripsimus.

Montesquiev. 38. Pictavinvs de Montesqviev Cardinalis Presbyter tituli Basilicæ Sanctorum Duodecim Apostolorum, è nobili Montesquiorum C stemmate satus in Auscitanâ diœcesi; vtriúsque Iuris Doctor famosus à Pontifice Episcopatum Magalonensem accepit anno 1334. 4. Septemb.
1334. quemadmodum memorant registra Vaticani, inde Albiensis, denique inter purpuratos Proceres Ecclesiæ Romanæ adscribitur. Is ergo eodem anno clientelari tutelæ excepit templum & domum xenodochij S. Simeonis, necnon Ecclesiam Augustinianorum, qui cùm reos quatuor Episcopi iurisdictione mox damnandos, intra cœnobium profugos admisissent, & lictores Episcopales per D vim repulissent, ex religiosis totidem in carcerem conijci iubet, ac post aliquot dies mitior factus, eis libertatis, monasticam tamen pœnam imposuit. Hoc insuper à Rege diploma obtinuit quo Ecclesiæ suæ immu- » nitates tueretur. Philippvs Dei » gratiâ Francorum Rex, Senescallo » Bellicadri, aut eius Locumtenenti sa- » lutem. Cùm in ordinatione carissimi » patrui nostri Regis Philippi, seruien- » tibus nostris interdictum sit, ne ipsi » iustitient, aut officium exerceant in

39. Arnaldvs de Verdale Verdale. De gueulle au loup rampant d'or. ij. è stirpe nobili Carcassonensi progenitus, quæ prætérito sæculo celebrem illum Hugonem de Loubenx de Verdale protulit, Hierosolymitanæ militiæ Principem, & posteà Cardinalem D. Mariæ in Porticu. Iste Episcopus eo nobis maximè nomine commendandus venit, quòd omnium decessorum suorum Præsulum Magalonensium à Ricuino 2. vsque ad Pictauinum cui successit, historiam è tenebris ad lucem reuocarit, & collegerit, sequentibus verò facem prætulerit, vt honestissimo huic studio vacarent, aut saltem curarent Ecclesiarum suarum monimenta non iacere in puluere & sordibus, quod in bonum & commodum non dicimus tantùm litteratorum, immò totius Ecclesiæ cedere. Hic igitur optimis studiis & virtutibus animum imbuit, quibus Ecclesiæ muneribus idoneus haberetur. Primùm Canonicus & Officialis Mirapicensis, tum à Raimundo Præsule suo Inquisitor delegatur, vt serpentem Albigensium & Beguinorum hæresim profligaret. Cùm autem habito circiter hæc tempora Concilio eius doctrina effulsisset, Benedictus 12. Auenione degens eum inter sacri Consilij sui Assessores

adnumerauit: qualis etiam fuerit, te- A statur hoc de ipso in tabulario Vceti- » censi testimonium. Arnaldus de Ver- » dalâ iuris vtriúsque Professor, De- » canus Ecclesiæ S. Pauli de Fenolha- » desio Electensis diœcesis, Reforma- » tor iurium, rerum, & personarum » Ecclesiasticarum, hospitalium, & alio- » rum piorum locorum ciuitatis, diœ- » cesis, & prouinciæ Narbonensis per » sanctissimum in Christo Patrem Do- » minum Benedictum diuinâ prouiden- » tiâ Papam XII. ad hoc deputatus. Placentinam quoque Cathedram Monspelij obtinuit, ac tandem Magalonensem quâ cohonestatus est B

1339. 1339. 20. Aprilis, vt notant Acta consistorialia. Diœcesim Pontificiis negotiis in aulâ Auenionensi distentus; per Vicarios Ioannem Vernholam legum Professorem, & Paulum de duabus Virginibus, per aliquot tempus administrauit, Ecclesiam suam nihilominus hoc anno adiit, vt probant codices consulares, & quædam cùm Anianensi Abbate Guillelmo Landorrâ pro iurisdictione Podij acuti in agro Verunensi paciscitur. At cùm hisce temporibus Canonicorum disciplina elanguisset coactâ Synodo suâ generali eodem anno 20. Octobris C Indictione 7. in Ecclesiâ parochiali S. Dionysij de Montepess. præsidens in præsentiâ Priorum, Rectorum, Vicariorum & aliorum plurimorum Clericorum suæ diœcesis, hæc statuta promulgauit, quorum ab archiuis capitularibus summam exhibemus. » Primò Canonicorum numerus im- » pleatur. Sub virtute sanctæ obedien- » tiæ, iuxta statutum Papæ infra men- » sis spatium Capitulum hanc creatio- » nem & receptionem faciat, aliter ad » creationem procedere minatur. 2. » omnes Canonici nondum profes- » si, emittant professionem intra duos D » menses. 3. ad Capitulum annuum » veniant, si impediti per procurato- » rem. 4. Eligant & ipsi cùm eis Ma- » gistrum qui Canonicos scientijs in- » struat. 5. iuxta mandatum Papæ & » consuetudinem, quia de quadragin- » ta Monachis qui in Ecclesiâ residere » debent, & de vicenario numero, v- » nus debet ad generalia studia mitti, » statuit duos Canonicos singulis an- » nis mittendos. 6. sub virtute obe- » dientiæ & iuxta ordinationem apo- » stolici mandati, in prioratibus suis

continuam faciant residentiam cùm « socijs, iuxta morem Ecclesiæ assigna- « tæ consultum; requirit vt eligant « probos viros, cùm quibus intra an- « nuale capituli de numero sociorum « ordinare possit, si negligant solus sup- « plere possit. 7. Infirmarius prouideat « infirmis. 8. omnes Canonici legiti- « mæ ætatis infra generale capitulum « se faciant ad ordines necessarios pro- « moueri. 9. vestimenta honesta fe- « rant, reprobata dimittant. 10. de pe- « tendâ licentiâ statuit. 11. mutua ne « recipiant nisi secundum quantitatem « à Capitulo ordinatam. 12. ne benefi- « ciorum prouentus arrendent sine so- « lemnitate obseruatâ. 13. de registris, « inuentarijs, priuilegijs, Missarum ce- « lebratione, venatoribus, arma fe- « rentibus, delatoribus, conspiratori- « bus, proprietarijs, negotiatoribus « constitutio apostolica seruetur; iux- « ta quam statuit vt quisquis Canoni- « cus coniurationem tractauerit, aut « dederit consensum, auxilium, con- « silium, quam citò poterit reuelet his « contra quos est facta: qui secus fe- « cerit monitione præmissâ, excommu- « nicationem promulgauit quam præ- « ter alias pœnas ipso facto incurrere « vult, absolutionem sibi specialiter re- « tinuit: declarat quòd Canonici qui « in animæ suæ periculum & scanda- « lum, & in contemptum Canonum ad « certa studia etiam priuata absque il- « lius licentiâ accesserunt, tales inci- « disse in excommunicationem à Ca- « none latam, & debere publicè nun- « ciari. Aliâ autem sessione, aut Syno- « do, Arnaldus hæc item statuit; re- « uocat omnes licentias temporales « per se aut decessores aut Vicarios « concessas super exercitio curæ ani- « marum in suâ diœcesi. Reuocat om- « nes licentias à quibuslibet concessas « super absolutione, dispensatione vel « aliâ prouisione casuum, à iure vel ho- « mine: reuocat dispensationes omnes « quibuslibet datas super non residen- « do in claustris suis, vel beneficijs, ni- « si de iure debeant obseruari, quo ca- « su licentias has sibi vult exhiberi in- « tra viginti dies. Monet omnes Regu- « lares, seculares beneficium obtinen- « tes, quòd residentiam continuam de « iure, vel de consuetudine aut statuto « exigat in eodem, præcipit sub obe- « dientiâ vt resideant personaliter, ni- « si à Papâ aut Episc. ex causâ & gratiâ «

» dispensentur. Vult statuta sua Syno-
» dalia & decessorum, & per D. Pe-
» trum de Sampsone edita, quæ inci-
» piunt in Sacramentorum collationi-
» bus obseruari, hactenus consulta in
» diœcesi teneant, donec aliter ordi-
» natum sit, singuli ea habeant ex in-
» tegro. Statuit quòd nullus corpus de-
» functi infra Ecclesiam tumulet abs-
» que Episcopi licentiâ, nisi casibus à
» iure permissis. Vt preces à Ioanne
» Papâ XXII. ordinatæ in missâ pro pa-
» ce semper dicantur. Vltra viginti dies
» indulgentiæ Pontificis decem addit.
» De his populum instruant. Præcipit
» sub obedientiâ vt omnes detinentes
» scripturas aut instrumenta Ecclesiæ
» reddant, scientes reuelent intra de-
» cem dies, aliter excommunicantur.
» Monet ne in conuiuiis, choreis, lu-
» dis publicis aut priuatis, vtantur ve-
» stibus regularibus, aut eas commo-
» dent ludentibus, aliter excommuni-
» cat eos, nisi ludi fiant de consensu
» superiorum ob Dei reuerentiam, aut
» Sanctorum. Inhibet ne in proces-
» sionibus capussium simul cùm super-
» pelliceo portent. Monet omnes vt in-
» fra annum habeant breuiarium, su-
» perpelliceum, almuciam Sacerdota-
» lem, vestem propriam quâ sepelian-
» tur. Acta solemniter, lecta & publi-
» cata, per Notarium suum Raymun-
» dum Tornerij an. 1339. mense Oct.
» indict. 7. Christophorus de Claperijs
in Ecclesiâ S. Catharinæ Capellam instituit, & ius patronatus obtinet ab Episcopo, qui & Rectoriam studij Monsp. Academiæ confirmauit: publicare etiam fecit statuta noua studij Montisp. per Paulum de Dencio Monachum S. Guilelmi de Desertis & Camerarium, idque mandato Cardinalis Ebredunensis Bertrandi, commissione Apostolicâ ad hoc
1340. deputati. Anno autem 1340. Arnaldus Academiæ Cancellarius Stephanum Martinenchium Rectorem ad exhibendum sacramentum adegit. Matellensibus ciuibus mercatus semel in hebdomadâ, bis verò nundinarum quotannis instaurandarum ius concessit, cùm immunitate vectigalium, nec minùs Ecclesiam de Cambalious sacram fecit, à decessoribus erectam, & Ioanne de Viridisco dotatam. Vexatus à regijs ministris quòd fidelitatis iusiurandum nondum exhibuisset, à Rege obtinuit procrasti-

A nationem ad annum, vt patet ex diplomate Philippi 7. die Decemb. apud Vicennas 1339. quod extat in tabulario Nemausensi. Cùm G. Abbate Anianensi Ecclesiam S. Crucis Cellanouensem Vicariatu perpetuo & aliis beneficiis instruxit. Benedicti etiam XII. Statuta de reformatione Ecclesiæ & Magalon. Capituli curauit approbari, ac inter Capitularia instrumenta recenseri pius Episcopus: nouum quoque portorij ius cogen-
di à Rege obtinet 1341. necnon à 1341.
Benedicto relaxationem debiti, diplomate quod visum hîc apponere
B ex registro Pontificio.

BENEDICTVS *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Petro de Talliatâ Carnotensi, Capellano nostro, salutem & Apostolicam benedictionem. Exposuit nobis venerabilis frater noster Arnaldus Episcopus Magalonensis, quòd ipse pro residuis census annui viginti marcarum argenti, qui nobis & Ecclesiæ Romanæ, ratione Comitatus de Melgorio, & de Monteferrando Magalon. diœcesis debetur pro viginti annis proximè præteritis, sub certis formis & modis efficacaciter sit obligandus. Cùm autem bonæ memoriæ Andreas Fredoli, & Ioannes* C *Viridisco Episcopi Magalonenses prædecessores, & venerabilis Frater noster Pictauinus Albiensis, olim Magalonensis Episcopus, immediatus antecessor eiusdem Arnaldi Episcopi, quilibet eorum videlicet pro temporibus suis, quibus præfuerunt Magalonensi Ecclesiæ, de redditibus, fructibus, & prouentibus eiusdem Ecclesiæ, quos perceperunt, censum prædictum in terminis solutionis ipsius qui obuenerunt suis prædictis temporibus, soluere (vt idem Arnaldus Episcopus asseruit) debuissent. Nobis humiliter supplicauit, vt eidem, qui, vt præfertur, existere noscitur ad soluendum præfatæ ca-* D *meræ residua dicti census adstrictus, prouideamus. Nos igitur volentes dicto Arnaldo Episcopo in iustitiâ deferre, in quâ sumus omnibus debitores, discretioni tuæ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus vocatis vocandis, & auditis hinc inde pleniter, & de plano, sine strepitu, & figurâ iudicij, exhibere super prædictis studeas iustitiæ complementum. Datum Auenioni Nonis Iulij Pontificatus nostri anno 7.* Cæterùm Guilelmus de Spiraco miles, & Regis Philippi Senescallus Bellicadri & Nemausi, Magalonensi insulâ visi-

tatâ, vt contrâ Maioricensem Regem eam muniret, cuncta ordinauit ad eius tuitionem præsente Arnaldo in aulâ Episcopali Monspel. tum an.
1345. 1345. à Clemente 6. epistolam accipit, quâ mandat vt litem suam cùm Philippo & Bertrando de Leuis de castro Porsiani pacificè dirimeret: grauem quoque habebat controuersiam cùm Raimundo Monlaureo, quod in Murlensis sui castri sacello, Priore loci inuito sacrum fieri iuberet, & alia Sacerdotis iura inuaderet; propterea oratorium & castrum interdixit anathemate; Monlaureus parere coactus, ei tandem Murlense dominium & Vallauquesium beneficiatum subjecit: Hoc eodem anno ratam habuit Episcopus transactionem de consensu Canonicorum quâ Vestiario 10 annuos prouentus largiuntur cessuras, ait tabula capitularis, B. Geruasij de Iuuiniaco cum Capellâ de Aussanicis & B. Iuliani de Grabellis Ecclesias, eo pacto quòd Vestiarius omnibus Canonicis Magalonæ vestes tradere teneretur. Postea Episcopus à Majoricensi Rege Iacobo castrum & villam S. Ioannis de Vedatio summâ mille trecentarum libratum comparauit. Imbertus Puteanus de Montepessulano Cardinalis Auenione moritur præsente
1347. Arnaldo 1347. Is testamento cauerat vt S. Saluatoris Capellanorum Collegium Monspelij erigeretur, nominatis exequutoribus, Bertrando Episcopo Ostiensi, Guilelmo de Texerijs Præposito Nemausensi Ord. S. Augustini, Fraocisco Bedocij Regensi, Antonio de Coselis Barcinonensi Canonico posteà Episcopo Maioricensi, & Alaudino Falqui Can. S. Petri de Ariâ: exponunt Clementi Pontifici testamentum Imberti Cardinalis, quòd Capellam S. Saluatoris iam construxerat, & in eâ Collegium XII Capellanorum de auctoritate Pontificis erigere statuerat, necnon Hospitale pauperum iuxta Capellam, & vtrumque sufficienter dotare, quæ Pontifex rata habet, & permittit eis prædicta complere bullâ datâ Auenione Kal. Oct. Pontif. 7. » Deinde Bertrandus Ostiensis Episcopus & alij exequutores vi huius diplomatis Ecclesiam S. Saluatoris in Capellanorum Collegium erigunt, numero duodecim Presbyterorum, quorum alter Prior, alter Sacrista censebitur; & præterea duos Diacoos qui missæ, horis canonicis & alijs inseruiant: Prior & cæteri Capellani mortui eligentur à Capitulo, præter vnum à Rege nominandum; deinde pro dotatione incorporant omnes reditus spectantes ad Hospitale, & Ecclesiam S. Saluatoris quos Imbertus viuens à Fratribus S. Mariæ Teutonicorum Montispess. emerat, statuunt vt omnes obediant Priori, curent hospitale benè administrari, Capitulum annuale fiat in octauâ Paschæ, distributiooes assignant Priori, Capellanis, Diaconis pro suo officio, & pro diuersitate Festorum, omnes in eadem domo habitent, comedant, dormiant, proximum exemplis & verbis ædificent. Subscribit has constitutiones Bernardus de Marchiâ Cadurcensis Notarius Auenioni
1349. indict. 2. die 28. Ian. Bertrando Ostiensi, Nicolao electo Vrgellensi, Guilelmo Baralli Archid. Auenionensi testibus: His peractis, ijdem procuratores ea deferunt Innocentio VI. Papæ, vt illa confirmet, excepto Bertrando Antistite Ostiensi defuncto, Guilelmus autem de Puteo miles Morinensis huic subrogatur, quòd ab Innocentio obtinuêre; integra diplomata habes apud Gatiellum, necessaria tantùm exscripsimus. Circa idem tempus Arnaldus Episcopus interfuit S. Iuonis Aremorici apotheosi Auenione celebratæ. Regis item Iacobi Maioricarum paulò antè occisi & regnis spoliati filius Iacobus in extremis positus, Monspelij & Latarensem dynastiam Philippo Regi Gallorum vendit centum viginti millium aureorum pretio, vnde Magalon. Episcopatus Gallico principatui penitùs subijci cœpit.
1350. Anno 1350. Arnaldus Augustinianis concedit vicinum cœnobio agrum vt illud amplificarent, necnon Raymundum de Melgorio nobilem vassallum suum domicellum contumacem mulctat, feudo in commissum sepposito: varijs & temporibus excepit à clientelaribus subditis officia debita, ab Arnaldo Bereogario à Turribus, Guilelmo nobili de Pignano 1340. ac biennio post à Guilelmo Fredolo, à Ioanne de Sausan de la Rogue Aynier. Denique vir immortalitate dignus Arnaldus ad melio-

rem vitam transiit Monspelij, & Maga- A lonæ cùm antecessoribus sepulchro conditus est sub eâ epigraphe. *Decimo Cal. Iulij Obijt Dominus* ARNALDVS DE VERDALA *Iurium Professor, bonæ memoriæ Magalonensis Episcopus: Anno Dominicæ Incarnationis*
1352. MCCCLII.

ALBERTI. 40. ANDOINVS, vel AVDOINVS ALBERTI, Lemouix, dictus Cardinalis Magalonensis, postquàm purpurâ insignitus est ab Innocentio VI. patruo suo, apud quem diligenter educatus fit Collegialis Canonicus. Parisiensem Electum constat an- B no 1349. sedisse adhuc 1350. 17. Septemb. eodem anno translatum ad Cathedram Autissiodorensem, inde Episcopatum Magalonensem consequutum fuisse anno 1350. quem te-
1353. nuerit ad 1353. vt innuit Gariellus, certè ex Actis Consistorialibus Vaticani constat Andoino subrogatum Durandum 1354. sunt tamen nonnulli qui de eius Pontificio Magalonensi dubitent, nec lene argumentum ducunt, quòd in tabulis Monspeliensibus vir talis Pontificis nepos & Cardinalis nequidem nominetur; nec illud etiam omittendum, quòd C in testamento hæc statuit. Item lego » Ecclesiis Parisiensi & Antissiodorensi » si quibus in Episcopali dignitate præfui, cuilibet 300 florenos semel pro » anniuersario: quin etiam constat ex vitâ Durandi nunquam à Clero Magalonensi admissum fuisse Andoinum, sed Gariellus in asserendo eius Pontificatu tuetur & rectè, se auctoritate Onuphrij, qui Magalonensem eum facit Episcopum: hunc sanè sequuti Ciaconius, Bosquetus, & Columbus in Episcopis Valentinensibus, vbi addit authoritatem potiorem nempè Andoinum Magalon. cùm aliis Præ- D sulibus iudicem ab Innocentio VI. constitutum in causâ Diensis Antistitis cùm Ademaro Pictauiensi, sed planè ex Registro Vaticano memorato compertum est ipsum sedisse anno 1354. Porrò Gariellus refert hæc verba Necrologij Carthusiæ Villanouæ Auenionensis: *Andoinus Alberti Lemouicensis, fratris Papæ Innocentij VI. filius, ex Episcopo Magalonensi Presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli, tit. Pammachij, posteà Episcopus Ostiensis, consecrauit Vrbanum V. Romanum Pontificem, vir doctrinâ & pietate insignis, animo nobilis, & syncero, moribus erat honestissimis, & grauibus, qui illum reddebant vnicuique gratissimum, ab omnibus diligebatur, conuersatione semper se ostendit urbanum, & ciuilem, maximam deuotionem in religione Carthusianorum habuit, multa bona Domui Carthusianorum Vallisbonæ donauit. Obijt sexto Idus Maij anno Christi 1363. Auenione in domo habitationis suæ, sepultus est in eodem Cœnobio Carthusianorum in medio chori.* His adde, quòd in extremis Collegium Magalonæ Tolosæ testamento fundauit Auenione 1363. die 3. Maij hâc clausulâ adiectâ. Item ordino arbitrio Exe- « cutorum meorum, vnum Collegium « vulgariter dictum Bursam in ciuitate « Tolosanensi, Grammaticorum & Lo- « gicorum, includendo alias liberales « artes in tanto numero, quanto ap- « parebit eis quod supportare poterit « residuum bonorum meorum, emen- « do domos necessarias in locis conue- « nientibus; & animam Domini Regis « includendo participem, si expedire « viderint; ad finem quòd det perso- « nam nomine suo hoc fauorabiliter « prosequentem; & consimiliter ali- « quam personam Capitolariis Tolosa- « nensibus, vt dent etiam aliquam per- « sonam hoc prosequentem, & aduer- « tant etiam de Archiepiscopo Tolosa- « no, & vniuersitate studij. Quod qui- « dem Collegium bonis meis mobili- « bus, & immobilibus & se mouenti- « bus, nominibus debitis, & quibus- « cumque aliis, quocumque nomine « censeantur hæredem vniuersalem fa- « cio & constituo. Hactenus schedæ testamentariæ in scriniis nostris asseruatæ: ex huiusmodi clausulâ colligunt nonnulli Andoinum Magalonensem Episcopum nunquam fuisse, quia de Præsulatu isto non meminit, cùm alia legitimæ fidei instrumenta Vaticana id affirment. Creatus Cardinalis ab Innocentio 6. 1353 paulò-post dimisit Magalonensem Episcopatum, quem nunquam inuisit, grauissimis Ecclesiæ muneribus occupatus: inde Episcopus Ostiensis 1361. viuis excessit Auenione, vbi humatus ad Carthusianos è regione patrui.

41. DVRANDVS DES CHAPELLES à Catello omissus, fastis Magalonensibus per Gariellum restituitur CHAPELLES.

1353. anno 1353. quem etiam an. 1354. 10. Aprilis Andoini successorem produnt acta Consistorialia Vaticani. Conquerente enim Clero de Andoini nominatione, quem nunquam admisit, iste subrogatus est in sedem ab Innocentio 6. Pontifice, in quo omnia egregij Antistitis ornamenta refulgebant, pietas, scientia, & oris maiestas; nam incruentum missæ sacrificium singulis diebus offerebat, & vtriusque Iuris rerúmque diuinarum scientiam callebat. Præsente ergo Pontifice & Cardinalium insigni coronâ Auenione consecratus Magalonam proficiscitur; at tunc temporis Canonici Magalon. vitæ laxiori assueti, veriti Episcopum qui tum exemplo, tum auctoritate suâ eos compesceret, hoc prætextu quòd ab iis non esset electus, diutiùs à Pontifice missum neglexêre, & capitulari decreto sanxêre, ne quis huic adhæreret. Ergo repulsam passus Præsul, Terralij Magalonæ Episcopatus castro secessit, & quidem prudentiâ, patientiâ, atque imperio Innocentij 6. animos rebellium emolliuit, & ad melioris vitæ normam statutis egregiis reuocauit, vt horis canonicis frequentes interessent, ne quisquam nisi saltem Subdiaconatu insignitus Capitulo adesset: anathema dixit iis qui res Ecclesiæ in proprium commodum vertebant. Cùm autem redderet ea quæ sunt Dei Deo, Cæsari quoque hoc est Regi Francorum domino suo obsequium exhibuit recognitionis, cuius is tenor in archiuis Dom. Nemausensis.

Ego Durandus *Magalonensis Episcopus recognosco vobis domino Senescallo Bellicadri, & Commissario in hâc parte, & nomine domini nostri Regis recipienti, & à regiâ majestate deputato, & recognitionem facio de omnibus, quæ ratione Magalon. Ecclesiæ à dicto domino Rege teneo in feudum, & dicta Ecclesia tenet, & tenuit ab antiquo. His exceptis, quæ in Montepessulano, & in castro de Latis habuit à bonæ memoriæ domino B. Magalonensi Episcopo prædecessore nostro, dominus Rex Franciæ ex causâ permutationis quam fecit cùm eodem. Et etiam recognosco vt supra, me tenere nomine dictæ Magalon. Ecclesiæ ab eodem domino nostro Rege in feudum ea, quæ in recompensationem dictarum rerum permutatarum præfato domino quondam Episcopo, dictus dominus Rex dedit, & assignauit in villâ Saluij, castris de Duresorti & Porsano, & in alijs locis, pro quibus omnibus esse debeo, & promitto esse bonus & fidelis dicto domino Regi, & sacramentum fidelitatis manibus meis ad pectus positis, vobis domino Senescallo, illud nomine, quo supra recipienti, facio atque præsto, & profiteor, quòd si aliàs; vel aliter, seu ad plura facienda dicto domino nostro Regi, repererо teneri, quòd paratus sum illa facere, & adimplere quamprimùm ad meam notitiam peruenerint. Hoc fuit factum anno 1353. die 13. mensis Februarij.* Ipse verò clientes omnes Episcopij adegit, vt sibi fidem iurarent anno 1354. 1354. à toparchis de Ganges, de Poussan, & de la Valette: Monspelienses item Consules pro Valenensi syluâ, Carauetensi prædio, pro Veysseriano. Ex actis Consulum liquet Durandum statuisse leges Monialibus S. Mariæ & S. Ægidij, quod cœnobium nunc religiosis virginibus Visitationis addictum est. Maluenda in Chronico Ordinis, conuocatos ad generalia Comitia Prædicatores largo commeatu aluisse Durandum scribit, eorúmque in publicis disputationibus Theologiæ magna eius doctrina entuit. Multis & grauibus altercationibus inter eum Episcopum quanquam virum pacis amantissimam, cùm Præposito & Capitulo Magalonæ enatis, tandem an. 1356. 18. Nouemb. Monspelij in camerâ Prioris S. Dionysij 1356. componunt arbitri Pontius Euseriâ Decretorum Doctor, & Berengarius de Villanouâ Canonici Lodouensis Ecclesiæ, his ordinatis statutis, nonnulla enim notamus digniora quę fusè habentur in instrumento huius pactionis. 1. de ijs quæ spectant pro « victu Episcopi & Præpositi die in- « gressus Antistitis in Ecclesiâ Maga- « lon. 2. de correctione Canonicorum « præsente Episcopo ab eo fiat absente « Præposito, aut à Priore Claustrali, « si vterque absit: 3. de beneficiis ex- « tra Ecclesiam non conferendis Epis- « copo de hoc silentium imponendum. « 4. in causis criminalibus Præpositum « non debere specialiter nominari &c. « 7. Canonici nihil soluant pro sigillis, « sed pro scripturis: 8. absente Episco- « po & Præposito possit Prior Clau- « stralis dare licentiam exeundi extra « insulam per mensem, nisi specialiter «

» reuocet Episcopus: 9. possint Canonici iuxta optionem ab Episcopo, aut à Præposito si ambo sint separati localiter petere licentiam exeundi prouinciam Narbonæ pro negotiis. 10. quòd semel in anno possit Episcopus visitare, nisi in casibus à iure concessis. 11. quomodo Canonici donatis fratribus famulis procedendum sit in litibus ipsis ab externis intentatis, si ab Episcopo possit eos citare coram suo tribunali, contumaces capere, & Magalonam deducere, incarceratos fugientes excommunicare, si capi non possint à seruis Episcopi, liceat Regis auxilium implorare. 12. quoties necessitas aut vtilitas Ecclesiæ postulauerit, vt Episcopus Magalonæ mereretur, Capitulum eius victui & seruorum prouidebit more solito: 13. imponitur silentium Capitulo dicenti Episcopum non posse in quemquam exercere iurisdictionem nisi de consilio Canonicorum. 14. ne Vicarij Episcopi dent licentias nubendi extra parochiam propriam nisi moderatè, & statutum prouinciale super hoc seruandum 15. Episcopus habet ius dandi licentiam ad studia iuxta iuris formam. 16. de acquisitione feudorum à Capitulo varia statuuntur, & de iure Episcopi. 17. edictum de carnalegio exsoluendo ab Episcopo seruetur. Denique statuitur, vt obuietur scandalis quæ possent contingere si hæc non obseruarentur, sicuti anteà scandala & damna in Ecclesiâ Magalonensi euenerunt: vt quolibet nouo adueniente Episcopo promittat super Euangelia quòd prædicta obseruabit, & similiter Præpositus promittat quæ rata habuêre Durandus Episcopus, & Pontius Olargius Præpositus, & multi Canonici pro Capitulo Hoc fœdere
1359. inito sedit adhuc vsque ad an. 1359. Durandus Magalonæ, at de morte eius nulla extat certa memoria: sed anno 1360. vacabat sedes; quo tempore Bernardus Brixiæ Episcopus Mõspelij grauiter ægrotus, summam trium millium florenorum & quadringentorum testamento reliquit, ad fundandum vnum Collegium decem Scholasticorum pauperum studentium in Iure ciuili & canonico, apud Monspelium, conuertendorum in emptionem redituum pro sustentatione dictorum scholasticorum ex archiuis Consul.

42. Deodatus, sedit anno 1362. 9. Iunij, tunc enim Ioannes Francorum Rex diplomate dato in Regali-loco iuxta Compendium, ei permittit, vt differat fidei clientelaris sacramentum quod Senescallus Bellicadri exigebat. Hoc anno in extremis posito Auenione Innocentio 6. ab illo euocatur, cuius funeribus in Cartusiâ Villænouæ interfuit. Suffectus in eius locum Vrbanus 5. Monspelij olim humanioribus literis enutritus, posteà Iuris Professor, in caram vrbem propensus, egregium templum in eâ, & cœnobium Benedictinorum erexit, tum multis Cardinalibus comitantibus ad hanc ciuitatem accessit, quò auditis corruptelæ querimoniis in Sacramentorum administratione, statuit primo ne pro « benedictione nubentium, decedentium sepulturis, & aliis Sacramentis « pecunia extorqueatur, longum super « hac re abusum inexcusabiliter prætendentibus; iterum abolet nefandam corruptelam, quâ defunctis non « priùs permittitur effodi sepultura, « quam pro terrâ in quâ sepeliendi sunt « certum pretium Ecclesiæ persolua- « tur. Cùm Auenioni degeret Deodatus, Vicarium habuit generalem Pontium de Gardâ, vt patet ex hoc fragmento archiui Consularis. *Anno 1363. die 5. mensis Octobris Theobaldus miseratione diuinâ Carronensis Episcopus licentiâ sibi datâ ad infrà scripta per religiosum virum D. Pontium de Gardâ Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Magalon. Priorem Ecclesiæ S. Firmini de Montepessulano, Vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus D. Deodati Episcopi Magalon. Idem inquam Episcopus Carronensis, ad preces & instantem postulationem Consulum villæ Montispess. in domo eorum Consulatus situatâ iuxta Ecclesiam B. Mariæ de Tabulis, Capellam domus consularis Monsp. altare & Sacristiam iuxta morem & ritum, & stylum S. Romanæ Ecclesiæ benedixit, consecrauit, & dedicauit B Virgini Mariæ, in cuius honore dicta Capella fundata fuerat, & indulgentias concessit.* Deodati nomen Ecclesiasticis in tabulis ignoratur vsque ad an. 1365. quo Natiuitatis B. Mariæ festo permittit Moniales Deiparæ Virginis Riuensis eodem corpore & regulis associari, quibus S. Ægidij Virgines, & paulò post Deodatus animam suam exhalauit.

Marginal years: 1362. 1363. 1365.

43.

43. Gavcelinvs de D'evx, II. Briuatensis anteà Canonicus, & Venaissini Comitatûs pro Sede Apostolicâ Rector, è Deutiorum familiâ prognatus, à quâ prodierat Bertrandus de Deutio Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Vicecancellarius, Episcopus Sabinensis, Archiepiscopus Ebredunensis, & Nemausenses Antistites Bertrandus, Paulus, Iacobus, & Gaucelinus noster de Deutio, qui à Bzouio Pradellus nominatur, forsitan à Pradello oppido in Vellaunis, aut villâ in Vceticensi diœcesi propè S. Ambrosium, nam Bertrandus Deutius ortum habnit ex castro Blandiaci, Vticensi. Gaucelinus ergo ex Nemausensi Episcopatu ad Magalo-
1367. nenses infulas transfertur anno 1367. vt habent registra Vaticana, solemni pompâ excipitur postridie quàm eò excessit Vrbanus v. Papa qui principio anni 1367. hûc venerat, vt monasterium S. Benedicti & S. Germani inuiseret, quod magnis sumptibus ædificauerat, & dotauerat pro sustentatione certi numeri monachorum, ipse protunc altare majus Ecclesiæ eiusdem monasterij consecrauit, magnis ptiuilegiis, multis relliquiis, ornamentis, & donariis pretiosis adornauit, vt notant minores codices vrbis. Anglicus autem Grimoardi Cardinalis & Vrbani frater iuxta monasterium Collegium erexit, & dotem adjecit pro scholaribus S. Ruffi; at Vrbanus Romam reuersus diploma ad Gaucelinum sequens dirigit. Vrbanvs *Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili Fratri Gaucelino Episcopo Magalon. Thesaurario nostro salutem. Personam tuam tuis exigentibus meritis paternâ beneuolentiâ prosequentes, illam tibi gratiam libenter impendimus, per quam te possis alijs reddere gratiosum. Hinc est quòd nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, conferendi omnia Ecclesiastica beneficia tuæ ciuitatis & diœcesis, etiamsi curam habeant animarum apud Sedem Apostolicam vacantia, de præsenti facultatem damus, vel quorum collatio ad Sedem eandem aliàs pertineat, dummodò singulorũ beneficiorum fructus, redditus, & prouentus 20. librarum Turonensium paruarum valorem non excedant. Datum in monasterio S. Victoris propè Massiliam Idibus Maij Pontific. nostri anno 5.* Alia quoque priuilegia eidem concessit Pontifex quæ extant in Episcopali tabulario, bullâ siquidem datâ in monasterio S. Victoris largitur mille florenos auri de prouentibus Ecclesiæ Auenionensis, quam sibi Vrbanus administrandam reseruauerat ad huius Basilicæ reparationem; aliis permittit, quòd exigere valeat fructus beneficiorum vacantium, possit absolnere eos qui satisfecerint cameræ Apostolicę & dispensare, possit procedere contra quoscumque litterarum Apostolicarum abusores in partibus citra Montanis, corrigere & punire quoscumque religiosos etiam exemptos, & Canonicos Magalonenses: prohibere ne in Montepessulano habitent cùm sæcularibus vbi mulieres habitant. Denique propter obsequia Vrbano exhibita in Thesaurariæ officio, & aliis sibi commissis, duo millia florenorum auri concedit excipienda è debitis Ecclesiæ Magalonensis ad Cameram Apostolicam, tam à Gaucelino, quàm à decessoribus. Rescripti autem hoc initium est: Vrbanus venerabili fratri Ganccelino Episcopo Magalonensi & Thesaurario nostro salntem. Eximia dona virtutum, quibus personam tuam largitor charismatum insigniuit, recolenda quoque acceptabilia obsequiorum impendia, quibus tum in Apostolicæ Thesaurariæ officiis, tum & aliis industriæ tuæ commissis, per vigilem executionis instantiam te nobis, & Apostolicæ Sedi amabilem reddidisti, nostrum non immeritò excitant animum, & inducunt affectum, vt illa tibi præcipuo concedamus fauore, quæ tibi vtilia reputamus. Datum in monasterio S. Victoris propè Massiliam Idibus Maij, Pontific. 5. Tum Romæ non immemor monasterij Monspelij à se conditi, diplomate dato apud S. Petrum Pontificatûs 6. quod extat in archiuis Massiliensibus S. Victoris, asserit ad propagationem Ordinis S. Benedicti, & liberalium fomenta studiorum, per quæ Ecclesia scientiæ radiis illustratur, in Montepessul. in quo generale studium maximè in vtriúsque Iuris facultate dudum floruit, Ecclesiam per nos fundatam sufficienter, Prioratum S. Benedicti Priori S. Victoris Massiliensis immediatè subiectum esse volumus: in monasterio cùm Priore sint perpetuò viginti monachi, insuper duodecim presbyteri

» ſeculares qui deſeruiant choro & miſ- A
» ſis, prætereà debent eſſe perpetuò
» 16. monachi eiuſdem Ordinis, qui ab
» Abbate S. Victoris ad ſtudendum in
» Iure canonico mittantur de diœceſi
» Mimatenſi. Idem Vrbanus Monſpe-
lij Collegium 12. Medicorum annuis
1369. prouentibus aſſignatis cõſtituit 1369.
ac ſequenti lis inter Gaucelinum &
Conſules pro inſigniis iuriſdictionis
in agro Carauetano à Nemauſenſi
Cardinali conciliata eſt. Taudem hu-
ius vitæ turbinibus eripitur 1373. vt
patet ex eius epitaphio Magalonæ.
Hic iacet Reuerendus in Christo Pater
Dominus, D. GAVCELINVS primò B
Venuſini Comitatûs Rector, demùm Ma-
1373. *galonenſis Epiſcopus, qui obijt anno 1373.*
die vltimâ menſis Martij cuius anima re-
quieſcat in pace, amen. De hoc Præſu-
le Bzouius anno 1360. ex epiſtolâ Vr-
bani v. Pont.

VERNOBS. 44. PETRVS DE VERNOBS, IV.
patriâ Muratenſis, ex Auianæ Abba-
te, Gregorij XI. & Clementis VII.
Theſaurario, Magalonenſis Epiſco-
pus creatur 1373. vt habent acta Con-
ſiſtorialia Vaticani; quo anno, 5. Idus
Octobris Anglicus Grimoard Car-
dinalis, S. Petri Magalonenſis pro- C
naon nuper conditum, ſacrum fecit.
Sodalitas autem Conſulum Monſpel.
inſtituta in ſacello B. Mariæ Bethlè-
micæ à Petro confirmatur 1375. ſe-
1375. quenti verò cùm in dies ferueret pie-
tas fidelium, & confluxus populo-
rum ad Eccleſiam B. Mariæ de Tabu-
lis miraculis inclytæ, templum au-
guſtius condere ſtatuunt Conſules,
ſubſidia fabricæ eroganda à plebe ob-
tinent, per Petrum Epiſcopum Aue-
nione tunc agentem 17. Ianuarij 1376.
indulgentiarum munimina, & Pon-
tifex Gregorius eodem anno & men-
ſe alias quoque conceſſit. Hanc au- D
tem epiſtolam ad ſuos Monſpelien-
ſes ſcribit, quos anathemate inter-
dicti liberauerat, eſtque huiuſmodi.
» Venerabilibus viris Conſulibus Mon-
» tiſpeſſ. amicis noſtris cariſſimis. Pe-
» trus Epiſcopus Magalon. Theſaura-
» rius D. Papæ. Venerabiles domini, &
» amici cariſſimi, nuper, prout noſtis,
» cupientes animarum noſtræ diœceſis
» periculo obuiare, ſupplicauimus Do-
» mino noſtro pro commiſſione abſo-
» lutionis illorum, qui inciderant in
» ſententias in proceſſionibus Apoſto-
licis contra Florentinos factis pro- «
mulgatos, quam conceſſionem ad no- «
ſtri feruentem ſupplicationem con- «
ceſſit dominus noſter Papa, quam «
non conceſſiſſet ſine magnis expen- «
ſis, ſi per aliquem veſtrûm fuiſſet per- «
ſecuta. Nunc autem dolenter acce- «
pimus, quòd omnes Florentini illa- «
rum partium ad locum veſtrum de- «
clinauerunt, quòd vix ſufficimus ad- «
mirari: nam ſi iterum in ſententias «
incidatis, ſupplicabitur incaſſum pro «
abſolutione obtinendâ, quia recidi- «
uantes non videntur verè pœniten- «
tes, ſed potiùs irriſores. Quare veli- «
tis ſuper hoc taliter prouidere, quòd «
nõ inijciatur laqueus animabus. Scri- «
ptum Aueniori 19. menſis Septem- «
bris 1376. 1376.

Huius tempore inſignis illa ſeditio
Monſpelienſis accidit, anno nimirum
1379. in quam cùm grauiſſimè ani-
maduerteret Dux Andegauenſis, in-
teruenit non Cardinalis de Lunâ vt
paſſim ſcribitur, ſed Anglicus Car-
dinalis Epiſcopus Albanenſis frater
Vrbani v. & pœnarum imminutio-
nem impetrauit vt ex archiuo liquet,
immò & ex Franciſcis Annalibus. In-
terfuit idem Petrus 1380 nuptiis Ge- 1380.
rundenſis Comitis cùm Iolandâ Bar-
renſi in caſtro Pignanenſi: paulò poſt
in Eccleſiâ B. Mariæ de Tabulis ora-
tionem funebrem habuit mortui Ca-
roli 5. conſentit etiam moniales Pru-
lianas è vetere cœnobio quod latro-
num pateret incurſibus, in hoſpitale
S. Guillelmi tranſmigrare. Armenum
quoque Regem à Sultano Babiloni-
co regno ſpoliatum Monſpelij Petrus
humaniſſimè excepit, & Biterras vſ-
que deduxit. Poſteà vt obſeruant ve-
tuſta ſtatuta Capituli Magalon. per
hæc tempora Petrus Epiſcopus in
Magalonenſi Capitulo exiſtens, & ge-
nerale Capitulum celebrans, ſtatuta,
& ordinationes ad bonorum tempo-
ralium communiæ vtilitatem, & con- «
ſeruationem ordinauit, ſtatuitque, «
primò vt quolibet anno in omnium «
Sanctorum feſto, in Capitulo gene- «
rali, quinque de ipſius Eccleſiæ gre- «
mio, qui electores vocabantur, eli- «
gantur, quorum vnum eliget Epiſco- «
pus, duos D. Præpoſitus, & Canoni- «
ci alios duos. Hoc etiam anno domi- «
ni Canonici conſiderantes magnos «
ſumptus, labores, & expenſas, & «
multa alia quæ Epiſcopus ſuſtinuerat «

» in persequendo continuè negotia Ec- A
» clesiæ & Capituli, recognoscentes
» etiam grata, & vtilia beneficia, quæ
» ab eodem Episcopo ipsi & dictum Ca-
» pitulum acceperant, volentes eum-
» dem aliquâ promotione saltem spiri-
» tuali remunerari, liberâ voluntate
» prælibato Episcopo præsenti obtule-
» runt, dederunt, & perpetuò conces-
» serũt tres perpetuas Capellanias per-
» petuò deseruiendas in Ecclesiâ præ-
» fatâ Magalonæ, per tres Canonicos
» ipsius Ecclesiæ, per Priorem Claustra-
» lem qualibet septimanâ eligendos;
» qui tres missas qualibet die pro eius
» animâ, & pro parentibus suis, ac aliis B
» benefactoribus, maximè pro animâ
» Sanctæ memoriæ Greg. Papæ XI. be-
» nefactoris sui præcipui celebrare te-
» neantur, de quibus vna erit cum no-
» tâ, & aliæ duæ ad voluntatem cele-
» brantium cum commemoratione ip-
» sius Episcopi. Item, dederunt & con-
» cesserunt dicto Episcopo, & ordina-
» uerunt 12. anniuersaria facienda, siue
» 12. Obitus quolibet anno per Capitu-
» lum prædictũ, scilicet quolibet men-
» se vnum, die quâ prædictus Prior clau-
» stralis eliget, sicut & quemadmodum
» pro aliis prædecessoribus suis Episco-
» pis, quæ omnia Præpositus, Priores C
» Officiarij, & alij Canonici Capitulum
» celebrantes iurauerunt super sancta
» D. Euangelia, & præfatus Episcopus
» in Capitulo præsidens dictas oblatio-
« nes & concessiones ratas, & gratas
» habens de dictis largitoribus suppli-
» citer, benignéque quantum potuit
» regratiatus est, & reputans se illis te-
» neri obnoxium, à quibus tot & tanta
» beneficia cognoscit se recepisse, au-
» ctoritate literarum Apostolicarum su-
» per gratiam de bonis suis ordinandis
» per dictum Papam eidem factam; do-
» nauit eidem Capitulo duo millia flo-
» renorum, quorum quinque valent D
» quatuor francos, & in diminutione
» dictæ summæ dedit, transtulit, & de-
» reliquit Capitulo piscariam, seu par-
» tem piscariæ Manegueriarum, seu
» Teyrarum gradus de pauco bono: de-
» dit etiam eidem Capirulo prouentus
» inde prouenientes, cum aliis omni-
» bus iuribus, & pertinentiis vniuersis
» ad dictam piscariam pertinentibus.

Iudæis verò permittitur Synagogæ
1387. ædificium 1387. sed cùm se irreuerenter gererent erga Episcopum, statutum est vt transeunti assurgerent,

A multati 400. Turonensibus libris Episcopo applicatis, qui eodem anno Prioratus de Lunello vnionem Præposituræ Magalon. à Clemente 7. Antipapâ obtinuit, vt fert minor codex: sequenti anno pullatas Moniales è flagitio transfugas D. Magdalenæ pœnitentibus religiosis aggregauit. De-
nique 4. Idus Octobris 1389. Petrus 1389.
Monspelij in aulâ Episcopali ad immortalitatem transitum fecit, in Franciscanorum Ecclesiam translatus funebribus psalmis et parentatum, postridie Magalonæ sepelitur, priùs oratione funebri laudatus à Ioanne Mi-
B noritâ: de eo Martyrologium Ruthenensis Ecclesiæ. At expungendus è fastis Ecclesiasticis Arnaldus Iulianus, qui in tabulis Magalon. locum non habet, tametsi Catellus in Occitanicis, & catalogo Monspeliensium Præsulum decessorem Petri asserat, cui nullo intermedio subrogatus die 18. Octobris.

45. ANTONIVS DE LOVIER, Lovier.
I. patriâ Delphinas è Reuelli oppido, diœcesis Viennensis, ingenij laude non mediocri præditus Iuri operam nauauit, in vtroque laureâ insignitus,
C Canonicus & Decanus Viennensis ad Episcopatum huius Ecclesiæ sublectus est 18. Octobris 1389. ex Actis consistorialibus Vaticani; qui Clementis VII. Thesaurarius fuit, ad hunc enim scribit anno II. literas quibus mandat Pontifex, vt 40. millia francorum auri suppeditet Ludouico Duci Borbonij, quem Rex Francorum mittebat cùm auxiliaribus turmis militum ad Ludouicum Siciliæ Regem, aduersùs Margaritam de Duratio, & Venceslaum filium eius; ex eo constat, hoc anno sedisse Magalonæ, cùm Thesaurarij Pontificij munera obiret,
D & propterea Auenione sæpiùs iuxta Clementem Pseudopontificem moraretur, ideò Bartholomæum Barriere, diœcesis Castrensis, Archipresbyterum de Monte Leyderio Vicarium generalem instituit, vt eo absente diœcesi consuleret: ipse nihilominus 19. Ianuarij eiusdem anni regiis Ministris pro more decessorum Præsulum sacramentum clientelæ obtulit, pro Monspeliensibus prædiis, Latarensi castro, Durfortio, & Porsano, cuius tenor in registro Nemausensis domanij. De Antonio multa in Hi-

storiâ Ecclesiæ Viennensis, quippe
1390. in eâ anno 1390. 22. Aprilis fundauit 12. anniuersaria, vnum pro quolibet mense; & Capella in quâ celebrantur, vocatur Capella Magalonæ. Priuilegium quoque à Pontifice obtinuit Antonius 4. Decembris 1391. pro Monspeliensibus ægrotis, & omnibus sibi subditis lege diœcesanâ. Clemente VII. mortuo. & Petro de Lunâ Apostolicum solium inuadente, Magalonam adiit Antonius Episcopatus possessionem adepturus; triennio post ab eodem Benedicto XIII. Pseudopontifice obtinuit, vt dignitas Capitularis, seu officium Conrasariæ appellatum in Ecclesiâ suâ, cui vnitus fuerat Prioratus S. Martini Magalon. vt venientibus ad Ecclesiam prædictâ hospitibus Conrasarius prouideret de omnibus ad victum pertinentibus, cùm propter bella huic oneri satisfacere non posset, dissolutio fieret Prioratus S. Martini, & sic absolueretur ab oneribus huius officij, nihilominus verò hic Prioratus concederetur Bertrando Augeri tūc temporis Conrasario, quæ res effectum suum sortita est. Eodem tempore à Rege diploma accepit, quo Antonij iurisdictionem Episcopalem maximè tuetur, & operæ pretium est è registro Pontificio hîc subijcere.

CAROLVS *Dei gratiâ Francorum Rex. Senescallo Bellicadri, Rectori partis antiquæ Montispess. & Castellano Sumedrij, cæterisque iustitiariis nostris, quibus præsentes peruenerint, eorúmque locum tenentibus, salutem. Dilectus & fidelis Consiliarius noster Episcopus Magalon. nobis conquerendo exposuit, quòd licet de iustione, & secundùm ordinationes regias subditi immediatè iustitiabiles Prælatorum, & Baronum qui nostris subditis, aut nobis immediatè iustitiabiles non existunt, saluam gardiam nostram habere, aut per literas nostras in saluis gardiis huiusmodi penicelli nostri in domibus & bonis su·· poni, seu affigi non debeant, neque possint; nihilominus Ioannes Monerij de Porsano, & quidam alij eius subditi, & immediatè iustitiabiles tam de dicto loco, quàm de Gigeano, Balaruco, Villanouâ, Saluio, & eius bajulatu, & territorio Vallis Montisferrandi, & aliorum locorum & villarum ipsius Episcopi, cui aliæ personæ priuilegiatæ non existunt, sub prætextu literarum nostrarum, seu aliarum à vobis, seu altero vestrûm saluam gardiam obtinentium, obtentarum, se in nostrâ saluâ gardiâ poni, penuncellos nostros in eorum domibus, rebus, & bonis affigi, ipsásque saluas gardias publicari fecerunt, & procurarunt, faciunt, & procurant de die in diem indebitè, & iniustè, ac in ipsius Episcopi, iustæque iurisdictionis suæ grande damnum, & præiudicium, sicut dixit, supplicans sibi per nos super hoc de remedio opportuno prouideri. Quare vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, præcipimus, & mandamus, & quod de reuocatione literarum nostrarum agitur, committimus si sit opus, quatenus, si vocatis vocandis, vobis constiterit de præmissis, prædictas literas vt prædicitur, obtentas, & obtinendas reuocetis, annulletis, penicellósque nostros de domibus, rebus, & bonis prædictorum positos & affixos deponatis & amoueatis, seu tolli & amoueri faciatis, ipsúmque supplicantem de cætero, seu eius iurisdictionem occasione talium saluagardiarum minimè impediatis, seu impediri à quoquam permittatis, sed facta in contrarium, si quæ sint vel fuerint, reuocetis, & ad statum pristinum & debitum reducatis, quoniam sic fieri volumus, & eidem conquerenti concessimus & concedimus per præsentes, de gratia speciali, literis subreptitijs ad hoc contrarijs, impetratis, 1396.
vel impetrandis nonobstantibus quibuscumque. Datum Parisiis die 5. mensis Septemb. anno 1396.* Belli ciuilis tumultibus corruerat Ecclesia B. Mariæ Carmeliticæ Monspelij, quam curauit restaurari Simon Victorius cùm esset miraculis celeberrima; adstitit Auenioni 1399. coronationi à Pontifice factæ Ludouici Sicnli & Neapolitani Regis, cui Carolus VI. Francorum Rex interfuit: Parisios redeuntem Monspelij summo honore excepit Præsul, cuius gestis addemus quòd anno 1396. obsequia debita ipsi iurauêre clientes Bertrandus « Petri Domicellus pro Agantici to- « parchiâ, & castro de Brixiaco, Guil- « lelmus Fredolus pro castro de Veru- « nâ, quod in clientelæ fignnm reddidit « traditione clauium, vexilli erectione, « & buccinatione præconis. Moritur « Antonius Monspelij 1405. in Episco- 1405.
pali palatio, triduóque permansit in Augustinianorum templo, inde Viennam defertur patriam suam, quò tumulatur in Capellâ Magalonensi.

46. PETRVS ADEMARVS V. ADEMAR.

Academiæ quondam Antecessor, Canonicus & Infirmarius Magalonensis, è familiâ Monspeliensi Consulari dignitate pluries condecoratâ ortum habuit, non ex stemmate illo perillustri Ademarorum, Baronum de Grignan & de Montilio Ademaro. Vir iste sagacis ingenij à Benedicto XIII. eodem anno 1405. creatus est Antistes, & 1408. Monspelienses cùm Villanouanis sacramentum ei fidelitatis obtulêre, & Monferrandenses de more Comiti suo Pontifici 50. libras adiunxêre. Sigismundus Imperator in Gallias profectus Monspelij transiens à Clero & vniuersâ ciuitate maximo honore excipitur, Petrus Antistes ad S. Ægidij portam vrbis obuiam ei procedens, ad basilicam B. Mariæ de Tabulis Cæsarem deduxit, quem templum ingredientem eleganti oratione salutauit; peractis sacris in palatio Episcopi vniuersa ciuitas grati animi munera splendido apparatu Sigismundo obtulit, quæ fusiùs recitantur in actis domus Con-
1415. sularis Monspel. 13. Augusti 1415. Quid annis sequentibus ab Ademaro sit præstitum in regimine Ecclesiastico silent fasti, aut periit iniuriâ bellorum.

Aleman. 47. B. Ludovicus Aleman Cardinalis S. Ceciliæ, Arelatensis dictus, quem proprio officio colunt Arelatenses sui, nobilis Bugesianus, è familiâ Alamannâ: ex Abbate Tornusij Magalonensis Episcopus anno 1420, non Macloviensis, vti perperam quibusdam placet; id ex duobus Martini v. diplomatibus planum fit, quibus Academiæ priuilegia concessit vt scholæ Iuris ciuilis, Canonici, & Theologiæ vnicum corpus efficerent, & aliis datis 16. Cal. Ianuarij 5.
1422. Pontific. Martini, quo anno Arelatensem sedem iam adierat: vide quæ de eius vitâ prolixè recensuimus in Arelatensibus Pontificibus. Sancto fine quieuit in Domino 1450. 16. Septemb. cuius defuncti miracula cùm toto orbe Christiano vulgata essent, Clemens VII Pontifex anno 1527. Beatorum albo eum adscripsit diplomate concesso Capitulo Arelatensi, & domui Celestinorum Aueniorensium.

Forestis. 48. Gvillelmvs Forestis v. ex Abbate S. Cornelij Compendiensis, cuius cognomen ignorauit Gariellus, sed compertum habetur ex cartophilacio S. Cornelij vbi erat Archimandrita 1421. factus Episcopus omnium Ordinum Monspelij summâ exultatione & pompâ excipitur anno 1424. mense Decembri in registro 1424.
Episcopij, vbi nominatur postea 23. Februarij eodem anno; ac sequenti Lutetiam adiit Fuxensem Comitem, Occitaniæ & Aquitaniæ creatû Proregem salutaturus, à quo obtinuit anno 1426. vt Episcopalis & Consularis iurisdictio à pecuniâ quam reposcebat à Monspeliensibus immunes forent: ipse verò à Ioannâ Monlaureâ clientelare sacramentum repetit. Motâ graui contentione in Academiâ, Cœnobiticis à Rectoris dignitate depulsis, quibus Pontificis bulla patrocinabatur, à Guillelmo Cancellario Vniuersitatis 12. Martij 1428. congregatis, coram eo in Capellâ Episcopali, Roberto Pinbono Rectore Academiæ, huius controuersiæ leges fixit Guillelmus quibus sopiretur: quo tempore ipse in pace Domini quieuerit ignoramus, certum quòd ei successit Leodegarius. Catellus autem in Occitanicis suis, Quercetanus in stemmate Plesseo Richelio, & Robertus hunc Guillelmum Regium appellant, filium nempe Guillelmi domini de Chauigny in agro Iuliodunensi, & Franciscæ de Fontenais, sed nullatenus in Monspeliensibus tabulis reperitur, & Catellus dicit eum certè longæuum migrasse à sæculo 1512. cùm tamen hoc anno infulas teneret Guillelmus Pellicerius.

49. Leodegarius Saporis Saporis. patriâ Monspeliensis Consulari familiâ, pro quo alij perperam Leontium legunt: litteris humanioribus imbutus ad forum mentem adhibuit, tum Guillelmo Episcopo carus, eius consilio & operâ suis in rebus vsus, illum Martino v. Pontifici tradidit, à quo Magalonensi sede donatur. De eo enim sic tabulæ capitulares: « Anno Domini 1429. Leodegarius Saporis « 1429. Episcopus Magalonensis accepit pos- « sessionem sui Episcopatus. « Eo sedente ciues Monspelij excitant B. Mariæ de Bonis Nuntiis ædem sacram, audito nuntio felicissimæ victoriæ per Aurelianensem puellam à Rege Ca-

rolo in Anglos partæ, & anno 1429. persoluit Episcopo fidelitatis obsequium Antonius Muruiel de Sansanicis miles, diœcesis Biterrensis; sedebat adhuc 1430. Leodegarius ex registro Episcopali, cuius obitus ignoratur in diptychis Magalonensibus.

50. BERTRANDVS II. Eugenij IV. Nuntius Apostolicus ad Concilium Basileense, suffectus est Leodegario in Cathedrâ Magalonensi, vti patet ex formulâ iuramenti quam exhibuit Nemausensi Senescallo; delegatur autem cùm Andreâ Tarraconensi Archiepiscopo aliisue Ecclesiæ
1433. magnatibus, vt Synodus Basileæ primùm congregata, Ferrariæ transferretur: Episcopatum adhuc rexit 1433. & in quibusdam schedis appellatur Præses Curiæ vectigalium Parisiensis.

ROVES. 51. ROBERTVS DE ROVES Regi Carolo 7. à Sanctioribus Consiliis, & Legationibus pro ipso assiduè Gallos inter & Anglos perfunctus; non erat ex vetustâ & nobili familiâ dominorum de Rotâ progenitus, è quâ prodiit Guilielmus Episcopus Amiciensis, ipsum autem Magalonæ sedisse, ac per Vicarios suam diœcesim administrasse apparet ex procurationis tabulâ datâ Ambasiæ Turonum
1443. 17. Iunij 1433. Porrò cùm Carolo 7. Regi à Consiliis esset, & eum quocumque belli turbines agitabant, sequeretur, propterea Robertus per se ipsum diœcesim moderari minimè valens, Vicarios substituit hoc diplomate asseruato in archiuis Capitularibus. ROBERTVS *Dei & sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ Magalon. Episcopus, vniuersis præsentes literas inspecturis & audituris æternam in Domino salutem. Cùm ad Ecclesiam nostram Magalonensem pro rebus magni momenti illustrissimi Principis domini nostri Francorum Regis, & aliis arduis negotiis legitimè impediti, ac etiam propter viarum discrimina, aliáque nunc, proh dolor! occurrentia pericula personaliter accedere nequeamus de præsenti, totis nostris desiderijs peroptantes Ecclesiam nostram & diœcesim cum populo nobis commisso in spiritualibus & temporalibus more boni pastoris per circumspectos, & industrios viros, vitâ, moribus & scientiâ pollentes regi, & gubernari. Propterea nos de cir-*

A *cumspectione, scientiâ, peritiâ, legalitate, bonâque conscientiâ Reuerendi in Christo Patris D. Guillielmi miseratione diuinâ Episcopi Laudunensis, necnon religiosi & honesti viri D. Fabri de Actiles dictæ nostræ Ecclesiæ Præpositi, ac venerabilium & discretorum virorum Magistrorum Ioannis Henrici Ecclesiæ Taurinensis Canonici; & Guillelmi Valesij in decretis Baccalaurei Canonici Aurelianensis, certiorati, ac per eorum præsentiam, absentiæ nostræ defectus suppleri propitiante Domino sperantes, nostros in spiritualibus & temporalibus Vicarios generales tenore præsentium facimus, con-*
B *stituimus, & creamus, dantes plenam & liberam potestatem Ecclesias quascumque visitatis, & diœcesis nostræ Magalonæ reformandi, ordinandi, & in Domino disponendi &c.* Per Vicarios ergo iusiurandũ clientelæ admittit à Guillelmo Pelet pro Verunensi castro, & à Carolo de Frontiniano pro Fabricensi 1437. Sequenti anno à Basileensi Concilio priuilegia Magalonensis diœcesis confirmantur. Robertus autem, iuramentum fidelitatis Bellicadrensi Senescallo præstare distulit ad an. 1445. vti testantur tabulæ Nemausenses. Porrò sacro latice tinxit 1445.
C in castro Montilij iuxta Turones die Sacro Innocentium anno 1446. Carolum à Franciâ Ducem Biturigum, Normaniæ, & Aquitaniæ, Ludouici XI. germanum, vt notat Chronicum MS. morte autem depopulante sæuis morbis vrbes & agros, communi tandem fato occubuit Robertus.

52. MAVRVS DE VALLEVILLA ex Canonicorum Collegio, patriâ Turonensis, vt quidam autumant, Nicolao V. Pontifice iubente, Magalonæ Episcopus inauguratur 1450. à Ioanne de Harcourt Patriarchâ
D Antiocheno, Metropolitâ Narbonensi, assistentibus Guillelmo de Montjoye Biterrensi, & Stephano de Cambray Agathensi Episcopis; tametsi in registro Vaticano dicatur electus 1453. 14. Cal. Ianuarij. Quòd diœcesim adjerit videtur testari Gariellus, cùm Maurum Episcopum quosdã Æthiopes sacro fonte abluisse, & Iubilæum Magalonæ concessum refert ad an. 1450. nihilominus eodem anno Iacobus Viuens Vicarius generalis Mauri Ecclesiam Magalon. visitauit; lustricis fontibus sa- 1450.

VALLEVILLE. D'argent à la bande de gueulle & trois estoilles de ...

cris lipsanis, & altaribus honorem, debitum adhibere curauit, & alia plura munera exercuit Episcopi Vicarius. At ipse Maurus 1456. agrum de Limperi, dictum de Terralio, anteà Anianensis Abbatis annectit mensæ Pontificiæ, concesso Prioratu de Valflaunesio eidem Archimandritæ: Prioratus item D. Pauli Frontinianensis permittente Pio 2. Capitulo Maga-
1459. lon. accrescit 1459. Mauro sedente hos contulit Prioratus iure patronatus S. Saturnini de Agonesio, S. Fidei, & S. Iuliani: motâ verò inter eum & Consules Monsphelij de quibusdam dominiis lite, Maurus hanc vulgauit scripto declarationem, quâ constabit quibus præcipuè toparchiis Episcopi tunc temporis fruerentur.

VNIVERSIS *præsentes literas inspecturis. Maurus miseratione diuinâ Magalonensis Episcopus, Comes Melgorij & Montisferrandi, Dominus Saluij, Durisfortis, Marcherosæ, & Brixiacij salutem &c. Notum facimus, quòd nos ad supplicationem dominorum Consulum insignis villæ Montispessulani nostræ diœcesis, nostros ac Ecclesiæ nostræ Magalon. archiuos, vetustáque documenta perscrutari fecimus: in quibus comperimus bullam felicis recordationis Innocentij Papæ 3. datam Laterani 18. Cal. Maij Pontificatus anno 18. continentem infeudationem dictorũ Comitatuum Melgorij & Montisferrandi per eundem Innocentium Papam 3. dudum factam bonæ memoriæ G. tunc Magalonensi Episcopo prædecessori nostro, sub certo censu annuo singulis annis soluendo Ecclesiæ Romanæ, festo Resurrectionis Domini: quos quidem Comitatus Melgorij & Montisferrandi nobilis Raimundus olim Comes Tolosanus ab eadem Sacrosanctâ Ecclesiâ sub dicto certo censu anteà tenebat, quique propter hæreticæ prauitatis crimen, & alia nefanda crimina in quæ eum incidisse vulgatum est, ad manum Ecclesiæ Romanæ deuenerant. Comperimus insuper infeudationem per eundem G. tunc Magalon. Episcopum, Comitémque Melgorij & Montisferrandi, Consulibus villæ Montispel. prædictæ, qui erant pro tempore, factam de toto nemore de Valena, & manso de Carauetis infra limites Comitatus Montisferrandi. Qui quidem nemus & mansus de pertinentiis dicti Comitatus sub iurisdictione altâ ipsius fuisse, foréque, & esse noscuntur: quique à nobis & Ecclesiâ nostrâ ratione dicti Comitatus per Consules Montispessulanenses tenentur in feudum sub censu annuo, seu albergâ decem militum anno quolibet, si requirantur facienda, & nouem solidorum Melgor. Quorum quidem nemoris & mansi recognitiones tam dicto G. de Altmiaco quàm Berengario Fredoli, Gancelmo de Deutio, & Antonio de Louerio, & aliis eiusdem dominis G. Magalonensis Episcopi successoribus, ratione dicti Comitatus Montisferrandi per eosdem Consules varijs temporibus hactenus inconcussè factas comperimus. Ipsique Consules ad causam dictorum nemoris de Valena & mansi de Carauetis, quæ à nobis & Ecclesiâ nostrâ sic tenent & tenere consueuerunt in feudum, nos tanquam Comitem Montisferrandi in Dominum & superiorem eorum recognouerunt, & huc vsque reputauerunt. Nósque illos feudatarios & hac ratione subditos nostros tenemus, nec vsquam vidimus seu audiuimus aut didicimus, quin Comitatus Melgorij, & Montisferrandi à domino nostro Papa, & Sacro-sancta Romana Eccl. in feudum teneretur, prout & prædecessores nostri tenuerunt, & tenere consueuerunt, & nos pariter ab eadem Romana Ecclesia in feudum tenemus, & tenere profitemur, ac in veritate recognoscimus &c. Datum in castro nostro Terrali secus Montempessulanum, die prima mensis Decembris, anno Domini* MCCCCLXIV.

Denique Maurus Episcopali curâ egregiè perfunctus mortuus est vt conijcitur an. 1471. ex vetere Necrolo- 1471.
gio; die translationis S. Augustini te- «
netur Capitulum facere vnam mis- «
sam pro animâ Mauri de Villanouâ «
Episcopi Magalonensis; qui testa- «
mento legauit Capitulo pontificios ornatus, Bibliothecam, argenteum calicem, & pixidem seruandæ Eucharistiæ.

53. IOANNES BONAL VI. Gangeij Monspeliensis tractûs ciuitate nascitur, patre Bartholomæo Bonaldo Fesqueti & Balmæ toparchâ; is verò Canonicus, Vestiarius, & Vicarius generalis Magalonensis doctrinâ & virtute clarus, pauperum refugium, litigantium pacificus arbiter, captiuorum solatium à Capitulo declaratur Episcopus, redditâ sibi eligendi facultate per Pragmaticam Sanctionem, electione à Pontifice & Rege comprobatâ, vacante sede Nar-

BONAL. D'azur à la bande d'argent, deux cerfs d'or, vn en chef, & vn en pointe.

bonensi ibidem à Bernardo de Roser- A gio Archiep. Tolosano sacram vnctionem accepit. Anno 1471. continuò vigili curâ gregi intentus, Canonicorum vitæ licentiam & frequentes à choro absentias coercuit, & à piis Sacerdotibus Ecclesiastica beneficia administrari curauit, vt probant ve-
1476. tusta statuta Magalon. tum 1476. ius accipit à Capitulo vnius Canonici nominationis, prout constat ex registro Episcopali. Consecrat majorem aram B. Mariæ de Tabulis, & sacellum S. Virginis in cœmeterio Diui Bartholomæi anno 1479. necnon in Diui Guillelmi templo in Monspelij B suburbiis aras dicatas B. Virgini & sanctis Antonio, ac Cleophæ ab Antonio Chalonio dotatas 1485. Post sexdecim annos, & aliquot mensium administrationem reddidit animam
1487. Ioannes 1487. 15. Augusti in Episcopali domo, libris & Pontificiâ supellectili Capitulo legatis. Viuens sibi tumulum condiderat ad maiorem aram Ecclesiæ Magalon. quò eius imago visitur cùm stemmate gentilitio his verbis subscripta: Ioannes Bonal Magalonensis Episcopus, Comes Melgorij & Montisferrandi. Post eius fatum, affixum marmori eius epita- C phium his carminibus, quæ sanè non redolent Virgilianos flosculos, & tale est.

Hic iacet IOANNES BONAL *Præsul quondam Magalonensis*
Clarus honore simul, simul & ingenio,
Maximè deuotus, ciuis bonus, vrbis amator
Principi amabilis, refugiúmque bonis,
Si quis in hoc saxo suum legis aduena nomen,
Non dedigneris dicere, benè vale.

BARRIERE. 54. ISARNVS BARRIERE è Monspeliensi Barreriorum stirpe na- D tus, quæ Porsanensem toparchiam tenuit: fatis functo Bonaldo, absens Francisci Hallé Archiepiscopi Narbonensis, & Ioannis à Costâ Præpositi Magalonensis industriâ Præsul eligitur, Ludouici cuiusdam competitoris, & aliorum dissipato ambitu. Quo audito Isarnus ægrè tulit se iam senescentem hoc onere premi, cui se imparem asserebat, Canonico tamen eo existente & Capituli procuratore eius experientia innotuerat: nihilominus sanctorum Episcoporum exemplo, Villanouam secedens vt se abderet, campanis nemine pulsante resonantibus, vt produnt acta capitularia, manifesto testimonio ad infulas Episcopales subeundas rapitur. Biterris ergo consecratur ab eodem Francisco Narbonensi Metropolitâ, sociis Agathensi, Biterrensi, & Nemausensi Episcopis. Fide Regi exhibitâ anno 1487. ipse suam accepit à Villanouensibus de more, ab Academiâ sex libras Turonenses, & quatuor à Capitulo recipit; idémque paciscitur nouo quolibet consecrato Episcopo, concessis Academiæ, iure 1488.
emphiteusis villis Descarric & de Mesclas: tum anno 1488. fideles inuitat concessis indulgentiis, ad visitationem altarium S. Crucis, & S. Sepulchri in Capellâ B. Mariæ de Carnerio. Hoc eodem anno 2. Nouembris coactâ Synodo diœceseos, in Ecclesiâ Magalonensi auditâ humili querimoniâ Capituli, quòd eius decessor Ioannes Bonal contra ius præsentasset ad Vicariam perpetuam de Perolis, ad Prioratum S. Mauritij de Salzeto, statuit pertinere ad Præpositum Magalon. officium Eleemosynarij nominare; necnon Prioratum B. Mariæ de Adano diœcesis Arelatensis ad totum Capitulum, Prioratum de Balhargueto, de Iacono, de S. Bricio, de Laureto, & S. Iacobi de Pradis: collationes spectare ad Præpositum, ad Episcopum verò curæ animarum dationem, seruato ordine iuris. Item ad Præpositum vnà cùm Priore Claustrali, & Priore S. Firmini Monspel. Decanatus Ecclesiæ Collegiatæ S. Trinitatis Magalon. electionem ad Episcopi institutionem si digni existant: ad Sacristam pertinet collatio Prioratus B. Mariæ de Latis, & de Cocone, exceptâ curâ animarum: ad Vestiarium pertinet præsentatio Vicariarum de Iuuiniaco, & de Grabellis: ad Episcopum institutio & cura animarum, & superioritas ad Priorem S. Firmini collatio Sacristæ, S. Firmini Prioratus, S. Sebastiani de Cassanhacio, S. Mauritij de Sauzeto, Vicariarum S. Martini de Pruneto, S. Ceciliæ cùm multis aliis Capellaniis; ad Episcopum verò collatio & cura animarum: ad Priorem de Verunâ præsentatio Vicariæ de Sausano, ad Priorem B. Mariæ de Tabulis collatio Sacristæ Ecclesiæ suæ,

suæ, Capellarúmque plurinm, quâ A sanctione multas & graues contentiones Ysarnus sopiuit. Anno sequenti dissidia de statutis Academiæ cuius erat Cancellarius, absoluit. Anno quo-
1496. que 1496. Capellaniam B. Annæ Monspel. vnà cùm Capitulo erigit in Ecclesiam Collegiatam, fundatore Petro Aristeti Priore de Saussanicis, quem Prioratum huic Collegio vniuit Episcopus, his legibus; » quòd in Ecclesiâ de Saussanicis debitè officium celebretur, cuius Vicariatus collatio spectat ad Episcopum, » & ei omnino subijcietur; quæ fusiùs habentur in instrumento. Hoc tem- B pore à Rege obtinet Ysarnus ex ære publico pecunias restaurandis Ecclesiis Monspeliensibus; S. Petri Possaniensis templum consecrauit, & relliquiis ornauit. Mortuus est pius Præ-
1498. sul 1498. in tumulo visitur eius imago cùm hoc epitaphio Magalonæ.

Ille ego qui quondam Magalonæ Præsul YSARNUS
Quem genuit miro Monspessulanus honor,
Cuius in hâc tenerum corpus circumdedit vrnâ
Barriere Albertus fratris non immemor eius,
Accipe summe parens precibus si flecteris vllis, C
Hanc animam, æthereo sedeátque reposta cubili.
Obijt anno 1498. die verò 19. mensis Aprilis.

PELLICIER. 55. GVILLELMVS PELLICIER VI. Antiquus dictus, proximus Ysarni successor, patriâ erat Melgoriensis, Canonicus & Cellerarius Magalon. non autem Abbas Grandimontensis, vt notat Gariellus: cùm esset Theologicis studiis probè instructus, à Capitulo Antistes nominatur iam D grandæuus 1498 13. Martij per resignationem Cardinalis Senensis, quod indicant Acta consistorialia Vaticani; & patet id ex mandato eiusdem anni, quod à Ludouico XII. accepit veteres Monspelij Professores amouendi, vt quatuor Regios subrogaret. Eius autem animi gratitudinem sequens carta in registro Episcopali » declarabit. Coram Reuerendo in » Christo Patre domino Guillelmo mi- » seratione diuinâ Magalon. Episcopo, » Comite Melgorij & Montisferrandi, ac domino Saluij, Durisfortis, Brixiaci, & Marchecrosæ, existens personaliter nobilis & honesta mulier Margarita Domicella, relicta forte functi nobilis Ioannis de Narbonâ quondam loci de Porsano, tutrix nobilis Ioannis de Narbonâ filij & hæredis vniuersalis nobilis Ioannis de Narbonâ. Quæ quidem Margarita tutorio nomine significauit eidem Guillelmo Episcopo, qualiter nobilis vir Franciscus de Crussolio Scutifer, dominus loci Belliprandi, condominus præfati loci de Porsano, vendidit eidem nobili Margaritæ, pro se & pupillo suo medietatem totius terræ & iurisdictionis loci de Porsano cùm & sub pariagio cùm domino Episcopo. Quæ quidem medietas tenetur cùm & sub consilio, dominio, laudimio, forisca- pio, iuréque prælationis, incursionis, commissi, & aduantagij, ac præ cæteris retinendi, & feudo honorato, & iuramento fidelitatis dicti domini Magalonensis Episcopi. Et quoniam dicta Margarita emit pretio sex millium librarum Turonensium, requisiuit dominum Episcopum, vt præfatam venditionem confirmaret, & gratiam de laudimio faceret. Tunc dictus Episcopus auditis præmissis, sciens laudimium ascédere ad summam mille ducentarum librarum iuxta consuetudinem per prædecessores suos seruatam; sciens autem nobilem & religiosum virum fratrem Tonequinum Bucelli, militem S. Ioannis Hierosolymitani, Preceptorémque Montispess. & de la Caualeriâ, multa seruitia eidem Episcopo fecisse in curiâ Romanâ, & maximè in expeditione bullarum dicti Episcopatus Magalonensis. Igitur ipsius Bucelli necnon Iacobi Bucelli Burgensis Montisp. eiusdem Tonequini fratris ibidem præsentis, & postulantis dictam emptionem laudauit, & confirmauit; sed & mediante summâ 200. scutorum auri solis, quittauit gratiam de residuo, amore dictorum de Bucelli fecit, anno 1499. 1499.

Sacramentum pro more professus Regi eius mandato 1500. Archiducem Austriæ excepit apud Episcopale palatium: bienno sequenti vacauit diœceseos vigili curæ, cui cùm incumberet grassante peste, à Pontifice diploma accepit, vt habitâ solemni supplicatione ad Dominum, sacrâ ho-

stiâ publicè delatâ numinis ira placaretur: hic ritus ter renouatus est sacris operante Pêlicerio, qui Turonensi deinde Synodo 1510. & 1511. Pisanæ in Etruriâ pro Rege aduersùs Iulium 2. interfuit. Renersus Monspelium Episcopus sodalitium S. Dionysij de Gmesteto comprobauit 3. Maij 1514. necnon Capellaniam S. Ioannis Baptistæ in Ecclesiâ S. Georgij de Dourques à Ioanne Pertusio dotatam. Breuiarium autem & Missale Magalon. Ecclesiæ mendis quibus scatebat purgari, & typis edi curauit 1523. cùm superiore anno per Franciscum 1. instituta fuisset Monspelij Rationum Curia: circiter ann. 1527. S. Claræ Virgines in monasterium obseruantiæ mitioris transtulit, ac Dominicani Monspelienses cùm à sancto viuendi instituto multùm deflexissent, eósque ad meliora reuocare studuisset frustra, pluresque etiam à religione defecissent, Guillelmus reliquos ita prudenter curauit, vt eos tandem sanaret. Ipse verò immortalitatem consequitur dum moritur in Episcopali sede fractus laboribus & senio anno 1529. Magalonæ sepelitur; biennio anteà nepotem successorem dignitatis designauerat; adeò vt frustra contendant, ex malè intellectis consularis domûs tabulis anni 1523. Dominicum quemdam Episcopum Magalonensem fuisse, vbi pro Domino, Dominicum adscribi, errore amanuensis indicat Gariellus.

1511.

1529.

MONSPELIENSES EPISCOPI.

56. Pellicier. GVILLELMVS PÊLICIER, VII. superioris Pelisserij senis nepos, cùm ingenium à naturâ scientijs omnibus fœlicissimum accepisset, illud tam diligenti studio excoluit, vt inter maximos sæculi sui viros florentes haberetur, id testatum reliquit Cujacius, id Rondeletius Monspeliensis, id Thuanus, Turnebus, Siluius, & noster Scæuola Sanmarthanus; id denique plures alij docti viri, à quibus & de scientiâ Iuris ciuilis ac Medicinæ, Physicæ, humaniorum litterarum & diuinarum magnis encomijs extollitur; & ne quid deesset tanto viro, peragratâ Italiâ & nostrâ Galliâ, non modò ex selectissimis omnibus bibliothecis ingentes scientiarum thesauros, sed & vitæ politicæ ac honestissimæ genus sibi comparanit. Patruo ergo Præsule Canonicus, & S. Trinitatis Collegij Decanus factus, dein Abbas Lirinensis monasterij, Magalonensis tandem Coadiutor renunciatus an. 1527. biennio post demortui Guillelmi sedem obtinuit: inde Francisco 1. doctorum hominum amantissimo carissimus, ab eo delegatur Cameracum cùm alijs Principibus viris, vt fœdus pacis cùm Imperatore iniretur, quod absolutum est; necnon posteà Massiliam proficiscitur, dum nuptiarū tabulæ Henricum inter Francisci filium & Catharinam Clementis 7. Pontificis neptem sancitæ sunt 1533. Sed de sponsâ suâ Magalonensi Ecclesiâ magis sollicitus, quàm inamoenissimo & infrequenti loco commorantem tædebat, cùm interim Monspelium aëre saluberrimo, templorum multitudine, honestorum virorum societate, domorum commodâ pulchritudine, ipsum & Canonicos suos ad transmigrationem vehementer incitaret; aucupatus ergò Francisci Regis gratiam, per Legatum suum id negotij apud Romanum Pontificem vrgente Narbonensi Archiepiscopo, & Augustino Triuultio Abbate S. Victoris Massiliensis consentiente, vt in ædem Benedictinam Monspeliensem ei subiectam ab Vrbano 5. fundatam Cathedralis institueretur, quæ Monspelij deinceps non Magalonæ resideret. Guillelmus Romam proficiscitur rem perfecturus apud Clementem 7. cui innotuerat; sed eo fatis functo, biennium insumpsit antequàm à Paulo 3. translationem Sedis & Canonicorum Regularium Ord. S. Aug. in statum sæcularem obtineret anno 1536. 6. Cal. Aprilis, quam Magalonensi Capitulo ipse Guillelmus mense Augusto significauit, cuius hæc est summa ab autographo Capituli sincerè exscripta, Gariellus integram exhibuit. AD « OMNIPOTENTIS Dei Patris & Fi- « lij & Spiritûs Sancti laudem. Cunctis « hoc instrumentum visuris sit patens « quòd an. Incarnat. 1536. 7. Aug. ho- « râ Tertiarum, Pauli Papæ 3. anno 2. «

1533.

1536.

» Francisco Rege apud Monspelien.
» intra refectorium Collegij & mona-
» sterij Sanctorum Benedicti & Ger-
» mani existentes, coram D. Petro
» Triali Priore S. Ioaonis Euang. de
» Rupe Ayneriâ, steterunt Ioannes
» Martini Eccl. Magalon. & Claudius
» Deuesa Collegii Sanctorum Bene-
» dicti & Germani Syndici vt respecti-
» uè asseruerunt; eisdem assistentibus
» Ioanne de Lauselergio &c. Canonicis
» Ecclesiæ Magalon. & Pontio de Ran-
» co Canonico Regulari Ecclesiæ Ca-
» thedralis Nemausensis Abbate Fran-
» carumuallium, Francisco Pellicerij.
» Clerico Melgorij, Petro Saurini Pitē-
» ciario &c. monachis dicti monasterij,
» dixerunt quòd Paulus 3. ex causis in
» litteris Apost. insertis, in Eccles. Ma-
» gal. nomen Cathedralis, & in Mo-
» nasterio S. Benedicti nomen & inuo-
» cationem suppressit; oppidúmque
» Montispessulani Ciuitatis titulo insi-
» gniuit, ac Eccles. Monasterij S. Bene-
» dicti in Cathedralem sæcularem sub
» inuocatione B. Petri Apostoli cùm
» insigniis & iurisdictione Episcopali
» adinstar vicinarum sæcularium Ca-
» thedralium Eccles. prouinciæ Nar-
» bon. erexit; de quo fuerunt expeditæ
» litteræ Apost. & processum fulmina-
» tum per Petrum Lambertum Episc.
» Casertaneosem vtriúsque Signaturæ
» Referendarium, Legatum in Fran-
» ciâ. Ipsi præfato Petro Triali Syndici
& alij nominati requisierunt, quate-
nùs ad executionem contentorum in
litteris procedere dignaretur, & pro-
cedendo dictòs præsentes, & in eo-
rū personis absentes Canonicos Ma-
gal. & Religiosos in possessionem rea-
lem dignitatum, & personatuum, &
maiorum & minorum Canonicatuum
Cathedralis nouiter erectæ immitte-
re vellet. Bulla autem sæcularisatio-
nis Ecclesiæ Cathedralis Diui Petri
Magaloonensis, nunc Monspelij, hu-
iusmodi est teooris, noo tamen om-
nino ad verbum, quia prolixioris est
styli.

» PAVLVS Episcopus, seruus seruo-
» rum Dei ad perpetuam rei memo-
» riam &c. Cùm in insulâ maris Me-
» diterranei partium Regni Franciæ, &
» Prouinciæ Narbonensis, ciuitas quæ
» Magalonensis nuncuparetur, ac ibi
» Cathedralis Ord. S. Augustini sub in-
» uocatione B. Petri Apostoli pro E-
» pisc. Magalon. qui eidem Ecclesiæ

A præesset, certo districtu assignato, «
Apostolicâ authoritate erectæ fuerint «
ex bello & morbis insula & ciuitas «
adeò desertæ extiterunt, vt ibi nulla «
ciuitatis vestigia, nec vlli, exceptis «
Ecclesiæ ministris, habitatores exi- «
stant: Frater noster Guillelmus mo- «
derous Episcop. Magal. & ferè om- «
nes Officiales domos in oppido Mon- «
tisp. habeant, & Canonici Ecclesiam «
deserentes (paucis ad diuinum cul- «
tum remanentibus) in oppido ha- «
bitant, quò fit vt Episcopus Ecclesiæ «
& populo adesse simul nequeat; Et «
vires corporum adeò defecerunt, vt «
B Canonum rigorem pauci perferre «
velint & possint, & de facili non re- «
periantur litterari & scientiâ clari, qui «
Magalonæ residere velint: at Mons- «
pelium cùm nobilium & plebeiorum «
generositate refertum sit, in quo stu- «
dia vigent, & quæ ad diuinum cultum «
pertinent confluant; & in eo sit no- «
tabile Monasterium S. Bened. quod «
Augustinus S. Adriani Cardinalis de «
Triuultiis in Commendam tenet, & «
Ecclesia sit quæ habet speciem Ca- «
thedralis. Et cùm Rex Franciscus «
Christianiss. nuper Ecclesiam Magal. «
adiit, considerans quantùm esset fidei «
C hostibus exposita, & quòd Episcopi «
in maioribus ciuitatibus constitui de- «
bent, & quòd si dictum monasterium «
S. Bened. in quo vnus Prioratus, vna «
Præpositura, Celeraria, Sacristia, Pi «
tanciaria, Cameraria, cui S. Petri de «
Blaonaois & S. Adriani de Adissano «
Vticensis, & Biterrens. diœcesis, Prio- «
ratus annexi sunt; Et vna Infirmaria, «
quæ ibi Officia Claustralia existunt Et «
à quo S. Martini de Areis, & B. M. «
de Ambileto Prioratus dependent. «
Ac in Ecclesiâ Magal. similiter vna «
Præpositura, cui Prioratus annexi sunt «
S. Dionysij propè muros, B. Mariæ «
D Lunelli noui ac sancti Desiderij. Vnus «
Prioratus, Claustralis, vna Sacristia, «
Vestiaria, Eleemosynaria, Infirmaria, «
Operaria, à quâ Ecclesiâ etiam SS. «
Eulaliæ de Mirisuallibus, & Leocadiæ «
de Vico, inuicem vnitæ, S. Firmini «
de Montesp. ac B. Mariæ de Tabulis, «
S. Georgij de Dorgues, S. Marcelli «
de Fraires seu de Freiorgues, S. Ioan- «
nis de Bodiâ, S. Iacobi de Fabricis, «
S. Ægidij de Fisco, S. Andreæ de Bo- «
diâ, S. Dionysij de Ginesteto. SS. Iu «
liani & Basilissæ de Balhaniciis, ac «
eiusdē B.M. de Aquis, de Claperiis, S. «

„ Theodoriti de Vendranicis, S. Stepha- A
„ ni de Castriis, B. M. de Latis, B. M. de
„ Londris, S. Vincentij de Lunello ve-
„ teri, S. Hilarij de Santeiranicis, S. An-
„ dreæ de Nouisgentibus, S. Stephani
„ de Soregio, B. M. de Gornerio, S. Vi-
„ centiani, S. Brissij, S. Andreæ de Mol-
„ linis, S. Petri de Verunâ, B. M. de
„ Castronouo, S. Crucis de Cornone
„ Terralio, B. M. de Adano diœcesis
„ Arelat. S. Catharinæ propè Massiliam,
„ Prioratus seu Ecclesiæ per illius Re-
„ gulares Canonicos obtineri consue-
„ uerunt. Omnia & singula vtriúsq; ip-
„ sorum Ecclesiæ Magal. & Monasterij
„ S. Benedicti Præposituræ, ac aliæ di- B
„ gnitates, &c. necnon S. Stephani de
„ Villanouâ, S. Xisti, de Perolis, B. Ma-
„ riæ de Pignano, S. Michaëlis de Mon-
„ tilis, S. Martini de Pruneto, S. Iaco-
„ bi de Pradis, de Grabellis, de Iuui-
„ niaco diœcesis Magal. Parochialium
„ Ecclesiarum de mensâ Capitulari pe-
„ nitùs supprimerentur, ac Magalo-
„ nensis, & Monasterij S. Benedicti hæ
„ Ecclesiæ ad statum sæcularem redu-
„ cerentur, & oppidum Montispess. in
„ Ciuitatem, & Ecclesia S. Benedicti in
„ Cathedralem erigeretur, & Sedes
„ Episc. cùm iuribus ad hanc Ecclesiam
„ transferretur, & omnes fructus sup- C
„ primendarum dignitatum, persona-
„ tuum, officiorum &c. huiusmodi Ca-
„ pitulari mensæ, Ecclesiæ erigendæ
„ perpetuò appropriarentur, & tam
„ Canonici quàm monachi prædicti
„ cùm non conueniat Religiosos diuer-
„ sæ professionis & habitûs, in eodem
„ loco residere, posthac sæculares es-
„ sent, ac vnum Capitulum constitue-
„ rent; diuini cultus augmento, ani-
„ marum saluti, fidei, pauperum alimo-
„ niæ, plurimùm consuleretur, & viri
„ moribus & scientiâ prædıti, qui dictæ
„ Ecclesiæ deseruirent reperirentur.
„ Habitâ per Regem cùm Prælatis de- D
„ liberatione, desideret statum Eccle-
„ siæ Magal. immutari. Nos qui volu-
„ mus Ecclesiæ consulere, ac præfatum
„ Guilelmum Episc. & Capitulum Ma-
„ gal. & Conuentum S. Benedicti à qui-
„ buslibet censuris quomodolibet inno-
„ dati existant, ad effectum præsentium
„ duntaxat absoluentes, omnium bene-
„ ficiorum prædictorum veros annuos
„ prouentus, pro expressis habentes;
„ habitâ cùm Cardinalibus delibera-
„ tione, ac de illorum consilio Guilel-
„ mi Episcopi & Capituli, ac moderni

Prioris & Conuentus accedente con- «
sensu, & à Francisco Rege tam per «
suas litteras, quàm per Carolum E- «
pisc. Matisconensem eius apud nos «
Oratorem supplicantem, tenore præ- «
sentium Monasterium S. Benedicti «
vnà cùm omnibus pertinentiis à S. «
Victoris dependentiâ, & Augustini «
Card. Abbatis iurisdictione, eius con- «
sensu perpetuò eximimus, ac in Ec- «
clesiâ Magal. & monasterio S. Bene- «
dicti, & in omnibus eorum annexis «
beneficiis statum regularem suppri- «
mimus; ita vt sæcularia existant, & «
oppidum Montisp. ciuitatis titulo in- «
signimus, ac Ecclesiam S. Benedicti «
in Cathedralem sæcularem sub inuo- «
catione S. Petri, ita vt Guilelmus «
Præsul existat vigore præsentium abs- «
que aliarum prouisione, & Magalo «
nensis diœcesis, Monspessulanensis «
nuncupetur. Omnibus iuribus gaudeat «
quibus anteà gaudebat Epi. per eos- «
dem ministros deseruiri debet per «
quos anteà deserniebatur in Magal. «
& vnam Præposituram, Archid. ma- «
iorem, alium de Valentiâ, alium Ar- «
chid. de Castriis, personatus Canto- «
riæ, Sacristiæ, Eleemosynariæ, Ope- «
rariæ, 32. maiores & 64. minores Ca- «
nonicatus erigimus, qui Montispes- «
sulani dicentur. Prætereà pro hospi- «
talitate seruandâ & reparatione do- «
morum, & prædiorum mensæ Episc. «
vltra alia beneficia vniuntur Ecclesiæ «
S. Baudilij de Pedncio, S. Ioannis de «
Cucullis, S. Stephani de Casaueteri. «
S. Saturnini de Agonesio, S. Nazarij «
& Celsi de Brixio. Beneficia quæ ad «
Præpositum pertinent loco S. Dio- «
nysij datur Prioratus S. Andreæ de «
Molinis perpetuò annexus; Archidia- «
cono maiori sanctæ Sigolenæ de Gra- «
uâ, cùm annexâ Ecclesiâ de Cortadâ «
Albiensis diœcesis; Archidiacono de »
Valentiâ B. M. de Valentiâ. S. Aman- «
tij de Cambous Albiensis diœc. S. «
Ioannis de Nodo diœcesis Rutben. «
Archidiacono de Castriis, S. Stepha «
ni de Castriis; Cantoriæ S. Ægidij «
de Fisco, Sacristiæ S. Andreæ de Bo- «
diâ, Eleemosynariæ S. Saluatoris de «
Montilis, S. Andreæ de Veranicis ad «
collationem Episcopi spectantes. O- «
perariæ, per suppressionem Câmera- «
riæ S. Benedicti, S. Petri de Blanauis, «
S. Adriani de Adissano. Beneficia «
verò per suppressionem Præposituræ «
Eccl. Magalon. vacantia vnita sunt «

» mensæ Capitulari; cætera etiam quæ A
» obtinebant Canonici vel Monachi.
» Itaque liceat his omnibus suorum be-
» neficiorum possessionem apprehen-
» dere, & fructus percipere. In benefi-
» ciis vnitis in diuinis est deseruiendum
» vt anteà; In beneficiis verò curatis
» Capitulo præsentandi sunt, & per E-
» piscopum deputandi, si non curati ad
» nutum amouibiles. Beneficia qui nūc
» habent ea obtinebunt quoad vixe-
» rint cùm oneribus solitis. Pro oneri-
» bus ferendis qui dignitates suppressas
» obtinebant, donec mensæ Capitul.
» vnitæ fuerint, soluent, Archidiaconus
» de Valentiâ qui est loco Sacristæ 200. B
» libras Turon. Archid. de Castriis, qui
» est loco Vestiarij 330. lib. Archidia-
» conus maior qui substituitur Cellera-
» rio 200. li. 459. sextarios tritici & 54.
» modia vini. Sacrista 40. li. Infirma-
» rius 30. l. Pittanciarius 410. l. nec sal
» posteà percipiet. Camerarius 163. l.
» Sedem & mensam Episc. Magal. & Ca-
» pit. cùm omnibus iuribus ad erectam
» Eccles. transferimus, & omnem su-
» pellectilē Ecclesiæ Magal. in Monsp.
» transferre permittimus, & dispensan-
» tur Canonici & Monachi à votis Reli-
» gionis, ab obseruationibus, ac habitu
» regulari, ita vt Canonici sæculares C
» habeantur & se quoad omnia sæcula-
» ribus Canonicis conformare possint;
» qui voluerint tamen poterunt rema-
» nere regulares modò in diuinis deser-
» uiendo superiorem habitum sæcula-
» rium ferant. Episcopo & Canonicis
» permittitur testari, nec spolia morien-
» tium per Capitulū exigi possunt: si in-
» testati moriantur; bona ad hæredes
» secundùm ius perueniant, prçter do-
» mos & hortos qui sunt propè Eccle-
» siam, qui vendi debent à Capitulo
» Ecclesiasticis dictæ Ecclesiæ, & non
» aliis, & pretium thesauro reponi. Pos-
» sunt beneficia tenere, resignare sicut D
» alij sçculares. Priuilegiis gaudent con-
» cessis sicut anteà, & soli Episcopo
» Monspel. subijciuntur. Fratri nostro
» Guillelmo Pellisserij Episcopo olim
» Magalon. suis exigentibus meritis
» quàm singulis ex infra scriptis, ob re-
» ligionis zelum, vitæ ac morum hone-
» statem, aliáque laudabilia probitatis
» ac virtutum merita, quibus ipsorum
» singuli respectiuè apud nos fide digno
» commendantur testimonio gratiam
» facere volentes, conferimus Præpo-
» situram Michaëli de Sarrates; maio-

rem Archid. Petro Nongarede, Arch. «
de Valentiâ Ioanni de Laurefergio, «
Arch de Castriis Bernardino de Ran- «
co, Cantoriam Gulielmo Pelleti, Sa- «
cristiam Ioanni de Blandiaco, Elee- «
mosynariam Petro Saurini, Opera- «
riam Antonio Albi. Canonicorum «
maiorum nomina hęc sunt, Guilelmus «
Cambais, Angelus Compaigne, Ber- «
nardus de Solaiges, Guilelmus Cla- «
reti, Ioannes Sarnelli, Stephanus Bru- «
ni, Guilelmus de Andreâ, Americus «
de Costâ, Guilelmus Inquinibertus, «
Bertrandus Stephani, Ioannes Peler- «
grini, Secundinus Bounalli, Galiar- «
dus Constanni, Antonius Crispini, «
Petrus Magni, Antonius de Monte- «
lauro, Iacobus de Manso: Ponrius «
autem de Ranco Canonicus & Sa- «
crista Eccles. Nemausensis Ord. S. «
Aug. Monasterium B.M. Francarum- «
vallium, Cisterc. ordinis, & Prioratum «
Regularem S. Germani de Calbertâ «
Ord. S. Bened. diœc. Mimat. in Com- «
mendam obtinet, Sebastianus Gal- «
terius Archid. Vrbenatensis, Francis- «
cus Pellisserius, Ioannes le Gas, Ioan- «
nes Bossauini; posteà nominantur Ca- «
nonici 64. minores, quorum præben- «
dæ non excedunt, 24. ducatos auri. »
Posteà assignatur ordo dignitatum «
quæ sedent à dextris & sinistris eo or- «
dine quo superiùs nominatæ sunt. In- «
ter Canonicos seruetur ordo antiqui- «
tatis, saluâ prærogatiuâ majorum qui «
sedent ante omnes minores & simpli- «
ces, nec habeatur respectus ad ordi- «
nem sacrum, sed tantùm ad receptio- «
nem. Et maiores constituant Capi- «
tulum sæculare Ecclesiæ Cathedral. «
absque minoribus. Episcopus quan- «
diu fuerit in ciuitate percipiat tan- «
tùm quantùm duo Canonici, absens «
quantùm vnus, nisi faciat visitatio- «
nem aut officium Ordinis Pontificalis «
infra suam diœcesim; omnibus præ- «
sideat in Capitulo; emittat vocem «
primo loco, si fuerint voces æquales, «
in quâ parte fuerit Episcopus, censea- «
tur major. Præpositus percipiat præ- «
bendam & dimidiam si adsit vni ex «
horis Matutinis, Missæ, vel Vesperis. «
Cæteri Canonici si adsint vni ex ho «
ris principalibus, & vni ex minoribus. «
25. solùm esse debent majores Cano- «
nici, & per mortem præbendæ sup- «
primuntur; numerus minorum Cano- «
nicatuum reducatur ad 32. & loco 32. «
aliorū supprimendorum sex Hebdo- «

„ madarij Missarum majorum, & Ma- A
„ tutinarum per Episcopum 26. Vicarij
„ Canonicorum majorum nuncupan-
„ di, tam per Episcopum quàm digni-
„ tates & personatus obtinentes & Ca-
„ nonicos majores. Hebdomadario-
„ rum institutio pertinet ad Episco-
„ pum, examen ad Capitulum, qui an-
„ te quinquennium ad nutum Episcopi
„ destitui, & post, consentiente Capi-
„ tulo possunt post suppressionem Ca-
„ nonicorum minorum; primum Epis-
„ copus duos, deinde Præpositus vnum,
„ posteà alij in dignitate constituti, vel
„ personatu, & tandem Canonici ma-
„ jores ordine, singuli singulos à Capi- B
„ tulo idoneos repertos instituunt Vi-
„ carios, à quibus nihil exigere, nec de
„ fructibus pacisci possunt. Vicarij &
„ Hebdomadarij non sunt de Capitulo,
„ nec censentur in Ecclesiâ titulati; por-
„ tio Canonicorũ minorum, Hebdoma-
„ dariorum & Vicariorum ad arbitrium
„ Capituli, ad Capitulum pertinet no-
„ minatio Præpositurae, ad Episcopum
„ verò Archidiaconatûs majoris, Can-
„ toriæ, Eleemosynariæ, & Capellæ
„ vndecim millium Virginum, quæ con-
„ ferri potest etiam secularibus Cleri-
„ cis, Theologum eligere potest Epis-
„ copus qui sine titulo præbendæ fru- C
„ ctus percipiat, & Inquisitor erit illius
„ diœcesis hæreticæ prauitatis, modò à
„ Præposito & Archidiacono in exa-
„ mine idoneus sit repertus, & receptus
„ fuerit. Præterea recensentur iura alia
„ collationum Præpositi, Archidiaco-
„ norum, & Abbatis S. Victoris Capi-
„ tulo, & Hebdomadarij, & quo ordi-
„ ne fieri debent hæ collationes per
„ turnum; Episcopi turnus durat per
„ duas hebdomadas. Mortuo hebdo-
„ madario, aut Episcopo, Præpositus
„ succedit in eius iura conferendi, quo-
„ ties accedet Abbas S. Victoris Mons-
„ pel. sedebit in Choro primus post D
„ Episcopum; nullus potest ad dignita-
„ tes promoueri nisi Canonicus exti-
„ terit. Ius conferendi ab Hebdoma-
„ dario ad Episcopum, ab Episcopo
„ ad superiorem vsque ad Pontificem
„ deuoluitur. Pendente lite ante sen-
„ tentiam recredentiæ, præbendæ fru-
„ ctus fiunt Capituli, ne diuinum mi-
„ nuatur officium alium eligit Capitu-
„ lum, qui pro litigante deseruiat. Pro
„ indumentis & iocalibus, & aliâ supel-
„ lectile Ecclesiæ necessariâ Episcopus
„ post annum receptionis dabit 50.

nummos aureos, dignitates & perso- «
natus 40. Canonici 30. antequàm «
quicquam percipere possint. Episco- «
pus eligere debet Vicarium vnum ex «
Capitulo qui eo absente omnes Capi- «
tuli lites dirimat ianuis clausis; si sit «
in dignitate vel personatu constitu- «
tus dignitatis habebit locum, si Ca- «
nonicus vocem habeat post Opera- «
rium ante omnes Canonicos, & se- «
deat post Archidiaconum de Valen- «
tiâ à sinistrâ. In Capitulo generali «
eligi debet vnus de Canonicis in Re- «
ctorem Ecclesiæ Magalon. qui ibi «
cùm Vicario & sex presbyteris con- «
ductitiis per sex menses deseruiat, & «
horum intuitu præsens habebitur in «
Cathedrali; qui reluctabitur adire, «
potest à Capitulo mulctari, qui eam «
adibit electus in locum primi reluctã- «
tis accipiet à Cap. 25. lib. Turon. & ser- «
nos necessarios. De regimine Ecclesiæ «
Magalon. nihil immutetur nisi con- «
sensu Episcopi. Huic bullæ vim con- «
tractûs tribuit summus Pontifex. In- «
ter se, Regem Galliæ, Episcopum, «
Capitulum, Priorem & Conuentum, «
propter præfatam translationem. «
Quocirca mandatur Casertanensi & «
Vabrensi Episcopis, & Officiali Ne- «
mausensi quatenus vnus vel duo, vel «
omnes contenta in bullâ executioni «
mandent, & in possessionem mittant «
ante nominatos, nullis obstantibus «
contrariis ex quacumque causâ, & «
quolibet iure Monasterij S. Victoris «
Massiliensis. Exemplaribus bullæ præ- «
sentis manu Notarij publici subscri- «
ptis, & sigillo illorum, seu cuiusuis cu- «
riæ Ecclesiasticæ munitis tanta fides «
adhibeatur in indicio, vel extra quàm «
originali; quod contra prædicta fiet, «
irritum sit. Nulli ergo liceat hanc pa- «
ginam infringere; si quis attentaue- «
rit, indignationem Omnipotentis, ac «
Beatorum Petri & Pauli se nouerit «
incursurum. Datum Romæ apud S. «
Petrum anno Incarnat. Dominicæ « 1536.
MDXXXVI. 6. Calend. Aprilis, Pon- «
tificatûs nostri anno 2. Nunc sequi-
tur bullæ promulgatio sic facta à Ca-
sertano Episcopo post litterarum A-
postolicarum receptionem: Ex parte «
Guillelmi Episcopi & Capituli fui- «
mus requisiti quatenus ad executio- «
nem procederemus. Nos igitur Pe- «
trus Lambertus Episcopus executor «
præfatus, auctoritate Apostolicâ no- »
bis commissâ, hunc nostrum proces- »

„ sum vobis omnibus & singulis inti- A
„ mamus & mandamus quatenùs Guil-
„ lelmo Episcopo & Capitulo efficacis
„ deffensionis præsidio assistatis, nec
„ permittatis à quolibet molestari, præ-
„ cipimus dicto Guillelmo Episcopo,
„ Capitulo &c. obediatis facientes alia
„ præmissa obseruari, & eos iuribus qui-
„ buscunque concessis gaudere, nec-
„ non Michaëlem de Sarratis recepto
„ priùs ab eo nomine Papæ fidelitatis
„ solito sacramento, & alios prænomi-
„ natos in possessionem immittatis. Cæ-
„ terùm cùm ad executionem præmis-
„ sorum vlteriùs nequiremus persona-
„ liter adesse, vniuersis Ecclesiasticis & B
„ Notariis per totum regnum Franciæ,
„ cuilibet in solidum, plenariè commit-
„ timus vices nostras, præsentem pro-
„ cessum & omnia volumus in manibus
„ Episcopi Guillelmi manere. In quo-
„ rum fidem præsentes literas publica-
„ ri fecimus, & sigillo archiui Curiæ
„ Romanæ, & nostro fecimus muniri.
„ Datum Romæ in ædibus nostræ resi-
„ dentiæ à Natiuitate Dom. 1536. In-
„ dict. 9. Iulij 18 pontificatûs Pauli Pa-
„ pæ 3. an. 2. præsentibus Sebastiano
„ Galtero Archidiacono de numero
„ participantium Acolyto, Gabriele
„ Vignaudi, & Vincentio de Thoriâ C
„ Clericis Gebennensis diœcesis testi-
„ bus; & ego Alphonsus de Castella-
„ nis Archiui Romanæ Curiæ scriptor,
„ hunc processum scripsi & publicaui.
„ A. de Castellanis. Post harum littera-
„ rum præsentationem Petrus Triali
„ Commissarius subdelegatus eas legit
„ & procedendo iniunxit virtute Apo-
„ stolicæ obedientiæ Canonicis Maga-
„ lon. & monachis S. Benedicti, & in
„ eorum personis, absentibus quatenus
„ in omni habitu, ceremoniis, & sæcu-
„ laribus Canonicis Cathedralium se
„ conformare habeant, qui se habitibus
„ regularibus exuerunt, vestes & super- D
„ pelliceos albos sæculares induerunt,
„ & bini incedentes iuxta ordinem in
„ literis Apostolicis contentum vsque
„ ad cœmeterium, & ante majorem
„ portam Ecclesiæ Cathedralis Mons-
„ pel. ad modum processionis accesse-
„ runt, & Syndici similem requisitio-
„ nem illis quas D. Trialo fecerunt, qui
„ rursùm receptis literis cùm reneren-
„ tiâ eosdem Canonicos & monachos
„ in possessionem ponendo realem di-
„ gnitatum, personatuum, Canonica-
„ tuum, & eos translatos & sæculariza-
tos nominauit ad gloriam S. Trinita- „
tis, quæ illi acceptauerunt, & acta de „
his fieri requisiuerunt per publicum „
Notarium Monspel. & Capituli Se- „
cretarium. „

Sic ergo ea res à Guillelmo Episcopo suscepta exitum sortita est. Paulò anteà Venetiam Legatus à Francisco I. mittitur, quò per biennium mansit, & interim Regis impensis voluminum Hebraïcorum, Græcorum, Syriacorum magnam copiam cumulauit, mille aureis in eam rem, Græco nobili collatis, vt patet ex epistolâ ipsius Guillelmi ad Franciscum, quâ etiam apparet illum codices exæsos curâ suâ restituisse: hi libri nunc Bibliothecæ Regiæ adiuncti sunt, quam diligentissimâ sollicitudine fouêre, auxêre, & nobilitauêre clariss. viri fratres Puteani. Guillelmus autem defuncto Francisco Rege ex Italiâ Monspelium reuersus, diœcesim perlustrauit. At verò cùm statuta per bullam Pontificiam Canonicatuum inæqualitas multa inter eos dissidia excitasset, lis deducta est ad Tolosæ Senatum, regiúmque tribunal, & Romanum; tandem prudentiâ Guillelmi Pelissetij pax est restituta, æqualitate factâ inter omnes, & restricto numero Canonicorum iuxta Pontificis sanctionem, quæ à Pontifice & Rege comprobata sunt an. 1549. Sed 1549.
translatio Cathedralis Monspelium cùm nonnulla immutasset, Consulésque Monspel. eundem ordinem & sedem in hâc Ecclesiâ obtinere vellent, quem anteaquàm in Cathedralem erigeretur, Syndico Capituli obnitente, lis ad Episcopum deuoluta, sedata est. Interim serpente per totum Galliam hæreseos veneno, Monspelium quoque contagio suo corrupit, siue negligentiâ eorum, quorum erant partes tanto morbo vigilantiùs occurrere, siue nouitatis amore, quæ pestis insedit semper Gallorum animis, seu denique diuinâ quadam vltione in Clericos, tantam permittente calamitatem Deo, vt eos à socordiâ excitaret: quamquam hæretici vt prauâ doctrinâ suâ faciliùs illuderent simplicioribus, Ecclesiasticorum vitam calumniis quibus poterant, deturparent, quibus immunis non extitit Guillelmus; nam & bonorum Ecclesiæ dilapidationem, & quidem in turpes vsus, vt Venetam à se abdu-

ctam mulierem ditaret, obijciebant; A nimiam quoque cùm Petro Ramo familiaritatem eius inuidi accusabant; quamobrem à Comitis Villarsij Proregis in eâ prouinciâ satellibus Bellicadrum captiuus in vincula conijcitur, ac Narbonensis Clerus re compertâ, tantâ sollicitudine eam rem curauit, eum vt non modò à carcere liberaret, sed à calumniis & calumniatore vendicaret, qui extremo supplicio vlciscente Deo affectus est. Sed his longè grauiora ab hæreticis pa-
1561. trantur anno 1561. cùm Monspelij basilicas sacrilegâ direptione, & prophanis concionibus in iis habitis, eas B etiam sanguine ac nece Religiosorum & Canonicorum aliquot prophanârunt: quin etiam sequente anno in ipsa saxa quibus templa magnifico apparatu assurgebant sæuiêre, nam 1562. suburbiorum Ecclesias disturbauêre, & solo æquauêre. Earum indicem hîc adiungere proderit, tum vt pietas, & Monspelij splendor antiquus appareat, tum ad solatia luctus exigua ingentis. Videlicet Ecclesia S. Thomæ Apostoli. Ecclesia paruæ, seu minoris Obseruantiæ. Collegiata S. Saluatoris olim nostræ Dominæ Theutonicorum. Nostræ Do- C minæ de Paradiso, seu monasterium S. Claræ. Magna Commendatoria S. Ioannis Hierosolymitani olim Templariorum. Capella & Hospitale S. Ioannis Hierosolymitani. Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ, seu Rependidarũ. S. Bartholomæi, vbi erat celebre illud Cœmeterium. S. Claudij de Carnerio. S. Martini de Pruneto. Nostræ Dominæ de Chauleto. De la Bella. Ecclesia S. Dionysij, S. Ægidij, Præceptoria S. Spiritûs, Capella S. Martialis, monasteria Augustinianorum & de Redemptione Captiuorum, Ecclesiæ S. Andreæ de nouis gentibus, S. Mau- D ritij propè Soregium, S. Petri de Montearbedone, nostræ Dominæ Grandismontis, S. Blasij, S. Guillelmi, monasterium monialium Prulianarum vetus, dictum Arnaldi Claustrum & recens iuxta S. Guillelmi Ecclesiam, Vallis magnæ, seu Clareuallensium cœnobium, hospitale S. Mariæ iuxta Prædicatores, S. Eligij, monasterium Fratrum de obseruantiâ & Carmelitarum, hospitalia de Tournefort, & S. Mariæ de Tabulis, nostræ Dominæ boni nuncij, Præceptoria S. Antonij de Villafrancâ, Ecclesiæ S. Acatij de Botoneto, S. Mariæ in Castello, S. Iacobi, S. Cosmæ, S. Eulaliæ, S. Lazari, S. Michaëlis de Montillis, B. Hilarij, S. Geruasij de Iuuiniaco, hospitale cùm capellâ S. Marthæ, S. Stephani de Soregio & alia sacra domicilia. Restabant præterea decem & septem templa quæ sacrilegas manus euaserant, sed recrudescentibus anno 1565. Sectariorum furoribus omnia disturbarunt, tribus exceptis quas impiis muneribus deuouerunt, Sancti Petri templum Cathedrale, B. Virginis Tabularum ædes hæreticorum fit Synagoga, alia B. Virginis de Consulatu dicta in armamentarium permutatur, & interim latrociniis, sæuitiâ, sanguine, nece totam diœcesim Monspessulanam fœdauerunt, Monspelij ducentis & ampliùs cæsis Catholicis. Verùm vt his malis mederetur, Occitaniæ Prorex Henricus Monmorancius Danuillæus mittitur, quem comitatus Guillelmus Pelicerij Monspelium mense Nouemb. ingreditur, & restitutis rebus sacris, pax tandem rediisse videbatur, quæ paulò post iterum exulauit, & dirutâ ab hæreticis D. Petri basilicâ, Canonicos & Episcopum Frontinianum secedere coëgit. Guillelmus autem senio, & multis calamitatibus fractus, in quas ob suspicionem hęresis Caluinianæ incurrerat, quâ tamen minimè infectus fuit, ad Montisferrandi radices in Diui Matthæi oppido ex mundanâ tempestate ad portum quietis appulit 25. Ianuarij 1568. postridie sine 1568. apparatu Magalonam delatum corpus sepelitur. Epitaphij loco Scæuolæ Sanmarthani elogium subiicit Gariellus, quod addemus: laudatur quoque à Iacobo Augusto Thuano Præside lib. 38. Historiarum sui temporis. Hic annus, ait, nobis Guillelmum « Rondeletium Monspelii natum, Me- « dicinæ arte præcellentem abstulit. « Vnum est inter eius scripta, quod ho- « minis nomen maximè posteritati cõ- « mendauit, quod de piscibus edidit, « sed eò minore laude, quòd illud po- « tiùs alienæ industriæ, quàm suæ de- « buit, nimirum à Guillelmo Pelisserio « Episcopo Monspeliensi, viro tantâ « eruditione ornato concinnatũ, quod « doctissimarum annotationum quas il- « le in Plinium scripserat, magno lite- «
rarum

» rarum dispendio amissarum pars erat. A
» Rondeletius ipse in præfatione libri
» de piscibus inquit: Multorum erudi-
» torum, doctrinâ & iudicio vsus, pri
» mum omnium Guillelmum Pelisse-
» rium Monspel. Episcopum, in ho-
» nestissimarũm & pulcherrimarum re-
» rum cognitione præcellentem, non
» solùm piscium, sed etiam stirpium,
» plantarũmque, ac multarum aliarum
» rerum historiæ cognoscendæ suaso-
» rem, auctorem, atque præceptorem
» habui. Guillelmi elegantissima opera ferè omnia perierunt, eius in Plinium, alióſque probos antiquitatis auctores commentaria, quibus eos castiga- B uit & recensuit octo libris manuscriptis in bibliothecâ Francisci Cardinalis Ioiosæ, & Pereskij reperiebantur: at verò Andreas Morguesius ei dicans libros Plinij historiarum mundi editos anno 1561. illum in epistolâ
» nuncupatoriâ sic alloquitur: Magno
» doctorum desiderio tuas castigatio-
» nes & enarrationes, quibus tantus
» auctor affabrè poliatur, suæque pri-
» stinæ restituatur dignitati; ac quic-
» quid in eo opere abstrusum fuerit,
» felicissimè explicatur, expectant: ita
» vt tantas præstantissimas ingenii do-
» tes, eum perspectas habuisse, & ita C
» Plinii mentem fuisse assequutum, vt
» alter Plinius esse videatur. Ei quoque Guillelmus Dorothæus dicat commentarios Philoponi 1541. plures epistolas ad eum item scribit Dionysius Faucherius doctus monachus monasterii insulæ Lerinensis; sed proferamus Sceuolæ nostri de eo celebre testimonium lib. 1. Elogiorum.

FLORENTE *bonis literis Italiâ, Franciscus primus, qui & huius pulcherrima laudis æmulatione flagrans, ingenia suæ gentis ostentare cupiebat. Oratorem ad Venetos legauit hunc meritò Pellicerium, quo doctiorem illa ætas, aut qui non Italorum modò, sed omnium cuiusuis nationis hominum luminibus officere meliùs posset, habebat profectò neminem. Quique hac celebri legatione tantò præclariùs & maiore cùm Galliæ splendore perfunctus est, quòd præter infinitam illam exquisitæ doctrinæ copiam, quâ doctissimos Italiæ homines in sui admirationem adducebat, tantâ insuper exciperet eos tum humanitate, tum etiam benignitate, vt munifici cuiusdam patroni loco à compluribus haberetur. Nec defuêre tam egregiæ virtuti sua præmia; Pelli-* A *cerius enim perbenigno vsus Principe, & in sacro eius Consistorio sedere meruit, & Monspeliensi Pontificatu; cuius in diœcesi natus erat, aliisque prætereà sacerdotijs liberaliter honestatus est. Non tamen eo rerum prouentu planè felix, bacchante nimirum & incitatâ more suo in rarum & præstantem virum inuidiâ, vt à sycophantis obiectâ criminatione, quasi seueram cœlibatûs legem non satis pro sacrati ordinis dignitate obseruaret, in summo fortunarum & famæ periculo diu multúmque versaretur, donec cæcos calumniæ dolos opportunâ vitæ innocentiâ superaret. Quâ ex contumeliâ excepto ingenti nec* B *inani totius aulæ fastidio abdidit se in Monspeliensem illum secessum, vbi liber, solutúsque in dulci & optato Musarum sinu placidè ac lubenter acquieuit. Cùm in hunc vsum Bibliothecam haberet locupletissimam, innumerisque veterum manuscriptis, & alijs omnium generum codicibus vndique conquisitis adornatam. Ac huius quidem otij testes æterni erunt futuri, cùm alij complures vtriúsque linguæ auctores fideliter emendati, multóque passim lumine illustrati, tum ipse ante omnes Plinius, quo in castigando & explicando naturam omnem euoluerat, aditúmque ad perfectam eius cognitionem* C *studiosis hominibus incredibili cum sudore & industriâ munierat. Sed quod plerùmque his accidit, qui sua dum viuunt ipsi edere negligunt, hæc ferè omnia simul, cum auctore suo periêre. Vixit ad exactam ætatem, contabuitque miserabilis demum senex inter frequentes & acerbissimos cruciatus, erosis lento & insanabili vlcere præcordijs, incertum errore an culpâ pharmacopolæ certè pessimi, qui catapotia quædam ex malè tritâ colochyntide sumenda ægrotanti obtulit. Multùm indignantibus Medicis, quòd quæ salubriter & cautè præscripserant, ea tam infelici casu in amici Præsulis perniciem* D *vertereutur.* Defuncto Guillelmo PETRVS DE LA ROVILLE, Sambausensis Abbas à Rege designatur Antistes, Damuillæo postulante, cùm tamen à Pontifice non fuerit admissus, imò Capitulum vsque ad Antonium sequentem diœcesim semper administrauerit in spiritualibus, inter Episcopos non annumeratur: nihilominùs sedem rexit per procuratorem,
& temporali fruebatur ab anno 1569. 1569.
ad 1573. cui Simonem de Fixes Oeconomũ præfecerat, à quo toparchiam de Belloloco à iurisdictione Ponti-

ficiâ seiunctam ferunt acta Episcopalia, quæ tamen per Monspelienses Consules ad Episcopum rediit. In spiritualibus verò regebatur diœcesis per Leonardum Aguillonum Præpositum Capituli electum Vicarium Generalem: quo fatis functo 1572. in eius Præposituræ & Vicariatûs locum subrogatus est Guillelmus Pelet; quibus temporibus debacchante hæresi, moribus populorum corruptis, sacer cultus ab vrbe Monspel. penitùs exulabat, donec Crozetus Monspelij præfecturâ sub Damuillæo potitus cœlestia mysteria reuocauit à die 27. Iulij 1569. & Ioyosa profugos Clericos & Canonicos Cathedrali restituit, atque 8. Cal. Nouembris abrogatâ hæreseos auctoritate, edicto regio fides Catholica Romana triumphum egit.

De Svbiet. 57. Antonivs de Svbiet II. cognominatus Cardot à stemmate gentilio Carduo: iuxta Auenionem in pago tenui familiâ, sed tamen piâ natus, puer Cantorum D. Symphoriani Auenionensis gregi adscribitur, tum Parisios profectus inter regios Cantores aggregatur, postmodùm sacræ peregrinationis studio incensus Melitam, Alexandriam, Palestinæ sacra loca adiit, & in Hispaniâ S. Iacobum. Parisios reuersus, & Musices arte apud Regem repetitâ, ab eo Tarasconensis Decanus, denique Monspeliensis Præsul designatur, Pontificiis bullis gratis Regis commendatione susceptis, Monspelium magnâ omnium lætitiâ accessit

1573. 1573. quo anno cùm Petro de la Rouille conuenit: sequenti anno vigil incubuit vt cuncta in melius restitueret, Religiosos in vrbem euocauit, propriis sumptibus aluit, Breuiarium & Missale iuxta Tridentinam Synodûm emendata induxit, sacra in priuatis, sed honestis ædibus ob diruta templa fieri curauit, & cùm paulò post sæua pestis Monspelium deprædaretur, bonus pastor Antonius non fugit, sed animam exposuit pro ouibus suis, quas spiritali medicamine fouebat, accersitis sacerdotibus, & temporali subsidio recreabat, vrbe ciuibus ferè vacuâ, à Sectariis occupatâ, Episcopum cùm reliquo grege Catholicorum fœdè expellunt, ac Damuillæo Prorege qui per aliquot tempus hæreticorum partibus fauerat 1576. Monspelio expugnato ab iis 1576.
discedens, tandem 1579. reduce Antonio Episcopo sacra quoque restaurantur Monspelij & cæteris in diœcesis vrbibus, necnon Sacerdotes quos sumptibus suis alebat Præsul cùm Ecclesiarum patrimonia Caluinistæ vsurparent, ac paulò post dirâ peste vastante vrbem Frontinianum cùm Capitulo abire cogitur. Magalonâ interim ab hæreticis expugnatâ, à Damuillæo recipitur excluso Capitulo ab eâ, paulòpost Collegæ vnius operâ pulsis militibus præsidiariis in Capituli potestatem rediit; concessit posteà Damuillæus eam custodiri à Canonicorum stationariis militibus sub
nomine Regis. Ineunte anno 1582. 1582.
iterum cultus diuinus à Canonicis Monspelij in Canorgâ, vt tunc vocabant, recreatur, & Antonius sacrarium Episcopale dirutum instaurat, ac eius reditus auget: nec minùs fuit liberalis in ædem B. Mariæ de Donis Auenionensis, & S. Symphorianum quod prouentibus locupletauit, vt pueri Symphoniastæ, inter quos fuerat olim enutritus, educarentur, 1583. fortè deficientibus doctis Sacerdotibus, aut aliò occupatis. S. Iusti Prioratum Carmelitæ Monacho tradit, vt eius à Nouatorum veneno incolas piâ doctrinâ tueretur: iuris quoque Episcopalis assertor Saluiensem, Durfortensem, Salauesiam dynastias recuperauit. At verò non hîc omittendum, quòd & nostri temporis historiâ fide dignum refertur, puerum duodecim annorum mutum ope B. Mariæ de Tabulis quam supplex etiam inuito hæretico innocauerat, vsum
loquendi accepisse 1588. Sequenti an- 1588.
no negligêtes sacrarum missarum celebrationem Canonicos pœnis mulctat, nisi intra paucos menses Sacerdotes primam missam celebrent, Subdiaconi reliquis Ordinibus sacris consecrentur. Officium B. Mariæ ob bella neglectum in Choro, & priuatim recitetur: necnon 1594 24. Octobris in Capitulo generali eadem statuta iterum & leges præscripsit Canonicis, vt ordine suo officia diuina & missas celebrent, Maiores recusantes plectit priuatione fructuum per hebdomadam, & ipso anathemate si perseuerent. Quæ huius Præsulis pietatem erga Sacrosancta mysteria satis

1596. oſtendunt, teſtamentum anno 1596. condidit 4. Iulij, & Monſpelij 4. Octobris codicillos adiecit, quibus duos pueros Cantores inſtitnit in Cathedrali, ſupellectili Pontificiâ Capitulo legatâ, deinde cœlo animam exhalauit, corpus Magalonæ tumulo mandatur addito tali epitaphio. *Hic oſſa R. Antonij Subieti primi poſt ſæcularisſationem Epiſcopi, qui in Domino obdormiuit anno Domini 1596. 6. Idus Nouemb. & omnibus Sacramentis vt viator munitus, in cœlum vt Paſtor Chriſtianiſſimus euolauit.* In æreâ verò laminâ ad iacentis pedes Epiſcopi inciſum hoc minutis literis Elogium viſebatur.

Deo Opt. Max.

Et memoriæ æternæ Antonii de Svbiet, *qui ita vixit, vt eius memoria nullo ſæculo extingui poſſit. Ætatis ille ſuæ prima rudimenta non tam Aueníoni apud S. Symphorianum poſuit, quàm Chriſto, eiúſque matri Virgini Mariæ dedicauit. Deinde pietate incredibili, ſuſceptâ, & peractâ ad loca Domini noſtri Ieſu Chriſti vitâ, & morte nobilitatâ, & prætereà ad D. Iacobum de Compoſtellâ peregrinatione, iuuentutem Sacello Franciſci 1. & Henrici 11. Gallorum Regis ad ſacrum Chorum obtulit: ob hoc, virtutis & pietatis ergo, primùm Archidiaconus S. Mariæ de Doms Aueníoni factus, & meritis creſcentibus Abbatiâ Tironis auctus, quâ pietate ſolitâ, quâ Chriſtianâ liberalitate omnes ita, & Regem Chriſtianiſſimum deuinxit, vt omnium ſuffragijs ſacris Epiſcopatûs Monſpelienſis infulis fuerit inſignitus. Quo in honore, & religionis ardore annis 24. ita verſatus eſt, vt ad ſacrum Eccleſiæ D. Petri Chorum perpetuâ de ſuis fructibus fundatione binos, totidémque ad S. Mariam de Domnis, & ad S. Symphorianum pueros curauerit inſtituendos; & gregem non modò in medijs hoſtibus ſeruauerit incolumem, verùm etiam ipſos hoſtes caſtitate primùm vitæ, victúſque abſtinentiâ, & pietate captos, virtute fregerit, & à ſuis omnibus Paſtoris digniſſimi nomen obtinuerit. Hic verba Apoſtoli Pauli, » cupio » diſſolui & eſſe cùm Chriſto, repetens emiſit ſpiritum Anno à Chriſto nato 1514, 7. Idus Octobris natus, eiuſdem ſæculi*
1596. MDCXVI. *6. Idus Nouembris in cœlum euolauit. Hunc, Viator, tumulum erigendum curauit Honoratus Hugo Doctor*

vtriúſque Iuris, Prior Grandiſmontis, Canonicus, & Cantor Eccleſiæ Cathedralis Monſpelienſis, ac nepos obſeruantiſſimus.

58. Gvitardvs de Rate ex togatâ Monſpelij familiâ honeſtis functâ muneribus oriundus, maiorum omne decus vnus ſuperauit, & auxit, prudentiâ, morum ſuauitate, caritate in pauperes: prudens ergo Senator creatus Toloſæ, pius Canonicus, tum Præcentor, Archidiaconus Valentinus ad Epiſcopale munus ſe ſe aptum comparauit, cùm huius diœceſis generalis Vicarius conſtitutus eſt; inde nominatur Abbas S. Aniani, de la Corne, S. Saluatoris Lodouenſis, ac Vallisricherij in Normanniâ; eius animi conſtantia patuit in illis Toloſæ tumultibus, quibus Ioannes Stephanus Durantus Senatûs Princeps, & Iacobus Daſius Regis Aduocatus, ſæuiente plebeculâ trucidati ſunt; quam eandem aleam ſubijſſet niſi ſe prudenter ab hoſtium minis & telis ſubduxiſſet Pariſiis, quò à Rege optimè habitus, eius liberalitate direptio domeſticæ ſupellectilis compenſata eſt mille & ducentis aureis: miſſus à Rege in Normanniam Præfectum Cadomenſis arcis Verunenſem cognatum ſuum, & alios nobiles in fide continuit; à fœderatis captus, tum liberatus à Rege. Sacri Conſiſtorij aſſeſſor, & Præſul Monſpelienſis nominatur, in cuius gratiam Antonius iam ab an. 1589. Epiſcopatum conſignauerat, quamquàm hæc reſignatio effectum nondum ſortita eſſet, vt teſtatur epiſt. 84. lib. 3. Oſſatus Card. nam defuncto Antonio antequàm eius demiſſio Romæ à Pontifice rara haberetur, vir prudens Oſſatus aliam à Rege poſtulat nominationem, quâ Guitardum nominet, non titulo procurationis ad reſignandum, ſed ob Antonij mortem, impetrato alio diplomate à Rege & Pontifice, tum à Petro Gondio Card. Pariſienſi Epiſcopo inauguratur. Monſpelienſem Eccleſiam 5. Idus Nouemb. 1597. adiit, quâ Baronibus vmbellam deferentibus excipitur magnâ omnium Ordinum gratulatione; 1597.
Capitulo autem iuramento pollicetur ſtatutorum illibatam obſeruationem: paulòpoſt fœlici omine reliquiæ S. Germani, S. Maurini, S. Chry-

De Rate. D'azur à trois eſtoiles...

ſoſtomi & S. Lazari ab hæreticorum A furiâ ſubductæ, Monſpelium allatæ ſunt. Anno ſequenti 8. Cal. Iunij cùm Synodum centum & quinquaginta Neomyſtarũ hæretici pararent Monſpelij, Guitardi prudentiâ prophanum conuenticulum diſſipatur: necnon pace Veruinenſi initâ, cùm nihilominùs hæretici Capituli colonos exactionibus vexarent, ope Guitardi compreſſi ſunt: ſed eos vt ad meliorem frugem reuocaret, & collapſam diſciplinam, diœceſeos viſitationem aggreditur, prædicatores mittit qui plebi inſtruendæ ſeriò vacarent; Eccleſias verò Mirauallenſem, Pignanenſem, B Cornoterralienſem dirutas excitari iuſſit, ac hæretici cùm de noctu diſturbarent, quidquid diu fuerat reſtitutum, priuatis ædibus ſacra facere Catholici coguntur, qui etiam cùm à ſectariis fuiſſent depulſi à gymnaſij publici adminiſtratione, iis magiſtros Caluiniſtas ſubrogarunt. Cùm
1600. autem anno 1600. Rege annuente Catholici ſacram Tabularum ædem reſtituere, & propterea quaſdam Sectariorum munitas ſubſtructiones diruere vellent, præſente regio Præfecto Ventadorio, & Guitardo Epiſcopo ſubitò irruit Caluiniana cohors, C minis, telis, vulneribus Catholicos fugant, paucis comitantibus Epiſcopus manet imperterritus, palmam glorioſam morte quæſiturus. Sequenti anno iterum apud Regem inſtat de templi reſtitutione, & miſſis ob hanc rem à Rege Legatis, Piſcenis Orthodoxorum Primarij conuocantur, poſtulant oblatâ ſupplicatione templa, cultum diuinum, feſtos dies, Eccleſiæ
1602. patrimonia reſtitui. Ergo 1602. paulò ante Paſcha purgato Tabularum templo, ſacello D. Magdalenæ integro reperto, in eo magno populi concurſu diuina myſteria ab Epiſcopo celebrata ſunt; D qui cùm equo proficiſceretur, lapſus caſu infauſto, & dyſenterico morbo correptus Toloſam deportatur, vbi diem vltimum obiit, Eccleſiæ Sacramentis priùs magnâ religione ſuſceptis. Magalonæ ſepulchrum habet, & ſub eius imagine hi verſus leguntur.

De Cambous materna dedit, DE RATTE *paterna*
Stemmata, ſed virtus nobiliora dedit.
Ob decus ingenij ſummo ſplendore Toloſa
Inter ſacratos vidit honore Patres.
His meritis maiora dedit Rex ſigna fauoris
Et Magalonenſes paſcere iuſſit oues.
Dum lupus arma parat, rapuit te Paſtor Olympi,
Tutus vt in cœlo paſcua tuta petas.

Petrus de Ratte Generalis Conſiliarius Regius in ſupremo Subſidiorũ Senatu Præſulis nepos, amoris, honoris, & familiæ ſplendoris cauſâ ſlens poſuit: circa tumulum hæc quoque leguntur; *Guitardus de Ratte Monſpelienſis Epiſcopus obijt Toloſæ 7. Iulij anno Domini* MDCII. *ætatis 50. Pontificatûs 6. R.I.P.A.* Ei notas ſuas in legem 12. tabul. conſecrat Theodorus Marcilius; Petrus Coluius in Sidonium Epiſcopum Aruernorum lucubrationes; Sebaſtianus Michaëlis Prædicatorum familiæ de Sanctâ Euchariſtiâ tractatum & de Controuerſiis; à quibus vt patriæ decus, & religionis columen honorificè celebratur.

59. IOANNES GRANIER VII. GRANIER.
Burgundus è vico Burgundione diœceſis Lingonenſis, propè Barrum ad Sequanam natus, Benedictinæ familiæ Aſceta, necnon Sorbonicus Doctor & Paſtor S. Albini Catalaunenſis, bonis ſtudiis, & eloquentiâ concionatoriâ clarus non mediocrem famam ſibi comparauit, quâ mereretur ad ſedem Monſpelienſem deſignari
an. 1602. Pariſiis ergo ſacrâ vnctione 1602.
factus Pontifex, illicò Eccleſiam ſuam adiit, & Auenione à Canonicis feſtiuè ſalutatur, Monſpelij honorificè excipitur, inuitatus ab Archidiacono de Valentiâ iurat Capituli ſtatutorum fidelem obſeruantiam; vtque diuina cùm majeſtate celebrarentur Magalonæ ſacram ædem reſtaurat, diuenditis conſentiente Capitulo quibuſdam iuriſdictionibus, & Monſpelij Tabularum Eccleſiam pretio ſeptem millium aureorum abſoluit; cúmque ſuo templo hunc titulum hæretici præfixiſſent: veræ religionis ſacrum, hanc iniuriam Eccleſiæ illatam non ferens Præſul ad Regem hac de re ſcribit, quo accepto, Sectarij ſublato titulo alium ſubſtituêre. Reuerſus è Toloſano Senatu quò profectus erat litis cauſâ à Canonicis motæ, qui ab eo ſumptuum partem repetebant, quam inſtaurandæ Eccleſiæ ſupellectili impenderant, morbo correptus,
animam exhalauit 15. Septemb. 1607. 1607.

AN.CH.

postridie non Magalonæ, vt cæteri Antistites, sed Monspelij in Ecclesiâ Dominæ Nostræ de Tabulis sepultus est, hoc epitaphio æreæ laminæ curâ Gariellis inciso.

Siste hic Viator ossa quæ calcas rogant
Somnum supremum dormit hic GRANERIVS.
Negotiosus semper in vitâ fuit,
Tandem quiescit mortuus. Primos Deo
Dicauit annos, & iuuentutem abditam
Sacro in recessu, missa cœlo oracula
Et sanctiorum disciplinarum chorum
Non indisertâ miscuit facundiâ.
Illi Magistra nexuit lauro piam
Sorbona frontem, differenti regias
Henricus aures præbuit. Tandem Infulis
Quas non petebat auctus; hanc ædem sacram
Quam restituerat Virgini tumulo occupat,
Eiúsque Tabulis voluit inscribi ciuis,
Vt inseratur animus albo cœlitum.

Quod & aliis versibus sic expressum;

Hospes siste gradum, quæ calcas ossa precantur,
Quique sepulti animus corporis hospes erat.
Vix totâ expertus GRANERIVS *otia vitâ,*
Hác tandem in placidâ nocte quiescit humo.
Ille Deo primos vitæ sacrauerat annos;
Ciuili strepitu solus & vrbe procul.
Cinxit honoratâ lauro Sorbona capillos,
Index ingenij laurea fronte viret.
Arcana explicuit magnorum oracula vatum,
Dum populos cœli nectare lingua rigat.
Inde pij sacras impleuit Principis aures,
Eloquij Henricus testis & aula fuit.
Tandem virtutum suffragatore Senatu
Pressit ei meritas Infula sacra comas.
Nunc quam restitui nuper curauerat ædem
Virginis, exiguo marmore tectus habet.
Virgineis Tabulis ciuis est inscriptus, vt albo
Cœlitum adscriptus spiritus astra petat.

Vacante sede Vicariatus committitur Petro Talono Canonico Sacristę.

1608. Tum anno 1608. Collegium Canonicorum vigiliâ Assumptionis B. Virginis templi Tabularũ possessionem accepit, vt in eo sacra perageret; paulò post furore Sectariorum hæc ædes deijcitur, quæ iterum quoque restaurata est à Præsule sequenti.

A 60. PETRVS FENOILLET VI. patriâ Sabaudus, Annecinus ciuis, & Vapincensis Ecclesiæ Canonicus, vbi Theologicis quæstionibus explicandis cùm laude claruerat; mox Lutetiam se contulit, vt è sacro suggestu Ecclesiastæ munus ageret; qui cùm Henrico Magno facundiâ innotuisset, ab ipso deligitur Episcopus Monspeliensis per obitum Grancrij, & insuper hoc elogio meruit commendari à B. Francisco de Sales Episcopo Gebennensi, in epistolâ quam de eius à Rege nominatione ad Pontificem Max. Clementem 8. scribit. BEA-
B TISSIME *Pater, cùm de moribus & origine* PETRI FENOILLETI *ad Montispessulanensem Ecclesiam à Rege Christianissimo nominati, locupletissima collegissem testimonia, quæ de more ad Sedem Apostolicam deferrentur; non potui cohibere animum, quin ad sanctitatis vestræ pedes, tamquam ad omnium Ecclesiarum Patrem amantissimum pariter, & amatissimum, gratulationis significationem exhiberem. Solent enim serui ac domestici patrisfamilias meritò gratulari, cùm faustè ac rectè filiam nuptui collocauit. At Ecclesia illa Montispessulanensis eo meliore sponso indigebat, quò deteriora ab hære-*
C *ticis iampridem patitur incommoda, cui propterea non abs re dici possit: Magna* «
est velut mare contritio tua, quis medebi- «
tur tibi? Quare consentaneum est, vt Ec- «
clesiæ illi primùm de quâ tam rectè collocanda agitur, tum etiam Ecclesiæ Romanæ, quasi Matri optimæ domestici Dei gratulentur; at ego libentiùs, ac opportuniùs, qui omnium optimè virum, de cuius promotione sermo est, cognoui; est enim ciuis meus (Beat. Pater) ab ineunte ætate litteris in hac ipsâ ciuitate nostrâ, ab optimo patre eruditus, quibus posteà alibi tantâ studiorum contentione, tantâ ingenij fœlicitate animum addixit, vt Doctor
D *Theologus creatus, breui in Concionatorem omninò celeberrimum euaserit; cùmque propterea parochialis Ecclesiæ curam à me suscepisset, mox ad Canonicatum majoris Ecclesiæ nostræ euocatus, non potuit diutiùs tantus splendor tam angustis finibus contineri, sed Lutetiam Parisiorum, quadragesimalium concionum causâ accersitus, vbi primùm eius dicendi, ac docendi vis Christianissimi Regis aures persuasit, non fuit ei deinceps liberum, quin Concionatoris Regis honore afficeretur & onere, cui sustinendo cùm in dies maiorem animi firmitatem, ac doctrinæ robur osten-*

FENOILLET. D'azur à trois estoilles d'or, celle de la pointe acostée de deux grenades ouuertes d'argent, & housteuuë d'vne autre de mesme.

deret, quod plerique praeclari alioquin A
viri vix multis annis ac maximis intercesſoribus obtinere poſſunt, hic tribus annis conſequutus eſt; vt ſcilicet à Rege ad Epiſcopatum Montiſpeſſulanenſem, Sedi Apoſtolicæ promouẽdus exhibeatur. Quod vbi Catholici Montiſpeſſulanenſes reſciuère, mirâ conceptâ lætitiâ ad Regem ex primoribus deſtinauerunt, qui omnium nomine gratias agerent de tanto Paſtore ſibi deſtinato. Hæc porrò cùm ita ſint (B. Pater) facilè conijci poteſt, quàm fœliciter accidat, Eccleſiam illam huic viro committi, qui per omnes Eccleſiaſticorum munerum gradus exercitatus aſcendat ſupra muros illius, tanquam cuſtos fidelis, qui B
non tacebit die ac nocte clamare nomen Domini. Quod alacriùs præſtabit, ſi eum beatiſſima veſtra clementia paternis amplexibus erigat, foueat, protegat, ac confirmet. Clemente ergo Papâ ratam habente hanc nominationem bullis Pontificiis Petrus conſecratur anno
1608. 1608. die 8. Auguſti, Monſpelium adiit 19. Cal. Ianuarij eiuſdem anni fauſtâ vbique gratulatione omnium Ordinum ſuſceptus, in Eccleſiâ Cathedrali, perorante Latino ſermone Claudio Toeraſio Archidiacono majore. Seqnenti die Capitulo Monſpelien. de more iuramentum exhibuit C
ſtatuta ſeruãdi; cùm verò funebri ſermone parentaſſet in exeqniis Pomponij Belleurei Franciæ Cancellarij 17. Septemb. 1607. & in funere Henrici Borbonij Ducis Montiſpenſerij 21. Martij anni 1608. eâdem facundiâ orationẽ item habuit in funere Hen-
1610. rici Magni Regis 1610. & poſteà filij eius Ludouici Iuſti 13. an. 1643. vbique inter eloquentiæ Gallicanæ & Chriſtianæ Principes iure annumerandus. Tum Præſul vigilantiſſimus paſtorali officio ſeriò incumbẽs, cùm Monſpelium in Sectariorum poteſtatem deueniſſet, reclamantibus Ca- D
tholicis & vniuerſo Clero, Petro potiſſimùm ſuadente Ludouicus Rex Monſpelium arcem munitiſſimam obſidet & debellat 1622. exceptus ab eodem Antiſtite in vrbem. Hoc anno Iulij 20. Biterris diſertè orauit coram Rege, nomine Catholicorum trium Ordinum vrbis ac diœceſeos Monſpeſſulanæ. Vnde Clero in bonorum poſſeſſionem miſſo diligenter curauit Petrus, cuncta quæ ad religionem ſpectabant priſtino ſplendori reuocari quippe Magalona eo ſedente ite-

rum euerſa eſt, relictâ tantùm Eccleſiâ, eâque ſemidirutâ. Et Monſpelij reſtaurata D. Petri Cathedralis Eccleſia, quam hæretici more ſuo diripuerant, & euerterant. Ara, cultus ſacer, templum Tabularum præcipuè ab eo reparatur, cui nunc hic titulus præfixus: *Petrus Fenoilletus Monſpelienſis Præſul magnæ illius Matris patronus, quam Patronam ſibi Monſpelienſes adoptarunt.* Religioſæ familiæ Patrum Capucinorum, Societatis Ieſu, Auguſtinianorum, Dominicanorum ſeuerioris inſtituti, Monialium Viſitationis & S. Vrſulæ ſollicitudine Antiſtitis, etiam eius impenſis Monſpelium aduocantur, vt veteres hæreſeos ruinas ſarcirent, exemplo ſuo, verbis, & adhortationibus laïcos ad pietatem accenderent. His quantùm potuit obſtitit Caluinianus furor, & Crucis vexillum figentem Petrum ad conſtruendum Capucinorum cœnobium, minis, telis, ſeditione nequicquam terrent & laceſſunt: domuit patientia Petri frendentes, Chriſtique iugo ſeruire coëgit; nam ſuis concionibus doctiſſimis & elegantiſſimis, ſuauiſſimâ conuerſatione, exemplo pietatis multos ab errore ad lucem fidei inclinauit: & quia omnibus omnia fieri debet Præſul, Cleri quoque & maximè Canonicorũ mores ad ſuum exemplum pertraxit, pauperes & egenos eleemoſynis pauit, ægrotos etiam peſtiferâ lue non horruit, quibus caritate incenſus, cuncta ad ſalutem mentis & corporis neceſſaria prouidit. Interfuit autem Conuentui Notabilium Pariſienſi 1626, ac Comitiis 1626.
Cleri Pariſienſibus 1614. vbi prolocuutus eſt corã Rege nomine Eccleſiaſtici Cœtus cõtra duellorum vſum & 1635. Legatus Romæ ad Vrbanum VIII. Pont. eiuſdem Cleri Gallicani nomine. Tandem vitam cùm meliore commutauit anno 1652. Ei ſuam 1652.
dicauit Hiſtoriam Epiſcoporum Magalonenſium & Monſpelienſium Petrus Ganellus eodem anno.

61. RAINALDVS D'ESTE Mutinenſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Ateſtinus, ex Principibus Mutinæ Alfonſi Ducis & Elizabethæ Sabaudæ filius, natus eſt ab illuſtriſſimâ vetuſtiſſimâque gente Eſtenſi, Marchionum & Ducum Ferrariæ ac Mutinæ, Abbas ſanctæ Mariæ Vallislu-

ESTE. Porte [illegible] de l'Empire, ſouſtenu de Ferrare, au 2. des armes de l'Egliſe, au 3. de Ferrare ſouſtenu de

l'Empire. Sur le tout d'azur à l'Aigle d'argent couronné, becqué, & membré d'or qui est Este.

centis diœcesis Senonensis, Galliæ A Protector in Curiâ Romanâ, hoc in munere obeundo Aloysij Cardinalis Estensis Principis sanè nobilissimi se præbet æmulum. Romanâ autem Purpurâ condecoratus est ab Vrbano 8. Pont. Max. anno 1641. die 16. Sept. & galero Cardinalitio insignitus ab Innocentio x. cuius Comitiis electionis interfuit; Episcopus item Regij Lepidi consecratur mense Nouembri 1651. ab Episcopo Mutinensi in suâ Cathedrali, tum in demortui Petri Fenoilleti locum beneficio Ludouici
1655. 14. Regis Pontificatu Monspeliensi donatur, ac viuit hoc anno 1655. B

PRÆPOSITI MAGALONENSES.

Pontius 1. Ecclesiæ Magalonensis Præpositus subscriptus reperitur autographo Episcopali donationis Petri Sustantionensis Comitis Se-
1079. di Magalonensi an. 1079. & in altero originali anni 1082. mense Ianuario.

Bernardus Gaucelin an. 1161. cùm Ioanne Magalon. Episcopo permutat, cui cedit Ecclesiam de Gigeano:
1163. memoratur & apud Verdalam 1163.

Fulcrandus: ei & Canonicis donat Episcopus, anno 1169. Ecclesias de Lunello veteri & de Salsano: testis eodem an. in actis sodalitatis Eccl. Mimatensis cùm Magalonensi: dissidium habuit cùm Ioanne Antistite super prouisione beneficiorum per Canonicos gubernari solitorum, & pronunciante Alexandro Papâ de hâc re, illud decretum Cælestinus Papa D
1180. 3. confirmat 1180.

G. & *Helias* frater eius cùm R. Agathensi Episcopo testes sunt tabulis matrimonialibus inter Bernardum Comitem Conuenarum, & Mariam filiam Monspelij Domini ex autographo Consulum Monspel. adstitit quoque cessioni quam facit dicta Maria patri suo Guillelmo de hæreditate Monspelij quæ ad eam pertinebat, quia erat filia vnica ex primâ vxore,
1197. 1197. mense Decembri.

Guido de Ventatorio 1199. ex registro Episcop. composuit super stagno de Cuculle & manso de Grenouilleres cùm hospitali S. Ioannis Hierosolymitani, assensu Episcopi & omnium Canonicorum; concessit Guillelmo de la Treille Sacristæ Magalon. ad vitam tantùm terræ quamdam portionem in suburbio Villanouæ.

Bernardus de Mesua 1. posteà Episcopus Magalon. eligitur 1216. 1216.

Ioannes de Monlaur 1. circiter 1222. Bertrandus Episcop. eidem Ioanni de Montelauro Præposito cessit aliquas possessiones ad Coconem & Maurinum, dominium quoque castri de Londris sub homagio reliquit & 1228. à Gregorio Papâ priuilegiorum Eccl. Magal. confirmationem impetrat ex originali Capituli.

Bernardus de Muruiel 2. ex antiquâ 1247. familiâ de Murouteri, à quo 16. Cal. Aprilis Reynerus Episcopus Ecclesiam parochialem B. Mariæ de Melgorio Episcopali mensæ acquisiuit assensu Capituli; dedit Episcopus pro C excambio Ecclesias S. Petri de Cornone, S. Iuliani de Casalignis, S. Stephani de Castris, S. Theodorici de Veyranicis cùm earum Capellis: anno 1247. Reynerus de assensu Capituli in beneficium per se Vestiarij munus erexit à Præposito Magalon. conferendum: ei Gaucelinus de Montepetroso vendit pretio decem librarum & 5. solidorum Melgoriensium vsatica centum denariorum quæ erant Gaucelini & Raimundi Bernardi auunculi sui in parochiis S. Eulaliæ & Leucadiæ de Vico.

Gandalricus oppressus à quibusdam contra Ecclesiasticas immunitates, à Guillelmo Episcopo Magalon. protegitur.

Pontius 2. testis adest diplomati Iacobi Regis Aragon. cùm Archiepiscopo Narbonensi, Episcopis Aniciensi, Barcinonensi, Elnensi, Ruthenensi, & Magalonensi, 4 Idus Decemb. 1258. 1258.

Ioannes Atbrandi 1. nominatur cùm Berengario Episcopo Magalon. Pontio de Soregio Sacristâ, Raimundo

de Bociácis Magalonensi Canonico, & S. Firmini Montispess. Priore in
1263. compositione factâ 1263. cùm Dominicanis.

Raimundus de Bociacis 1. permutat cùm Berengario Magalon. Antistite vsatica in Villanouâ, quorum illi dominium ab Episcopo traditur ex archiuis Capit. Hic cùm Bernardo de S. Iusto de Monferrario domicello octauam panis & vini, necnon 5. solidos & 8. denarios censuales, quid-quid denique iuris in honoribus mansi de Veyreriis habebat, commutauit excambij nomine.

Ademarus de Capreyrolis à Berengario Episcopo Magalon. emit totum montem S. Baudilij de Montesuo, & garrigiam de Noalibus ex regist. Episc. Assistit Bertrando Matthæi Officiali Magalon. cùm interdictum tulit in Monspelij vrbem. Consentit donationi Ecclesiæ S. Baudilij de Mõtelauro monialibus S. Leonis factæ ab Episcopo. Fit Procurator Præsulis Berengarij & Capituli in permutatione
1296. initâ cùm Philippo Rege feudi Monspelij pro castro S. Porsiani & aliis dominiis. Præsidet denique electioni Magalonensis Episcopi 1296.

Raimundus de Bellopodio 2. cùm quæstio inter eum Capituli nomine, & Vniuersitatem de Villanouâ, verteretur de stagno Magalon. compromi-
1312. serunt in Ioannem Magalon. Episcopum qui determinauit quo modo hi Villanouenses possent piscari. Ex actis Capit.

Guillelmus à Turre 1. cuius tempore orta contentio super iure habendi furcas erectas iuxta Pontem Amansionis in proprietate Magalonensis Præpositi; item super hoc quod Episcopus dicit se habere ius instituendi Vicarios perpetuos omnibus & singulis Vicariis dictæ Præpositurae, &
1319. quòd Præpositus cùm eas vacare continget, dicto Episcopo Vicarios præfatos præsentare debet, vt eos instituat in eisdem, dicto Præposito contrarium asserente, quæ tandem Villanouæ per Ioannem de Montelauro S. Firmini de Montep. Priorem & Berengarium de Fabricis, loci de Fabricis Priorem lectos arbitros sopita est quæstio.

Ioannes de Viridisco 3. Præpositus dein Episcopus Magalon.

Raimundus de Canillac 3. Cardinalis Prænestinus, qui cùm esset Præpositus procuratorio nomine pretio 160. librarum piscariam stagni de Villanouâ cuiusq; anni oppigneravit ex 1333.
regist. Episc. Componit litem quam habebat cùm Pictauino Episcopo pro terræ portione, stagnum inter & mare à Frontiniano ad Melgorium. Fit arbiter cùm Ioanne Archiepiscopo Arelatensi litis inter Canonicos & Vestiarium. A Philippo Rege obtinet pro omnibus Capituli bonis protectionem diplomate in autographis Capituli. moritur 1373. Auenione Cardinalis Prænestinus, tituli S. Crucis in Hierusalem, & Archiepiscopus Tolosanus.

Pontius Olargius 3. 18. Nouemb. ratas habet sententiæ arbitrariæ con- 1356.
uentiones, quibus Episcopi Durandi & Capituli innumeræ lites dirimuntur.

Astorgius de Gozono 17. Octob. cùm Aymerico Abbate Psalmodiensi & aliis componit litem quam habebat Antonius Episcopus Magalon. cùm 1464.
suis Canonicis. Xenodochio SS. Simonis & Iudæ ad Pontem Salazonium beneficium contulit consentiente Episcopo Ademaro.

Faber de Astiles creatur Vicarius generalis Roberti Episcopi Magalon. cùm Guillelmo Episcopo Lau- 1433.
dunensi, Henrico Taurinensi Canonico, Guillelmo Valesio Canonico Aurelianensi 1433. vt patet ex diplomate quod extat in archiuis Capit.

Secundinus Sarratensis Prioratum S. Mauritij Sauzetensis possessore vacuum confert ex actis Capit. obstitit Ioanni Episcopo, sed posteà acquienit. Ius obtinet vnà cum Carolo Bel- 1484.
fortio Marchioni Canilhaco domino de Alesto alterius præsentationis ad Magalonense S. Trinitatis Collegium, ex archiuis huius Collegij.

Ioannes de Costa 4. cùm Francisco Hallé Narbonensi Archiepiscopo procurat electionem Isarni Episcopi Magalon. interfuit Synodo diœcesanæ habitæ ab Isarno 2. Nouemb. 1488. in quâ declaratur quod habeat ius ad

ius ad nominationem & conferre hęc A
beneficia, Eleemosynariam Ecclesiæ
Magalon. Prioratus B. Mariæ de Adano, de Balhargueto, de Iacono & S.
Bricio, de Laureto & S. Iacobi de Pradis: Vicarias de Villanouâ, de Corbessassio, de Perolis, Decanatus S.
Trinitatis Magalon. præsentationem
& omnium Canonicatuum huius Ecclesiæ nominationem & institutionem, collationem Capellæ S. Thomæ Monspel. in parochiâ S. Firmini,
Capellæ S. Simeonis in parochiâ S.
1496. Dionysij: 2. Nouemb. 1496. adest
institutioni & erectioni Capellæ B.
Annæ Monspel. ab Isarno Episcopo B
in Ecclesiam Collegiatam Petro Aristeti fundatore.

Michaël de Sarratis constituitur
primus Præpositus Commendatarius
bullâ sæcularisationis Capituli Magalon. & translationis ad Sedem Mons-
1536. peliensem à Paulo 3. factæ 1536. 6.
Cal. April.

Leonardus Aquillonus Magalonens. Præpositus electus Vicarius Generalis Sede vacante 1568. cùm Canonici Frontinianum se recepissent, ab hæreticis Monspelio occupato.

Guillelmus Pelet 2. electus 1572. se-
1572. de vacante morte Guillelmi Pelisserij, quamquam nominato & designato Petro Rouillæo Præsule, sed nunquam pontificiâ bullâ instituto diœcesim administrauit vsque ad Antonij Episcopi consecrationem. Sede vacante morte Antonij de Subiet iterum Vicarius generalis instituitur 1596.

MALLEACENSES

EPISCOPI

ET DOMINI.

MAILLEZAIS. Au bas Poitou sur Autise.

MALLEACVM in prouinciæ inferioris Comitatûs Pictauiensis, solo opimo & fœcundo jacet ad Separim fluuium, qui accepto Altiziâ amni per Malleacum insulam facit in eo tractu amœnam, vbi quondam opacissima sylua fuit omni genere ferarum abundans, spatiosâ palude seu marisco, vt vocant, vndique cinctâ, qui ex fluuiis Separi & Altiziâ oriebatur. Fuit Malleacum celebre quondam ob domicilium Comitis Pictauorum & Ducis Aquitaniæ, qui aulam in eo saltu ad oblectamentum condiderat, in quo D. Hilarij basilica antiquitùs fundata. Vuilelmus Dux Aquitanorum ibi sepultus oppidum munitum & monasterium extruxit, in honorem B. Petri Apostoli, in quo venerabantur ossa S. Rigomeri Confessoris, vti reperies in opusculo Petri Monachi Malleacensis, quod de constructione & reparatione Abbatiæ in eadem insulâ dicauit Goderanno Abbati S. Petri, qui posteà Præsul fuit Santonensis. Demùm hoc in loco nouus Episcopatus à Pictauiensi delibatus sub Archiepiscopatu Burdegalensi & Parlamento Parisiensi
constituitur anno 1317. à Ioanne XXII. 1317.
Pont. Max. mutatâ Abbatiâ in Episcopalem Ecclesiam. Diploma Pontificium institutionis ex tabulario Episcopatus Pictauiensis, à doctissimo viro Ioanne Besly in historiâ Pictauensi typis editum huic loco inserere duximus.

C IOANNES *Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Saluator noster in cuius manu cuncta subseruiunt, in agro mundi huius messem multam aspiciens, & operariorum raritatem attendens, Dominum messis.... reddendam esse, vt in illam operarios mitteret censuit, & ipse idem exiens, manè veluti paterfamilias horis diei variis operarios in vineam suam misit. Romanus itaque Pontifex qui sicut eodem domino disponente Vicarius eius in terris esse dignoscitur: sic ipsius actibus, in quantum finit humana fragilitas, se conformare tenetur, vbi super excrescere messem populi videlicet multitudinem videret, operarios debet optimos adijcere, & iuxta propheticum verbum, augere custodiam,* D *leuare custodes, ac cultores idoneos in dominicam vineam destinare. Sanè considerantes attentiùs, & intra pectoris claustra, meditatione sollicitâ reuoluentes, quod in tantâ multitudine populi quanta fœcundauerit Altissimus ciuitatem & diœcesim Pictauensem, singulorum vultus nequibat, vt condecet, vnicus Pastor agnoscere, aut alias partes boni Pastoris implere, quòdque durum erat atque difficile, in eadem diœcesi, quæ lata & diffusa*

A excessit, ad vnum tantum à tot personis ecclesiasticis & mundanis recursum haberi. Nos cultum augere diuinum & spiritualem animarum profectum, quem ex subscriptis in dubio prouenire speramus, promouere salubriter intendentes, præmissis & alijs suadentibus iustis causis, cùm fratribus nostris habito super hoc diligenti tractatu, de ipsorum consilio & exactâ scientiâ, & Apostolicæ plenitudine potestatis ad laudem Dei, & exaltationem Ecclesiæ, fideliúmque salutem, Episcopatum & diœcesim Pictauensem in tres diœceses, certis portionibus seu limitibus ipsarum cuilibet, vt infrà subjungitur, assignatis, Apostolicâ auctoritate diuidi- B mus, ac Malliacensem & de Lucionio villas pridem de Pictauensi diœcesi existentes, veluti loca insignia, & ad id conuenientia & accommoda, ac rerum vbertate fœcundata, de nouo in ciuitatem erigimus, & ciuitatum vocabulo decoramus: volentes ac decernentes auctoritate prædictâ de ipsorum fratrum consilio, ac eiusdem plenitudine potestatis, vt Malleacensis & de Lucionio dudum monasteriorum Ecclesiæ Ordinis S. Benedicti, sint de cætero & habeantur perpetuò Ecclesiæ Cathedrales. Et quòd tam prælibata ciuitas Pictauensis, quàm dictæ villæ iam per nos, vt præmittitur, ciuitatum titulis C insignitæ, ipsarum videlicet singulæ, suam propriam & distinctam diœcesim habeant; à duobus reliquis; prout sequitur, separatam. Et vt ipsarum qualibet habeat diœcesim magis accommodam & decentem, de Fontiniaco, de S. Laurentio, de Vtherijs, de Berchorio Decanatus, ac Archiepresbyteratum de Arducio, rurales; ciuitati Malliacensi: Marollij vero, Thalemundensis; Asianensis, & Montisacuti Decanatus, ac Archipresbyteratum Alperiensem rurales dudum de prædictâ diœcesi Pictauensi existentes, ipsi ciuitati de Lucionio; tùm Ecclesiis, digni- D tatibus, personatibus, territorijs, iuribus & pertinentijs earumdem, monasterijs quoque & Prioratibus sæcularibus & regularibus, ac iurisdictionibus omnibus temporalibus & spiritualibus, prout hactenus fuerunt diœcesis Pictauensis, & Episcopo Pictauensi competebant quomodolibet, in duas diœceses perpetuò deputamus, & etiam assignamus, exceptis homagiis & deueriis, si aliqua in prædictis vel earum alterius diœcesis existerent, ratione quorum duntaxat quiuis teneretur facere homagium Episcopo Pictauensi, ac ipsum in iocundo aduentu suo & debitâ ratione prædictorum, portare ab Ecclesiâ B. Mariæ Majoris Pictauensis vsque ad Ecclesiam Cathedralem Pictauensem, quæ erunt & remanebunt Episcopo Pictauensi, dictásque diœceses deputatas & taliter assignatas Episcopis qui pro tempore fuerint à Capitulis & Ecclesiis Malleacensi, & de Lucionio prædictis, iuxta diuisionem, deputationem, & assignationem nostras huiusccemodi de dictis diœcesibus factas spiritualiter & temporaliter iurisdictione ordinandâ ac superioritate Episcopi, Capituli, & Ecclesiæ Pictauensis in totum eximimus, ac etiam liberamus. Volentes vt quicquid in ipsis Malleacensi & de Lucionio diœcesibus per nos taliter limitatis præeminentiæ, majoritatis, iurisdictionis & exercitij iuris spiritualis & temporalis prælibatis Episcopo, Capitulo, & Ecclesiæ Pictauensi iure ordinario nunc vsque competijt, de cætero Episcopis qui erunt pro tempore à Capitulis & Ecclesiis Malleacensi & de Lucionio prædictis perpetuò iuxta præmissas diuisionem, deputationem, & assignationem nostras eodem iure competat in eisdem; iura, prouentus & redditus dignitatum, prouentuum, personatuum, & officiorum Ecclesiæ Pictauensis in nullo præter hoc diminuere intendentes, reliquâ parte dictæ diœcesis Pictauensis præter eosdem Decanatus, & Archipresbyteratus cùm suis distinctionibus & iurisdictionibus superiùs nominatis quantumcumque, & in quibuscumque constat prælibatæ ciuitati Pictauensi in suâ diœcesi integraliter remanente. Hæc igitur prædictæ sedis prouidentiam circumspectam sic facta salubriter & vtiliter ordinata perpetuis esse valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædictâ districtiùs inhibemus, ne aliquis cuiuscunque præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi Archiepiscopali, vel Episcopali, seu regiâ præfulgeat dignitate, huiusccemodi ordinationem Apostolicam, seu aliquam, vel aliquid de contentis in eâ quouis quæsita colore, vel modo sine causâ, vel occasione qualibet adinuentis, turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos enim irritum decernimus & inane si secùs super his à quocumque quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos qui exactâ scientiâ contrarium præsumpserint, nisi infra octo dierum spatium post publicationem præsentium resipuerint cùm effectu, excommunicationes in personas, & interdictum in vniuersitates, ac suspen-

sionis sententias in Conuentus, Capitula, A *seu Collegia promulgamus de consilio & auctoritate prædictis, à quibus nonnisi per Romanum Pontificem absolutionis beneficium, præterquàm in mortis articulo voluerit obtinere. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostrarum diuisionis, creationis, decorationis constitutionum, voluntatum, deputationis, assignationis, subiectionis, exemptionis, liberationis, inhibitionis & promulgationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum A-* B *uenioni Idibus Augusti Pontificatus nostri anno 1.* In hâc autem diœcesi hæ constituuntur Abbatiæ.

ABSIA *l'Absie en Gastine* O. B.

BELLVSFONS *Bellefontaine* O. B.

AVREAVALLIS *Airuau* O. A.

NIOLIVM *Nieuil* O. A.

MALLEÓNIS *Mauleon* O. A.

MOROLIÆ *Moureilles* O. C. C

Episcopi verò sequentes qui & domini Malleaci, auctiores & emendatiores ijs qui hactenus in lucem editi sunt, ex tabulis Ecclesiæ, variisque documentis excerpti.

POVVRELLE
1317. I. GAVFRIDVS POVVRELLE I. ex Abbate vltimo Malleacensi primus Episcopus creatur 1317. 29. Nouemb. ex libro prouisionum Prælatorum Vaticani: consecratur die Dominicâ ante festum S. Catharinæ Auenione eodem anno à Berengario de Biterris Ostiensi Pontifice, assistentibus Petro de la Voirie primo Lucionensi Præsule, & altero Antistite, quemadmodum notat vetus carta Malleacensis; ad quem etiam huius Pontificis Max. bullæ prouisionis de hoc Episcopatu extant in archiuis Ecclesiæ Pictauiensis. IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Gaufrido Electo Malleacensi salutem, & Apostolicam benedictionem &c. Nuper ex certis, & rationabilibus causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, olim vil-

A lam Malleacensem tunc infra limites Pictauensis diœcesis constitutam, qui locus insignis, & populosus existit. & mnltiplici rerum exuberat vbertate, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, in ciuitatem ereximus, & ciuitatis vocabulo duximus decorandam, statuentes & etiam decernentes, vt Ecclesia monasterij ipsius loci Ordinis S. Benedicti extunc haberetur, & existeret Ecclesia Cathedralis, provt in Apostolicis inde confectis literis pleniùs continetur. Postmodùm verò de celeri & salubri prouisione ipsius Eccle- B siæ Malleacensis, vt sponsi solatio lætaretur, & sollicitè cogitantes ac volentes illum eidem Ecclesiæ præficere in Pastorem, de quo certam haberemus notitiam, quòd eum clara suæ probitatis insignia redimerent, nec dubia esset eius caritas erga plebem suo regimini committendam: in te olim Abbatem ipsius monasterij dicti loci, quem nobis & fratribus nostris de literarum scientiâ, maturitate morum, prudentiâ, spiritualium & temporalium prouidentiâ, fide digna testimonia recommendant, direximns oculos mentis nostræ, ac præmissis C omnibus debitâ meditatione pensatis, de personâ tuâ ob præmissorum exigentiam meritorum, de ipsorum fratrum consilio, & præfatæ plenitudine potestatis eidem Malleacensi Ecclesiæ prouidemus, præficientes te prædictæ Ecclesiæ in Episcopum & Pastorem, curam, & administrationem eiusdem Ecclesiæ tibi, in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, firmâ spe, fiduciâque tenentes, quòd eadem Ecclesia Deo auctore per tuæ circumspectionis fructuosum studium præseruabitur à noxiis, & aduersis, ac spiritualibus, & D temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur iugum Domini tam leue collis humilibus, quàm suaue, & in dilectione Domini pascendum suscipe gregem eius, super quem noctis vigilias diligens sollicitúsque custodi, vt liber non pateat aditus inuasori, & Dominus in suspicabili horâ venturus, si te inuenerit sic agentem, te fidelem compertum in modico super multos constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacnla introducat. Datum Auenioni Idibus Augusti Pontificatus 4. anno 1.

Sambvti.

2. Gvillelmvs Sambvti erat Episcopus sedente Ioanne xxii. ex diplomate quo is Pontifex loca S. Pisanæ & de Sihec de Officialatu Niortensi quæ idem Guillelmus Episcopus occupauerat, Pictauiensi Antistitiadjudicat 1319. ex Galtheri codice. An-
1319. iudicat 1319. ex Galtheri codice. Anno verò 1320. mense Februario ad petitionem dilecti sui Malleacensis Episcopi, Rex Philippus cartâ sanciuit institutionem nundinarum in villâ Malleaci, cuius exemplar habetur in archiuio regio Parisiensi.

3. Robertvs.

De Pons.

4. Godefridvs de Pons ii. ex perantiquâ & illustri Pontiorum in Santonibus progenie, Godefridi domini de Pontibus & Elizabethæ de Rhodes Vicecomitissæ Carladensis, Henrici 2. Ruthenensium Comitis
1333. natæ filius erat: desiit in viuis anno 1333.

5. Evstachivs.

6. Ianvarivs.

1360. 7. Gvido præfuit anno 1360. 3. Aprilis ex Actis Consistorialibus Vaticani.

8. Ioannes i. recensetur anno 1380. 10. Iulij in eodem registro.

De Tvrey.

9. Petrvs de Tvrey i. Cardinalis tit. S. Susannæ, Legatus Apostolicus in regno Neapolitano, sub obedientiâ Clementis vii. Pseudopontificis, à quo purpurâ donatus anno 1385. 4. Id. Iulij Auenione: erat au-
1382. tem Malleacensis Præsul 1382. 26. Maij ex registris Vaticani. Iste cùm aliis decem Cardinalibus Gallis Benedictum xiii. deserens, Pisis electioni Alexandri v. suffragia contulit, ac Ludouicum Andegauensem, Pratum ad Alexandrum 5. accedentem comitatus est; Pistorij insuper Legatione insignitus à Pontifice, in Gallias proficiscitur cùm Francisco Archiepiscopo Narbonensi primo Auenionensi Legato post Romanæ Curiæ recessum creato: mortalitati debitum persoluit in Legatione Gallicâ mense Septembri anni 1412.

10. Ioannes ii. Pontificales in-
1387. fulas gessit anno 1387. ex registro tabularij Episcopalis Pictauiensis.

Le Masle.

11. Ioannes le Masle iii. ex Cancellario Ducis Ioannis Bituricensis, in quâ Ecclesiâ anniuersarium habet 17. Ianuarij 1421.

De Lvcé.

12. Theobaldvs de Lvcé Regis Consiliarius, ac primus Magister Clericus in Camerâ Rationum regiarum Parisiensium, nobili in Cenomanis ortus genere, 1438. viuebat adhuc 1450. ex cartis Malleacensibus.

Rovhavt. De sable à deux Leopards d'or.

13. Lvdovicvs Rovhavt Abbas S. Petri de Burgulio, ex dominis de la Rousseliere in Pictonibus, è quâ gente oriundus Ioachimus Rouhaut Franciæ Equitum Tribunus Ludouico xi. Rege: nominatur 1461. in codicillis matrimonij Eustachij domini du Bellay cùm Catharinâ de Bellomonte Ludouici Episcopi Parisiensis sorore; 1468. in tabulis Burgulianis
& die 9. Nouemb. 1472. subscribit 1472.
cõtractui matrimonij Theobaldi Bellimontensis domini de Forestâ supra Separim, Andium Gubernatoris, ex archiuis huius familiæ.

Amboise.

14. Ioannes d'Amboise iv. posteà Lingonensis Episcopus 1481. vbi plura de ipso.

S. Severin. D'argent à la fasce de gueulle à vne bordure d'azur.

15. Fridericvs de S. Severin Cardinalis tituli S. Theodori, longè clarissimâ nobilissimâque familiâ natus Roberto Sanseuerino Comite Gajacensi, & Ioannâ de Coreggio parentibus: in patris gratiam qui bello quod Innocentius 8. Pontifex cùm Ferdinando Rege Neapolitano gessit Dux inclaruit, inter purpuratos Patres ab eodem Papâ cooptatur an-
no 1489. pridie Idus Martij Romæ in 1489.
Vaticano. Is mortuo Alexandro vi. Pij 3. & Iulij 2. comitiis interfuit, cuius hostem se se infensissimum præbuit; subinde Legatione Concilij Pisani nomine functus est cùm ad Rauennam dimicatum est. Quapropter à Iulio ii. dignitate priuatus, & anathemate perculsus, ab eius deinde successore Leone x. absolutus, pristino honori restituitur. Fuit & Archiepiscopus Viennensis.

Accolti.

16. Petrvs Accolti, ii. Cardinalis tituli S. Eusebij, vulgò nuncupatus de Anconâ, nascitur Florentiæ 15. Martij 1455. patre Benedicto Accolto nobili Aretino, & in Repu-

blicâ Florentinâ propter opes, animique dotes clariſſimo, mater ei fuit Laura Federighia nobilis item Florentina: à teneris egregiè perpolitus bonis artibus, Piſis Iuriſprudentiam didicit, vbi Laureâ Doctoratûs donatur, ac publicus Profeſſor à Republicâ Florentinâ factus eſt, ſed Romam euocatus ſub Alexandro VI. & Iulio II. Apoſtolici Palatij cauſarum Auditor euaſit, Epiſcopus Anconitanus à Iulio 2. deſignatus 1505. 4. April. à quo poſteà purpuram obtinuit anno 1511. & Epiſcopatum Anconitanum
1514. gubernauit vſque ad an. 1514. quo eum ceſſit Franciſco nepoti; ſubinde verò aliis condecoratur dignitatibus, nimirum Gaditanâ Eccleſiâ in Hiſpaniâ, Malleacenſi in Galliâ poſt Friderici Sanſeuerinatis obitum à Leone X. Attrebatenſi in Belgio, & Cremonenſi in Inſubriâ. Demum Clemens 7. ei demandauit Archiepiſcopatum Rauennatenſem anno 1524. 15. Iunij, quam iſte Eccleſiam per duos tantùm menſes rexit, & in Benedictum nepotem tranſmiſit; Senatoriæ purpuræ adiunxit & Pontificatus Albanenſem, Præneſtinum, Sabinenſem, ac deinceps Portuenſem; cùmque ætate prouectus omniúmque fermè Eccleſiaſticarum dignitatum titulis inſignitus effulſiſſet, Romæ vltimum diem obiit 1532. ſepultus apud S. Mariam de Populo vt notant Acta conſiſtorialia, tametſi Hieronymus Rubeus in Rauennate hiſtoriâ dicat humatum fuiſſe menſe Decembri ad Eccleſiam S. Euſebij tituli ſui. Perhonorifica mentio huius eſt apud Petrum Bembum in epiſtolis quas Leonis X. nomine ad Franciſcum I. Regem ſcripſit, in qui-
» bus vir doctus, ac de ſe, déque Repu-
» blicâ meritus appellatur; de eo Ludouicus Cauitellus in Annalibus Cremon. Hiſtorici ferè omnes ciuitatis Florentinæ, Ciaconius, & plura Vghellus ſcribit in catalogo Epiſcoporum Anconæ lib. 1. Italiæ ſacræ.

Lvxembovrg.
1518. 17. Philippvs de Lvxembovrg Cardinalis Epiſcopus eligitur pet ceſſionem Petri de Aceoltis 1518. 10. Martij ex Actis Conſiſtorialibus Vaticani.

Estissac. D'azur à quatre pals d'argent.

18. Godefridvs d'Estissac ex nobili familiâ Aquitaniæ prognatus, patre Ioanne domino d'Eſtiſſaç qui apud Carolum Aquitaniæ Ducem Regis Ludouici XI. fratrem acceptus erat; iſte per reſignationem Cardinalis de Luxemburgo renunciatur Antiſtes Malleacenſis 24. Martij 1518. ex iiſdem Actis conſiſtorialibus. Meminit parentis ſui Philippus Cominius: Goffridi autem ſedentis circiter an. 1544. lib. 4. Annal. Aqui- 1544.
taniæ mentio fit à Ioanne Boucheto Pictone: adeo vt non ſit locus Dionyſio Epiſcopo, qui dicitur in Chronico generali Ordinis Minimorum conſecraſſe Eccleſiam Patrum Ordinis S. Franciſci de Paulâ Caſtriberaldi an. 1522. cùm per id tempus Godefridus ſederet Malleaci.

Escovbleav.

19. Iacobvs Descovbleav I. Abbas S. Trinitatis Malleonis & B. Petri de Aureaualle, filius Stephani Surdiſij domini, & Mariæ de Tuſſeau, Malleacenſem Eccleſiam adminiſtrabat ex tabulis annorum 1550. & 1559.

Pontlevoy. D'azur à 3. lions d'or 2. en chef 1. en pointe, à vne faſce d'argent chargée de cinq hermines.

20. Petrvs de Pontlevoy III. Blandinerius, diœceſis Carnotenſis, Iacobi Epiſcopi ex Renatâ ſorore fortè nepos erat: rexit an. 1567.

21. Henricvs Descovbleav I. Abbas S. Trinitatis ſeu B. Catharinæ in Monte Rotomagi, ex Priore S. Martini Carnotenſis, Ioannis toparchæ de Sourdis & de la Chapellebelouin in agro Lodunenſi, de Ioiaco, & Caſtrifortis propè Pariſios, Franciſci I. Regis Cubiculariorum Præfecti filius, & Iacobi nepos. Interfuit cœtui Cleri Pariſienſi 1573. ſacro & coronationi Henrici Magni Carnuti mẽſe Februario anni 1594. inter Præ- 1594.
ceptores Ordinis S. Spiritus ab eodem Rege allectus 1595 quo ſedente fundatur Cõuentus Cuſtodiarum communitatis Bituricenſis Auguſtinenſium 1604. Deceſſit Pariſiis menſe Aprili 1615.

Escovbleav. D'azur & de gueulle à la bande d'or brochante ſur le tout.

22. Henricvs Descovbleav II. Iacobi nepos ex Franciſco fratre Comite de la Chapellebelouin, domino de Sourdis & de Montdoubleau, Equite Torquato, Carnutenſis vrbis ac prouinciæ Prorege & Elizabethâ Babou de la Bourdaiſiere, Abbas de Maloleone, Aureæuallis, S. Crucis de Anglâ, & Regalismontis, conſecratur à fratre Franciſco Cardinale

de Sourdis Archiepiſcopo Burdega- A
1623. lenſi Dominicâ 19. Martii 1623. apud Cartuſianos Pariſienſes; cœtui Cleri Burdegalenſi interfuit 1621. & in Archiepiſcopatu ſuccedit eidem Franciſco an. 1628. vide plura de eo tomo 1. Archiepiſcoporum.

Bethvne. 23. Henricvs de Bethvne III. Philippi de Bethunâ, Comitis de Selles & de Charrots filius, ex Catharinâ le Bouteiller de Senlis: deſignatus à Ludouico XIII. Baionenſis Antiſtes 1. Octob. anno 1616. tandem ad Cathedram Malleacenſem aſcen-
1629. dit 22. Martij 1629. inauguratur Pari- B ſiis in æde Folienſium die Epiphaniæ 6. Ianuar. 1630. à Ioanne Franciſco Gondio Archiepiſcopo Pariſienſi, aſſiſtentibus Philippo Coſpeano Nannetenſi, & Emerico de Bragelone Epiſcopo Lucionenſi. Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus per procuratorem eodem anno, ſolemni quoque pompâ vrbem inuehitur menſe Februario. Sub eius Pontificatu in hac diœceſi inſtituitur Congregatio filiarum noſtræ Dominæ, Collegium Patrum Soc. Ieſu Fontiniaci Comitis, & Fulienſes in Abbatiâ B. Mariæ Bellifontis loco monachorum Ordinis C Benedictini ſubſtituuntur; denique fratres Caritatis ſub ipſo quoque fundantur in loco de Vezins. Comitiis Cleri Meduntæ adſuit 1641. ac poſtquàm laudabiliter ſuam diœceſim circiter annis 18. adminiſtraſſet, transfertur ad Archiepiſc. Burdigalenſem à Ludouico XIV. 1646. 20. Nouemb.

Raovl. 24. Iacobvs Raovl II. ex Santonenſi fit Malleacenſis Præſul
1646. anno 1646. ac paulò mox ſuppreſſo Epiſcopatu Malleacenſi, ſedes Pontificia in vrbem Rupellanam traducitur Bullâ Apoſtolicâ Innocentij X. 4. D Nonas Maij an. 1648. quam ratam habuit regio diplomate menſis Aug. eiuſdem anni Rex Chriſtianiſſimus Ludouicus XIV. vt dicetur infrà in Epiſcopatus noui Rupellæ inſtitutione.

MASSILIENSES EPISCOPI.

MAssilia ciuitas Galliæ Braccatæ, Viennenſis prouinciæ, celebris Phocenſium Colonia, non longè à Rhodani oſtiô Orientali, Commonorum in regione ſita, ad mare internum Gallicum Mediterraneum; à Phocenſibus Aſiæ minoris, in Aeolide, in confiniis Ioniæ iuxta Ptolem. lib. 5. cap. 2. non à Phocidis in Græciâ populis conditur ſexcentis ann. circiter ante Chriſtum, Iuſtino, Melæ, Iulio Cæſari celebris, & à Cicerone laudata. Quâ ratione hûc appulerint Phocenſes, & vrbis fundamenta iecerint, variant auctores. Athen. l. 13. c. 13. Iuſtin. l. 43. Ammianus Marcellinus l. 15. c. 23. is cenſet quòd à Phocæâ Aſiaticus populus Harpali vitans inclementiam Cyri Regis profecti Italiam, nauigio petiit, cuius pars in Italiâ Veliam, alia Maſſiliam condidit in Vienenſi; dein ſequentibus ætatibus oppida fundauêre non pauca. Et Strabo l. 4. qui fuſiùs inter antiquos & accuratiùs eam ſic deſcripſit: Maſſilia à « Phocenſibus eſt cõdita, ſita loco ſaxo- « ſo, portum habens ſubiectum theatri « formâ cauato ſaxo, Auſtro obuerſum, « quem Euſtathius & Mela Lacydon « vocant, non Halicidon, niſi cor- « ruptè: portus & vrbs præclarè ædifi- « cata eſt, iuſtæ magnitudinis in arce; « eſt Epheſium, & Apollinis Delphinij « templum, hoc quidem omnium Io- « num commune eſt, Epheſium autem « fanum eſt Dianæ Epheſiæ, aiunt enim « ex Phocenſibus oraculum editum, « quo iubebantur ducem nauigationis « à Dianâ Epheſiâ accipere, quæ iuſſit « Ariſtarcham matronam Deæ cùm ſa- « crâ imagine Phocæenſes comitari. « Coloniâ conditâ & templo, Phocen- « ſes Ariſtarcham huic præponunt, & « ad imitationem Epheſi ſimulachrum « Deæ, & reliquos ritus inſtituunt. Ad- « dit Strabo, quòd Reſpublica Maſſilienſium omnium optimè legibus pa- « ret, adminiſtrata per Optimates con- « ſilio 100. virorum, quos ab honore » quem per totam vitam gerunt, Ti- »

Marseille. En Prouẽce port de mer prés de la Veaune.

„ muchos nominant; huic Consilio xv. A „ viri præsunt, quorum est præsentia „ expedire; de his rursum tres præsi- „ dent maximâ potestate; legibus vtun- „ tur Ionicis, solum possident oleis ac „ vineis consitum: de vino Massiliensi „ Atheneus & Plinius: frumenti autem „ ob asperitatem sterile, ad nauigatio- „ nem potiùs quàm ad terram colen- „ dam se contulerunt. Vrbes condidê- „ re, quibus munitionibus vterentur „ contra Hispanos, quibus ritus Dia- „ næ Ephesiæ auitos tradiderunt: & „ more Græco sacrificare docuerunt, „ vt Rhoën Agatham (sed meliùs le- „ gendum Rhoden & Agatham) duas B „ vrbes non vnicam aduersùs Barba- „ ros Rhodanum accolentes, Tauroen- „ tium, Olbiam, Antipolim, & Ni- „ cæam Salyis, aut Saluis, & Liguribus „ Alpes incolentibus opposuerunt. Plu- „ res alias vrbes numerat alibi Strabo „ sub Massiliensium ditione; habent „ Massilienses etiam naualia, & arma- „ mentarium olim etiam nauium, & ma- „ chinarum copiam ad nauigationes & „ oppugnationes vrbium, quibus Ro- „ manos adiuuêre, societate initâ: ha- „ bent in vrbe multa affixa spolia, quæ „ retulêre de iis qui sibi mare vendica- „ bant. antiquitùs fortunati fuêre, ex C „ culturâ amicitiæ cùm Romanis, qui „ in Anentino simulachrum Dianæ à „ Massiliensibus desumptum dedica- „ runt, aut potiùs morem colendi Dia- „ nam, non ipsum simulachrum: bellô „ ciuili Pompeij contra Cæsarem cùm „ se victis adiunxissent, partem fœlici- „ tatis amisêre; nunc ibi elegantiores „ homines, ij se ad dicendum & philo- „ sophandum conferunt. Vrbs ea paulò „ ante Barbaris loco ludi litterarij pa- „ tefacta, tantum Græcarum literarum „ studium apud Gallos excitauit, vt „ contractuum formas Græcè scribe- „ rent. Et hodie etiam Romanis persua- D „ sit, vt discendi studio pro Atheniensi „ peregrinatione Massiliensem ample- „ cterentur: priuatim & publicè à ciui- „ tatibus, vt Medici & Sophistæ con- „ ducuntur; námque ad eam Romani „ tempore Imperatorum nobiles ado- „ lescentes bonis litteris erudiendos eò „ mittere solebant: vnde Massilia sedes „ ac Magistra studiorum dicitur Taci- „ to in Agricolâ. Frugalitatis & mode- „ stiæ Massiliensium argumentum est, „ quòd apud eos maxima dos est cen- „ tum aurei, in vestitum vltra quinque

assumere non licet. Cæsar & sequen- « tes recordatione amicitiæ libertatem « conseruarunt: vt neque ipsa, neque « eius subditi à missis Rectoribus gu- « bernetur, vt refert Plutarchus in vi- « tâ Solonis; quam opinionem sequitur « Isidorus de origin. ciuit. Massilia sic nominatur à mercatore eius conditore Massiliâ, vnde apud Strabonem Massalia vocatur, apud Dionysium Græcum Poëtam loquendo de eius portu vocat Massiliam, alij censent à verbo Græco Aeoliorum Phocæensium deriuari, quasi dixissent Phocenses cùm appellerent ad portum, colligite vela sumus in terrâ Saliorum.

Massiliensem Rempublicam optimis legibus constitutam laudat Aristoteles libro 6. c. 5. Polit. Valerius Maximus lib. 2. c. 6. Idcirco mores Massiliẽses probi & seueri apud Plautum in Cassinâ, & Agathias Scholasticus in Hist. de rebus Iustiniani Imp. libro 1. hæc addit. *Franci Massiliam vrbem tenent Ionum Coloniam. Hanc enim olim Phocenses ex Asiâ à Medis pulsi incoluerunt, Dario Hystapis filio apud Persas regnante: & nunc ex Græcanicâ est barbarica. Patriâ enim Reipublicæ administratione abiectâ, imperantium legibus vtitur. Videtur verò etiam hodie non admodum pristinâ incolarum dignitate inferior.* Quod autem fuerint « primi populi Romani socij apud Po- « lybium l. 3. & Iustinum l. 43. ideo fi- « delissimam & amicissimam ciuitatem « appellat Florus l. 3. c. 2. & vrbem for- « tissimorum, fidelissimorúmque socio- « rum Cicero pro Fontejo, cuius lau- « des attingit Philippicâ 3. cam voci- « tans Gallicam prouinciam, florem « Italiæ, firmamentum Imperij, & po- « puli Romani, denique Romanæ di- « gnitatis ornamentum: Orat. pro Flac- « co, & 2. Offic. Seneca Consolat. ad « Elbiam c. 8. Appianus l. 2. Liuius l. 5. « & 37. in oratione Rhodiorum in Se- « natu Romano habitâ. Amm. l. 15. Plu- « tarchus in Solone, Gellius l. 10. c. 16. « Panegyricus Constantij, Plinius l. 3. « c. 4. Ptolemæus l. 2. c. 10. Eustatius « in Dionysium, Mela l. 2. c. 5. Hero- « dotus l. 5. Pausanias in Phocaicis, So- « linus c. 8. Cæsar initio lib. 2. belli ci- « uilis, Lucanus l. 3. Suetonius in Cæ- « sare c. 24. Orosius lib. 6. c. 15. Paulus « Diaconus l. 1. & 6. denique vita MS. « Sancti Victoris Massilien. Diui tutela- « ris vrbis de eius laudibus sic scribit. «

Ciuitas ampla mirabilis structuræ suæ firmitate & pulchritudine gloriosa. In optimo terræ solo in capite Galliarum sita, terrâ, marique omnium ferè gentium commercijs patens, immensâ diuitiarum opulentiâ, & frequentibus populorum turbis, armorúmque terroribus inclyta fuit; vnde & Romanæ potentiæ meruit esse in Occiduis partibus quadam propria sedes. A Variis coloniis circa Massiliam institutis & vrbibus dominati sunt ac libertate potiti Massilienses, donec à Iulio Cæsare longâ obsidione attriti eius imperium subiêre, & Romanum, minuti eâ potestate quam in plures vicinas gentes exercebant, seruatis tamen B suis legibus: at dissipato Romano Imperio incursionibus Vvesigothorum & Burgundionum, hi paulò ante Gallici imperij primordia Massiliam Græcorum occupant & euertunt: illi verò sub Eurico Rege eam expugnant. Alarico autem à Clodoueo cæso Massilia Gallis paruit, erátque sub principatu Childeberti Regis vt prodit Greg. Tur. l. 6. eam vrbem Theodoricus inuasit & Vitigis Ostrogothorum Rex successor hanc Theodeberto Franciæ Regi cessit, vt ab eo contra Iustinianum Imperat. Italiam repetentē suppetias obtineret, & ipse C Iustinianus posteà iura sua in Massiliam Gallis, & Prouinciæ concessionem confirmauit, vt habet Procopius belli Gothici lib. 3. à quo tempore ad Francos pertinuit, posteà Carolo Martello subijcitur: sub Carolo Magno sicuti patet ex B. Victoris cartulario, Vicedomini aut Gubernatores Massiliæ ab eo constituuntur; Bosone autem creato Rege Prouinciæ à Carolo Caluo Imp. eius sororio, Massiliam obtinuit & eius hæredes vsque ad Rodolphum 2. Burgundionum Regem, cuius filius Conradus Prouinciam quoque rexit, ac paulò post circa an. 943. D Bosone Prouinciæ Comite creato, Pontius Vicecomitatum Massiliæ accepit, quem hæredes occuparunt vsque ad an. 1211. quo Massilienses Vicecomitatum in plures partes hæreditatis diuisum pretio emerunt, & ita suo iure potiti sunt, donec an. 1243. Comiti Prouinciæ Raimundo Berengario vassali facti sunt, seruatis aliis priuilegiis libertatis, quæ tamen à Carolo Andium Comite Berengarij hærede, posteà Neapolis Rege paulò post imminuta sunt, & eius dominio adiuncta Massilia, quæ Regibus Neapolitanis & Prouinciæ Comitibus paruit, vsque ad Caroli IV. Regis Siciliæ obitum, qui cùm hæredem Ludouicum XI. Galliarum Regem & eius posteros codicillis constituisset, ab an. 1481. Coronæ Gallicæ vnita est, & vniuersa Prouincia seruatis priuilegiis de more antiquo. Porrò hæc ciuitas in colle molliter defluente versùs mare in Cytharæ figuram condita est; turre S. Ioannis munitur, in superiore parte collis propugnaculum obseruat è mari venientes, portus statio tutissima nautis, quem scribit Seneca Consol. ad Martiam, quietissimum omnium, quos aut natura posuit, aut manus adiuuit, sic tutus vt ne maximarum quidem tempestatum furori locus sit: ex quo, & ad quem vndique confluunt merces. Vrbs sex portis aperitur, quatuor in regiones distribuitur, antiquitùs rectore quem Podestatum vocabant, regebatur, iis abrogatis Viguierius suffectus est; Consules tres, & Assessor maiore auctoritate nunc potiuntur; Senescalliâ gaudet, Iudice mercatorum vrbis, & alio qui commercio maris præsidet. Vt autem ad sacra transeamus, præter Abbatiam S. Victoris extra vrbem antiquissimam & monialium S. Saluatoris Benedictinarum in vrbe, sunt quatuor parochiæ, plurima sacella intus & extra, tum Prioratuum, tum Confraternitatum, Pœnitentium duodecim, hospitalia quatuor fouendis pauperibus, præter ea quæ ruinâ collapsa sunt: tum hoc ordine temporum religiosæ familiæ institutæ sunt; Trinitarij 1203. Prædicatores 1224. Filiç Cistercienses 1242. Augustiniani 1261. Carmelitæ 1300. Moniales S. Claræ circa 1330. Obseruantiæ monachi 1432. tum extra vrbem 1470. Seruitæ 1555. Capucini 1579. & Minimi anno 1575. Vrsulinæ 1612. quæ monasterium cessêre Benedictinis; Augustini Discalceati 1614. extra vrbem, Oratorij Sacerdotes in vrbe, qui etiam Collegium obtinent 1619. Recollecti & Capucinæ extra 1620. Patres Iesuitæ 1621. moniales Carmelitæ & Visitationis 1623. Pœnitentes filiæ 1630. Carthusiani & Carmelitæ discalceati 1633. Augustinæ 1636. Bernardinæ & S. Catharinæ & Recollectæ 1637. Missionarij denique extra ciuitatem 1638., domum

statuêre

statuêre. Ecclesia autem Cathedralis A
sub Arelatensi Metropolitâ S. Laza-
ro primùm sacra fuit, posteà cùm B.
Virginis festum Assumptionis est in-
stitutum, multis cùm aliis ædibus sa-
cris nomen mutauit: ex antiquis mo-
numentis constat à tempore Caroli
Magni vocatam Ecclesiam S. Mariæ,
vel nostræ Dominæ antiquæ sedis,
nunc verò Ecclesia Major: hoc sæcu-
lo adhuc visebantur columnæ & ca-
pitelli ordinis Dorici & Corinthij ex
marmore, quas templum Dianæ anti-
quitùs exornasse creditur; anno 1050.
Pontius 2. Episcopus Chori fornices
vetustate collapsos restituit. 1390. B
campanile conditur; tum Paulus de
Sado vestibulum Ecclesiæ sicuti nunc
visitur instaurauit. Porrò cranium ca-
pitis S. Lazari pretiosissimâ arcâ ex
argenti marcis ferè trecentis & mul-
tis gemmis decoratâ seruatur, & mul-
to honore colitur. Cùm autem à Prin-
cipibus viris multis bonis aucta sit hæc
Ecclesia, à Pontificibus quoque pri-
uilegiis insignita est: Eugenius 3. A-
nastasius 4. Alexander 3. concessêre
vt interdicto non subiaceret, etsi to-
ta Prouincia eo multaretur. Clemens
VII. Antipapa concessit easdem in-
dulgentias, quas ij lucrantur qui limi- C
na Apostolorum Petri & Pauli adennt
ipso die festi. Raimundus item Beren-
garius Comes Barcinonensis, & Pro-
uinciæ Marchio anno 1150. Frideri-
cus 1. Imperat. 1164. Ildefonsus Rex
Arragonum 1176. Fridericus 2. Imp.
1225. hanc Ecclesiam suæ tutelæ com-
miserunt. Constat Capitulum duabus
dignitatibus, Præposito & Archidia-
cono, Sacristâ, & Capischolio perso-
natibus; nonem Canonicis, ac decem
beneficiatis quæ ab antiquo instituta
sunt. Capitulum prouidet omnibus
beneficiis; præterea sunt duo Vicarij
& Diaconi, quatuor Choristæ, & octo D
Sacerdotes ad nutum amouibiles. Cir-
ca an. 1160. sub Petro 1. Episcopo ex
Canonicis Regularibus S. Augustini
facti sunt Canonici sæculares: eorum
claustrum aliàs erat quò nunc habi-
tat Præpositus. In eâ verò diœcesi
sunt Abbatiæ.

S. VICTORIS O. B.

Saint Victor lez Marseille.

S. SALVATORIS *fœm.* O. B.

Saint Sauueur.

MONS SYON O. C.

A De ciuitatis Antiquitatibus, & Epis-
copis Massiliæ non ita pridem scripsit
eruditè M. Antonius de Ruffi, Con-
siliarius Regis in Senescalliâ Massi-
liensi, vnde hanc nostram seriem erui-
mus, aliisque ex auctoribus, additis
pluribus monumentis MS. è membra-
nis Pereskianis, quæ vberem etiam
materiam præbuêre in hoc conficien-
do catalogo.

1. S. ELEAZARVS, qui vulgò
LAZARVS. Primus in dyptichis
Massiliensis Antistes inscribitur, cu-
ius vitam descripsêre Beda, Antoni-
B nus, Paulus Venetus & alij scriptores:
de eo vide supra Aquenses Archiepis-
copos in Maximino.

2. ORESIVS subscripsit celeber-
rimo Concilio Arelatensi 314. comi- 314.
te Nazario Ecclesiæ suæ Lectore cui
Synodo etiam calculum adiecit. Gal-
terus in suâ Chronologiâ ad an. 349.
recenset Rusticum Episcopum Mas-
siliensem, quâ auctoritate ignoratur.
Oresio nonnulli præponunt Numi-
dium, qui fuit Masculitanus Episco-
pus Africæ, non Massiliæ.

C 3. PROCVLVS inter Franciæ
Præsules sui sæculi conspicuus, inter-
fuit Gallorum Legatus & Ecclesia-
rum Prouinciæ Romanæ Concilio
Aquileiensi contra Palladium & Se-
cundinum Arianos vnà cùm Diuo
Ambrosio an. 381. Commendatur & 381.
mirificè elogiis S. Hieronymi epist. 4.
ad Rusticum monachum Gallum,
quem aliqui non satis cautè Massi-
liensem Episcopum dixêre: *Habes*
istic, sanctissimum & doctissimum Pon-
tificem Proculum, qui vivâ & præsenti
voce nostras schedulas superet, quoti-
dianisque tractatibus iter tuum dirigat.
D Ex hoc loco apparet Proculum libros
scripsisse, qui periêre. Taurinensi
quoque Concilio adfuit anno 397. 397.
vbi declaratur Antistes Metropolita-
nus Prouinciæ secundæ Narbonensis
quandiu vixerit: in eo discordiâ motâ
inter Episcopos Arelatensem & Vien-
nensem, necnon de ipso Massiliensi
Antistite, qui Prouinciæ secundæ
Narbonensis Primatem se asserebat,
Proculum sancta synodus Primatem
eiusdem Prouinciæ constituit, vti do-
cent verba hæc Canonis primi. *Cùm*
primùm omnium vir sanctus Proculus

Massiliensis Episcopus ciuitatis se tan- A
quam Metropolitanum Ecclesiis, quæ
in secunda prouincia Narbonensi positæ
videbantur, doceret præesse debere, at-
que per se ordinationes in memorata
Prouincia summorum fieri Sacerdotum:
siquidem assereret easdem Ecclesias vel
suas parochias fuisse, vel Episcopos à se
in eisdem Ecclesiis ordinatos; & è diuer-
so eiusdem regionis Episcopi aliud de-
fensarent, ac sibi alterius prouinciæ Sa-
cerdotem præesse debere contenderent: id
indicatum est à sanctâ synodo contem-
platione pacis atque concordiæ, vt non
tam ciuitati eius, quæ in alterâ sita est,
cuius magnitudinem penitùs nesciremus, B
quàm ipsi potissimùm deferretur, vt tan-
quam pater filiis honore Primatûs ad-
sisteret. Hæc igitur ipsi tantùm in vitâ
eiusdem forma seruabitur, vt in Eccle-
siis prouinciæ secundæ Narbonensis, quas
vel suas parochias, vel suos discipulos
fuisse ordinatos constiterit Primatûs ha-
beat dignitatem. Huius synodi priui-
legio fretus Proculus cùm in paro-
chiis Arelatensis Episcopi Antistites
ordinasset, & Patroclus Arelatensis
gratiâ valeret apud aulam, nam Con-
stantij Magistri militum fauore Are-
latensem sedem inuaserat, expulso S.
Herote, tantùm etiam potuit apud C
Romanum Pontificem, vt Primatûs
quoque obtineret dignitatem à Zosi-
mo Papâ in vniuersam Viennensem,
Narbonensem I. & II. prouinciam,
quâ Massiliensis sedes Proculi conti-
nebatur: epistolâ datâ sub an. Christi
417. 417. queritur Zosimus, quòd præ-
» termisso Patroclo Metropolitano
» Episcopo, sine cuius auctoritate iux-
» ta maiorum Canones nulla potuit or-
» dinatio celebrari, Lazarus à Tauri-
» nensi synodo pro calumniatore dam-
» natus ab ipso Proculo Massiliensi
» Episcopo, ab eodem tamen indebi-
» tum sacerdotium consequutus est, & D
» ne Narbonensis Episcopus in Massi-
» liam vlteriùs Primatum obtenderet,
» Narbonensem quoque subiicit Are-
» latensi: aliam item epistolam scri-
» bit ad Episcopos Prouinciarum Vien-
» nensis & Narbonensis II. quâ monet
» eos, quòd cùm multa contra veterem
» formam Proculus occupasse detectus
» sit in ordinationibus nonnullorum in-
» debitè celebrandis, quas proximè nu-
» merosâ cognitione discussit: licet
» ipse diu expectatus fastidiosè ferens
» sibi inducias attributas, conuenire

dissimulet. Attamen illa præsumptio «
nos admodùm mouit, quòd in syno- «
do Taurinensi, cùm longè aliud age- «
retur, in Apostolicæ sedis iniuriam «
subripiendum putauit, vt sibi Conci- «
lij illius emendicata præstaret obre- «
ptio ordinandorum sacerdotum velu- «
ti Metropolitano, in Narbonensi se- «
cundâ prouinciâ potestatem. Zosi- »
mus aliam dat epistolam ad Patro-
clum, monens eum de sententiâ latâ
aduersùs Proculum, qui nihilominùs
Pontificis sententię non parens, quip-
pe qui Taurinensis Synodi decreto
fulciretur, Zosimus 3. Non. Martias
an. 418. Clero, Ordini & plebi con-
sistenti Massiliæ scribit in hæc verba:
Non miror Proculum in consuetâ ad- 418.
huc fronte durare, & oblitum peni- «
tùs pudoris quotidie digna damna- «
tione committere, nec aliquando de- «
sistere, vt toties commonitus non «
cesset. Ecce cœtum vestræ dilectio- «
nis suâ quâ solâ notus est turbatione «
confundit: nec Ecclesiam patitur esse «
concordem, cùm suis id agat semper «
officiis, cùm ipse iam non sit Episco- «
pus, Episcopos facit, & humanus lar- «
gitor aliis se dicit præstare, quod da- «
tum sibi aliquando immeritò, tenere «
non potuit. Damnatus est igitur Pro- «
culus Romæ à Papâ Zosimo propter «
indebitas illas ordinationes, quemad- «
modùm liquet ex prolatis epistolis, in
quibus difficiles nodi dissoluendi su-
boriuntur: adde quòd nulla de iis
mentio habeatur anteà quàm ex scri-
niis Ecclesiæ Arelatensis prolatæ fuis-
sent. Proculi eiusdem sic meminit
Tiro in chronico apud Canisium:
Anno Arcadij & Honorij Imperato-
rum Proculus Massiliensis Episcopus
clarus habetur, quo annuente magna
de suspecto adulterio Remedij Episcopi
quæstio agitatur. De eo vide Baro-
nium in Annalibus, & Sirmondum
tomo I. Conciliorum. Quidam Pau-
lum Massiliæ Antistitem an. 418. ex
Flauij Dextri fragmento floruisse vo-
lunt, quod in dubium reuocatur:
Ruffius verò & alij Saluianum Pres-
byterum Treuiris oriundum, faciunt
Episcopum, nixi auctoritate recen-
tiorum auctorum Sixti Senensis, Bel-
larmini, & Posseuini, & antiquioris
Adonis Viennensis, qui hæc tantùm
habet: Saluianus Presbyter apud «
Massiliam, nullâ factâ mentione,
quòd fuerit Episcopus; vnde apud

Gennadium in vitâ ipsius hæc leguntur: Saluianus Massiliensis Presbyter humanâ & diuinâ literaturâ instructus, & vt absque inuidiâ loquar Episcoporum Magister, scripsit scholastico & aperto sermone multa ex quibus ista legi, de Virginitatis bono ad Marcellum Presbyterum libros tres, aduersùs auaritiam libros quatuor, de præsenti iudicio libros quinque, & pro eorum merito satisfactionis ad Salonium Episcopum librum vnum, Expositionis extremæ partis ad Claudianum Episcopum Viennensem librum vnum, Epistolarum librum vnum, & in morem Græcorum de principio Genesis vsque ad conditionem hominis composuit versuum quasi exameron librum vnum. Homilias Episcopis multas, sacramentorum verò quanti non recordor, viuit vsque hodie in senectute bonâ. De Episcopatu Saluiani nulla hîc mentio. Scimus quidem in quibusdam recentioribus exemplaribus Gennadij legi, scripsit Homilias Episcopus factus multas; at constat vitiosam & nouam esse instrusam lectionem: certè Venerius viuente Saluiano fuit Episcopus Massiliæ, cui teste Gennadio successit Eustachius, & ei Græcus auctore Sidonio, tum Cannatus, Sabinianus, & tandem Honoratus, quo viuente Gennadius eius vitam descripsit, si tamen verùm hanc esse à Gennadio exaratam, qui ad an. 492. vitam protraxit. Non ergo potuisset sedem tenere nisi post Honoratum Saluianus, qui iam tempore Eustachj Episcopi erat senex.

4. Venerius anno 428. cuius
428. hortatu lectiones & responsoria Ecclesiæ suæ à Musæo Presbytero Massiliensi è scripturis diuinis collecta sunt, teste Gennadio de Scriptoribus Ecclesiasticis. In epistolâ Cælestini Papæ ad Episcopos prouinciæ Viennensis & Narbonensis titulo 8. sub an. 428. mentio habetur Massiliensis Antistitis cuius causa ab Episcopis definienda delegatur his verbis. Massiliensis Ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur, quod dictu nefas est, in necem fratris sui taliter gratulatus, vt huic qui eius sanguine cruentatus adueniret, portionem cùm eo habiturus occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. Data 8. Cal. Augustas, Flauiis Felice & Tauro viris clariss. Consulibus. In epistolâ autem quam Episcopi Galliæ dirigunt ad Leonem Papam nominatur idem Venerius anno 451. ex Conciliis. 451.

5. S. Eustachius, seu Eustasius, vel Eustathius, 470.
Venerij successor, viuebat anno 470. à Gennadio, libro de viris illustribus vocatur homo Dei, qui in vitâ Musæi Massiliensis Presbyteri in scripturis docti, & in earum sensibus subtilissimâ exercitatione limati, linguâ quoque scholastici, sicut Venerio suadente multa scripserat, ita Eustachio hortante composuit Sacramentorum egregium & non paruũ volumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum & temporum, pro lectionum textu, psalmorúmque serie & cantatione discretum, sed supplicandi Deo & contestandi beneficiorum eius soliditate sui consentaneum; quo opere grauissimi sensûs & castigatæ eloquentiæ agnouimus virum. Moritur Leone & Majorino Consulibus: hæc de Massiliensi Musæo Gennadius, qui Victorinum quoque Massiliensem Rhetorem & poëtam Christianum laudauit, cuius opera habes in Bibliothecâ Patrum sæculo 5. parte 3. Eidem Eustasio inscriptus est liber de Sacramentis.

6. Græcus Episcopali dignitate cohonestatus erat anno 472. ad 472.
quem Sidonius Apollinaris Aruernorum Præsul epistolas plures direxit lib. 6. epist. 8. lib. 7. ep. 2. consummatissimum Pontificum vocans, Massiliensium benignitatem cõmendans, & eum successisse Eustachio patet ex his verbis: *S. Eustachij (qui vobis decessit) actutum dicto factóque geminâ benedictio est, hospitium breui quæsitum, iam Eustachij curâ facilè inuentum celeriter aditum, similiter locatum;* & infrà subdit: *vos verò Eustachium Pontificem tunc ex asse digno hærede decessisse monstrabitis, si vt propinquis testamenti, sic clientibus patrocinij legata soluatis.* Tum epistolâ XI. declarat quantùm ipsi iucundum foret Græci societate frui, si commeandi libertas pace reuocetur. Quàm verò amicus esset Græci, & eum faceret plurimi Sidonius ita testatur lib. 9. epist. 4. *Domine Papa sicut vestris erigimur se-*

candis, ita deprimimur aduersis. Nam A *quòd nuper quorumpiam fratrum necessitate multos pertuleritis angores, flebili ad flentes relatione peruenit. Sed tu flos Sacerdotum, gemma Pontificum, scientia fortis, fortior conscientiâ, minas vndásque mundialium sperne nimborum: quia frequenter ipse docuisti, quòd ad promissa conuiuia Patriarcharum, vel ad nectar cœlestium poculorum per amaritudinem terrenarum calices perueniretur.* At ex epist. 7. lib. 7. intelligitur Græcum magnæ fuisse auctoritatis, cùm eius consilio, vt fama erat fœdus illud inter Massilienses & Euricum Regem Vesigothorum sancitum fue- B rit, quo factum, vt Euricus victor rursùm transiret ad Arnernos & eos debellaret, vnde breuiter arguit Græcum Sidonius, quòd tam turpem pacem cùm Gothis inierit: *pudeat vos precamur*, inquit, *huius fœderis, nec vtilis, nec decori. Per vos legationes meant. Vobis primùm pax, quanquam Principe absente non solùm tractata referatur, verùmetiam tractanda committitur. Veniabilis sit, quæsumus, apud aures vestras veritatis asperitas, cuius conuitij inuidiam dolor eripit: parùm in commune consulitis, & cùm in concilium conuenitis, non tam curæ publicis mede-* C *ri periculis, quàm priuatis studere fortunis, quòd vtique sæpe diúque facientes, iam non primi Comprouincialium cœpistis esse, sed vltimi: quapropter vel consilio quo potestis, statum concordiæ tam turpis incidite.* Quo ex loco manifestum est, Græcum tentasse potiri iure Metropolitani fauore quo pollebat apud Euricum Regem, qui cùm Arelate sedem imperij teneret expugnatâ Massiliâ, reddidit hanc Ecclesiam quæ erat Metropolitana secun-
475. dæ Prouinciæ Narbonẽsis, Suffraganeam Arelatensis: sub an. 475. Græcus nominatur in epistolâ Lucidi Presby- D teri, quâ suum errorem emendauit.

7. S. Cannatus anno 480.
480. annuâ celebritate cultus Massiliæ 15. Octobris; cuius nomini olim erecta basilica in regione vrbis dictâ de Cabellione.

8. Sabinianus floruit circiter an. 489.

9. S. Honoratus I. contem-
493. poraneus S. Gelasij anno 493. vir eloquens, integræque fidei, quo potissimùm nomine eidem Papæ notus fuit, teste Gennadio cap. 99. vbi finem imponit catalogo suo Virorum Illustrium, si tamen est illud caput Gennadij (quem nonnulli malè fuisse putant Episcopum) siue alterius auctoris coætanei, nam Gennadius dicitur obiisse an. 492. cuius hæc verba: Honoratus Massiliæ Ecclesiæ Episcopus vir eloquens, & absque vllo linguæ impedimento ex tempore in Ecclesiâ declamator, & qui à pueritiâ in timore Dei crescens, etiam in negotiis Ecclesiasticis exercitatus est. Os suum quasi armarium scripturarum aperit, & in homiliarum modum ad vtilitatem legentium multa componit, maximeque ad colendam fidei rationem, & reuincendam hæreticorum peruersitatem in cuius liberâ prædicandi constantiâ, non solùm vicinarum ciuitatum sacerdotes & populi delectantur, sed & longè positi cùm ad eos necessariò pergit, summam eis docendi in Ecclesiis suis rogantes iniungunt. Sanctus quoque Papa Gelasius Romanæ vrbis Pontifex, per scripturam agnoscens eius fidei integritatem rescripto suo iudicauit sanctorum Patrum vitas, ad ædificationem posterorum coaptat ipse legendas, præcipuè nutritoris sui S. Hilarij Arelatensis Episcopi; Litanias ad supplicandam Dei clementiam cùm grege sibi credito pro viribus agit.

10. S. Antoninus, cuius festum 16. Octobris olim colebatur, & reliquiæ sacri corporis seruabantur in Ecclesiâ S. Cannati: anno 1277. ad basilicam Maiorem translatæ, quò nunc etiam honorantur.

11. Theodorus egregiâ sanctitate conspicuus laudatur à Greg. Turon. qui Episcopatum Massiliæ obtinuit an. circiter 580. & 590. Cùm 590. autem motâ contentione Guntrannum inter Regem, & Childebertum eius nepotem pro Massiliæ dominatione, quæ ex æquo ad vtrúmque spectabat, Theodorus Childeberti partibus adhæreret, apud Dinamium Patricium Rectorem prouinciæ constitutum à Guntranno, à Clericis Massiliæ, & præcipuè ab Anastasio Abbate calumniis exagitatus, quibus

eum ab Episcopatu deijcere intenderent, Theodorus ad Curiam profectus vt se purgaret, à Dinamio comprehensus, iniuriis affectus posteà dimittitur. Vnde Episcopus ad Childebertum pergens, Clericorum dolo mandante Guntranno custodiæ iterum mandatur. Rati verò Clerici in exilium ablegandum Antistitem, & non ampliùs reuersurum, domos Ecclesiæ vsurpant, exspoliant quasi mortuo Episcopo, insupérque fictis criminibus eum infamant. Verùm Theodorus à Childeberto exceptus, eum cùm Gundulfo Senatorij generis viro Massiliam mittit, vt Dinamium quâ possent arte reprimerent, & vt Theodorus sedi suæ restitueretur. Turonis transeuntes à S. Gregorio Episcopo festiuè excepti, Massiliam veniunt; sed ingredi prohibente vtrúmque Dinamio, astutè ad colloquium inductus est in vicinâ muris Ecclesiâ S. Stephani, quò ingressus Dinamius grauiter increpatur à Duce & Episcopo, iurat eis fidem, tum conuocatis ciuitatis senioribus Theodorus à populo magno plausu excipitur; & Clericorum præcipuè, qui hanc calumniam texerant, ad Regem iussi sunt proficisci. At perfidus Dinamius Theodorum apud Guntrannum accusat, quasi prohiberet eum frui parte ciuitatis quæ ad eum spectabat; confestim iratus Rex iubet Antistitem vinculis teneri, & ad se duci: at sibi cauens Episcopus tandem incidit in laqueos, cùm ad consecrationem Oratorij proficisceretur, deiectus ab equo, cæsis eius Clericis ad Regem deducitur; Aquissextijs transiens à Pienco Præsule benignè habitus, agnitâ tandem Theodori innocentiâ à Guntranno relaxatus, à plebe suâ iterum festiuâ lætitiâ exceptus vrbem ingreditur. Res autem gesta quæ Theodori vitam & Episcopatum illustrat, à Gregorio Turonensi describitur eiusmodi verbis, quæ tametsi prolixiora sint, hîc apponimus. *Apud Massiliensem vrbem Dinamius Rector Prouinciæ, grauiter insidiari Theodoro Episcopo cœpit. At ille ad Regem properare disponens, comprehensus ab eo, in medio ciuitatis tenetur: & grauiter iniuriatus, tandem laxatus est. Clerici autem Massilienses dolum cùm Dinamio moliebantur, vt ab Episcopatu eijceretur. Sed dum ad Regem Childeber-*

A *tum ambularet, cùm Iouino Exprææfecto à Guntchramno Rege detineri iubetur. Quod audientes Massilienses Clerici, gaudio magno repleti, quòd iam teneretur, iam deputaretur exilio, quòd iam in hoc res perstitisset, vt nunquam Massiliam reuerteretur, domos Ecclesiæ adprehendunt, ministeria describunt, regestoria reserant, promptuaria exspoliant, omnésque res Ecclesiæ tanquam si iam mortuus esset Episcopus peruadunt. Diuersa crimina de Pontifice proloquentes, quæ falsa, Christo auspice, deprehendit. Childebertus verò postquam cùm Chilperico pacificatus est, Legatos* B *ad Guntchramnum Regem mittit, vt medietatem Massiliæ, quam ei post obitum patris sui dederat, reddere deberet. Quòd si nollet, nouerit se multa perditurum pro partis istius retentione. Sed ille cùm hæc reddere nollet, vias claudi præcepit, vt nulli per Regnum eius transeundi aditus panderetur. Hæc cernens Childebertus, Gundulfum ex domestico Ducem factum, de genere Senatorio, Massiliam dirigit. Qui cùm non auderet ambulare iam per Guntchramni regnum, Turonis venit. Quem benignè susceptum, recognosco matris meæ auunculum esse; retentúmque mecum quinque* C *diebus, impositisque necessariis, abire permisi. Ille verò progressus, Massiliam ingredi obsistente Dinamio non valebat. Sed nec Episcopus, qui iam tunc cùm Gundulfo venerat, in Ecclesiâ suâ recipiebatur. Dinamius autem vnà cùm Clericis portas obserat vrbis, insultans pariter, ac vtrúmque despiciens, Episcopum scilicet & Gundulfum. Tandem ad colloquium Ducis adscitus, in basilicam B. Stephani, quæ vrbi est proxima, venit. Ostiarij enim custodiebant ædis ingressum, vt introeunte Dinamio, valuæ protinùs clauderentur. Quo facto, exclusæ armatorum turbæ post Dina-* D *mium ingredi nequiuerunt. Quo non intelligente, dum diuersa inter se super altarium conferunt, recedentes ab altario, salutatorium ingrediuntur. Introeuntem cùm his Dinamium, nudatúmque iam à suorum solatio terribiliter increpant. Fugatisque satellitibus, qui cùm armis eo adducto circumstrepebant, seniores ciuium ad se Dux vnà cùm Episcopo collegit, vt ciuitatem ingrederetur. Tunc Dinamius hæc omnia cernens, veniam petens, datis Duci multis muneribus, reddito etiam sacramento, se fidelem Episcopo deinceps, Regique futurum,*

suis induitur indumentis. Tunc reseratis tam portarum quàm sacrarum ædium valuis, ingrediuntur vtrique ciuitatem, Dux scilicet & Episcopus, cùm signis & laudibus, diuersisque honorum vexillis. Clerici autem qui sceleri huic mixti fuerant, quorum caput Anastasius Abbas & Proculus Presbyter erant, intra Dinamij tecta confugiunt, petentes ab eo opem refugij, à quo fuerant incitati. Multi tamen eorum per idoneos fidejussores dimißi, ad Regem iußi sunt ambulare. Intereà Gundulfus subiugatâ ciuitate in Childeberti Regis ditionem, restitutóque in locum suum Antistite, ad Regem Childebertum regressus est. Sed Dinamius immemor fidei quam Childeberto Regi promiserat, ad Guntchramnum Regem nuncios dirigit, dicens: Quòd partem sibi debitam ciuitatis per Episcopum perderet, nec vnquam Maßiliensem vrbem suo potiretur dominio, nisi hic euellatur ab eâ. At ille irâ commotus, iubet contra fas religionis, vt Pontifex Summi Dei arctatus vinculis sibi exhiberetur, dicens: Tradatur exilio inimicus Regni nostri, ne nobis nocere ampliùs valeat. Sed cùm Episcopus de his suspectus esset, nec facilè posset ab vrbe erui, aduenit festiuitas dedicationis Oratorij ruris suburbani. Cùmque ad hæc festa egressus ciuitatem properaret, subitò armati cũ magno fremitu ab occultis insidijs scatentes, sanctum vallant Antistitem: deiectúmque ab equo fugant omnes comites eius, serrientes alligant, Clericos cædunt, ipsúmque super miserabilem imponentes caballum, nullum de suis sequi permittentes; ad Regis deducunt præsentiam. Cúmque per Aquensem præterirent vrbem, Piencus Episcopus loci condolens fratri, datis Clericis ad solatium impositisque necessarijs, abire permisit. Dum hæc agerentur, Clerici iterum Maßilienses domos Ecclesiæ reserant, arcana rimantur & alia describunt, alia suis domibus inferunt. Episcopus verò ad Regem deductus, nec culpabilis inuentus, ad ciuitatem suam redire permissus, cùm grandi est à ciuibus laude susceptus. Ex hoc autem grauis inimicitia inter Guntchramnum Regem, & Childebertum nepotem suum exoritur.

Rursùm verò noua bella contra Theodorum insurgunt circiter an. 584. nam cùm is à Maioribus Domûs Childeberti Regis epistolam accepisset, quâ illi iniugebatur, vt Gundobaldum Chlotharij Regis pseudofilium, Massiliam Constantinopoli appulsum susciperet, ipsum opiparè habitum cùm equis ad Mummolum Ducem dirigit, qui contra Guntramnum Regem arma mouens Auenione concesserat; idcirco subiungit Greg. lib. 6. c. 24. Guntrâmnus Dux apprehensum Theodorum Episcopum, in custodiam pro hâc causâ detrusit, reputans cur hominem extraneum intromisisset in Gallias, voluissétque Francorum regnum Imperialibus per hęc subdere ditionibus: At ille Epistolam, vt aiunt, manu maiorum Childeberti Regis subscriptam protulit, dicens: Nihil per me feci, nisi quæ mihi à dominis nostris & senioribus imperata sunt. Custodiebatur igitur Sacerdos in cellulâ, nec permittebatur Ecclesiæ propinquare: postbæc autem ductus est ad Guntchramnum Regem cùm Epiphanio Episcopo, qui tunc Longobardos fugiens Massiliæ morabatur: scilicet quòd & ipse conscius huius causæ fuisset. Discussi igitur à Rege in nullo inuenti sunt crimine. Rex tamen iussit eos sub custodiâ degere, in quâ post multa supplicia Epiphanius Episcopus obiit. Postmodùm Massiliensis Præsul Matisconensi Synodo adfuit an. 585. & à Cathedrâ nouis artibus iterum deturbatur, nam quemadmodum idem Gregorius pluribus narrat l. 8 c. 12. Cùm Rex maximâ intentione Theodorum Episcopum iterum persequi conaretur, & Massilia iam in Childeberti Regis dominationem reuocata fuisset, ad discutiendas causas Ratharius illuc quasi Dux à parte Regis Childeberti dirigitur. Sed postpositâ actione quæ ei à Rege iniuncta fuerat, Episcopum vallat, fideiussores requirit, & ad pręsentiam Regis Gũtchramni direxit: vt scilicet ad Synodum, quæ Matiscone futura erat, quasi ab Episcopis damnandus esset: egrediente Episcopo à ciuitate, statim res Ecclesiæ diripit, & alia quidem sibi vendicat, alia sub sigillorum munitione cõcludit: Theodorus verò à Guntchramno Rege detentus est: sed nihil ei Rex nocuit. Est enim vir egregiæ sanctitatis, & in oratione assiduus, de quo mihi Magnericus Treuerensis Episcopus hæc retulit: Ante hos annos cùm ad præsentiam Childeberti Regis sub arduâ custodiâ duceretur, vt quandocunque ad vrbem aliquam

584. (margin, beside "584. nam cùm is à Maioribus Domûs")
585. (margin, beside "tisconensi Synodo adfuit an. 585.")

venisset, neque Episcopum neque quemquam de ciuibus videre permitteretur: adueniens Treuiris nunciatum est Episcopo, hunc iam in naui positum clam abduci. Surrexítque Sacerdos tristis, ac velociter prosequutus, reperit eum ad littus, causatúsque cùm custodibus, cur tanta esset impietas, vt non liceret fratri fratrem aspicere? visóque tandem, osculatus eum, indulgens aliquid vestimenti, discessit. Veniens itaque ad basilicam S. Maximini prosternitur sepulchro, illud Apostoli Iacobi retinens, orate pro inuicem vt saluemini, fusáque diu oratione cùm lacrymis, vt fratrem dignaretur Dominus adiuuare, egressus est foras. Et ecce mulier, quam spiritus erroris agitabat, clamare Sacerdoti cœpit ac dicere: ô scelerate & inueterate dierum, qui pro inimico nostro Theodoro orationem fundis ad Dominum. Graui autem peste Massiliam depopulante cùm interim Episcopus ad Regem Childebertum proficisci coactus esset, vt de Nicetij Patritij moderamine conquereretur, à Rege tamen minimè auditus, prauis hominibus sæpiùs in aulâ Principum gratiâ valentibus, dum viri sancti repudiantur, Massiliam reuersus Theodorus, pestis incendio nullis humanis remediis extincto, ad diuina confugit: paucis ergo cùm ipso remanentibus se infra S. Victoris basilicam continuit, ibíque vigiliis ac orationibus vacans Domini misericordiam exorabat, vt tandem cessante interitu populo liceret in pace quiescere; id testatur Greg. l. IX c. 22. Aimoinus item Monachus de Theodoro variis in locis habet ea quæ Greg. Turonen. enarrauit; Fredegarius l. 4. c. 86. Baronius in Annal. Ad eum Antistitem & Virgilium Arelatensem scribit S. Greg. lib. 1.
591. epist. 4. sub an. 591. ne Iudæi qui tum Massiliæ abundabant, vi baptizentur, sed ad fidem amplectendam moueantur.

12. SERENVS anno 596. cui S. Gregorius Magnus Papa commendat epist. 52. lib. 5. Augustinum quem in Angliam delegabat; aliam quoque ad ipsum mittit epist. 9. l. 9. vbi eum redarguit, quòd inconsiderato zelo
596. succensus, Sanctorum imagines sub hâc quasi excusatione ne adorari debuissent, confregerit, quâ de te ipsum acriter reprehendit Gregorius; ex quo tantum scandalum ortum dicit non tantùm apud gentiles inter quos habitabat, sed etiam filios suos, vt maxima pars ab eius se communione suspenderet: vnde ipsum hortatur vt resipiscat, suauiter ostendens non esse adorandas imagines, sed eas insinuat ideò populo exhiberi tanquam scripturarum magis sensibiles, quib. de diuinis mysteriis edoceantur: denique ipsum corripit, quòd facinorosum quemdam Presbyterum societati suæ adiunxerit, cùm eum potiùs deberet ad pœnitentiam reuocare; etsi non voluerit à se procul abijcere: Nam hominibus execrabile & periculosum ante Dei oculos, si per eum à quo plectenda sunt crimina, nutriri vitia debeantur: huic autem epistolæ cohæret epocha anni Christi 600. 600.
ex Sirmondo.

13. S. ADALONGVS, vel ABDALONGVS vti appellatur in antiquis codicibus, anno 700. aut 740. cuius festum Calendis Martij celebrari solitum scribit Vsuardus in Martyrolo- 700.
gio, vt se didicisse ait ex tabulis Massiliensis Ecclesiæ, vetustis nempe, nam in hodiernis, aut Breuiario nulla mentio: quo sedente Carolus Martellus Major Domûs vrbem Massiliam Comiti Maurontio eripuit.

14. S. MAVRONTVS Episcopus & Abbas S. Victoris sub Hadriano I. Papâ 780. ex codice MS. monasterij 780.
Massiliensis: floruit imperante Carolo Magno. Idem villam Caladius traditam olim S. Victori à Nemphidio Patritio, ablatámque dehinc per Antenerium Patritium recuperauit à Missis Dominicis Caroli Magni, & Marcellino Comite Dignensi anno regni Caroli 12. indict. XI. 8. Cal. Martij; quod peruetus documentum è Libro cartarum cœnobij Massiliensis S. Victoris erutum hîc describendum in schedis Pereskianis curauimus.

CVM IN DEI nomine in Dignâ ciuitate publicè residerent Missi Domni nostri Karoli Regis Francorum, & Langobardorum, seu & Patricij Romanorum: Idem Viernerius & Arimadis vnà cùm rationes burguis Dominicis, Marcellino, Hieronymo, Ge-

» deon, Regnarico, Corbino, Scabi- A
» nes lites, Scabinos ipsius ciuitatis, aut
» bonis hominibus, qui cùm ipsis ibi.
» dem aderant, permultorum homi-
» nnm altercationes audiendas, & ne-
» gociis causarum dirimendis, & iustis
» vel rectis iudiciis finiendis. Ibique ve-
» niens vir venerabilis MAVRONTVS
» Episcopus vrbis Massiliensis, in eo-
» rum præsentiâ vnà cùm instrumentis
» Sanctæ Mariæ, & Sancti Victoris, quæ
» venerantissima & Deo sacratissima
» Adaltrudis, relicta Nemfidij; quon-
» dam in ipsâ Ecclesiâ Sanctæ Mariæ, &
» Sancti Victoris Massiliensis delega-
» uerat, in quibus sic habetur insertum. B
» Quod villa Caladius vnà cùm appen-
» diciis suis, vel omnes adjumentias
» suas, mancipia tam rustica quàm vr-
» bana, libertis, accolabus, inquilinis
» tam ibidem consistentibus, quàm &
» aliunde ibidem translatis, quod situm
» est in pago Dignense, necnon & Al-
» pibus, quod situm est in pago Hebre-
» dunense, vel omnia quidquid ad ip-
» sas villas pertinere videatur; sed quo-
» modo ipsa charta ibidem ante ipsos
» relicta fuisset, sic in postmodum alium
» relatum ibidem ostendit.....quòd Ab-
» bo Patricius iuxta legis ordinem de
» intericione chartarum inscribere in C
» publico, vel coram bonis Sacerdoti-
» bus atque illustribus personis, sicut
» lex est roborata, ostendit de ipsis
» chartis quas Antener Patricius malo
» ordine & iniquo ingenio, de ipsa ar-
» câ S. Victoris abstraxerat, & incen-
» dere ordinauit, hoc est cartas quas
» Gotricus & iamdicta Adaltrudis, vel
» quas aliæ plures personæ ibidem con-
» donauerant ad ipsam casam Dei San-
» ctæ Mariæ, vel gloriosissimo S. Victo-
» ri Massiliensi. Sed ipse Abbas tunc
» temporis fuit magnus, quando ipsas
» cartas quas de Adaltrude Maurontus
» Episcopus ibidem præsentauit, pro D
» bono studio, & pro bono ingenio in
» suâ manicâ ipsa Adaltrudes absconsas
» habuit, quando ipsas alias cartas su-
» per altario ipso misit, & ibi sacra-
» mentum dedit, & sic iurauit quòd
» ampliùs exinde in totâ Massiliâ cartæ
» non adessent, de illâ ratione Sancti
» Victoris, nisi quantùm super ipso al-
» tario continebatur. Et ipsas cartas
» quæ ibidem fuerunt, Antener ipsas
» totas in suâ præsentiâ incendio con-
» cremare iussit. Et ipsas cartas quas
» Adaltrudes ibidem in ipsâ Ecclesiâ in

suâ manicâ absconsas habuit, in arcâ «
S. Victoris denuò restituit. Et ipse «
Episcopus iamscriptus ibidem aliud «
iudicium ostendit. Qualiter per ordi- «
natione Domni Karoli Major. Dom. «
cauciarios suos missos exinde iussit «
ad ipsam casam S. Victoris reuestire, «
quod ita confecit; sed quomodo per «
ipsas rixas, vel contentiones quæ in «
Prouinciâ fuerunt, ipsa casa Dei ex- «
inde desuestita fuit, & sicut alias res «
ipsas quæ iustè ad Domnum Regem «
Karolum obtingebant in alode, An- «
tener adhaberet per ipsam miscula- «
tionem, seu & ipsam Caladinm vil- «
lam, visus fuit de ipsa casâ Dei ab- «
strahisse. Sed cùm ipsi Missi ipsas au- «
ctoritates vidissent & relegere ro- «
gassent, sic omnes illos homines in- «
genuos de ipso pago Dignense qui «
fuerunt, & hoc cognitum habuerunt, «
ipsos per sacramentorum interposi «
tionem iurare fecerunt, vt omnem «
rei veritatem ipsorum exinde dicere «
deberent. Sic omnes sic affirmaue- «
runt, quòd ipsam pro beneficio Me- «
trano, qui fuit Patricius in Prouin- «
ciâ pro causâ Massiliense, ipsam vil- «
lam Caladium ipsius in beneficium «
cessisset, & in postmodum Abbo Pa- «
tricius pro causâ Massiliense, S. Ma- «
riæ, & S. Victoris in beneficium con- «
cessit, quod ipsi Ancemundo Vice- «
domino Massiliense, ibidem descri «
ptionem ad partes S. Victoris Massi- «
liensis facere viderunt. Et ipsum Po- «
leticum ipse Episcopus in ipsorum «
præsentiâ ibidem ostendit ad rele- «
gendum; sed cùm ipsas auctoritates «
audissent, sic ipsi etiam Missi inter- «
rogauerunt & adiurauerunt, vt ve- «
ritatem exinde dicerent, sed contra «
Episcopum ipsum, vel contra ipsas «
cartas aliquis sic rebellabat, quòd per «
annositatem, seu per legem tricena- «
riam in tempore pacis, ad ipsum be- «
neficium sui Senioris, aut ad partes «
Domni Karoli Regis perportare vo- «
lebant. Sed in nullis modis se instituit «
ad hoc faciendum; cùm autem nul- «
lus homo hoc contradicere nec con- «
tendere voluit, ipsi Missi per ipsas «
auctoritates scripturarum quæ ibi- «
dem ostensæ, vel relectæ fuerant, ip- «
sum Episcopum Maurontum reuesti- «
re fecerunt, vt omni tempore dein- «
ceps ipsam casam dicti S. Victoris, «
ipsam villam cùm suis appendiciis ha- «
beat vendicatas: testimoniauerunt «
Taurinas;

» Taurinus, & Sanctebertus per inter- A
» positionem sacramenti, quòd ipsa
» villa Caladius propria fuisset Nem-
» phidij Patricij quondam, & habuisset
» vxorem Adaltrudem, ex quâ habuit
» filios tres. Et quòd ipse Nemphidius
» & Adaltrudes & filij, ipsam villam per
» cartulam cessionis ad ipsam Casam
» Dei M. delegassent. Et ipsi viderunt,
» & cognitum habuerunt quando Ao-
» semundus Vicedominus, per ordina-
» tionem Abbonis Patricij quõdam, ad
» partes supradictæ Ecclesiæ descripsit,
» & ipsam villam per confessum Abbo-
» ois Patricij, vel cessionem ad partes
» supradictæ Ecclesiæ habuit, & om- B
» oem inde casum recepit. Testimo-
» niauit Transuarius & Amatus simili-
» ter, Veoaotius Presbyter, & Villa-
» rius; testimoniauit Huooaldus &
» Theodolmus similiter: testimoniauit
» Christiaous & Theudigilius; Hi sunt
» qui præsentes fueruot, quorum robo-
» ratiooes vel signacula subter teneo-
» tur inserta. Actum est enim die Mer-
» coris VIII. Kal. Martij Anno XII.
» Regoante Domino nostro Karolo
» Indict. ij. Comes Marcellinus firma-
» uit. Gedeoo Corbinus Regnarius,
» Taurious, Magnebertus, Sancteber-
» tus, firma. Vitam cùm meliore com- C
» mutauit Pontifex Maurõtus 18. Octobris, vt obseruatur in veteri necrologio Cathedralis Basilicæ, seu obituario Episcoporum Massilieosium.

862. 15. HONORATVS II. nominatur io tabulario Massilieosi sancti Victoris, de cuius gestis præter oomeo quod ibi reponitur, nulla in Ecclesiasticis fastis extat memoria.

16. THEODBERTVS, seu TEVTPERTVS, tempore Ludouici Pij qui eius prece cõfirmauit donationem quam pater Carolus Imp. fecerat D monasterio S. Victoris, datâ Isemburgi io palatio Regio Cal. Nouemb. Indict. I. pro iure vectigalis quod pensitarent naues in portu Massiliæ, iuxta monasterium sub anchorâ residentes: à Lothario quoque omnia Sancti Victoris priuilegia eo annitente firmantur. Iste anno primo Lotharij in Franciâ, in Italiâ 12. indict. 13. Aquisgrani memoratur in altero priuilegio confirmationis dooationum Caroli Magni Imperatoris, quod asseruatur in S. Victoris tabulario Massiliensi.

A 17. ALBOINVS Episcopus Massiliæ anoo quinto Imperij Hlotharij recuperat telooeum de Leguino à Rotberto Vicario Adalberti Comitis, 840. quemadmodum liquet ex libro cartophilacij Massiliensis S. Victoris huiusmodi diplomate. IN CHRISTI *nomine indicium seu notamen donationis qualiter adueniens Alexandrus Aduocatus* ALBOINI *Episcopi, de ipsâ Casâ Dei S. Victoris Martyris Massiliensis, in Cadarosco villâ, in Mallo publico ante Rothbertum Vicarium de viro illustri Adalberto Comite. Et tam Scauinis, tam Romanis quàm Salicis,* B *vel Iudicibus, qui cùm ipsis aderant. Id est Ioseph, Nortaldo, Elephanto, &c. vel quampluribus alijs qui cùm ipsis aderant. Ibique veniens Alexandrius Aduocatus Albuini Episcopi, qui se per manum fideiussoris sui Bertelaigi, de satisdando Thelonio, qualiter reclamauit & interpellauit hominem nomine Guinifredum Aduocatum Rothberti Vicarij, dicens eò quod sui homines vnde Guinifredus Aduocatus Rothberti Vicarij non redderet sumptus, sicut præstantissimus Pipinus Rex, vel Carolus pius Augustus, vel etiam Ludouicus, ac Lotharius vterque Imperatores suis præ-* C *ceptis singuli ad ipsam prædictam Casam Dei S. Victoris, ad luminaria condonauerunt, ipsum Theloneum de v llà Leguino, vel quidquid ibidem ad eorum fiscum pertinere debebat concesserant, tam terrenis, quàm etiam nauigantibus ipsius hominis Rothberti, &c. sed ipse Guinifredus Aduocatus Seniori suo Rothberto in responsis suis dixit, quòd in hac causà non sic veritas se haberet, pro eo quòd quantum ipsi homines Rothberti de ipso Theloneo, præsertim suus antecessor nomine Frodingus inde vestitus fuerat. Sed ipse Alexandrinus Aduocatus S. Victoris, præceptis* D *memoratis Regum vel Imperatorum, ibidem manbus ad relegendum ostendit, & quomodò suprà memorati Reges & Imperc·ores in luminaribus Ecclesiæ S. Victoris, vel et seruientibus collatum habebant. Et ipsa præcepta ex cunctorum anulis impressiones manifestè gestant. At tunc ipse præfatus Vicarius, ipsos pagenses per eorum sacramentum iurare fecit, vt quidquid de hac causà inter ipsa Casà Dei S. Victoris, vel ipso Aduocato Rothberti Vicary nomine Guinifredo, quidquid de ipso prædicto Theloneo in veritate scirent, dicere vel decernere*

in veritate deberent. Quod & ita fecerunt. Inprimis iurauit Bertelaigus homo Dei, Manasses, Ruganardus Ionatha, Gislao, Iacob, Georgius Agilinars, Benedictus, Villemaris, Ison, Ingobertus: Post ipsum sacramentum, factà legibus discusione, vnusquisque per se interrogati, vel discussi fuerunt, & sic vnanimiter testimoniauerunt & dixerant per illud sacramentum, quod ipsi iuratum habebant quòd diebus vitæ eorum, & temporibus Leibulfi Comitis qualiter in ipsis præceptis continebatur, taliter ad ipsam Casam Dei præfatam de ipso Theloneo semper viderant, qualiter Vicedominus vel eius Ministerialis S. Victoris cum suos participes in omnibus ordinassent, absque blandimento de Comitibus vel Vicarijs Arelatensibus. At tunc ipse Vicarius Rothbertus vel suus Aduocatus nomine Gumifredus, in omnibus ibidem concrediti fuerunt, quòd quantùm de ipso Teloneo, vel fisco iniustè abstultum fuerat, ipsi vterque Rothbertus & suus Aduocatus pro eorum gadio secundùm legis ordinem, Alexandrio Aduocato S. Victoris, vel Albuino Episcopo in omnibus suos gadios condonauerunt. Propterea Alexandrio Aduocato supradictæ Ecclesiæ necesse vel opportunum fuit, vt notitiam seu & indicium firmitatis sibi exhiberi debuisset, quod ita & fecit. His præsentibus actum fuit, quorum roborationes vel signacula subter tenentur inserta. Facta notitia hæc viij. Kal. Aug. an. v. Imperij Domini nostri Lotharij Imperatoris, Indict. vi. Ioseph præsens fuit, Elephantus Vuildemarus Theutibertus interfuit. Odilo, Gaudentius, Arnulfus & multi alij interfuerunt.

18. LEODOINVS subscripsit cùm
Episcopis Arelatensis regni in Sy-
879. nodo Mantalensi anoo 879. Idibus
Octobris electioni Bosonis Regis.
Obiit 12. Martij.

19. BERENGARIVS anno 884.
cuius memoria asseruatur ex diplo-
mate tabularij Abbatiæ S Victoris
884. Regis Carlomanni, in quâ depreca-
tiooe huius Berengarij & Frotarij Ar-
chiepiscopi restituit S. Victori villam
Ciliani, eidem Ecclesiæ debitam ex
Comitatu Massiliensi anno v. Carlo-
manni, vt ex sequeoti priuilegio colli-
gitur. IN NOMINE Domini Dei. Karolus Magnus gratiâ Dei Rex. Notum esse volumus, quia accedentes ad mansuetudinem nostram illustres fideles oostri Hugo veoerabilis Abbas, nec noo Frotarius Archiepiscopus humiliter precauerunt coram frequentiâ procerom primatúmque nostrorum, vt deprecatione BERENGARII Massilieosis Episcopi redderemus ad Ecclesiam in honore Dei Genitricis, ac S. Victoris, Ciliaoi villam eiusdem Ecclesiæ debitam ex Massiliensi Comitatu, in Foroiuliensi sitam, atque omoi tempore habeodam concederemus. Placuit itaque nostræ Celsitudini eorum saluberrimis adquiescere postulationibus, ac iam dictæ Ecclesiæ Massiliensi in honore beatissimæ atque iotemeratæ Virginis Mariæ, saoctíque Victoris sub tuitiooe pastoralis curæ Bereogarij eiusdem loci Pontificis, præfatam villam Ciliaoum ab eodem loco dudum subtractam, ex Comitatu Massilieosi in Comitatu Foroiuliensi sitam, cùm ompi iotegritate reddidimus, contulimus, ac de nostro iure io ius ac dominatiooem eius solemni more transferimus, eâ videlicet ratiooe, vt quandiu præsens Abbas ac successores eius aduixeriot eandem villam sub ditiooe S. Mariæ ac S. Victoris sine alicuius inquietudine, aut minoratione possideant. Statuimus etiam ac Regio more delegamus, vt nullus vnquàm alicuius Ordinis vir iam dictam villam ex præfato loco subtrahere, deteriorare, aut miouere præsumat. Vt autem hoc præceptum nostræ authoritatis inuiolabile io Omnipotentis oomine firmiùs habeatur, ac per futura tempora diligeotiùs cooseruetur, manu propriâ subter firmauimus ac annulo nostro subsigoari iussimus. Signum Carlomaoni gloriosissimi Regis, data quarto Nonas Februarij anno v. regnãte glo riosissimo Rege Indict. 2. Actum apod Compendium publicum palatium. Interfuit idem Bereogarius Concilio Nemausensi anno 886. eiúsque meo-
tio adhuc habetur ao. 890. in tabulis. 890.

20. VENATOR reperitur in monumentis Ecclesiæ Massiliensis absque annorum epochâ, & ex vetusto codice MS. defuoctus traditur 6. Aprilis.

21. S. HONORATVS DE MAR-

SEILLE III. Vvilielmi I. Vicecomitis Massiliensis frater, restaurator Monasterij S. Victoris cui donat villas quamplurimas & prædia. Hic regnante Rodulfo Rege Alamannorum seu Prouinciarum, Comitibus Bosone Rothboldi filio, & alterius Rothboldi patre, & Vuilelmo Bosonis fratre, bona omnia ad Massiliense cœnobium pertinentia à Bosone detenta recuperat ex cartario Massiliensi, in quo sequens restaurationis asseruatur instrumentum: IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c.* HONORATVS *Dei gratiâ & sanctæ Sedis Massiliensis Episcopus* B *summi Pastoris vestigia sequentes, qui nos non solùm præesse, verùm etiam prodesse sanctæ Ecclesiæ suæ Rectores, Pastorésque instituit, &c. cùm Clericis meis, diuini accensus amoris in honore Dei omnipotentis, Sanctique Victoris martyris, Congregationem monachorum secundùm regulam S. Benedicti in Abbatiâ eiusdem S. Victoris constitui optamus, vt pro me, successoréque nostros, & pro statu Ecclesiæ nostræ quotidie intercedant ad Dominum, vt Domini pietas nostrorum peccaminum nobis indulgeat; & concedat vitam æternam. Et vt ibi vtilius possint regulariter viuere ex terrâ quæ* C *ad eandem Abbatiam pertinere dignoscitur aliquid eis concedimus, hoc est terram cultam & incultam cùm pratis, pascuis &c. & est ipsa terra in Comitatu Massiliense, in giro eiusdem Ecclesiæ B. Victoris. Consortes de duob. lateribus litus maris, de alio latere fontem, & montem quem nuncupant Gardiam, & viam iuxta locum quem vocant Paradisum, & concedimus eis Ecclesiam S. Damiani, cùm apendicijs, &c. Ecclesiam S. Euphemiæ, &c. Tertiam partem villæ de Linairolas, &c. Ecclesiam S. Victoris fundatam in terminis castri Marignanâ, &c. & in Comitatu Aquense,* D *Ecclesiam S. Victoris in termino castri de Lambisco, &c. & in eodem Comitatu de terminis de Valle Vallauense, tertiam partem, & quãtum ad ipsam vallem pertinet; Et in Comitatu Senescence in termino de castro Petrâ Castellanâ; terrã quantum pertinet ad B. Victorem integrè concedimus, & in alio loco in termino Aquense villa quæ dicitur Filciaco cùm appendicijs suis, id est Melno Trobio, vel alio Trobio quantum ad ipsas villas pertinet, concedimus eis. Et in Comitatu Foroiuliensi in termino de castro* A *Grudignone terram quantum pertinet ad B. Victorem. Et in Comitatu Vcetio in villâ Agnanigâ cùm omnibus appenditijs suis. Igitur ego Honoratus Episcopus cùm Clericis meis concedimus vobis licentiam ad inquirendam terram S. Victoris, quam nos non sumus possessuri; Et vbi eam inueneritis, licentiam habeatis interpellare & tenere eam sine vllâ interpellatione de vllo Episcopo. Hæc omnia supra scripta cùm Ecclesiâ S. Victoris in quâ ipse requiescit, teneant & possideant monachi qui in eâ habitauerint, & in eâ regulariter deseruierint iure perpetuo absque vllâ contrarietate, &c. Acta cartula ista in Massiliâ ciuitate publicè regnante Conrado Rege, feriâ 4. 11. Kal. Nouemb. S. Domini Honorati qui cartulam istam fieri iussit, & testibus firmare rogauit & manu suâ firmauit. Sig. Deodatus, S. Nicetius, S. Autardus, S. Marinus, S. Dominicus, S. Folcardus, S. Riculfus, S. Dominus, Guillelmus frater suus Vicecom. & vxor sua Bilieldis. Voluerunt & consenserunt cum filijs suis Pontio & Guillelmo. Domnus Guillelmus Comes firmauit.* Porrò sedente Honorato, eiúsque rogatu, Boso Arelatensis Comes restituit Ecclesiæ Majori, ac Abbatiæ Massiliensi S. Victoris, quædam territoria iuxta Massiliam & fluuium Vueunæ, sicuti fidem facit vetus documentum magni Cartarij S. Victoris, quod annotatur ærâ an. 962. consignatum, quamquam alij velint rectiùs adscribi anno 994. regnante Rodulfo 3. sic igitur habet fol. 71. IN NOMINE &c. « Notum sit omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus præsentibus, perpetuis, atque futuris, qualiter veniens « Honoratus Massiliensis Ecclesiæ æquissimus Præsul, in Arelate ciuitate « publicè in conspectu Bosonis Comitis, filij Rothboldi quondam, atque « in præsentiâ omnium virorum Arelatensium, Iudicúmque ac Principum « scilicet omnibus his nominibus, Rainoardo iudice, Lamberto iudice, Pontio Vicecomite, Arnulpho Rostagno, « Archimberto, Bonifacio, Rayamberto, Vuioberto, Ingelrado, Vuicheramno, Tassilone Dauid, Amalrico « Pontio, Vuidone Vualchando, Hildoardo, cæterorũmque omnium hominum, aspectum præueniens, deprecatus est supra memoratum Comitem vt res Sanctæ Dei genitricis Mariæ, Sanctíque Victoris Christi mar- «

„ tyris, quas prænominatus Comes in- A
„ iustè detinebat, secundùm quod iu-
„ stum esse videbatur concedere de-
„ buisset. Requirentes autem iudices
„ præfati apud supradictum Pontifi-
„ cem, & omnes memorati Principes
„ vt ea quæ petebat scilicet & dice-
„ bat, vera esse probarentur. Interea
„ námque Episcopus sciens & benè co-
„ gnitores ac testes fideles adhibens;
„ voluit secundùm ius Romanæ Eccle-
„ siæ, ea quæ dicebat confirmare, & ve-
„ raciter affirmare iurando; cùm autem
„ præfatus Comes hoc quod Episcopus
„ quærebat, verum ac iustum esse co-
„ gnouit, sacramentum iurandi ei con- B
„ donauit, & res Ecclesiæ prædictæ pro
„ amore Dei, & Sanctæ intemeratæ
„ Virginis Mariæ, Christique Martyris
„ Victoris concessit, atque perpetuali-
„ ter possidendo tradidit. Consistunt
„ autem supradictæ res in pago Massi-
„ liensi super fluuium Vueunæ, in locis
„ his nominibus designatis, Romagna-
„ na, Liguspinis, Trabias, hæc omnia
„ quæ ad supradictam Ecclesiam perti-
„ nere videbantur, præfatus iam Co-
„ mes sicut supra insertum est reddidit
„ atque concessit. Placuit itaque ro-
„ gante domino Honorato iam prædi-
„ cto Præsule, & Comite excellentissi- C
„ mo hanc notitiam diffinitionis con-
„ sentiente eius filio Rothboldo, & fra-
„ tre eius Vuillelmo Comite, atque con-
„ siliantibus Arelatensium Principibus,
„ ne fortuito quod minimè credimus
„ euentu, vllo vnquam tempore hæc
„ notitia cessionis à nullo ausu temera-
„ rio quiret fieri irrita. Si quis autem
„ sanè tantæ temeritatis præsumptor
„ repertus fuerit, in perpetuum non
„ obtineat quod nequitia requirit, sed
„ iram omnipotentis Dei penitùs in-
„ currat, & postremam inferat preca-
„ tio Sanctæ gloriosissimæque Dei ge-
„ nitricis Mariæ, sententia quoque D
„ Christi martyris Victoris, ac deinde
„ omnium Sanctorum maledictionem
„ ..... efficiatur particeps cum iniquis
„ omnibus, sociéturque in baratro.....
„ cremandus; par quoque Iudæ Sca-
„ riothi qui Dominum tradidit, diffi-
„ nitionis notitiam firmam cùm dam-
„ nationis eius vinculo perpetualiter
„ pereat. Anno igitur Incarnationis
„ Dominicæ DCCCC LXII Indict. VII.
„ mense Martij, regnante Rodulpho
„ Rege Alemanorum, seu Prouincia-
„ rum; Ego Comes Boso hanc notitiam
concessionis scribi, & manu meâ ro- „
borari curaui, Lambertus iudex fir- „
mauit, Ramoardus, Pontius, Bonifa- „
cius, Rostagnus, Vuicheramus, Ray- „
ambertus, Hildoardus, Arnulphus, „
Ingeldradus, Archimbertus, Vuido „
firmauerunt. Migrauit ad immortali- „
tatem Honoratus 12. Martij ex co-
dice Ecclesiæ Massiliensis.

12. PONTIVS DE MARSEILLE, I. MARSIL-LI.
Guillelmo I. Viceecomite Massiliæ &
Belieldi matre genitus, fratres habuit
Guillelmum 2. Seniorem, & Fulco-
nem Vicecomites. Honorati autem
nepos, eiusdémque in Episcopatu suc-
cessor, multa contulit monasterio S.
Victoris, nam in maiore Cartario
Massiliensi hanc fieri cartulam consti-
tuit, cuius hæc verba. *Omnipotentis
Dei inspirante clementiâ, & eius benignis-
simâ, sempérque expetenda opitulante
suffragia, Pontius Præsul ciuitatis Mas-
siliensis, eiúsque genitor Vuillelmus, eius-
dem ciuitatis Vicecomes; Nos fideles Chri-
sti quod diu optauimus impleri, cernentes
videlicet vt quandocumque, in Beati pa-
troni nostri martyris Christi Victoris mo-
nasterio, qui nostræ adiacet ciuitati, ser-
uos Dei aggregatos videremus. Qui eidem
martyri, ac socijs eius, alijsque quam-
plurimis Sanctis, qui in eodem loco tumu-
lati esse noscuntur deseruirent &c. Faci-
mus donationem de ipsâ medietate quam
habemus in villâ quam vocant Almes &c.
Facta donatio ista in mense Decembri
anno ab Incarnatione Domini 1001. re-* 1001.
*gnante Rodulpho Rege Alamanorum seu
Prouinciæ, dominus Pontius Episcopus
fieri iussit, & manu suâ firmauit, dominus
Vuillelmus Vicecomes, Vuillelmus filius
suus, Fulco firmauit* Patre eius Vuil-
lelmo in extremis posito testamenti
tabulas condit, quibus subscribit iste
Episcopus in maiore Cartario hâc
formulâ. INSPIRANTE Dei mise- „
ricordiâ, & eius piâ annuente clemen- „
tia, qui non vult mortem peccatoris, „
sed magis vt conuertatur & viuat: „
Ego Vuillelmus Vicecomes Massi- „
liensis dum iacerem in lectulo meo „
in infirmitate quam mihi idem Do- „
minus dederat, circumsteterunt me „
fratres monasterij B. Victoris, Vui- „
fredus scilicet Præpositus ipsius mo- „
nasterij, à domino Abbate Garnerio „
constitutus, ac reliqui fratres, & sicut „
mos est seruorum Dei, cœperunt in- „
surgere, quatenùs sæcularem mili- „

„ tiam relinquerem, & Deo militarem, A
„ multa de sanctis Scripturis nuncian-
„ tes. Ego autem sermonibus eorum
„ compunctus, gratiâ Dei comam ca-
„ pitis deposui, & secundùm regulam
„ S. Benedicti habitum monachalem
„ suscepi, & supra ea quæ in sanitate
„ meâ iam olim eidem monasterio B.
„ Victoris martyris dederam, id est vil-
„ lam Almis, cùm omnibus adjacentiis
„ ac terminis suis; nunc etiam plenó
„ sensu, ac plenâ memoriâ propter re-
„ medium animæ meæ, facio hanc do-
„ nationem omnipotenti Deo, ac S.
„ Victori, & Abbatibus ac monachis
„ in eodem loco seruientibus; de ipsâ B
„ villâ quam vocant Campanias, de ip-
„ sâ scilicet medietate meâ, quam ego
„ propter vestitionis causâ ibi habeo,
„ vel habere debeo, cùm integritate &
„ absque vllâ diminutione &c. Facta
„ carta donationis huius in Massiliâ ci-
„ uitate anno Incarnationis Dominicæ
„ MIV. regnante Rodulpho Rege, ego
„ Guillelmus qui hanc donationem fie-
„ ri iussi, & manu meâ roboraui, domi-
„ nus Pontius Episcopus firmauit; Guil-
„ lelmus frater suus, Fulco, Aicardus,
„ Ermingarda mulier domini Vuillelmi
„ firmauerunt: testis nominatur in Vil-
lelmi patris alterâ donatione factâ C
Sancto Victori Idibus Octob. an.
1004. 1004. cui Monasterio cartam tutela-
ris patrocinij impertitur, quæ extat
fol. 5. cartophilacij his verbis.

PER SACRORUM *iudicium constat paginibus librorum &c. Ex tunc Monasteria exordium sumpsere. Ad horum igitur formulam cœnobiorum extitit infra pagi nostri fines, hocce in Prouinciâ celebre Monasterium Massiliæ ciuitatis, haud procul mœnia situm, præcipuè Martyris Victoris corpore sacratum, à glorioso Imp. Carolo priuilegijs ac maximis donis sublimatum, quod diu in eadem sublimitate sub regulari tramite mansit stabilitum: sed post multorum curricula annorum, cùm idem pijssimus Princeps à solo decessisset, & omnipotens Deus flagellare vellet populum Christianum per sæuitiam paganorum, gens barbarica in regno Prouinciæ irruens, circumquaque diffusa vehementer inualuit, ac munitissima quoque loca obtinens & inhabitans, cuncta vastauit, Ecclesias ac monasteria plurima destruxit &c. Sicque factum est, ut Monasterium illud quod olim præcipuum ac famosissimum in totâ Prouinciâ fuerat, adnullatum & penè ad nihilum est redactum. Quousque bonæ memoriæ Domnus Guillelmus, & Dominus Honoratus præfatæ ciuitatis Episcopus, ac frater eius Domnus Guillelmus Vicecomes, filiúsque suus Domnus Pontius Præsul, qui eidem auunculo suo in Episcopatum successit, & iam penè lapso manum sublenationis porrexerunt, qui non solùm ex suis ei aliqua reddiderunt, verùm etiam de proprijs suis possessionibus ob remedium animarum suarum multa largiti sunt, ac monachos aggregantes, Abbatem ibidem ordinauerunt. Igitur ego Pontius ordinatione omnipotentis Dei Massiliensis Ecclesiæ Pontifex igne diuini amoris succensus &c. Beatissimi Martyris Victoris amore flagrans, ut eius monasterium ubi sacrum ac venerabile corpus eius requiescit, stabilitum & inconcussum &c. in seculis sæculis maneat, & ut labor noster ac donatio, & redditio vel augmentatio nostra, seu & antecessorum nostrorum supradictorum indissolubilis firmáque, ac stabilis in perpetuum maneat; vnà cùm consensu Domni Rodulphi Regis Alamannorum & Prouinciæ, seu & cum præcepto & connibentiâ Domini Apostolicâ Papæ urbis Romæ, cùm voluntate etiam Domni Rodbbalni Comitis, & Domnæ Adalaiz Comitissæ, Domnique Guillelmi Comitis filij eius. Consentiente etiam pariterque rogante Clero ac populo sanctæ Ecclesiæ Massiliensis facio hanc roborationis, liberalitatis, ac donationis chartam, omnipotenti Deo, ac B. Victori &c. seu & Abbatibus &c. Ut ab hac die ipsum monasterium sub nullius hominis manu nisi ad defensionem consistat, sed sit sicut cætera sunt monasteria regularia &c. Et terram, cunctámque possessionem, omniáque quæ in præsenti tenere vel in futuro acquirere potuerit, nullus Episcoporum, nullíusque ordinis persona &c. ab eodem monasterio &c. aufferre valeant, &c. Ergo si potestas surrexerit aliquando inimica quæ hoc opus nostrum, & hanc institutionem, quod pro remedio animarum nostrarû instituimus, vel hoc priuilegium quod cùm præcepto Regis ac iussione Domni Apostolici, & auctoritate omnium supranominatorum scribimus, irrumpere voluerit sit anathema &c. Hoc etiam inserere placuit mihi Pontio Episcopo ac fratribus meis, Domno Guillelmo & Domno Fulconi, ut quæcumque de hæreditate patris nostri, vel nostræ, parentúmque nostrorum huic monasterio à patre nostro, & à parentibus nostris ...... collatum est, vel collatum fuerit, vindicari non*

valeat à potestate qualibet; quod si fiat, A
hæredes ac successores nostri liberam habeant potestatem resumendi, ac recuperandi ea quæ auferre vel abstrahere aliquis voluerit. Super hæc autem omnia licentiam habeant Abbas ac Monachi eiusdem monasterij, interpellare eos qui hanc scripturam nostram offuscare voluerint, in omni Regali Curiâ, vel ante Domnum Apostolicum Romæ, & reddere cogantur in vinculo auri libras D. & denuò scriptura ista firma stabilisque permaneat. Scripta anno Domini millesimo
1005. *quinto. Rodulphus Rex Alamannorum seu Prouinciæ, Ioannes gratiâ Dei Papa Sedis Apostolicæ, Rodbaldus gratiâ Dei* B *Comes firmauit, voluit & consensit, & manu propriâ roborauit. Signum Poncius Episcopus manu propriâ firmauit; Adalax inclyta Comitissa assensum præbuit & manu suâ firmauit. Guillelmus Comes Prouinciæ filius eius firm. Guillelmus Tolosæ vrbis Comes. Ermengardis vxor Rodbaldi Comitis manu propriâ firm. Vvarnerius Abbas Psalmodiæ firm. Guifredus licet indignè eiusd. Monasterij opilio voc. Archinricus Abbas Montismaiores firm. Rado Episcopus firm. Elmeradus Episcopus firm. Domnus Poncius Arelatensis Archiepiscopus, Pato Abbas, Deodatus, Andreas, Massilius, Vgo,* C *Guillelmus Vicecomes, Fulco frater eius. Lambertus Radaldus, Amalricus Aquensis Episcopus firm. Domnus Franco firm.* Successisse autem Pontium Honorato, constat ex instrumento
1008. archiuij S. Victoris quo cessit Abbatiæ donum hæreditatis sorte contingens, progenitorum Guillelmi & Belieldis iure, seu ab auunculo Honorato, nempe in villis Puioneroni, Porcillis, Ollarias: diplomatis tenor sic habet.

» OMNIPOTENTIS Deopitulante
» clementiâ ego Pontius intuitu Dei
» Massiliensis Ecclesiæ Episcopus, de D
» animæ meæ salute sollicitus, &c. do-
» no Omnipotenti Domino, & S. Victo-
» ri Martyri eiúsque Monasterio apud
» Massiliam ciuitatem fundato, aliquid
» de hæreditate meâ quæ mihi sorte hæ-
» reditatis ac diuisionis contingit, & à
» progenitoribus meis Guillelmo &
» Bellielde mihi iure hæreditario conti-
» git, seu ab auunculo meo propter ser-
» uitium quod ego illi in suâ vitâ, mor-
» téque gratanter ac deuotè exhibui,
» ab eodem mihi coram idoneis testi-
» bus data, ac derelicta sunt. Et hæc
omnia sunt in Comitatu Aquense in «
valle quæ nuncupatur Tritis. Primò «
in villâ quæ vocatur Porcilis, omnem «
meam partem sicut dixi à genitoribus «
meis, vel ab auunculo meo mihi de- «
relictam, &c. In villâ quam vocant «
Puio Neroni similiter. In loco S. «
Andeoli similiter. De villâ quam vo- «
cant Ollarias, manifestum est quan- «
tum auunculus meus dedit Monaste- «
rio Montismaioris, de cætero om- «
nem partem meam dono Monasterio «
S. Victoris, sed & in Comitatu Foro- «
iuliense id est in Fraxeneto, in villâ «
quam vocant ad Molam, &c. omnem «
partem meam. In ciuitate etiam Are- «
lato dono mansiones meas quas ego «
construxi & ædificaui, quæ sunt iuxta «
sanctum Lucianum, cùm omni sup- «
posito & omni structurâ quæ ibi per- «
tinet, &c. Facta est autem donatio «
hæc, anno Incarnationis Dominicæ «
millesimo VIII. Indict. 6. Regnante « 1008.
Rodulfo Rege Alamannorum seu «
Prouinciæ, & in præfato Monasterio «
præsidente Domino Guifredo beni- «
gnissimo Abbate. Ego Pontius gra- «
tiâ Dei Episcopus manu meâ robora- «
ui, & testibus firmari rogaui, ego «
Fulco firmaui. Ego Lambertus, Guil- «
lelmus filius Guillelmi, Arnulphus, «
Pôtius filius Guillelmi, Pontius filius «
Attoni, Leogarda firm. Eodem anno subscriptus memoratur donationi Aicardi Monasterio Montismaioris Arelate indict. 5. Sublatus est è viuis 3. Cal. April. ex veteri necrologio.

23. PONTIUS DE MARSEILLE II. Vvillelmi 2. Viceeomitis Massiliæ, & Aicelenæ filius, cuius fratres Vvilelmus 3 Vicecomes cognomento Iuuenis, & Iosfredus Vicecomes Massiliæ & Arelatensis; nepos supradicti Pontij, patruus verò Aicardi Arelatensis Archiepiscopi. Antistitem 1019. fuisse anno 1019. regnante Rodulfo Rege Alamannorum seu Prouinciæ, indicat documentum cartarij Massiliensis, quo Vvilelmus parens vnà cùm filiis, pro remedio animæ vxoris Aicelenæ, donant S. Victori octauam partem villæ Cathedræ in Comitatu Massiliensi propè mare. Auorum ergo vestigia æmulatus, Ecclesiámque sibi creditam amplexus, in eâ pietatis & munificentiæ exempla reliquit, nam Sedem antiquam iniuriâ temporum fatiscentem, & varia templa quæ

MARSEILLE.

negligentiâ Clericorum corruerant, A reædificauit, vt notant codices Massilienses: Monasterium quoque S. Victoris liberaliter donis cumulauit, cuius basilicæ solemni consecrationi cùm aliis Episcopis Gallicanis adstitit, vt apparet ex subjecto exemplari, quod in citato cartario Massiliensi asseruatur.

SVPERNÆ diuinitatis potentiâ, &c. Ne obliuioni daretur futuris temporibus hactenus impressum antiquis continetur marmoribus; hac diligentiâ muniendum censuimus prædicti Martyris monasterium, apud Massiliensem vrbem tempore Antonini Imperatoris fundatum, quod posteà à B. Cassiano Abbate constructum, eodem rogante, vt fertur à maioribus natu, à Beatissimo Leone Romanæ sedis Antistite consecratum, & eius Apostolicâ benedictione atque auctoritate confirmatum atque sublimatum, in quo maiorem constituentes Ecclesiam in honorem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & omnium Apostolorum, aliámque in honorem S. Dei genitricis Mariæ, sanctíque Ioannis Baptistæ multorum sanctorum collatis pignoribus, consecrauerunt. Quod multis decoratum honoribus, & præceptis dilatatum imperialibus videlicet Pipini, Caroli, Carlomanni, Ludouici & Lotharij Regum Francorum, necnon passionibus sanctorum Martyrum Victoris & sociorum eius, sed & aliorum specialiter, &c. testimonia produnt; nam & in his occiduis partibus, ad monachorum perfectum ac regularem tramitem Cassianus hinc primus emicuit, ad promulgandam circumquaque monachorum legem: quódque monasterium ita in amore Christi sponsi ambiens perdurauit, vt in omnem terram eius sonus exiret, & in fines orbis terræ eius doctrina vt lucerna fulgens luceret. Cúmque diutiùs in tanti amoris munimine perdurasset, obmissâ prole tantæ nobilitatis de vaginâ Vuandalorum gladius exactor educitur, quod necare anti- qui serpentis framea corrupta velle disponit, hoc extincto, sobolémque flore obmissâ viduitatis lachrymâ, flebilis & infœlix, nimióque senio consumptum permansit; post nempe multorum annorum curricula, temporibus sanctæ Romanæ sedis Antistitis Ioannis claruit sacris virtutibus Vuifredus Abbas loci huius rector; Hic ergo has ædes condens, miris doctrinis dilatauit velle necnon posse Vicecomitum, seu egregij Præsulis Massiliensis. Post eius verò obitum, Ysarnus sumpsit ad regendum cœnobium, vt eius merito floreret in seculum, per quod cœnobiale studium nostris in partibus accepit initium, hoc igitur à prædecessoribus nostris statutum. Ego Benedictus sanctæ sedis Romanæ Ecclesiæ Episcopus, & Rayambaldus Arelatensis Apostolatus Trophimi Vicarius, cæterique Præsules Galliarum, Pontius videlicet Massiliensis, cuius tuitione ac patrimonio prædicta consistit Ecclesia, & Leodegarius Archiepiscopus Viennensis, Pontius Valentinensis, & Vdulricus Tricastinensis, Franco Carpentoratensis, Benedictus Auenionensis, Petrus Aquensis, Clemens Caualicensis, Stephanus Aptensis, Petrus Vasionensis, Hismodo Archiepiscopus Ebredunensis, Feraldus Gapicensis, Petrus Sistericensis, Hugo Dignensis, Bertrannus Regensis, Ganselmus Foroiuliensis, Deodatus Tolonensis, Hedelbertus Antipolensis, Durandus Vinciensis, Nectardus Niciensis, Amelius Senecensis, & Pontius Glanicensis, cùm omni Clero nobis commisso, necnon Abbatum ac monachorum catervâ, intrauimus culto pondere diei & æstus, ac Clericorum plurimorum diuersorum graduum, fideliúmque Christianorum vtriusque sexûs ferè decem millium, ad eius thalamũ reparandum venimus & impenetrabili munitione firmamus, & sãcitum testamur precibus iamdicti Pastoris Ysarni, necnon Vicecomitum Vuillelmi, & Fulconis in id ipsum assensum præbentibus, Principibus Gaufredo & Bertranno cùm totius Prouinciæ nobilibus; Igitur in vnum congregati trifidâ benedictione Apostolico priuilegio prædictam Ecclesiam sanctificamus, atque in pristino absolutionis decore ponimus, quo omnis pœnitens qui ad eius limina tritis passibus venerit, Ecclesiæ fores sibi pateant, & indulta facinora peccaminum, absolutus omnium criminum squaloribus liberè ad propria redeat lætus, eo scilicet tenore, vt transacta peccata Sacerdotibus confiteatur, & de reliquo euidenter; de

» aduenientibus verò ad hoc monasterium ob honorem sanctorum, & reuerentiam loci præcipimus; vt quicumque quempiam aduenientium, vel ibi commorantium, vel ad propria remeantium, læserit, aut damnauerit in corpore, vel in aliquâ substantiâ, iram & maledictionem Dei, & omnium sanctorum incurrat. Si quis ergo Imperator, Rex, Dux, &c. Acta pu-
1040. » blicè apud Massiliam in eodem monasterio Idibus Octobris, die eiusdem loci consecrationis anno MXL. Dominicæ Incarnationis, indictione 8. » 4. feriâ. Dominus Rayambaldus Archiepiscopus Arelatensis firmauit, Petrus Archiepiscopus Aquensis, Hismodo Archiepiscopus Ebredunensis, Stephanus Episcopus Aptensis, Pontius Episcopus Massiliensis, Deodatus Episcopus Tolonensis; Desiderius Notarius scripsit. Porrò eiusdem Antistitis Massiliensis in præfato tabulario priuilegium huiusmodi reponitur. EGO *Pontius gratiâ Dei sanctæ Sedis Massiliensis Episcopus, cupiens restaurari loca seruitio Dei apta, Ecclesiam S. Genesii quæ est sita in Comitatu Massiliensi iuxta montem qui dicitur Gardia, quæ nunc est destructa, cùm consensu Canonicorum Ecclesiæ nostræ dono omnipotenti Domino, ipsiúsque monasterio in honorem S. Victoris apud Massiliam fundata, & Abbati Isarno, & monachis præsentibus & futuris, in eodem monasterio commanentibus, vt ædificantes prædictam Ecclesiam scilicet S. Genesii perpetuò teneant, & possideant, & pro me, ac successoribus meis, atque*
1044. *Clero Ecclesiæ nostræ intercessores existant apud Dominum, &c. Facta donatio hæc anno Incarnationis Dominicæ 1044. Indictione 12.* Prætereà hoc eodem anno indict. 12. cessit omnem donationem de Cesaristâ, Cadenâ, Nautis, Almis, de S. Michaële, S. Mitrio, & Caruiliano sub censu quinque librarum ceræ: cum subscribit cartæ patris Vuillelmi de aliâ donatione facta Montismajoris cœnobio insulæ Cotignanicis 1045. indict. 13. in aliâ Guillelmi Comitis 1050. & 1053. de Auriolo. Anno verò 1055. cùm fra-
1056. tribus Guillelmo & Goffredo, regnante Henrico dedit B. Victori Ecclesiam S. Torpetis & anno 1056. dicauit Capellam de Fabregoulles, largitúrque ipsemet terram de Fraxeneto in Comitatu Foroiuliensi 1058. Huius autem meminit monasterij Virginum S. Saluatoris Massiliæ breuis cartula. NOTVM sit quòd ego Pontius « Episcopus vrbis Massiliæ, sanctimonialium fœminarum parochiam dono « infra Massiliam in Vicecomitali parte, « videlicet vt ad Ecclesiam S. Mariæ « Abbatiæ omnis cura ipsam habitantes vsque ad veteres vrbis muros parochialiter pertineant, in omni Ecclesiasticâ ordinatione nostro donatu. « Hæc autem donatio, seu restitutio « quam sic antiquitùs constitisse vera « fama testabatur, facta à me Præsule « Pontio Massiliæ Abbatissæ Garcindæ « quam ibi electam intronisaui, ac consecraui, omnibúsque ibi Deo seruientibus præsentia Canonicorum meorum Ioannis, Stephani, aliorúmque « omnium, præsentibus quoque fratribus meis Gaufredo & Petro, & aliis « pluribus, die scilicet Abbatissæ conse- « 1072.
crationis prædictæ anno ab Incarnatione Domini 1072. Indict. 4. Epactâ « 9. 7. Idus Ianuar. Lunâ 23. regnante « Christo. Tandem decessit Pontius « multorum annorum senex 16. Februarij anno 1073. vt notatur in codice MS. Massiliensi.

24. RAIMVNDVS DE MARSEILLE I. Gaufrido Vicecomite & MARSEILLE. Rixendi vxore genitus, Aicardum Archiepiscopum Arelatensem, Petrum Aquensem item Metropolitanum, Hugonem Vicecomitem Massiliæ & alios germanos habuit; vir quidem nobilitate generis Pontio non impar, sed multùm virtutibus in- 1074. ferior ad eam sedem promouetur 1074. cùm per annos 17. rexisset circa an. 1091. fato fungitur.

25. BERTRANDVS successit Raimundo, magnas ei lites mouet Pontius de Podionigro Massiliæ Vicecomes, cùm ab eo bona Ecclesiæ quæ vsurpauerat, repeteret Episcopus, maximè portum Gallicanum, anathemate antem Summi Pontificis perculsus, committitur Bertrandus eum vt absoluat, ex tabulis Massiliensis Ecclesiæ.

26. RAIMVNDVS II. Ordinis S. Benedicti monachus in Abbatiâ Diui Victoris, ad eumdem Episcopatum as- 1111.
sumptus an. 1111. Præsul sanè morum probitate nobilis, Ecclesiam Cathedralem

dralem donariis variis aureis, argenteis, sanctorúmque relliquiis locupletauit, quas sub arcâ maioris aræ recondidit, vt constat ex hâc schedulâ Capituli Massiliensis. RAIMVNDVS Dei gratiâ Massiliensis Episcopus, vir religiosus sub monachali habitu atque regulâ cunctis diebus vitæ suæ viuens, in hymnis & psalmis cùm pudicitiâ Deo perseueranter seruiuit, qui multos libros, multáque ornamenta auri & argenti, & palliorum in Ecclesiâ S. Mariæ Sedis Massiliæ emendo constituit, ad vltimum sub Christi nomine, ad honorem Genitricis Dei Mariæ antiquæ Sedis Massiliæ hanc arcam in anno 1122. ab Incarnat. Domini fecit, in quâ ipsemet propriis manibus relliquias plurimorum sanctorum in die Assumptionis S. Mariæ, præsente suo Clero & populo posuit, corpus S. Cannati Episcopi Massiliensis & Confessoris, & S. Antonini Confessoris, & S. Victoris Martyris ibi sunt: hîc sunt relliquiæ S. Petri Apostoli, S. Stephani, S. Adriani Sancti Vincentij martyris, &c. Obiit 7. Nouembris 1121. ex codice Massiliensi.

27. RAIMVNDVS III. decessori suffectus accipit diploma ab Innocentio 2. 15. Iunij 1141. quo Massiliensem Ecclesiam suæ protectioni committit, necnon ei confirmat castella de Ners, S. Iuliani, S. Cannati & alia. Testis nominatur in donatione factâ eius assensu Religiosis Montisriui à

1141. Priore Massiliensi 1141. Extat & in archiuo Massiliensi carta Raimundi Comitis Barcinonensis Prouinciæ Marchionis, quâ suscipit in defensionem & custodiam D. Mariæ Massiliensis Ecclesiam cùm omnibus pertinentiis, in manu illustris ac venerabilis Raimundi Massiliensis Episcopi apud Arelatem 4. Cal. Septemb. 1150. quo eodem anno interfuit diuisioni Vallisbellæ cùm Vuillelmo de Signâ, & Gaufredo filio. Decessit anno 1151. die 26. Aprilis ex martyrologio Ecclesiæ Massiliensis.

28. PETRVS I. anno 1151. homi-

1152. nium recipit Gaufridi Massiliensis Vicecomitis Dulcelinæ filij, & sequenti anno Anastasius Papa bullam protectionis Sedis Massiliensis indulget, quâ eius bona enumerantur, cuius do-

A cumenti tenor talis est è cartophilacio priuilegiorum Apostolicorum num. 15. in archiuis Massiliensibus exscriptus. ANASTASIVS *Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili Petro fratri Massiliensi Episcopo, eiúsque successoribus canonicè substituendis in perpetuū. In eminentis Apostolicæ Sedis speculâ disponente Domino constituti, fratres nostros Episcopos tam vicinos quàm longè positos fraternâ caritate debemus diligere, & Ecclesiis quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam conseruare. Eapropter, dilecte in Christo frater Petre Episcope, tuis rationabilibus postulationibus clemen-*

B *ter annuimus, & prædecessorum nostrorum felicis memoriæ Innocentij & Eugenij Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes, Beatæ Dei genitricis Mariæ Massiliensem Ecclesiam, cui Deo authore præesse dinosceris, sub B. Petri & nostrâ protectione suscipimus; & præsentis scripti priuilegio communimus; Statuentes vt quascumque possessiones, quæcumque bona tam Ecclesiis quàm in decimis, castellis, villis, & alijs eadem Ecclesia inpræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs modis Deo propitio po-*

C *terit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, Monasterium S. Saluatoris de la Sachoas quod infra muros ciuitatis Massiliæ situm est, ciuitatem Episcopalem cùm toto territorio suo, Rocambarbaram cùm vallo circumeunte Rocam ipsam, & vallis à muris eandem ciuitatem circumeuntibus: portum de Porta Gallicâ, & quicquid habes in portu antiquo, qui est inter monasterium & ciuitatem, terras de Fontecooperto; Pedaticum de territorio Alaugij & Nertij. Quidquid habes*

D *in portu de Bannerijs; quidquid habes in Leonio, castrum S. Canati, castrum Nertij, castrum Alaugij, villam S. Iuliani, partem quam habes in castro de Pennis, castrum de Malranegue, castrum de Melnâ, castrum de Auriouenes, castrum de Balcet cùm territorio & appenditijs suis, castrum Albaniæ, & duos recetos pro eo in Natale Domini & in Pascha. Quicquid præterea Pontius de Podio nigro pro filio suo Aicbardo in supradicto castro Alaugij Ecclesiæ tuæ concessit, partem tuam de castro Euene, podium qui castellum Guimberti vocatur. Addentes siquidem authoritate Apostolicâ prohibemus, ne quis in*

eodem podio vel in aliis eiusdem Massiliensis Ecclesiæ possessionibus absque assensu & voluntate Massiliensis Episcopi castrum Turen. vel munitionem aliquam ædificare præsumat. Porrò translatione quæ de causá de quá inter te ac Gaufridum de Massiliá, & fratres ipsius controuersia versabatur, in præsentiá venerabilis fratris nostri Raymundi Arelatensis Archiepiscopi, & aliorum Episcoporum vtràque parte consentiēte facta est, quemadmodum in eorum scripto continetur, munimine præsentis paginæ roboramus, & rata futuris temporibus decernimus permanere. Ecclesiā S. Canati, Ecclesiam de Matranicis, & Ecclesias de Meluá cùm decimis & earum pertinentiis, Ecclesias de Pennis, de Nertio, de Alaugio, S. Iuliani, S. Mariæ in villá Episcopali, S. Martini in villá Vicecomitali cùm decimis & pertinentiis earum, S. Mariæ de la Sathoas, S. Martini de Arogno, S. Laurentij, S. Andreæ in territorio Massiliensi Ecclesias de Septimo, S. Tirsi de Culà, S. Mitrij ad castrum Gumberti, & de Solobijs cùm decimis & earum pertinentijs, Ecclesiam S. Michaëlis in territorio Massiliensi, Ecclesias S. Marcelli cùm decimis, Ecclesias de Albaniá, S. Petri ad Vincula, S. Ioannis de Gargerio, S. Clari, S. Pontij, S. Mariæ de Gemenas, S. Mariæ de Ros, S. Ioannis de Podio, in valle Tritis, Ecclesiam S. Martini de Insol. & cùm decimis. In Ecclesiis de Auriol tertiam partem decimarum, in Ecclesiis S. Zachariæ vij. sol. & duos medollalios de melle, Ecclesias de Villariis & Rochaforti, de Chuiá cùm decimis, Ecclesiam S. Petri & S. Ioannis de Signá, de Castro veteri cùm decimis, Ecclesias de Aurouenes, de Bauceto, de Castelleto, S. Victoriæ in territorio de Madalgas cùm decimis, Ecclesiam de Laza cùm pertinentiis. Interdicimus etiam vt nullus Abbas, nullus monachus, vel quælibet alia persona excommunicatos vel interdictos qui ad Massiliensem Ecclesiam iure parrochiali pertinere noscuntur, recipiat. Decernimus ergo vt nulli omnino homini liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare aut eius possessiones auferre, &c. Amen. Ego Anastasius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ymarus Tusculan. Episcop. Vgo Ostiensis Episc. Ego Oddo Diaconus Card. S. Georgij ad Velum Aureum &c. Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Card. [illegible] ancellarij 3. Kal. Ianuar. in-
153. *d[illegible] rnat. Dom. anno* MCLIII. *Pontificatus Dom. Anastasii 4. Papæ anno 1.* Cæterùm fit posteà distinctio parochiarum Massiliensium per regiones saluo iure matricis Ecclesiæ, vt docet autenticum exemplar cartophilacij Cathedralis eo contextu.

In nomine Domini nostri Iesu Christi tam præsentibus quàm futuris pateat hominibus, quòd ego Petrus Ecclesiæ Massiliensis Episcopus de controuersiâ quæ erat inter Canonicos Massilienses, & Sanctimoniales S. Saluatoris de las Acuas cùm diutiùs prædicta controuersia seu querimonia more iudiciorum ante nos ventilaretur, auditis hinc inde rationibus & allegationibus, consilio Raimundi Antipolitani Episcopi, & aliorum sapientium virorum, scilicet Guillelmi Sacristæ Arelatensis. P. Isnardi, Raimbaldi de Niceâ, Isnardi de Oliolas, talem transactionem vel finem fecimus. Inprimis de quæstione alaudij quartam partem veteris alaudij, & quartam tascarum, & sextam decimarum sicut antiquitùs habuerant, Sanctimonialibus adiudicauimus. De quæstione item Caze, vnde Canonici conquerebantur, qnòd Sanctimoniales diu possederant, Monialibus attribuimns. Controuersiam verò seu contentionem quæ tunc temporis inter eos erat maxima, de terminis parrochiarum S. Martini & S. Mariæ Monialium sic terminauimus, vt Canonici ordinationem sen jus parrochiale in solidum habeant, illins populi qui habitat vel habitaturus est à veteribns mnris ciuitatis, vsque ad portale quod est iuxta mare, quod est iuxta domum Petri Delboschet, & inde tendit per vetus vallum vsque ad aliud portale de Parpillini & à portale rectâ lineâ vsque ad vallum de Rocabarbarâ, & hunc populum Canonici recipiant in Ecclesiâ B. Martini, siue in Ecclesiâ nouâ quam faciant, & ita prouideant quod iustè conqueri non possit. Reliquum verò populum à prædictis portalibus seu terminis vsque ad vallum nouum, & à vallo nouo vsque ad Monasterium S. Saluatoris de las Acuas, Ecclesiæ S. Mariæ ordinandum adiudicauimus. Quicumque verò parrochianorum habitantium à veteribus muris ciuitatis, vsque ad prædictum terminum Monasterij S. Saluatoris in cimiterio Sanctæ Mariæ vel S. Martini sepeliri

„ voluerit saluo iure matricis Ecclesiæ, A
„ & in sepeliendo & in mortalagio libe-
„ ram eis facultatem concedimus. Ba-
„ ptisterium verò S. Mariæ & S. Mar-
„ tini & S. Cannati maiori Ecclesiæ
„ Sanctæ Mariæ vtpote Matrici adiu-
„ dicauimus. Hæc autem omnia quæ
„ supradicta sunt saluâ auctoritate &
„ iure Episcopali vtrique parti conce-
„ dimus, & hæc omnia sicut supra scri-
„ pta sunt, pars parti laudauit. Facta
„ sunt hæc anno ab Incarnatione Do-
1163. „ mini MCLXIII. 3. Idus Martij Lunâ
„ v. Epactâ 14. Frederico Imperante,
„ in præsentiâ Domini Petri Massilien-
„ sis Episcopi, & Domini Raimundi B
„ Antipolitani Episcopi, Aicardi Præ-
„ positi Massiliensis, Aicardi de Tollon.
„ Aicardi de Auriol. Petri Martini, Rai-
„ naldi de Cuges, & multorum alio-
„ rum. Alexander scripsit. Eidem Præ-
sului 15. Cal. Maij 1164. apud S. Salua-
torem iuxta Papiam Fridericus Ae-
nobardus Imperator confirmat priui-
legia Massiliensis Ecclesiæ cùm mul-
tis aliis castris, quæ recensentur in
codice iurium & priuilegiorum vulgò
Liber Viridis: anno insequenti Pe-
trus per arbitrarios iudices Episcopos
Carpentoratensem, & Antipolita-
num transegit super dissidio vrbis, C
quâ pactione statutum est vrbem E-
piscopo pertinere debere. Vitæ ter-
1170. minum expleuit Petrus an. 1170. XI.
Aprilis ex vetusto necrologio Eccle-
siæ Massiliensis.

29. RAIMVNDVS IV. post va-
cationem biennij hanc Cathedram
conscendit an. 1172. Sanctorum La-
zari, Cannati, Mauronti & aliorum
Martyrum Massiliensium relliquias
ferreo scrinio inclusas visitat, vene-
randásque populo exhibet, ex instru-
mento publico in eodem recondito:
1174. moritur an. 1174. D

30. FVLCO Massiliensis, Aicelenæ
filius, ex Monacho Cisterciensi & Ab-
bate Toroneti in Prouinciâ diœcesis
Foroiuliensis, inter eximios poëtas
Prouinciæ numeratur, Regibus An-
gliæ & Castellæ gratus, successit Rai-
mundo, námque in tabulario Cartu-
siæ Montisriui sententiam pronunciat
pro hâc domo religiosâ aduersùs ho-
mines de Meluâ 1174. 7. Idus Iunij
ex cartulario, ratam habens defini-
tionem à Petro decessore latam, sub-
scriptis Bertrando Priore Montisri-
ui, Honorato Sacristâ, Bertrando de
Massiliâ, Bertrando de Olioules, Gui-
lelmo de Valbellâ, Gaufrido Præpo-
sito Tolonensi. Interest Concilio La-
teranensi 1179. & anno 1180. præsens
memoratur cùm Henrico Cardinali
Albanensi in Prouinciâ Legato, &
Bertrando Vasionensi Præsule in actis
compositionis Manuascæ Hospitala-
riis à Guillelmo Comite Forcalque-
rij confirmatæ. Anno autem 1185. 7. 1185.
Calend. Maij feriâ 5. post Pascha, do-
nauit Fulco Priori Montisriui om-
nem decimationem ad ius Episco-
pale in terris quas ipsi infra terminos
suos acquisierunt; tum anno 1186.
mense Martio adfuit transactioni Vui-
lelmi de Signâ cùm Amico Armige-
ro suo, & S. Victoris cœnobio reddi-
dit quidquid in Carbillano posside-
bat, quæ patent ex variis tabulariis.
De eo plura vide in Episcopis Tolo-
sanis, ad quam sedem translatus 1204.
ex Actis Consistorialibus Vaticani:
diem vltimum clausit Natali Domi-
ni 1231.

31. RAIMVNDVS, V. Fulconi suf-
fectus ad Episcopatum Tolosanum
promoto, vt constat ex documento
pancartæ Episcopalis Viridis, vbi vnà
cùm Canonicis & Capitulo faculta-
tem dat fratribus Abbatiæ Fontis-
calidi, ædificandi Ecclesiam B. Ma-
riæ de Yuelnâ iuxta littus maris, sal-
uis tamen decimis prædiorum suo-
rum & iuribus funerum ad Ecclesiam
sedémque pertinentibus: diplomatis
hæc sunt verba: IN NOMINE *Do-
mini nostri Iesu Christi, anno Incarna-
tionis eiusdem* MCCIV. *ad euitandum* 1204.
*malum dissensionis quod de subscripto ne-
gotio inter Ecclesiam B. Mariæ sedis eue-
nire posset, impósterum penitùs euitan-
dum, assensu & voluntate ambarum par-
tium præsens conditum est instrumentum,
vt eiusdem præsentiâ & testimonio omnis
dissentiendi occasio auferatur. Huic ita-
que testimonio pateat tam præsentibus
quàm futuris, quòd nos Raimundus Dei
gratiâ Massiliensis Episcopus, & Petrus
eiusdem Ecclesiæ Præpositus consilio &
assensu totius Ecclesiæ nostri Capituli ad
fidelitatem nostræ Ecclesiæ, concedimus
vobis G. Amaneo, Fratribus Ordinis
Præmonstrati, vt ad honorem Dei, &
Religionis augmentum, & omnium in
Christo credentium salutem, positis in*

territorio Massiliæ circa amnem Heunenæ de nouo ædificare Ecclesiam, & domum Ordinis vestri, & eam prout Dominus vobis donauerit Episcopali & Ecclesiastico iure per omnia saluo iuste acquisitis possessionibus ampliare, his tamen conditionibus & pactis totius mortalagij & relicti, siue in rebus mobilibus & immobilibus, seu se manentibus, seu in pannis illorum qui ibi sepulti fuerunt, omni fraude & machinatione remotâ, tertiam partem liberam Ecclesiæ B. Mariæ sedis Massiliæ integrè reddetis, exceptis rebus immobilibus quæ extra terminos Massiliæ Episcopalis vobis relinquentur, portione domini Episcopi computatâ in illâ B *tertiâ quæ Ecclesiæ sedis Massiliæ reddetur, prout in autenticis scriptis conuentionum inter dominum Episcopum & Canonicos... de fructibus omnium vinearum vestrarum quas in territorio Massiliæ habebitis, domino Episcopo & Canonicis diuisim &c.* Ei verò vel Fulconi scribebat Innocentius Papa, vt Canonicorum loco in insulâ Arearum substitueret Cisterciensis Ordinis fratres, » epistola huius est tenoris : INNO» CENTIVS 3. Massiliensi & Agathen» si Episcopis. Cùm dilectus filius Ab» bas de Floreiâ nuper ad nostram præ» sentiam accessisset, nobis exposuit di- C » ligenter, & hoc ipsum Abbatis Insu» larum, & aliorum quorumdam literæ » continebant, quòd in insulis Arearum » fratres Cistercienses quondam fue» rant commorati, sed eis in captiuita» tem paganorum deductis : quoniam » locus mari erat vicinus, illuc se qui» dam Regulares Canonici transtule» runt, qui licet iam per annos trigin» ta Canonicorum Regularium habi» tum portauissent, opera tamen con» traria regularibus faciebant. Sed ad » se Domino inspirante reuersi, mona» sticum ordinem ibidem plantari vo» lebant, secundùm Cistercien. insti- D » tuta, quòd etiam Diœcesanus affecta» bat: Vnde nos ad Abbatis ipsius in» stantiam venerabili fratri nostro A» relatensi Archiepiscopo dedimus in » mandatis, vt si diœcesani Episcopi & » eorumdem fratrum in idipsum desi» deria conuenirent, Cisterc. mona» chos institueret in insulâ memoratâ, » facturus de Canonicis quod crederet » expedire secundùm canonicam ho» nestatem.

32. RAINERIVS sub Innocentio 3. Pont. Max. sedit, & recensetur testis concordiæ Prioris Signæ pro Capitulo Massiliensi, cùm Petro Priore Montisriui 1206. 3. Caleod. Decemb. qui tamen in schedis Polycarpi de la Riuiere notatur transegisse 1197. in vigiliâ S. Ioannis Baptistæ cùm Bermundo Priore Montisriui, de honore medietatis de Aurouinis, acquisitæ à P. de Aurouinis milite pretio MDCC. solidorum, & de acquisitis à Guilelmo de Signâ vti continetur in archiuis Massiliensibus. Quod si verum est, Raimundus, & iste Rainerus Episcopi hanc sedem adepti sunt, priusquàm Fulco ad Tolosanam eueheretur, qui potuit vitæ secretioris studio in Monasterium secedere Episcopatu deposito; & reuerà illum ex Abbate Floregiæ creatum Antistitem obseruat Guillelmus de Podio Laureotij in Chronico. Pontifex autem Rainerio & Capitulo mittit epistolam in archiuis matris Ecclesiæ, quâ grauiter queritur, quòd Raimundo Notario nullam Præbendam assignarit congruam, quamquàm pluries eâ de re scripsisset, vnde minatur Gregorium Cardinalem S. Mariæ in Aquino Legatum Apostolicum, ei ex bonis Ecclesiæ portionem assignaturum, aut censuris Ecclesiæ vsurum. Fatis cessit 1214. Martij 16. in Martyrologio Massiliensi. 1206. 1214.

33. PETRVS RAIMOND I. successit Rainerio teste autentico originali in archiuio Massiliensi reperto, quod sic incipit : GERALDVS *Ademarij dominus Montilij, Vicecomes Massil. & Mabilia eius vxor domina Montilij & Vicecomitissa Massil. approbamus & confirmamus vobis Petro Massiliensi Episcopo, & Vgoni Massil. Præposito compositionem iamdudum factam inter Petrum Massil. Ecclesiæ Episcopum ex vnâ parte, & Vicecom. Massil. scilicet V. Gaufridi dictæ dominæ Mabiliæ auum, & Bertrandum fratrem eiusdem Vgonis, Vgonem Gaufridi Sardum nepotem eorum, filium Gaufridi de Massiliâ ex alterâ : in manu Raimundi Arelatensis Archiepiscopi, Raimundi Carpent. Episcopi &c. præcipimus quòd sigilli nostri munimine confirmetur. Actum est apud Montilium in camerâ in quâ iacebat domina Mabilia in partu de Raimundo filio suo. Anno Incarnat. Dominicæ* MCCXV. 10. *Cal. Maij in præsentiâ & testimonio Petri* 1215. Raimond.

Massil. Episcopi Raimundi Iuliani A-quensis Archidiac. Massil. Canonici, V-gonis de Burgo Massil. Canon. Legitur & in instrumento Cartusiæ Montisriui, de donatione Rostagni Dalmatij
1218. 1218. 3. Nonas Iulias; & lauri arboris symbolo in sigillo vtebatur. Raymundo Præsule Cathedrali Ecclesiæ Rocelinus Vicecomes triginta millia solidorum coronatorum concessit.

MON-LAVR. 34. PETRVS DE MONTLAVR II. ex Canonico Cathedralis, decessit die 29. Aug. 1229. vt obseruatur in codice Ecclesiæ Massiliensis.

35. BENEDICTVS I. creatur Episcopus 1229. quo anno à Romano Cardinali S. Angeli Legato Pontificis committitur arbiter 3. Cal. Februarij, controuersiæ quæ intercesserat Massilienses inter & communiam ciuitatis, Comitales, ac S. Victoris cœnobium, cùm illi Vicecomitum iurisdictionem penitùs extinguere decreuissent, hi tuerentur partem quæ ad eos spectabat cessione Roncelini Vicecomitis. At Massilienses cùm vi bona Abbatiæ detinerent, à Pontifice interdicto & excõmunicatione multati, tandem Benedicti prudentiâ cùm ablata cœnobio restitui curauisset, & nihilominus dominium iurisdictionis ad vrbem transmisisset, consentiente Abbate S. Victoris & monachis, publicam absolutionem Massiliensibus indulsit in cimeterio Ecclesiæ Maioris, adstantibus Ioanne Tolonensi, & Rostagno Reiensi Episcopis. Anno
1230. 1230. pollicitus est Ioanni Præsuli Tolonensi se pacem non initurum cùm inferiori villâ Vicecomitali, donec ipsi restituerent omne damnum, scripto dato Massiliæ in talamo Episcopi; cui Vuilelmus de Signâ Albus hoc castrum vendidit pretio 300. solid. regalium ex archiuis Capituli: Porrò sese nuncupat Episcopum & Dominum Massiliæ 1233 4. Calend. Martij in carta Montisriui: arbiter quoque deligitur in causâ Raymundi Comitis Tolosani cùm Syndicis Massi-
1243. liensibus 1243. Cùm verò Raimundus Berengarius Prouinciæ Comes in animum induxisset Massiliam suæ potestati subijcere, Benedicto visus est, id vt negotium ad exitum perduceret, à quo viginti duo mille quingentos solidos coronatos mutuatus est,

A Episcopus ergo simulans se vrbis iurisdictionem velle emere, idque è re ciuitatis esse Consulibus proposuisset, illi suæ libertatis appetentissimi, Præsulem quem anteà summo honore coluerant, odio prosequi cœpêre, & inde enatum bellum quod ab an. 1237. ad 1243. gestum est, fusiúsque narratur in publicis Ecclesiæ & vrbis Massiliensis tabulis. Benedictus idem confirmat institutum Seruorum B. Mariæ sub regulâ Augustinianâ, & moritur anno 1254. 1254.

ALIGNIANO. B 36. BENEDICTVS DE ALGNIANO II. fit permutatio iurisdictionis meri & mixti imperij ciuitatis superioris Massiliæ 3. Calend. Septemb. 1357. cùm Carolo Andegauensi Rege Siciliæ ac Comite Prouinciæ: qui cùm iam inferiorem Massiliæ ciuitatem ab vrbe obtinuisset, superiorem quoque ad Episcoporum ius attinentem commutatione acquisiuit, nominatis arbitris Archiepiscopo Electo Aquensi, Episcopo Foroiuliensi, & Barralo de Baucio; qui cùm iura Episcopi ad libras annuas quadringentas æstimassent, & his temporibus vrbis pars ea superior adhuc neglecta C esset, & ferè deserta, Carolus triplum concessit Episcopis, datis eamobrem castellis & terris, quorum tamen fidem clientelarem & cætera iurisdictionis insignia sibi seruauit. Publicum instrumentum quod habetur in archiuio vrbis refert præsentes adfuisse apud S. Remigium, Archiepiscopum Aquensem Vicedominum de Vicedominis, Episcopos Foroiuliensem & Niciensem, Abbatem S. Honorati Lirinensis, Ægidium Aquensem Archidiaconum, Barallium de Baucio & alios. Fato functus est Benedictus 1268. ex libro Viridi Episco- 1268.
D patus 6. Idus Iulias in Martyrologio.

NISMES. 37. RAIMVNDVS DE NISMES V. subrogatur Benedicto ex archiuis Capituli 1278. 10. Cal. Iulij, diuiduntur relliquiæ sanctorum Cannati & Antonini, earúmque pars alia ad Ecclesiam S. Cannati translata, altera verò in Cathedrali basilicâ remansit: moritur 1288. Iulij 15. 1288.

38. DVRANTVS I. 1296. ex libro Viridi Massiliensi, vices egit Nemausensis Episc. Bertrandi pro com-

positione pactorum Vapincensis Epis. A copi & Senescalli Regis ex archiuis Aquensibus: Statuta autem Massiliensis Cathedralis conduntur 1305. quæ extant in armario Capituli.

39. FREDOLVS Ecclesiæ Massiliensi fundos in territorio castri Gumberti sitos legauit ex codice MS. mor-
1309. talitati debitum persoluit 1309. Iunij 30. ex martyrologio Massiliensi.

TROIS-EMINES. 40. DVRANTVS DE TROIS-EMINES II. quo præsente & Episcopis Foroiuliensi, Aptensi, Veniensi, & Gaietano, Robertus mor- B tuo patre Carolo 2. Neapolis Rege, Comite Prouinciæ Massiliam ingressus, in Ecclesiâ B. Mariæ des Accoules sacramento se obstrinxit immunitates vrbis integras obseruaturum; cui pariter Durantus fidei iuramentum exhibuit anno 1309. Capellaniam perpetuam sub inuocatione B.
1312. Mariæ instituit: fato ereptus 1312. Augusti 3. ex codice MS. Cathedralis.

DV VAL. 41. GAVBERTVS DV VAL Camerarius Ioannis 22. Papæ Episcopus erat Massiliæ iam ab anno 1314. qui in distributionis quotidianæ aug- C mentum donauit 1600. florenos & 40. ad ornandum caput S. Lazari: fundauitque sub titulo S. Iacobi Capellaniam perpetuam: Hic Gualbertus hominium præstitit Roberto Regi Siciliæ, Prouinciæ Comiti, Auenione in Monasterio Prædicatorum 1320. indict. 3. Martj 19. de omnibus terris ac iurisdictionibus quæ habet à Durantiâ vsque ad mare, & à montibus Longobardiæ, vsque ad Rhodanum; de quo Ingenramnus Archiepiscopus Capuanus petiit fieri instrumentum in archiuio Arelatensis Ecclesiæ: deinde transfertur ad Archie- D piscopatus Arelatensem & Narbonensem.

42. ADEMARVS electus 1328.
1328. hominia recipit in castro de Malamorte, de Merindol, & de sancto Cannato apud Nostradamum, fuit fundator Capellaniæ Theotecę ex codice Viridi manuscripto, & obijt 1331. XI. Cal. Ianuarias relictis 100. solidis censualibus pro anniuersario: Martyrologium Massiliense.

GASQVY. 43. IOANNES GASQVY, I. ex Religiosâ familiâ vocatur ad infulas Massiliæ, præerat verò 1334. ex Actis Consistorialibus Vaticani, interfuitque Concilio Auenionensi 1337. 1337. memoratur 1340. in libro Viridi prædicto. Eo sedente 1343. I. Decemb. Præpositus & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis vendunt Ioannæ Reginæ iurisdictionem quam habebant in districtu Præpositurææ pretio 2300. florenorum, ex archiuis capitularibus: idem Episcopus relliquias Ecclesiæ in loculis visitat an. 1344. 14. Nouemb.

44. ROBERTVS DE MANDAGOT MANDAGOT. Ioannis Gasquy successor 1346. 26. Ianuarij, vt notant Acta Consistoria- 1346. lia; non autem Forranerius Vassellius Gallus, quem ex Ordine Minorum Generali Magistro renunciatum Episcopum Massiliensem quidam minùs rectè scripserunt: at Rauennæ Archiepiscopum designatum 1347. scribit Vghellus; de quo nulla in tabulis Massiliensibus Antistitum legitima est mentio.

45. HVGO electus 1360. Aprilis 1360. 10. ex registro Massiliensi Stephani Venessini Notarij, de illo acta Consistorialia 10. Aprilis 1361. Spiritum emisit eodem anno in castro, seu oppido S. Cannati de Saucedâ.

46. PETRVS FABRI IV. ad FABRI. Episcopatum euectus 1361. ex citato registro: adfuit coronationi Caroli 4. Imperatoris.

47. PHILIPPVS cuius notitia habetur ex registro Vaticano, vbi Guillelmus successor apud sanctam 1368. sedem Apostolicam pro eo recognouit 1368. 7. Decemb.

48. GVILLELMVS SVDRE' I. SVDRE'. De gueulle à la bande d'argent, chargée de 3. chevrons de sable. patriâ Tutellensis, Ordinis Dominicanorum Religiosus, & sacri palatij quondam Magister, posteà Cardinalis creatus ab Vrbano V. SS. Ioannis & Pauli tituli Pammachij anno 1366. denique Episcopus Ostiensis ac Veliternensis 1367. Legatus in regno Neapolitano ad controuersias inter Principem Tarentinum & Ducem Atriæ pacificandas. Scripsit quædam opuscula: mortuúsque est Auenione die 18. Aprilis, vel vt alij habent 4. Cal.

Octob. 1373. apud suos Dominicanos A
1373. ante maiorem aram conditus sepulturæ cùm hâc breui epigraphe. *Requiescat in pace.* Codicillos testamenti condidit eodem anno indict. 11. 20. Septemb. Pontificatus Domini Gregorij Papæ XI. anno 3. quibus inter cætera capita deligit sepulturam in eodem Conuentu Prædicatorum Auenioni in Capellâ B. Mariæ Virginis, post sepulchrum bonæ memoriæ Cardinalis Aquensis; funebrem pompam interdicit: legat Ecclesiæ suæ Massiliensi ad emendos census pro anniuersario suo perpetuò faciendo in ipsâ Ecclesiâ centum florenos auri, B necnon fabricæ solemnis thecæ in quâ reponetur caput B. Lazari ducentos florenos: item Conuentibus S. Saluatoris de Sion, & aliis monasteriis: variis consanguineis plura, quoque legata suis Dominicanis: vltimæ voluntatis curatores nominat Anglicum Albanensem, Ægidium Morinensem Episcopos, Petrum Pampilonen. Guillelmum de Agrifolio, & Guillelmum Mimatensem presbyteros Cardinales, Guidonem Episcopum Pictauiensem, & fratrem Heliam Raimundi Magistrum Ordinis Prædicatorum. Actum Auenioni in C domo eiusdem Cardinalis.

LA VOVTE. 49. ADEMARVS DE LA VOVTE II. fautor Clementis 7. Antipapæ
1379. eligitur 1379. 15. Iulij in registro Vaticanô; idémque Guillelmus nuncupatur in tabulis Albiensibus, ad quam Ecclesiam transfertur.

LE TORT. 50. GVILLELMVS LE TORT II. 1396. in registro Guillelmi Balbani Notarij; sub cuius Præsulatu cùm è Galliâ magnæ eleemosynæ ad Imperium Orientale contra Turcos tuendum colligerentur, Massilienses D suas quoque liberaliter pecunias profudêre, vt patet ex archiuiis hospitij
1399. Leprosorum. Anno 1399. die festo Assumptionis Rex Ludouicus Siciliæ, Comes Prouinciæ Massiliam venit, comitibus Carolo Andegauensi Principe Tarentino eius fratre, & Margaretâ Britannicâ ipsorum matre, sacrificiis operante Guilelmo Præsule in æde Majori, Principibus, Nobilibus, ac Consulibus Massiliæ adstantibus, in eâ celebritate reuelatur theca capitis S. Lazari ex consensu Ioannis Bonifacij Præpositi & Canonicorum, quemadmodum produnt registra Massiliensis cartophilacij. Hoc eodem anno Guillelmus litem habuit cùm Præposito & Capitulo ratione hominij debiti ac fidei clientelaris, necnon pro resarciendâ basilicæ Maioris structurâ. Diem suum obiit 1403. Nouemb. 15. ex citato codice Massiliensi. 1403.

51. BENEDICTVS III. Episcopus Massiliensis anno 1405. die Dominico 6. Decemb. Viterbij in Ecclesiâ S. Blasij benedixit in Abbatem S. Michaëlis de Quarto, Senensis diœcesis, Ordinis Cisterciensis, Gabrielem Iacobi monachum S. Saluatoris Môtis Amiati eiusdem Ordinis, vt ex Benedicti testimonialibus litteris in archiuis eiusdem Monasterij S. Saluatoris colligitur, vbi eius spectantur insignia loco sigilli impressa, quæ lilium continent supra tres fascias, ex obliquo campum secantes. Idem Benedictus translatus fuit ad Ecclesiam Fundanam in Italiâ anno 1418. 16. Calend. Martij à Martino 5. 1418. Columnâ; inde etiam transiit ad Vrulanensem 1421. die 19. Septemb. Fato concessit an. 1427. de quo in suâ Italiâ Sacrâ, seu de Episcopis Italiæ tomo I Ferdinandus Vghellus: Benedicti autem nulla extat notitia apud Ruffium, cæterósve scriptores Rerum Massiliensem.

DE SADO. Deguenlle à l'estoille d'or de huict rais. 52. PAVLVS DE SADO ex familiâ illustri de Sado in Prouinciâ, præfuit Massiliæ 1406. & nobilitati natalium splendorem eruditionis, eloquentiæ & probatæ vitæ specimen adiecit, quæ ei Iolandis Reginæ amicitiam conciliauêre, à quâ secretis à Consiliis deligitur, vt iis vtiliter difficillimis in negotiis vteretur. Eo sedente cùm anno 1423. Alfonsus 1423. Rex Arragonensium miserabili incendio & deprædatione Massiliam expugnatam vastasset, & omni genere armorum vrbem spoliasset, eò angustiæ ciues redacti, vt coacti sint publico conuenticulo in aulâ Episcopali habito, præsente Paulo & Canonicis argenteam capsam S. Lazari & alia jocalia Ecclesiæ mercatoribus Auenionensibus oppignerare, vt ab iis argentum mutuo acciperent: deponuntur ergo in manus Laugerij Va-

pincensis Episcopi, & Fouqueti d'A- A gout domini de Forcalquerio; post annum autem restituuntur vti constat ex publicis documentis ciuitatis. Paulum verò integritatis, sanctitatis, & eruditionis laudibus extulit Cæsar Nostradamus in Historiâ Prouinciæ, qui Prælatis & nobilibus acceptus, ac propter dotes quibus inclaruit multùm quoque suâ auctoritate apud Reginam poterat: munificus erga Ecclesiam Cathedralem, eius ruinosum fornicem, ac valuam Australem restaurauit, insculptis stemmatibus gentis suæ, quæ etiamnunc visuntur. Ad
1433. meliorem vitam euocatur 1433. vltimâ Februarij, Ecclesiâ hærede relictâ ex asse.

RACOLI. 55. BARTHOLOMÆUS DE RACOLI filius Comitis de Rocacolio, ex Generali Carmelitarum XXII. electo apud Nannetas in Aremoricâ 1430. instituitur Episcopus 4. Nonas Septemb. 1433. ex Registro Vaticano. Confestim æmulum habuit Ludouicum de Glandeues nobilem Prouincialem: cùm enim hâc tempestate Synodus Basileensis Eugenij auctoritatem minuere satageret, quia etiam hoc ipso anno 1433. sess. 12. die Lunæ C 13. Iulij statuisset electiones omnium Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & monasteriorum ac dignitatum electiuarum non ampliùs fieri per Romanum Pontificem, sed quòd promulgarentur inposterum secundùm iuris communis dispositionem, ideò Synodus vt Eugenij electionem repudiaret, Ludouicum de Glandeues Episcopum Massiliensem qui Concilio aderat, nominauit. Ab Eugenio committitur delegatus vt Bartholomæum in possessionem mitteret: at cùm Ludouicus parentis sui Baronis de Fau- D con factione valeret, tum etiam patrocinio Basileensis Concilij se tueretur, necnon Ioannæ Reginæ & Comitissæ Prouinciæ, non potuit Bartholomæus pacatam possessionem obtinere. Cùm verò Legatus Pontificis mansuetudine nihil profecisset, fulmine Ecclesiastico visus vrbem interdicto subiicir, & vicinos pagos, Ecclesiæ des Accoules, & S. Saluatoris solæ non paruerunt Pontifici, cæteris omnibus à sacris ita abstinentibus, vt defunctorum corpora locis prophanis per quinque menses sepelirentur. Consules vrbis vt huic tumultui pacem afferrent, conueniunt Ioannam Reginam Aquissextiis tunc agentem, adhibito super hâc re secretiori suo Consilio declarauit interdictum nullius esse momenti, cùm esset contentio de Episcopatu inter duos, & euocatum ad aulam Romanam de omnibus quæ acta fuerant. At cùm Clerus eam sententiam satis intelligeret Ecclesiæ Canones & auctoritatem labefactare, nec tutâ conscientiâ posse liberari vrbem per sententiam laïcorum à censurâ Pontificis legitimè inflictâ, parere constanter recusarunt: vnde ipsi Consules Massiliæ ad Legatos Pontificis confugiunt, vt vinculum interdicti soluant, quod ipsi negauère. Iterum ergo conueniunt Reginam, quæ modestiore consilio visa Elionem de Glandeues Baronem de Faucon Ludouici Episcopi parentem enixè adhortatur, vt filio suadeat abdicationem infularum, vt sic Ecclesiæ pax restituatur: quod ipso recusante, tumultúque vrbis vsque ad pugnas procedente, stantibus plurimis ex parte Cleri & Bartholomæi, cæteris laicis ex parte Ludouici, Regina viros suos delegat, vt factionem sedarent, pollicitatione quod breui interdictum abrogari curaret; at in publico cœtu conuocato Sacerdos proclamat, non aliam esse viam conciliandæ pacis quàm si Bartholomæus sedi restitueretur, eâ voce plebs commota prorumpit in clamores, in minas, in arma, domum Episcopalem quam serui Ludouici obtinebant, obsidet, irrumpunt, S. Saluatoris, & des Accoules Ecclesias inuadunt, quæ interdicto parere neglexerant, demum inuolant in quoscumque à Ludouici partibus stare arbitrantur. Consules ergo his turbinibus finem imposituri, ad Bartholomæum qui Auenione secesserat, delegant, à quibus aduocaretur. Tum ille vrbem ingressus festiuâ Cleri & populi acclamatione exceptus est, & tandem Ecclesiæ præfuit per annos 15. quæ constant ex archiuo publico vrbis Massiliensis. Posseuinus autem notat Racolium, qui aliquibus Rocali dicitur, in Sententiarum libros quatuor scripsisse, & Sermonum librum vnum: mortalitatem tandem expleuit an. 1445. in Ecclesiâ 1445.
Majore

Majore tumulo mandatus.

Glandeves. Fascé d'or & de gueules de six pieces, la 1. fasce brisée d'une molette d'azur.

54. Ludovicus de Glandeves Elionis Baronis de Faucon, ex clarâ progenie de Glandeues in Prouinciâ filius; Basileensi Synodo nomen dedit, à quâ nominatus Episcopus, ac repulsus à Massiliæ Clero & Eugenio IV. Concilio Basileensi continuò adhæsit, in quo deposito Eugenio Pontifice, Pseudopontificem Amedeum de Sabaudiâ elegêre tres & triginta à synodo electores nominati, quos inter Episcopo Aquensi Bernardo podagrâ laboranti suffectus est Ludouicus Antistes Massilien-sis 1439. Deinde à Siciliæ Rege delegatur Lugduni & Geneuæ, vt cùm aliorum Principum Oratoribus ageret de schismatis inter Eugenium 4. & Felicem 5. Antipapam extinctione, quod vniuersam Ecclesiam perturbabat. Mortuo autem Bartholomæo » decessore eius sedem obtinuit, de quo » Amedeus Pacificus hæc habet: Ludo» uicus Massiliensis vir animo vastus; & » ab omni simulatione alienus, quem » talem puta, quem audis, nusquam » fallax, nusquam deceptor.

Brancas.

55. Nicolaus de Brancas I. ex clarâ stirpe de Brancaciis Buffili nobilis Neapolitani, Romanæ Ecclesiæ Marescalli, qui primus huius stemmatis Gallias incoluit, filius erat; frater verò Baptistæ Hippatchi Ludouici 3. Regis Neapolitani, Comitis Prouinciæ creatur Episcopus 1445. 14. Cal. Iulij, in Actis Consistorialibus. Delphinum Viennensem Ludouicum, posteà Regem Galliæ XI.
1447. Massiliæ excepit 1447. 7. Maij, cùm pietatis causâ S. Magdalenæ criptam visitasset, vt patet ex registro Raimundi Bidaudi, instante Renato Hierusalem ac Siciliæ Rege delegatur 1448. pro reuelatione relliquiarum. Auenionensi synodo prouinciali præsidente Petro de Fuxo calculum adjecit 1457. Renatus Rex Hierusalem & Siciliæ, Comes Andegaui, eundem Præsulem procuratorem constituit anno 1461. qui vnà cùm Carolo Comite Cenomanensi ageret de dote & conuentionibus coniugij inter Annam Ludouici XI. Regis filiam cùm Nicolao Marchione Ponti.

Alardel.

56. Ioannes Alardel, II.

A frater Ioannis Andegauiæ Thesaurarij, suffectus Nicolao, qui cùm Renato Rege Siciliæ, Comite Prouinciæ Baroniam d'Aubagne & iura feudi permutauit, pro castellis & topar-chiis S. Cannati, Valbonetæ, & Aleni, quæ à dominio Episcopi pendebant. Parisiensis vrbis Gubernator sub Regibus Ludouico 11. & 12. ingredientem Margaritam Austriacam Maximiliani Cæsaris filiam magnâ pompâ suscepit 1483. nominatur in 1483.
testamento Renati Regis Siciliæ Comitis Prouinciæ, ipséque codicillos primò condidit 1490. 5. Iunij in Ba-
B roniâ d'Aubagne, secundò verò 1493. 20. Februarij ex registris Honorati Antelmi Notarij.

Anglure.

57. Ogerius d'Anglure Episcopus & Abbas S. Victoris Massiliensis, ex illustri familiâ de Anglurâ Simonis & Elisabethæ du Chastelet filius, per cessionem Ioannis Alardelij Pontificatum adeptus 27. Decemb. 1496. post decennium Episcopatus viuere desiit in castro suo Orio-
li 5. Maij anni 1506. humatus in S. 1506.
Victore. Acta Consistorialia & elenchus Interamnensium Episcoporum
C meminêre Petri Bodoni Massiliensis anteà Episcopi sub Iulio 2. ad Interamnensem Episcopatum promoti 1506. die 29. Iulij, cuius nulla mentio in diptychis Massiliæ, vt videre est apud Vghellum tomo 1.

du Four.

58. Antonius du Four Dominicanus Aurelianensis, Doctor Theologus Parisiensis Ludouico XII. Regi à Confessionibus & à sacri verbi concionibus, Episcopus 1507. anno sequenti Ecclesiæ suæ præsens adiit possessionem 21. Septemb. peste Massiliæ grassante. Lugduni perora-
D uit coram Rege in conuentu Prædicatorum, cùm Georgius de Ambasiâ Legatus pileum Cardinalitium imposuit Renato de Priâ Episcopo Bajocensi, vt memorant Annales Francici: obiit in comitatu regio 1509. men- 1509.
se Iunio. Scripsit vernaculâ linguâ Paraphrasim in septem Psalmos Poenitentiales, Dietam salutis, ac iussu Annæ Francorum Reginæ Gallico sermone Bibliam transtulit, duóque volumina sermonum.

Seyssel.

59. Claudius de Seyssel

nobilis familiæ de Seissello nothus, A patriâ erat Sabaudus Aquensis, qui ex Magistro Libellorum Supplicum & Consiliario Ludouici XII. à Massiliensi Capitulo electus est Præsul 1509. 11. Iulij commendatus regiâ schedulâ datâ 4. Iulij præcedentis Mediolani, & Capitulo præsentatus; exinde Regis ipsius nomine ad Concilium Lateranense legationem suscepit, quâ fungebatur an. 1514. realem tamen in possessionem Ecclesiæ missus est tantùm an. 1515. Francisco I. & Claudiâ vxore Massiliam solemni pompâ ingredientibus eis obuius processit vsque ad portam regiam B cùm Clero, & cœnobitis S. Victo-
1517. ris, paulòpost 1517. 11. mensis Martij transfertur ad Metropolitanam sedem Taurinensem in Pedemontio, permutatione cùm Innocentio Cardinali Cibo, non vacante sede obitu Ioannis Francisci à Ruuere, in quâ Academiâ summâ cùm laude Ius Ciuile ante adeptas infulas publicè fuerat interpretatus, vt monumenta Iurisprudentiæ quæ exarauit, testantur: mortuus an. 1520. humatur in Sacristiâ Metropolitanæ basilicæ S. Ioannis Baptistæ, vbi marmoreo tumulo additum breue hoc epitaphium. C CLAVDIO SEISSELIO *Ludouici XII. Francorum Regis RequestarumMagistro, pro eodem ad omnes ferè Christianos Principes Oratori eloquētissimo, Laudens. Administratori, Massiliæ Præsuli, Taurinorum Archiepiscopo, IC. consummatissimo, atque huius Sacelli fundatori, Collegium Canonicorum pientissi-*
1520. *mo patri P. obijt Calendis Iunij 1520.* Ludouici XII. Regis cui erat familiaris & ab intimis consiliis, historiam egregiè texuit Gallicè ab anno 1498. ad 1515. quod opus in lucem prodiit curâ doctissimi item Regij Historici Theodori Godefridi; singularis quo- D que eruditionis specimina reliquit, vt alij plures libri quos vulgauit, testantur: nempe in Gallicam linguam traduxit historias Euclidis, Appiani Alexandrini, Trogi Pompeij, Diodori Siculi, Senophontis, Ecclesiasticam Eusebij Cæsariensis, opera Senecæ, de laudibus Ludouici XII. apologeticum, aliave monimenta posteritati transscripsit; item contra Valdenses hæreticos, de diuinâ prouidentiâ, de Gallicâ Republicâ, de officio Regis, de feudis, de triplici statu viatoris ad Leonem X. Pontificem, in Euangelium Lucæ, denique in totum ius ciuile commēt. Quamobrem à Philiberto Pingonio in suâ Augustâ Taurinorum Iurisconsultorum eloquentissimus prædicatur, & à Bartholomæo Chassaneo Catalogi gloriæ mundi parte 10. vide Augustinum ab Ecclesiâ, & Vghellum tom. 4. in Catalogis Archiepiscoporum Taurinensium.

60. INNOCENTIVS CIBO Genuensis, Cardinalis Sanctorum Cosmæ & Damiani, post B. Mariæ in Dominicâ, vetustâ stirpe ortus Franciscum Comitem Frientilli & Anquillaræ & Magdalenam Mediceam sororem Leonis X. Papæ parentes habuit: ex Protonotario Apostolico in Purpuratorū cœtum cooptatus ab auunculo 1513. insupérque Ianuensis Archiepiscopus, Sanctæ Rom. Eccl. Camerarius, Bononiæ Æmiliæque Legatus Apostolicus; factus Archiepiscopus Taurinensis anno 1517. eam sedem paulò mox cùm Massiliensi commutauit resignatione Claudii de Seissello anno 1517. 11. Maij, vt Acta indicant Consistorialia, reseruato sibi regressu ex illius æui more vsurpato. Hic Cardinalis Clemente VII. in Hadrianâ mole duriùs obsesso, plures ditionis pontificiæ ciuitates continuit, & ab hostium conatibus eripuit. In Parmensi autem conuentu, vbi nonnulli Cardinales Apostolicam sedem Auenionem traducendam censebant, validissimis rationibus acriter obsistens, eam deliberationem opportunè omnino dissipauit. Cæterùm in Reipublicæ Florentinæ perturbatione, Cosmum Medicem iuuenculum tanquam Alexandri propiorem agnatum, Ducem creari obtinuit; Carolo Imperatori carus inter præcipuos & intimos amicos Principes ab eodem habitus est, vt scribit Folieta in elogiis Ligurum. Iste Innocentius omnes suæ ætatis Purpuratos opibus, titulis, sacerdotiis opulentissimus superauit, vtpote qui Marianensem, Aleriensem, Vintimiliensem, Bertinorij, Taurinensem, & Massiliensem Ecclesias obtinuit. Viuendi finem fecit Romæ, vbi sepultus in Ecclesiâ S. Mariæ super Mineruam ad pedes Pontificis patruelis, vbi hæc præfixa inscriptio marmoreæ tabulæ. DEO Cibo.

OPT. MAX. INNOCENTIO CIBO *Iannen. Diac. Card. Bonifacij ix. Tomacelli Pont. Max. agnato, Innocentij VIII. Pont. Max. nepoti, Leonis x. Pont. Max. sor. germanæ F. Clementis 7. Pont. Max. foror. patruelis F. vixit annis 58. mens. 7. dies 19. Cardinalis 37. annis fuit. Decessit Idibus Aprilis*
1550. *an. 1550. sui posuère. Viuite vt morituri.* Huius Cardinalis elogium Vghellus scripsit tomo 4. Italiæ Sacræ in Archiepiscopis Genuensibus.

CIBO. 61. IOANNES-BAPTISTA CIBO, I. Innocentij frater eius cessione
1530. electus 1530. 17. Ianuarij, quemadmodum ferunt Acta Consistorialia: eo sedente Massiliæ 1533. Clemens VII. Papa, & Franciscus I. Rex inter se colloquuntur, ibique Catharina Medicea nubit Henrico posteà Regi Franciæ, vt habent Bellaius lib. 4. & Guichardinus lib. 23. à Clero postmodum Metropoleos Arelatensis delegatur, vt fidei clientelaris iuramentum eius nomine exhiberet Henrico II. Gallicum sceptrum obti-
1547. nenti 1547. Ioannes idem Episcopatum administrauit ad annum 1556. Ex cuius gente orti sunt Innocentius 8. Pontifex Max, Sanctæ Romanæ Eccl. Cardinales plurimi, Martinus tituli S. Stephani in Cœlio Monte, Guido Sanctæ Pudentianæ, Leonardus SS. Cosmæ & Damiani, Angelus S. Martini in Montibus, Ioannes Baptista S. Cæciliæ, Laurentius Episcopus Cardinalis Albanus, Innocentius in eadem Cathedrâ Massiliensi fratris decessor, Alderamus Cibo Malaspina ex Principibus Massæ, Vrbini Legatus; plures quoque numerat Antistites, de quibus passim in Italiâ sacrâ Vghelli.

RAGVENEAV. L'azur à trois melons d'or. 62. PETRVS RAGVENEAV V. Turonensis ad Episcopatum ascendit anno 1556. quo possessionem accipit,
1556. adeò vt expungendus sit ex quibusdam elenchis Christophorus ille de Monte Cardinalis S. Praxedis, qui nunquam Episcopus Massiliæ fuerit. Carolus autem IX. Reginâ matre & Principibus comitantibus, cùm regni prouincias perlustraret, Massiliæ festiuo apparatu exceptus est à Petro in æde majori 1564. defunctus Massiliæ
1577. 1577. 4. Maij in Episcoporum tumulo humatur, cùm priùs Episcopatui renunciasset.

63. FEDERICVS RAGVENEAV superioris nepos ex fratre, quo abdicante prouisus est de Sede Massiliensi 1572. anno sequenti interfuit Comitiis generalibus Cleri Parisiensibus, vir splendidi animi, quem liberalis facies omnibus gratum exhibebat; qui cùm sæuâ bellorum ciuilium tempestate pontificatum esset consequutus, & Massilia ad Fœderatorum partes inclinaret, iste pro Henrico 3. & 4. Regibus strenuè stetit, vtque his tumultibus se subduceret, Aquassextias secedere cogitur 1584. quò 1584. tamen paulò post rediit cùm Henrico Engolismensi, Prouinciæ Regulo: anno verò 1588. à Rege Henrico III. penitùs deficiente Massiliâ, iterum ad Principem se recipit Federicus, & sequente anno cùm Christina Lotaringiæ Ducis filia Florentiam proficisceretur nuptura Ferdinando Etruriæ Duci, illam comitatus est hic Federicus, nec ante Italiâ excessit, suúmque gregem inuisit, donec Regis obsequio vrbs sese manciparet. Ad sedem suam reuersus 25. Septemb. anni 1603. die Veneris, idem Federicus 1603. Signæ Episcopalis ditionis domo degens, à quibusdam nefariis hominibus, qui in suum caput coniurauerant, ictu sclopeti glande tormentariâ traiectus animam efflauit, mœrore omnium qui eius suaui conuictu vsi fuerant, corpus Massiliæ humandum Cal. Octobris in Episcoporum monumento reconditur.

64. IACOBVS TVRRICELLA natione Etruscus, Doctor Theologus Ordinis Minorum, Mariæ Medicææ Francorum Reginæ Confessarius nominatur anno 1604. prouisus 1605. 1605. 19. Ianuarij ex actis Consistorialibus, Episcopatum tenuit vsque ad annum 1618.

65. ARTVS D'ESPINAY Abbas S. Saluatoris de Rotonio in Aremoricâ, Regi à Consiliis, & Torquatorum Equitum Præceptor, Francisci domini de S. Luc, rei Tormentariæ in Galliâ Præfecti, clarissimi belli Ducis in obsidione Ambianensi occisi, ex Ianâ Cossæâ Caroli Comitis Brissaci Equitum Tribuni filiâ genitus

Marginal notes: RAGVENEAV. — TVRRICELLA. — ESPINAY. D'argent au cheuron d'azur, chargé d'onze besans d'or.

erat: qui cùm Comitiis Regni generalibus à Clero Britanniæ delegatus interfuisset 1614. ipso anno suæ nominationis per Regem Ludouicum
1618. 13. nondum consecratus fato eripitur 1618.

Coeffeteav. Vne croix, & deux estoiles en chef.

66. Nicolavs Coeffeteav ortu Cenomanensis ex oppido Sancti Carlesi, professione Dominicanus 1588. ab ineunte ætate litterarum amore flagrantissimus, & in studiis sacris apprimè versatus, non inani argumento docti & acutissimi Theologi opinionem promeritus est, non solùm sui Ordinis Prædicatorum decus insigne futurus, sed etiam Ecclesiæ ornamentum singulare. Cùm ergo Theologiæ Lectoris, tum Vicarij Generalis & Prioris functus esset muneribus, Romam tendit anno 1608. vbi Definitor ac Vicarius Generalis Congregationis Gallicanæ promulgatus est. Eius facundia præsertim emicuit concionibus ac scriptis quibus Galliam, Italiam, Angliámque ipsam illustrauit: eapropter multis Principibus carus, suadente Cardinali Perronio ab Henrico Magno speciatim assumitur, vt Iacobi Magnæ Britanniæ Regis libro ad vniuersos Christianos Principes inscripto responderet; cui deinde Principi Henrico funebri oratione parentauit. Multa autem eruditè & eleganter Gallicè Latinéque scripsit, quorum iste est elenchus: Ludouico 13. an.
1622. 1622. dicauit opus suum de Eucharistiâ, aduersùs Plessium Mornæum, seu refutationem Mysterij iniquitatis, de omnipotentiâ & voluntate Dei, Sacrosanctæ Eucharistiæ miranda, tabellas Magdalenæ, pœnitentiæ, & humanarum passionum, hydram excisam ab Hercule Christiano, Margaritas christianas ad Reginam Margaritam Valesiam, cuius Concionator fuit, paraphrases & alias eiusmodi poëses. Qui cùm propter eximiam eruditionem doctis viris innotuisset, à Gregorio ipso xv. Pontifice inter Præsules deligitur, ad errores refutandos Archiepiscopi Spalatensis egregio illo opere quod inscripsit, de » Sacrâ Monarchiâ Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ aduersùs » Rempublicam Marci Antonij de Dominis quondam Archiepiscopi Spalatensis, lib. 4. Apologeticos. quatuor eius prioribus libris oppositos: in « eo tanti laboris molimine meritò Ecclesiæ fructuoso defecit clarus Antistes Parisiis 1623. Aprilis 21. ætatis 49. 1623.
Rex Christianissimus eum anteà nominauerat Episcopum Lombariensem, tum Santonensem, sed eorum titulis renunciauit sub pensione. Administrator autem Metensis, & Suffraganeus titulo Episcopi Dardaniæ ad Sedem Massiliensem euehitur anno 1622. sed eam paulò mox Francisco Lomenio Coadiutori cessit, possessionem nondum adeptus. Iacet Lutetiæ ad Dominicanos in sacello Regali D. Thomæ, cuius memoriæ inscriptum visitur hoc epitaphium. Nicolavs Coeffeteav *huius de Familia Heroibus, Metensium olim Suffraganeus, postbac Præsul Massiliæ, scribere stylo suo Regibus, velut ac Pontifibus Propheta renunciari, denatus xxi. Aprilis* mdcxxiii. *qualis egressus reuertitur. Ergo da quod reddetur, ora, vt videat quæ audis; requiescat in pace amen.*

Lomenie. D'or a l'arbre de sinople aux racines de mesme, chargé d'vn tourteau de sable, au chef d'azur chargé de trois lozanges d'argent.

67. Franciscvs de Lomenie Dominicanus & Theologiæ Licentiatus, inde Abbas de Iosaphat, ex Coadiutore Nicolai consecratur an. 1624. à Francisco Harlæo Rotomagensi Archiepiscopo, assistentibus Claudio de Rueil Baionensi & Conforanensi Episcopis, in Ecclesiâ Prædicatorum Parisiis: eodem anno 11. Septembris Ludouico xiii. sacràmentum clientelare iurauit coram 1624.
Francisco Cardinali Rupifucaldio, Magno Franciæ Eleemosynario: tum anno sequenti interfuit Comitiis generalibus Cleri Parisiensibus. Eius tempore 1631. conditur in vrbe conuentus Carmelitarum Discalceatorum, & 1633. Carthusianorum. Viuere desiit Lemouici anno 1639. ibique 1639.
sepultus. Eiusdem familiæ Lomeniæ viuit illustrissimus vir Henricus-Augustus Lomenius Comes Briennæ, Eques Torquatus, sacri Consistorij Consiliarius, & primus Quatuorvirorum regiis Epistolis ac Diplomatibus scribendis.

Gavlt. D'azur à vn Esperuier d'ar-

68. Evstachivs Gavlt Turonensis Iacobo patre, Margaritâ Poiteuin matre natus honestissimis fami-

gent becqué & grillé d'or perché sur vn escot ou branche de mesme mouvant des deux flancs vers la pointe.

liis oriundis, ſcientiarum laude, vir- A
tutis ſplendore commendandus, ſed
eò maximè quòd Ioannis Baptiſtæ,
cuius memoria in benedictione eſt
apud Deum & homines germanus di-
lectiſſimus extiterit. Cùm varias Ita-
liæ ciuitates iuuenis ſciendi cupidus
peragraſſet, Lugduni cùm fratre quò
cùm ſuauiſſimè ſemper vitam inſtituit
literis humanioribus, Flexiæ philoſo-
phicis, tum in Sorbonâ diuinis imbu-
tus, denique Romæ iiſdem cùm feli-
ciſſimè mentem adhibuiſſet, Helue-
tiâ, Germaniâque luſtratâ, cùm fra-
tre, iis adminiculis optimarum ſcien-
tiarum ſupellectilem egregiam ſibi B
comparauit, ingenio prætereà mirè
fœcundo valens, quo varias ſimul di-
uerſáſque diſciplinas nullo prorſus in-
commodo complecteretur: ſed me-
liora cogitans ſtudia, iis quæ etiam
„ viris improbis ſunt communia, Chri-
„ ſti caritatem quæ exuperat omnem
„ ſenſum toto affectu conſequi medi-
tatus, Oratorij Domini Ieſu Congre-
gationi ſe deuouit cùm fratre, Deo
& Eccleſiæ ſeruiturus: multis pietatis
& prudentiæ exhibitis argumentis, v-
térque mittitur in Hiſpaniam à Præ-
poſito Generali Berullio, vt ibi do-
mum Oratorij Madritij conſtitueret, C
quò doctorum hominum & piorum
ſocietate vſi, vtérque non mediocrem
ſibi famam comparauit. Euſtachius
autem cuidam moniali examinandæ
ab Inquiſitoribus fidei adhibitus, quæ
ſanctitatis famâ credulis imponebat,
eius dolus viro ſagaci & eius menti
puriori lumine colluſtratæ ita patuit,
cam vt ad ſeriam pœnitentiam reuo-
caret. In Gallias redux cùm fratre va-
riis Oratorij domibus præpoſitus, vbi-
que doctrinæ & virtutis argumenta
exhibens, ab Henrico d'Eſcoublean
Burdegalenſi Archiepiſcopo euoca-
tur, vt dum publicis regni negotiis D
implicatus à diœceſi ſæpius abeſſe co-
geretur, Euſtachius huic vtilem ope-
ram ſuam collocaret: cui ſollicitudi-
ni ita diligenter incubuit, vt infulis
eo digno iudicato, commendante eo-
dem Henrico apud Richelium, à Lu-
douico XIII. nominatus ſit Præſul
1639. Maſſiliæ menſe Martio 1639. Interim
ab Archiepiſcopo Burdegalenſi ro-
gatur vt ſuæ diœceſeos viſitationem
aggrederetur, cui oneri dum ingenti
zelo ſeſe componeret, & quædam ſtu-
dia pararet, quæ totius Eccleſiæ com-

modum ſpectabant, lentâ febre, & in
pulmones fluxione correptus, è Bur-
degalâ quâ per menſes quinque mor-
bo vexabatur, ipſis medicis conſu-
lentibus Coſſionem Vaſatum ab An-
tiſtite Henrico Loſtolfio Maroni à
quo impensè diligebatur, in Epiſco-
palem domum exceptus, mutandi aë-
ris gratiâ, ibi per quadraginta dies
fratre cariſſimo coram eo ſacrificium
incruentum celebrante, cuius ipſe
fiebat quotidie particeps Euchariſti-
câ communione, non mirum ſi ita fra-
ter adiutus à fratre, & eo medicamine
corroboratus, quo primi Chriſtiani
ad martyrium obfirmabantur, ipſe
tam ſæuos & longos cruciatus multis
ſibi inuicem morbis ſuccedentibus,
tantâ animi æquitate & patientiâ per-
tulerit, vt in iis melioris vitæ cupidus
exultaret, & prophetico ſpiritu inci-
tatus Deum exoraret, vt fratrem
Ioannem Baptiſtam citò è viuis exi- «
meret: liberet te citò Deus, inquie- «
bat, ab hoc ſæculo nequam: Imò iam «
iam moriturus ei prædixit quòd eius
futurus eſſet in Epiſcopatu ſucceſſor,
& breui poſteà moriturus: quæ verba
fratris pectori ita firmiter inſedêre,
vt cùm ea ſæpiùs narraret, illis ſuo
zelo incredibili ſtimulos adhiberet.
Euſtachius autem 13. Martij 1640. eâ 1640.
horâ penitus quâ Chriſtus in cruce
fœlicem animam exhalauit, inter bra-
chia dilecti germani, qui ſiccis oculis
Epiſcopum Vaſatenſem, qui mox
eum de fratris obitu ſolabatur, & cir-
cumſtantes mirâ animi tranquillita-
te, & ſermonum pietate in ſui admi-
rationem conuertit. Cùm verò iam
à Pontifice admiſſa eſſet Euſtachij
nominatio, eius exequias ſicut Epiſ-
copi celebrauit ipſe Præſul Vaſatẽſis,
quas eloquẽtiſſimâ panegyri cumula-
uit: corpus iacet in ſacello Cathedra-
lis Vaſatẽſis quod ei conceſſit Epiſco-
pus, cor autem detulit Maſſiliã frater.
Multa ſcripto reliquit ſuorum ſtudio-
rum monumẽta, præter enim concio-
nes ab ipſis peritiſſimis in hoc genere
dicendi probatiſſimas, tractatum de
Conciliis ſcripſit, veteris inſtrumenti
hiſtoriam compendioſam nondum
abſolutam reliquit. Orationem quâ
demonſtrat Eccleſiæ & Reipublicæ
multùm intereſſe ne ſcientiarum the-
ſaurus vnico ordini hominum addica-
tur: librum quo doctè probat ius Re-
gis Galliæ in Nauarram, & eius regni

ab Hispano vsurpationem: librum de Sueciâ, alterum de Rheni totius decursu, quo omnium ciuitatum & arcium quæ huic insident, origines & incrementa eruditè aperit: multa quoque passim scripsit de Geographiâ, Chronologiâ, & Genealogiâ, qnibus scientiis non mediocriter delectabatur.

GAVLT.

69. IOANNES-BAPTISTA GAVLT II. Turones natalibus suis nobilitauit, Oratorij Congregationem sacerdotali professione commendauit, Massiliam miraculis illustrauit, Clero Gallicano virtutibus præfulsit, Episcopalem dignitatem vitæ sanctimoniâ consecrauit: fausto ergo numine in lucem editus 1595. 29. Decemb. in terris, die S. Episcopi celebri natiuitate in cælis: à teneris annis, cùm eum præuenisset Dominus in benedictionibus dulcedinis, qualis futurus esset grandior factus, satis apernit, mirâ animi mansuetndine, quâ omnes iuuenilis ardoris impetus temperabat, caritate in pauperes, quâ sua effundebat egenis, voto castitatis & vigiliis multis quibus integritatis florem perpetuò conseruauit, testibus viris piis qui ei à secretis confessionibus tnm inueni, tum morituro adfuêre. Vnde Lugduni dum apud Patres Soc. Iesu, studiis humanioribus incumberet, cæteris vt optimæ vitæ exemplnm à magistris adhibebatur: ipse factus magister in studiis fratri Eustachio ex Italiâ reduci annos 22. nato, vix primis elemẽtis linguæ Latinæ imbuto intra annum vtérque ad Rhetoricam Flexiæ gradum fecit, tum ad Philosophiam cui ita fœliciter à naturâ erat comparatus Ioannes, vt post biennium à præceptore suo iudicaretur dignus qui eam alios edoceret. Cùm vtérque verò scientiis eo fine curas suas collocaret, vt Deo consecrati Ecclesiæ Christi labores suos impenderent, Theologicæ sapientiæ primùm Sorbonæ, tum Romæ ita strenuam operam posuêre, vt hortantibus Galliæ ibi degentibus Episcopis theses publicas Ioannes magnâ cùm laude propugnaret: nec id tacendnm, Romam petentes cùm è Canniæ portu soluere se accingerẽt, diuino quodam numine aliâ viâ carpsêre iter. cùm interim à Turcis expugnata cimba cùm omnibus captiua abduceretur; in Gallias lustratâ Heluetiâ Germaniáque reuersus, vnà cùm fratre Oratorij Domini Iesn Congregationem elegêre, quâ Dei & Ecclesiæ sese totos obsequio manciparent, mirum quantos in pietate fecit progressus sub moderamine magni illius Petri Berullij Oratorij Institutoris, cuius vitæ exemplo incensus, & diuinioris sapientiæ radus illnstratus, conseruans omnia verba eius in corde suo, ad Euangelicæ perfectioni apicem contendebat, humilitate sincerâ quæ est basis virtutum cæterarum, orationis perseuerantiâ, mansuetudine, & caritate apud omnes suauis, cùm interim sibi ipsi asperior esset carnis maceratione, & perpetuâ mentis abnegatione, quibus gradibus tandem ad sanctimoniæ sacrarium penetrauit. Trecis missus, ibi sacerdotio Christi altaris factus minister, eius vt victima quoque fieret, vitam & sanguinem pro fide Christi inter barbaros effundendi desiderio flagrabat: tum amandatus à Berullio Madritium, vt ibi domum Oratorij propagaret, Hispanis, & multis cæterarum gentium Legatis, pietate suâ & prudentiâ singulari multo in pretio habitus est, maximè cùm Mariæ Carrionis Franciscanæ monialis ad examen est vocatus, quæ miraculorum & sanctitatis famâ nobilis credebatur. A Berullio varias posteà in prouincias delegatur vt Oratorij familias aut augeret, aut administraret: Diuione, Montalbani, Flandriæ colonias instituit, Cenomanensem cùm regeret, ibi S. Iuliani de Prato moniales ad melius institutum è laxiori reduxit. Euocatus autem cùm fratre Burdigalam ab Archiepiscopo, S. Eulaliæ præficitnr parochiæ, & cùm germano diœceseos sollicitudini vacans, vtérqne ibi futuri Episcopatus tirocinia gnauiter exercebant, quamquam summis votis potiùs ambiret vir modestissimus pauperes in agris & oppidis fidei primis elementis imbuere. Fratre autem paulò post eius ad Episcopatum Massiliensem nominationem beatâ morte sibi è viuis erepto, cui morienti omnia germanæ caritatis exhibuit officia, ab eo penè animam exhalante futurus Antistes Massil. prædicitnr, & breui quoque moriturus, vt qui in vitâ sese amauerant, in morte quoque vix essent separati; nec euentu caruit

vaticinium, nam Henricus de Sourdis Archipræsul Burdegal. cùm Ioannis Baptistæ sanctimoniam perspectam haberet, & eius zelum iam multoties comprobasset, non credidit se posse Massiliensis Ecclesiæ orbitatem solari fœlicius, quàm tanti viri substitutione, vt sic:

—— vno auulso non deficit alter
Aureus & simili frondescit virga metallo.

Cardinalis Richelius impetratâ à Rege nominatione sub finem Aprilis
1640. 1640. Ioanni epistolis eam significat Burdigalæ tunc agenti, quod nuntium longè alio mentis affectu suscepit vir humilis, quàm illi dignitatum Ecclesiæ raptores ambitiosi potiùs quàm sponsi, qui earum splendore mundano magis delectantur, quàm muneris grauitate terrentur, & onere abiecto pastoralis sollicitudinis, honore tantùm inanis gloriæ pascuntur: pauidus ergo & tremebundus Ioannes, vt qui sciret suam & aliorum salutem operandam cùm timore & tremore Dei supplicibus votis, effusis lachrymis, orationibus multis secessit, & pœnitentiâ Episcopalis gratiæ thesauros à cœlis exorabat; deinde Lutetiam profectus, salutato Rege & Richelio, ab hoc summo honore exceptus, cùm sciret esse virum incorruptæ mentis, ei varia exposuit quæ pro Ecclesiæ Gallicanæ restauratione meditabatur, & ab eo voluit edoceri quos infulis aptos iudicaret; ex quibus vnus paulò post eius commendatione ad summum sacerdotium promotus est. Interim dum ipse à Pontifice Romano promoueretur, ad B. Mariam Ardiliensem miraculis quotidianis totâ Galliâ illustrem confugit, vt apud Oratorij Patres secessu pio & tranquilliore mentem ad subeundum onus grande roboraret. Deinde Lutetiæ generalibus in Comitiis Congregationis Oratorij primus Proponens omnium calculis electus est, vt vacante Præpositurâ generali obitu Caroli de Condren electioni successoris dignissimi præsideret Francisci Bourgoin, quem ad id munus canonicè promotum vniuersi cœtus nomine declarauit 1641. Tum præludens fidelis Athleta ad ea quæ in diœcesi iam parabat, Suessione missionē cùm Oratorij Sacerdotibus instaurauit, vt Caroli de Condren Oratorij Præpositi generalis desideriis obsequeretur, cui id in animo morientis insederat, viri sanctitatis igne non minùs quàm febris ardoribus absumpti, vt pauperibus id officium caritatis exhiberet. At Ioannes, dum eo quo feruebat zelo animarum, summo studio confessionibus audiendis, ægrotis solandis, cathechisandis paruulis, concionibúsque ex suggestu vacaret, febre violentâ correptus haud dubiè fuisset extinctus nisi Deus sanctiorem victimam aræ Massiliensi destinasset. Morbus exercendæ patientiæ quam totâ vitâ religiosè coluit, præbuit occasionem, & cùm febris misisset ignem *in ossibus eius erudiuit eum, sed ille qui est à Spiritu sancto, qui ei ostendit quanta oporteret eum pro nomine eius pati*, & illum docuit quo vitæ tenore & quibus legibus seipsum ac diœcesim instituere deberet: dum enim Turonis quo salubrioris aëris gratiâ ex medicorum sententiâ concesserat, otio beato frueretur; diuersa statuit quibus seipsum, domesticos, sacerdotes, laïcos ad pietatem & virtutum disciplinam prouocaret, alia quibus parochiis sacramentorum administrationem, eleemosynas pauperibus, rudioribus christianam doctrinam, captiuis solatium; libertatem, verbi diuini & sacrorum communionem procuraret; denique cogitans sumptus qui necessarij sunt ad perficiendum opus Dei, in suâ diœcesi, omnia sollicitus quæ posthac executioni demandaret. Interea cùm bullarum concessio procrastinaretur, noctu diùque Donum exorabat, vt nisi sedulò muneri suo esset vacaturus, eum ab Episcopatu diuinâ prouidentiâ amoueret. Tandem 14. Iulij 1642. à Pontifice admissus est, quo accepto nuntio, & 1642.
oneris pondere pressus gemebat: postea animarum zelo incensus Cenomano profectus Lutetiam, de suâ ordinatione sollicitus, preces, gemitus, secessum adauxit, quibus dum incumberet, & lectioni Scripturarum, & S. Caroli Borromæi vitæ, hunc sibi totis votis imitandum proposuit, & Christum summum Sacerdotem qui duo potissimùm egit in terris, vt patris æterni gloriam, & animarum salutem etiam vitæ profusione lucraretur. Ordinationis ergo vigiliâ pœnitentiæ sacramento vitæ totius confessione purgatus, apud Carolum

Guillart, ex Marchionibus d'Arcy A genere & integritate vitæ conspicuum, in Oratorio; cuius iuramento firmatum habetur testimonium in totâ vitâ lethalem culpam non admisisse Ioannem, & castitatis illibatæ sanctimoniam perpetuò coluisse; tum nocte integrâ ante Eucharisticum Sacramentum in oratione absumptâ 5.
1642. Oct. 1642. in æde D. Maglorij à Victore Butillerio Turonensi Archiepiscopo, assistētibus Sebastiano de Rosmadec Venetensi & Ioanne Dolce Bolonensi Episcopis inauguratur: quem vidimus tunc maximè temporis ex vultus modestissimâ specie lachry- B mantibus vberrim oculis, diuinum aliquid interius expertum, dum ei ceremoniæ ordinationis adhiberentur: fremente toto corpore dum Euangelium eius humeris imponeretur, intus admonitus se missum vt Christi exemplo pauperibus euangelisaret: cui vt festinantiùs obediret, Massiliam iter dirigit eâ mentis intentione, vt pro sponsâ dilectissimâ vitam impenderet, & Christi regnum in omnibus propagaret. Iter protraxêre; tum viæ longissimæ & difficiles hiemis tempore, tum Archiepiscopus Burdigalensis, qui eum in insulâ Veneslinâ detinuit C longiùs ob aquarum inundationem, tum quòd ipse quotidie sacrum celebrans piis meditationibus diem insumeret: die 7. Ianuarij ingressus suam diœcesim statim ad Lazari & aliorum SS. Tutelarium preces se conuertit, » ac visâ Massiliâ exclamauit, aut hæc » erit meæ condemnationis, aut gloriæ » theatrum immortalis, faxit Deus, vt » eius gloriæ & animarum saluti in eâ » incumbam, vrbémque incognitus neglectâ omni pompâ ingressus est, quam etiam respuit, cùm secundo ex Aubagniæ Baroniâ Episcopali rediens, Ecclesiam suam inuectus est: D túmque ante altare & S. Lazari reliquias prostratus, orans & illachrymans, Clerum & populum longè plus ad eius venerationem his excitatus est, quàm illo apparatu splendido qui solet Episcopis adhiberi. Sequenti die Dominicâ nuptiarum Canæ concionem habuit, quâ summo pietatis sensu explicuit, quòd arcto spiritualium nuptiarum vinculo Massiliensi Ecclesiæ alligatus, ei tantùm viuere & mori destinaret: recreatus ex morbo quem è concionis labore contraxerat Ecclesiarum cæterarum vrbis visitationem aggreditur, monasteriísque pauperioribus insignes eleemosynas elargitus est. Cùm autem accepisset inter pœnitentes moniales quasdam adhuc abiectis sæculi blanditiis inhiare, statim ad eas aduolat, sibi creditarum ouium pastor vigilantissimus, & penè ex luporum faucibus eripit, alias autem in proposito vitæ melioris confirmauit.

Cæteras egregij Præsulis virtutes & vitæ acta quis satis attolat? plures egenos maximè nobiles pecuniæ summis non leuibus solabatur, ægrotos hortationibus ad patientiam; captiuos visitationibus frequentibus, omnes exemplo suo, Clerum & populum admonebat. Cùm verò propudiosus ille mos Christianis mulieribus à multis sæculis inoleuisset, vt habitu minùs modesto, vultu & sinu ad lasciuiam composito adhuc vterentur, exemplo Saluiani Massiliensis quondam Sacerdotis optimi & multiplicis doctrinæ laude conspicui, contra hoc venenum quod plurium animos corrumpebat, pharmacum verbi diuini adhibere parabat, donec hanc pestem ex Massiliensi ciuitate penitùs ablegasset. His dum incumbit pastor optimus, hâc tandem occasione potissimùm animam suam posuit pro ouibus suis; incredibili zelo flagrabat captiuis in Triremibus, quos sciebat vitâ pessimâ, & omni scelerum genere infames, saluti consulere; à viginti quinque annis Philippus Emanuel de Gondi Gallicarum Triremium summus Præfectus, nunc Oratorij Sacerdos piissimus, hospitij eis addicti fundamenta iecerat, opus interruptum Philippi renunciatione præfecturæ suæ, tum etiam sæculi vt Deo vni vacaret tranquilliùs, promouere studuit Ioannes Baptista ita acriter, vt supellectilem magis pretiosam, equos & currum in id insumere paulò ante obitum destinaret. Sed animarum sanctitatis longè magis sollicitus quàm corporum sanitatis, cùm suam ipse reclamantibus medicis & amicis neglectui semper habuisset, mediâ Quadragesimâ, cuius ieiunia cùm oleo ex vsu Massiliæ obseruabat arctiùs, in omnibus se præbens exem- « plum bonorum operum, quamquam « eius tuendæ valetudini plurimùm id noceret, missionem apud Triremes insuper

insuper aggreditur, Sacerdotibus aduocatis ex Missionariis & Oratorij Congregatione, nonnullis aliis barbaræ linguæ peritis, vt Turcorum & Arabum eruditioni vacarent; quibus factus exemplum ex animo, integris diebus huic labori summâ contentione animi & corporis vacabat, tum vt singulis opus præfigeret, omnia ad ordinem componeret, cathechesibus, confessionibúsque excipiendis adlaboraret, Turcos & hæreticos ad pœnitentiam erroris sui fle- » ctêret, seipsum super impendens & » immolans supra sacrificium sui corporis, quod Deo & Ecclesiæ suæ deuouerat, in ipso sacrificio corporis Christi paulò postquàm ad Episcopale munus electus est: Deus verò » testatus est quòd holocaustum sancti » viri accepisset in odorem suauitatis, perditorum illorum hominum conuersione mirabili, cùm gementes de vitæ prioris impietate, ad Confessorum pedes strati, vniuersi misericordiam diuinam implorarent, hæretici eiurarent perfidiam, Turci fidem Christi profiterentur, & deinceps vitæ melioris facti participes, pietatem, fidem, Dei mandata sollicitè obseruarent, quos vt omnes in proposito Sacramenti Confirmationis sigillo muniret, absolutâ ferè post 60. dies missione, id operis suscepit eò diligentiùs, quod verebatur ne Triremes breui è portu ad bellum properarent; sed eo labore multùm fatigatus 11. Maij in morbum incidit, quo 23. ereptus est. At cùm audisset quatuordecim Turcos nondum baptismo initiatos, & sex hæreticos Ecclesiæ communionem & gratiam postulare, credidit eorum votis obsecundandum, cùm proximè essent ad bellum mittendi, & ipsorum saluti animæ potiùs vigilandum quàm suo corpori: horâ ergo octauâ serò ab iis ægrè auulsus, respondit eum abire rogantibus, *nescitis quia in iis quæ patris mei sunt oportet me esse*, insuper » adiecit: indignos esse Episcopatu qui » valetudinem corporis sui muneris of- » ficiis anteponunt. Eadem ergo nocte febre iterum correptus vehementiore, intra paucos dies in extremis positus, sacramentis Pœnitentiæ, Viatici, & Vnctionis suprema que maximo sensu humilitatis, fidei & caritatis suscepit, omnes adhortatus ipsum in-

A uisentes quos benedicebat, vt in bonis operibus perseuerarent, prolatis his verbis: *veni Domine Iesu, veni Domine Iesu, moriatur anima mea morte iustorum, Domine suscipe spiritum meum*; gemente vniuersâ ciuitate, quæ quotidie preces publicas ad Deum pro eius salute fundebat, ne peccatorum suorum meritis piissimo Pastore orbarentur, placidissimâ morte in Domino feliciter conquieuit horâ 6. mane 23. Maij, vigiliâ Pentecostes 1643 ætatis 48. Sed hæc 1643. totius Massiliæ tristitia versa est in gaudium, cùm expositus paulò post B in Cathedrali, ægroti contactu vestium eius, & sarcophagi subitò curati sunt; quo audito fit concursus ex vrbe, & paulò post ex vniuersâ Prouinciâ ad corpus sanctum, *à quo virtus exibat, & ferè sanabat omnes*. Mandante ergo Vicelegato Apostolico Auenionensi, publica & certa testimonia de prodigiis factis excepta sunt: ex omni ferè genere morborum sanatos inuocatione ipsius, aut contactu corporis, aut vestium, aut sarcophagi, aut annuli pastoralis, aut cathedræ quâ verbum Dei annunciabat: *cæci vident, claudi* C *ambulant, surdi audiunt, leprosi mundantur, & pauperes euangelizantur*, & quod longè est diuinius, tam subita totius ciuitatis Massiliæ facta est omnium ad Deum conuersio, vt toto tempore quo publicè per mensem eius corpus est expositum, vitia cuncta penitùs exularent, & primorum Christianorum sanctimoniæ quædam imago in omnibus appareret: plures impietatis, impudicitiæ, hæreseos vitiis obdurati, eius corporis aspectu à viis iniquitatis ad seriam pœnitentiam confugêre, Turcus incredulus quem dum viueret Pontifex nullis D precibus aut verbis flectere potuerat ad fidem, quamuis alios viginti eius socios ad Christum adduxisset, paulò post obitum noctu Ioannes Bapt. apparens minis territus exclamat miser, baptismum postulat, quem post aliquot dies cùm aliis Turcis duodecim suscepit. Quæ ergo nos audiuimus ab oculatis testibus, aut quæ perspeximus oculis nostris in autographis testimoniis quampluribus, & quidem probatissimis ex omni genere Laicorum, Religiosorum, & Sacerdotum, hæc & testamur, & posteris

annunciamus, quæ etiam Petrus de Bausset Præpositus Massiliensis omnium ferè testis oculatus, libello suo ferè post menses duos à morte Ioannis edito, ante nos euulgauit, necnon Franciscus Marchetty Presbyter, qui vitam quoque Ioannis Baptistæ anno 1650. fusè elucubrauit. Hæc quoque non modo Massilia, sed cuncta Prouincia, quæ etiamnunc ad tumulum numerosâ plebe concurrit satis attestatur, imò vniuersus Clerus Gallicanus epistolâ datâ ad Innocentium x. Summum Pont. vt nulla cuiquam suboriri possit inde suspicio, quod tanto viro cognationis vinculo maternâ stirpe coniuncti, vel minimùm veritati imposuerimus, non inde gloriantes, quòd caro & sanguis, sed quod ipsa veritas nobis per omnium ora reuelauit. Tumulo ergo Episcoporum inseritur sacrum depositum resurrectionis sub arcu muri, qui criptâ ferreâ & gypso clauditur, iuxta mandatum Pontificis, dum interim augustius ei monumentum sacello excitatur: cordis eius in pariete imago adpingitur, quod intus argento seruatur, & tabellæ æreæ affixa est talis epigraphe: *In hac vrnâ quiescit* IOANNES BAPTISTA GAULT *natione Turonus, ex Gallici Oratorii Domini Iesu Presbyttro, in Episcopum Massiliensem nominatus à Ludouico XIII. inauguratus fuit 3. Nonas Octobris anno Domini M. DC. XLII. obiit 9. Calend. Iunij anno M. DC. XLIII. regnante Ludouico XIV. Coss. Gubb. Protec. & defensoribus Priuileg. almæ ciuitatis Massiliensis nob. Ioanne de Riquetty, Francisco de Moustier, Ludouico Freins, Petro d'Albert Assessore, breuem Episcopatum publica sanctitatis fama excepit.* Coronodis vice nihil abs re nos facturos putamus, si hîc subiiceremus epistolam Cœtus Cleri generalis Franciæ Parisiis anno 1645. congregati, ad Innocentium x. Papam quâ eius laudes cumulatè prosequitur: sic igitur habet in Promptuario Actorum Cleri Gallicani typis edito.

BEATISSIME *Pater. Cùm de fratre nostro sanctæ memoriæ Francisco Gebennensium Episcopo in Sanctorum numerum referendo, ad B. V. superioribus mensibus scripsimus, tantâ benignitate epistolæ nostræ respondere dignatus es, vt omnibus Comitiorum Viris spem maximam iugesseris, nos tibi rem non ingratam facturos, si de eiusdem argumenti negotio, sed quod ad Ecclesiam Gallicanam magis spectat, cùm S. V. sedulò ageremus. Tribus abhinc annis obijt in Galliâ* IOANNES-BAPTISTA GAULT *Massiliensis Episcopus, consummatus equidem in breui, sed qui sex mensium curriculo, quibus sedem tenuit, multa tempora expleuit. Pietate erga Deum, caritate erga pauperes, sollicitudine gregis, morum integritate, zelo, constantiâ, omnibus denique virtutibus quas in Episcopo Paulus requirit, Sanctus ille vir enituit. Sed quàm ardens in illius pectore animarum salutis procurandæ zelus ferueret, erga homines ad Triremes damnatos declaratum est. Cùm enim apud se perpendisset, miseros illos reos, damnatione peiores reddi, malæ consuetudinis contagione mutuò sese inficere, & omnibus pietatis legibus solutos viuere, accuratam Triremium omnium velut totidem fluctuantium parochiarum visitationem absoluere in animum suum induxit. Incredibile dictu est, B. P. quantos labores, quàm graues iniurias, quàm belluinam planè ferociam sustinuerit. Nec cibum, nec requiem capiens inter fœtida transtra diem consumebat: Hos paternè alloquebatur, illos durè increpabat, omnes in sinu fouebat, omnibus omnia factus, vt omnes Christo lucraretur. Sic hominibus qui in tenebris, & in vmbra mortis sedebant, lux de cœlo orta est, quæ ganeones perditissimos in viros modestos, summâ cùm omnium admiratione transformauit. Sub tanto Pastore B. P. Massilia inter cæteras Galliæ ciuitates caput attollebat, Prouinciáque omnis Ecclesiasticæ disciplinæ famam absolutissimam in Clero, pietatis Christianæ pristinum candorem inter Laicos, breui restitutum iri sperabat. Sed Deo Optimo Maximo aliud visum est, vix enim quintum mensem sanctissimus Præsul implebat, cùm lecto decubuit, & post aliquot dies è corporis ergastulo solutus ad æternam patriam morte placidissimâ transiuit. Qui eximiam pietatis famam dum viueret meruerat, vt animam Cœlo reddidit, tantum sanctitatis odorem diffudit, vt omnes ciues ad illius cubiculum velut conspiratione factâ accurrerent, & corpus venerati, Sanctum hâc die obijsse proclamarent. Nec temeraria vulgi ad superstitionem mobilis vox fuit. Nam antequàm humi mandaretur, multa edita sunt miracula, quæ conceptam anteà sanctitatis opinionem, etiam apud incredulos astruxêre. Omnes Prouinciæ vrbes illorum*

fama peragrata est, nec vllus fuit tam ignobilis pagus, ex quo multi ægroti ad sancti Præsulis tumulum non aduolarint, vt quod Medicorum arte non potuerant, illius precibus impetrarent. Multis secundùm illorum fidem factum est, vt certissimis probationibus constat, quas viri pietate & doctrinâ graues illustrissimi Auenionis Vicelegati auctoritate confecère, & in tabulas publicas retulère. Tertius ab obitu viri Dei annus voluitur, & cùm in Comitiis nostris frequens de illo mentio incidisset, multáque gloriosa de eius actibus & de miraculis ante & post mortem Frater noster Stephanus Episcopus modernus huius Ecclesiæ nobis sæpè retulisset, omnésque tanto exemplo ad Episcopale munus diligentiùs obeundum sese prouocari faterentur, Ecclesiæ Gallicanæ dignitatem à nobis postulare censuimus, vt de sacrà veneratione auctoritate Apostolicà tanto Episcopo decernendà cùm S. V. literis ageremus. Tu enim is es ex cuius ore pendent vnà cum grege, quicunque sunt veri Pastores, & non latrones. Tuum est fidelium pietati leges dare, & proponere exempla quæ colant, & imitentur. Quidquid hac in re priuata tentat deuotio, non Religioni, sed audaciæ, & priuatis affectibus tribuendum est: quos iurè quisquis rectè sapit semper suspectos habebit. Annuat igitur B. V. tam æquis Cleri Gallicani precibus, & ardentia populorum vota, Massiliensium præcipuè, longiùs protrahi non permittat. Vox populi vox Dei, nec vlla festinationis incautæ suspicio esse potest, si maturiùs cultus sacer huic Viro decernatur, quem constanti hominum existimatione, tam illustribus miraculis Deus gloriosum reddidit. Sanè hac in re accelerandà S. V. Gallicanæ Ecclesiæ ornamento consuluisse, Gallósque omnes nouo vinculo sibi obstrinxisse profitebimur. Deus Optimus Maximus gregi suo in longos annos te incolumem seruare dignetur. Datum
1646. *Lutetiæ anno Domini* M. DC. XLVI. *die 28. mensis Iulij. Obsequentissimi ac deuotissimi Filij vestri, & Serui, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, cæterique Ecclesiastici viri in maioribus Cleri Gallicani Comitiis congregati. Carolus Archiepiscopus Tolosanus Præses.*

PVGET. Au 1. & 4. d'or à vn arbre de sinople sortant d'vne motte de terre d'ar-

70. STEPHANVS PVGET, ex Episcopo Dardaniensi ad Ecclesiam Massiliensem vocatur à Rege Ludouico 14. anno 1643. consecratus 1624. à Francisco Harlæo Archiepiscopo Rotomagensi, & Normanniæ Pri-

mate, assistentibus Alfonso d'Elbene Albiensi, & Conseranensi Episcopis, in Ecclesiâ Patrum Tertij Ord. S. Francisci in suburbio S. Antonij Parisiensis, vti Suffraganeus Ecclesiarum Metensis ac Remensis. Comitiis generalibus Cleri Gallicani Lutetiæ interfuit anno 1645. adhuc superstes 1655. Ecclesiam suam administrat.

gent surmonté d'vn chef d'azur chargé de 3. estoiles d'or. Au 2. & 3. d'argét a vne vache de gueulle & vne étoile d'or entre les 2. cornes. Sur le tout d'azur a vne croix potécée d'or cátonée de 4. croisettes de mesme, qui est du Chapitre de la Cathedrale de Marseille.

ECCLESIÆ MASSILIENSIS ALIQVOT PRÆPOSITI.

Villelmus sub Fulcone Episcopo Præpositus legitur in cartâ cœnobij Montisriui.

Raimundus de Petrolis, testis in schedâ donationis factæ Cartusiæ Montisriui cùm Aquensi Præposito Bertrando Garcini 9. Aprilis 1180. me- 1180.
moratur in actis an. 1192. mense Maio & 1197. in documento cœnobij Montisriui de transactione Raineri Episcopi cùm Bermundo Priore. An. 1201. mense Martio testis recensetur quoque in compositione Massiliensis Ecclesiæ cùm Rocelino Vicecomite.

Petrus Bermundi, aut *Bremundus* 1204. Præpositus Rajmundo v. Præsule, cùm quo permittit Præmonstrati monachis vt Ecclesiam ædificent, sicuti docet liber Episcopij Viridis. Memoratur in tabulâ Cartusiæ Montisriui 1206. & in aliâ anni 1211. necnon in alterâ archiui Massil. quâ Hugo de Baucio Vicecomes Massiliæ
& Barrala vxor confirmant 1214. ea 1214.
quæ Petrus Bremundus Præpositus quondam Massiliæ donauit huic Ecclesiæ.

Hugo 1210. in cartâ Hugonis de
Baucio, & 1215. indict. 1. mense Iu- 1215.
lio in actis compositionis cùm Episcopo & Vicecomitibus Massiliæ Præposituram tenuit sedente Petro 2. quibus Geraldus Adhemarus confirmat ab auo vxoris Ecclesiæ concessa, vt patet ex archiuio Eccl. Massil.

Rostagnus d'Agout ex nobilissimâ

familiâ de Agoudo, subscribit originali cartophilacio Ecclesiæ Massiliensis, cuius hoc exordium est: Annó *ab Incarnatione 1238. pridie Nonas Ianuarij notum sit quod Dominus Barralis de Baucio iurauit hommagium I. sanctæ Arelatensis Ecclesiæ Archiepiscopo, flexis genibus & iunctis manibus pro castro Trencataillarum cùm suis pertinentiis, & pro portibus ciuitatis & Burgi Arelatis, de Rodaneto, de Furchis, de S. Egidio & pro pedagijs & vsaticis tam ciuitatis quàm Burgi Arelatis & Trencataillarum & pro dominio & albergo de Cornillono, &c. Et dictus Archiepiscopus inuestiuit ipsum Barralum de feudis & rebus omnibus prædictis, promittens Barralum & res eius saluare & defendere, & pro his omnibus obseruandis dederunt sibi ad inuicem osculum pacis & fidelitatis: & sciendum quod Barralus promisit dare dicto Archiepiscopo & successoribus pro affari Trencataillarum & de Camargis, x. paria cuniculorum cùm pellibus nomine census singulis annis in festo S. Trophimi; & Barralus promisit deffendere personam Archiepiscopi & specialiter castrum de Sallone & Canonicorum S. Trophimi. Actum fuit hoc in palatio Communis Arelatis scilicet in domo Consilij coram Comite Berardo. Testes interfuerunt Episcopus Massiliensis, Raimundus Berengarius Comes Prouinciæ, Bertrandus Præpositus, Bernardus Archidiaconus, Raimundus Sacrista Ecclesiæ S. Trophimi Arelatensis, Rostagnus de Agoudo Præpositus Ecclesiæ Massiliensis & alij.*

Petrus Andreas in cartâ S. Benedicti Massiliensis & Canonicorum, quâ fit confirmatio super territoriis castrorum de Meuuâ & de Aurouenes 1254. 13. Cal. Maij.

Hugo Mataplana nobilis Catelanus
1281. 1281. teste Zuritâ Regem Aragonum Petrum comitatus est dum foedus iniit cùm Alfonso Castellæ Rege in loco Campilo; tum ab eodem Petro Rege ad Martinum 5. Legatus mittitur, eo quidem prætextu vt Raimundi de Pennafortio Dominicani canonizationem obtineret, sed verè vt exploraret Pôtificis animum, an aliquid præsensisset de eo consilio quo statuerat Siciliam occupandi, veritus ne Pontifex qui Gallis fauebat eam obtinentibus, huic proposito obniteretur.

Guillelmus Ferrier ex Præposito Massiliæ Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis à Cælestino 5. creatus commendante Carolo 2. Siciliæ Rege, Comite Prouinciæ anno 1294. 1294.
mense Septemb. moritur Romæ Cal. Maij 1295. ex Regesto Pontificio.

Antonius de Baux Hugonis domini Baucij, Comitis Auellini filius, frater autem Raimundi toparchæ de Baucio, rexit Præposituram ex litteris anni 1355. 1355.

Ioannes de Boniface posteà Glandatensis Præsul, successerat Antonio.

Petrus Gerardi de Podio Delphinas ex oppido S. Simphoriani, litem gessit cùm decessore Ioanne, de quo conquerebatur quòd Præpositi domicilia collabi ruinâ passus esset, ex scriptis publicis: è Lodouensi Episcopatu translatus ad Podiensem, tùm creatur Cardinalis à Clemente Antipapâ titulo S. Petri ad Vincula.

Lucas de Grimaldis in hominio R. Vapincensis Episcopi.

Petrus Veilhon Canonicus Tolonensis, memoratur 1444. Aug. 24 in 1444.
autographo sententiæ latæ per arbitros inter Guillelmum Gaufridi Præpositum & Compriores Ecclesiæ de Coreis.

Franciscus de Brancas Nicolai Massiliæ Episcopi frater 1447.

Paulus de Medinitta 1470. 1470.

Petrus Nouuelli Præpositus & Vicarius generalis Petri Ragueneau Episcopi 1567.

Petrus de Bausset 1642. & 1650. in 1642.
Comitiis Cleri Gallicani Parisiensibus.

MATISCONENSES EPISCOPI.

MASCON. En Bourgogne, sur la Saone. La ville porte de gueulle à trois cercles d'argent. L'Eglise d'azur semé de fleurs de lis d'or, & sur le tout vn sainct Vincent d'argent.

MATISCO in Eduis, ciuitas prouinciæ Lugduoensis ad Ararim flumeo Cæsari lib. 7. extremo, decorata voo ex antiquis Balliuiatibus, seu Prefecturis Regalibus iuridicis, in Parlamento Parisieosi, inter Lugdunum & Cabilonem posita quasi medio itioere, de quâ Hadrianus in suo B Theatro sic loquitur: Matiscona quã plurima damna passa est ab Attilâ Francis Burgundiam impugnantibus, vltimò restituta est sub Philippo Au-
» gusto 1222. cùm generosioris animi ci-
» ues orsi sunt vrbem oouis mœnibus
» concludere, & aduersùs prædonum
» incursiones vallo & propugnaculis
» muoire: sex tuoc constituerunt por-
» tas, & oppidum oratoriis publicis de-
» center oroarunt, ioter quæ Diuorum
» Petri & Pauli Ecclesia, quæ pridem
» extra vrbem sita erat, vt ciuitatis ve-
» teres ruinæ declarant, quæ ioter hanc
» Ecclesiam & S. Vincentij cœnobium C
» à Diuo Nicetâ codita visuntur; sed
» istis à Lothario euersis, B. Petri &
» Pauli Ecclesia diuerso loco restaura-
» ta fuit, atque apud eam Canonici Re-
» gulares collocati, oec longè ab his
» ptochodochium & cimiterium publi-
» cum. Quod autem S. Petri cœno-
» bium naturâ & opere munitum erat,
» & Carolus Burgundionum Dux Ca-
» oonicorum fidem suspectam habe-
» bat, iussit illud deleri, eóque facto
» Canonici receperunt se ad eam vrbis
» Ecclesiam quæ ab ijs nuoc tenetur.
» Erat & alia basilica primi & sanctioris
» instituti Canonicorum, quos Regu- D
» lares vocant, Diui Stephani titulo in
» colle extra vrbem sita, quæ à Lotha-
» rio euersa in Iudæorum posteà vsu
» fuit, ex quo & hodie pons eò perti-
» nens Iudæorum vocatur, sed exactis
» Galliâ Iudæis, illa Ecclesia parochia
» facta est; Cathedralis autem primò
» dicata fuit Apostolis Petro & Bartho-
» lomæo, & Martyribus Geruasio ac
» Protasio, sed Galliæ Rex Childeber-
» tus quo erat pietatis affectu erga Vin-
» centium Martyrem, reconditis ibi
» eius reliquiis, multis eam Ecclesiam

A beneficiis auxit. Pulcherrimum apud «
Matisconios est Dominicanorum «
cœnobium, quo loco ante Comitum «
erat palatium, à S. Ludouico extru- «
ctum, hugonoticâ rabie 1561. rursùs «
1566. vastatum fuit, quod idem Mi- «
noritarum cœoobio, iudiciali foro, «
& collegio, & omnibus ferè vrbis Ec- «
clesiæ accidit. Hacteous Hadrianus. «
Basilica Major Lugdunensis Archiepiscopatus Suffraganea, S. Vincentij vt dictum est Cæsaraugustani Martyris patrocinio gaudet, cùm aoteà S. Stephanum tutelarem veneraretur: in diœcesi parochiales Ecclesiæ 266. B plures Prioratus & Capellaniæ, sub quatuor Archypresbyteratibus, Bellioci, Rosseti, Virissetti, & Vallisri, gnaudi referente Iacobo Seuertio in Historiâ Præsulum Matisconensium, de quibus etiam Petrus à Sancto Iuliano in Antiquitatibus eiusdem vrbis, ex quorum, aliorúmque monomentis sequentes dantur Episcopi: si priùs dixerimus duas esse in diœcesi Abbatias.

CLVNIACVM *Cluny* O. B.

S. RIGALDI S. *Rigauld* O. B.

C 1. PLACIDVS, primus in vulgatis omnibus Episcoporum Matisceosium eleochis reponitur, qui interfuit Concilijs Aurelianensibus 3. 4. & 5. annis 538. 541. & 549. item Parisiensi 2 555. 538.

2. S. SALVINVS anno Christi 560. 4. Idus Septemb. in diptychis memoratur.

3. NICETIVS an. 566. 566.

4. CHELIDONIVS sigoum apposuit canonibus Concilij Lugdu- D oensis 2. an. 567.

5. IVSTVS anno 574. 574.

6. S. EVSEBIVS subscribit Conciliis Matisconensi 1. an. 581. Lugdunensi 3. an. 583. Valentino 2. 584. Matisconensi 2. 585.

7. DECIVS anno 612. 612.

8. S. MOMMOLVS 618.

9. S. FLORENTINVS, de eo For-

tunatus in vitâ S. Germani Episcopi Parisiensis apud Surium cap. 65. de Florentio viro illustri narrar, cùm in ordinatione Siagrij erutus illi oculus fuisset in turbâ, à Germano restitutum fuisse, & maculâ exemptum quâ ante laborabat: tum addit eumdem Florentium tandem Matiscone postea Episcopum ordinatum, quod si verum est, antiquiorem necesse est dicere, aut duos eius nominis Episcopos agnoscere.

10. Deodatvs in Concilio Ca-
650. bilonensi an. 650. ordinauit Presby-
terum S. Eligium, vt testatur S. Audoenus in vitâ eiusdem Eligij lib. 2. c. 2.

11. S. Decivs, anno 700.

12. Domnolvs circa annum
752. 752. in diplomate Pipini Principis;
» loco illi ait, Domnolus vel successores eius propter nomen Dei sub integro immunitatis nomine valeant dominari &c. propter nomen Domini & animæ nostræ remedium plenâ deuotione indulsimus. Signum Pipini Majoris Domus.

13. Vvichardvs an. 804.

810. 14. Gondvlphvs anno 810.

15. Adelranvs seu Andelonus 817.

16. Hildebaldvs dat Cluniacum Varino Comiti & Albanæ eius vxori, permutatione quadam factâ de consensu Ludouici Imperatoris, cùm Capellâ castri dominicatâ, ex diplomate Cartularij Cluniacensis, quod sic habet in Bibliothecâ Cluniacensi: In nomine *Sancti Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, Ludouicus diuinâ ordinante prouidentiâ Imperator Aug. Nouerit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum industria, quia vir venerabilis Hilduinus Abbas, & sacri Palatii summus Capellanus, innotuit serenitati nostræ, eò quod Hildebaldus Matescensis Ecclesiæ Episcopus, & vir illustris Varinus Comes de quibusdam rebus pro communi vtilitate & compendio nuperrime inter se commutationem fecissent. Dedit intereà prædictus Hildebaldus Episcopus ex ratione Episcopatus sui eidem Varino Comiti, &* A *vxori suæ Albanæ, ad eorum proprium perpetualiter ad habendum in eodem pago Matescense villam cuius vocabulum est Cluniacus, cùm Ecclesiâ in eadem villâ, & cùm casis, domibus, ædificiis, vineis, campis, pratis, siluis, pascuis, aquis, aquarúmque decursibus, farinarijs, exitibus, & regreßibus cùm mancipijs ibidem commanentibus, cùm omni agnatione eorum, & ad integrum quidquid ad ipsam villam aspicere videtur; necnon & in pago Niuernense villam, cuius vocabulum est Aptannacus, cùm Ecclesiâ ibidem constructâ cùm mansis, domibus, ædificijs, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis,* B *aquarúmue decursibus, siluis, exitibus & regreßibus, & cùm mancipiis ibidem commanentibus vel cùm omni agnatione eorum, omnia, & ex omnibus quantumcumque ad ipsam villam aspicere videtur. Et contra in compensatione huius rei dedit memoratus Varinus Comes, & vxor sua Albana de rebus proprietatis eorum, eidem Hildebaldo Episcopo ad partem Ecclesiæ suæ in eodem pago Matescense villam cui vocabulum est Genuliacus, cùm Ecclesiâ ibidem constructâ cùm mansis, domibus, &c. Et in pago Niuernensi villam, cuius vocabulum est Caldaaqua cùm casis, domibus &c. nec non & in Ducatu* C *Aluernico in pago Donobrinse villam cuius vocabulum est Litumias: vnde & duas commutationes pari tenore conscriptas manibúsque bonorum hominum roboratas, præ manibus habere professus est; sed & pro integrâ firmitate petijt Celsitudini nostræ, vt ipsas commutationes denuò per nostrum mansuetudinis præceptum pleniùs in Dei nomine confirmare deberemus &c. Durandus Diaconus ad vicem Fridegisi recognouit: data 3. Nonas Iunias anno Christo propitio 12. Imperij Ludouici piißimi Augusti, indict. 3. Actum Aquisgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter, amen.* Obijt Hildebaldus 3. Cal.
D Maias circa an. 850. 850.

17. Breindingvs, vel Breidincus, in Synodo Suessionensi 853. Vermeriensi eodem anno. Tusiacensi 860. & in diplomate Caroli Calui regni 22.

18. Bernardvs, vel Bernoldus in Concilio Suessionensi 866. &
Cabilonensi 873. quo anno transiit 6. 866.
Calend. Septembris indict. 6.

19. Lambertvs 1. in Synodo

Pontigonensi 876. vbi confirmatur A fundatio Cariloci, tunc Abbatiæ, nunc Prioratus Ordinis Cluniacensis.

20. EVICINVS, in tralatione S. Lupi Cabilonensis Episcopi, à Girboldo itidem Cabilonensi Præsule
877. celebratâ 877. 4. Calend. Septemb.

21. LAMBERTVS 2. in cartâ Ludouici Regis 3. Id. Septembris ind. 11. ab Adone Episcopo subscriptâ. obiit 884. Bugnonio.

22. GVNTARDVS, seu Guitardus, memoratur, interfuisse coronationi B Bosonis in Regem Burgundiæ apud
879. Mantalam 15. Octobris 879. & in diplomate pro Cariloco 889.

23. S. GERALDVS, valde religiosus dicitur in commentariis Nantuacensibus: interest Synodo Cabilonensi apud S. Marcellum 886. quo anno ordinatus fuerat indict. 4. 15. Calend. Iunij & in cartulario Flauiniacensi 894. Calend. Maij, in alterâ Synodo Cabilonensi in æde S. Præcursoris, & in aliâ Cariloci 906 feliciter migrauit ad Dominum terrena despiciens 912. indict. 15. vt est in C veteri Calendario.

894.

24. LEDBALDVS anno 928.

25. ADALRANVS 2. post alterum circiter sedis annum, fit Monachus,
933. indéque Abbas Nantuacensis 933.

26. BERNO, anno 7. Rodulphi Regis die Martis mense Iunio, dicitur moderatissimus Antistes 933. tempore Comitis Letardi & Bonæ vxoris.

27. MAYMBODVS, vel Naymbodus ordinatus 937. indict. 10. memoratur anno 3. Regis Ludouici Vltramarini, & annis 950. & 951. vbi datur Abbatia S. Clementis in suburbio Basilicæ S. Vincentij, quod confirmat Agapitus Papa 982 tempore Leutaldi Comitis, & Valterij Vicecomitis; defunctus 962. 17. Septemb.

937.

28. THEVTELINVS, aliis Theoterous 962. quo anno indict. 5. Idib. Maij in veteri Calendario legitur ordinatio Bartholomæi Matiscon. Episcopi.

962.

29. ADO præfuit anno 968. decessit 17. Aprilis 973. 973.

30. IOANNES I. 979. eius mater Landrada nominatur; obiit die 22. Maij.

31. MILO, in pseudosynodo Remensi 991. cùm Brunone Lingonensi, moritur 996. die 18. Ianuarij, alias 997. 991.

32. LEDBALDVS 2. auunculus Vvarulfi de Branceduno, Vvalteri Matisconsis Præpositi fratris, eius mater Aremburgis, nobilis fœmina obtulit quandam mansa S. Benigno tempore Guillelmi Abbatis vt est in Chronico Benigniano, vbi notatur Ledbaldi depositio Non. Februarij: dicitur & in epist. Benedicti 8. Papæ donasse precariam S. Petro: defunctus 1018. indict. 1. ex veteri manuscripto, vbi tale habetur Epitaphium: 1018.

Hoc fidei splendore nitens LEDBALDVS *in anno,*
Præsul ab hac migrans discessit luce coruscus,
Vitæ præsentis cursu feliciter acto,
Qui fidei monitis multorum corda rigauit,
Qui meruit Domini dictis factisque doceri,
Instituitque suum in commune viuere Clerum,
Intrantis quarto Februarium sole recessit.

33. GOSLENVS anno 1017. in cartulario Flauiniacensi: interest dedicationi Tornusij 1018. 4 Septembris, & instaurat Ecclesiam S. Petri in Abbatialem Roberto Rege, Burchardo Archiepiscopo Lugdunensi, Othone Comite & Hugone Vicecomite Matisconis: interest Synodo Ansanæ 1025. obiit 1026. Iul. 8. vt indicant hi 1025. D versus,

Præsul Goslenus diuino numine fultus
Octauo Iuli de corpore sole migrauit.

34. VVALTERIVS DE BEAVIEV ex nobilissimâ prosapiâ de Bellojoco, Berardi domini Bellijoci natus, præfuit Matisconensi Ecclesiæ regnante Henrico Rege, vti declarat hæc scheda cartularij Matisconensis: *Notum sit omnibus, quod Vvicardus de Bellioco, recordans peccata & offensiones quas pater suus Vvicardus & prædecessores sui habuerunt de commu-* BEAVIEV.

nione B. Vincentij & Canonicorum eius, pro malis consuetudinibus quas miserunt terris & villanis eorum, quæ sunt in ciuitase suá, vel videbantur esse in saluamento suo, venit Matisconem in Ecclesiam prædicti Martyris ante altare & reliquias eius: & in præsētiá Valterij Episc. ac singulorũ Canonicorum demisit, vel vuerpiuit Domino & eidem Martyri atq; Canonicis præsentibus & futuris, omnes illas malas consuetudines, quas sicut prædiximus, pater suus, vel prædecessores sui terris, vel villanis prædictæ Ecclesiæ imposuerunt. Retinuit autem hac causá saluamenti, quamuis non iustè nec rectè, tempore missionis villam quæ manet in illá parte terrarum, quas ipse vel pater tenuerunt secundùm diuisionem suam, scilicet, vt qui cùm bobus laborant vel equis, reddant vnum sextarium secundùm mensuram de Bellioco. Pauperiores verò qui manibus laborant, vel cùm fossoribus suis vnde viuunt, reddent medietatem mensuræ: Pro his igitur absoluimus patrem eius & cæteros prædecessores ex parte Dei & sanctorum eius, & nostrâ, de omnibus malis quæ fecerunt nobis & nostris, vt ipsi mereantur peccatorum suorum absolutionem per hanc remissionem, & illi vxorique eius concedimus societatis nostræ, & orationum atq; eleemosynarum partem. Actum Matisconi 3. Cal. Februarij regnante Henrico Rege. Cùm Cluniacensibus controuersiam habuit pro Episcopali in Abbatiam iurisdictione: eiúsque frequens extat mentio in tabulis Cathedralis, puta in instrumento pro dirimendis controuersiis cùm Vichardo Barone Belliioci, & Bernardo de Brancione, ob crebras inuasiones ab iis factas in bonis Ecclesiæ Matisconensis: subscriptus reperitur testamento Hugonis Archiepiscopi Bison-
1048. tini 6. Cal. April. 1048. & 1050. adfuit
consecrationi maioris altaris S. Stephani Bisonticensis à Leone IX. peractæ 4. Nonas Octob. nominatur adhuc in instrumentis an. 1060. fertúrque longæuus apud Cluniacensem Abbatiam vestem monasticam induisse.

35. DROGO creatur Episcopus an 1063. cùm quo & Hugone Abbate Cluniacēsi Petrus Damianus Ostiensis Episcopus synodalem diffinitionem pronunciauit eodem anno: recensetur in cartulario Sandionysiano
1064. 1064. de eo sic codex cartophilacij
S. Petri Matisconensis. « Quoniam Gauslenus Episcopus ad detrimentum locorum sibi commissorum à præsenti decessit vitâ, nec verò successor eius Galterius ad Ecclesiarum satis viguit incrementa; supradicta Apostolorum Petri & Pauli quæ quondam reædificari cœperat Abbatia permansit tenuis ac modica, sæcularibus & laicis retinentibus decimas & prædia ad eam pertinentia: Verùm succedente tempore, cùm Drogo vir simplex & humilis suscepisset Præsulatum Ecclesiæ, Abbatia peruenit sub Præsulis dictione. Adeuntes ergo Canonici eiusdem loci præsentiam Episcopi, petierunt vt more boni patroni imitando exemplum prædecessoris sui Gausleni, quibus modis posset, misericorditer subueniret Ecclesiæ & sibi. Quorum precibus annuens benignissimo animo promisit Domino & ipsis res ad eos pertinentes nunquam vlli se deinceps concessurum, vel locaturum sæculari aut laico, & concessit eis reddendo, & reddidit concedendo, quæcunque ad præsens & in futurum iure ipsis ad eorum aduenirent loco. Igitur ego Drogo Episcopus licet indignus, sæpedictæ Ecclesiæ Canonicis vel Clericis ibidem Domino seruientibus tale facio donum, vt deinceps habeant licentiam iustè calumniandi, requirendi ac retinendi quidquid decimarum, prædiorum, vel aliarum rerum ad suum scierint pertinere locum. S. Drogonis Episcopi, Vmberti Archiepiscopi, Achardi Cabilonensis Episcopi, Gauceranni Bellicensis Episcopi, Vidonis Comitis, Galterij de Briaco. » De eo sic MS. Matiscense meminit: *Anno 1072. obijt Godefridus Comes Matisconensis: ei successit Renaudus eius patruus, qui iurgium repressit inter quosdam propter possessiones nonnullas Flacciaci, quas adiudicauit Ecclesiæ Matis-
censi an. 1072. eóque tempore Drogo E- 1072.
piscopus Aurelijs exitum vitæ dedit, in Ecclesiá S. Aniani eiusdem ciuitatis sepultus, cui Hugo de Bellijoco impertitus est Mardubium & Argilium in dominium: atque Landricus homo deuotus in eius locum suffectus:* ex quo corrigendus est error elenchorum, dum hoc loco Rodulphum superinducunt.

36. LANDRICVS ex Archidiacono Eduensi in Episcopum Matisconensem

nensem Romæ ordinatus à Pontif. A
1074. Gregorio 7. anno 1074. vt est in Epistolarum lib. 1. *promissionis*, ait, *fidem in Matisconensi Ecclesiâ Pastoris regimine diu desolatâ, & ad nihilum penè redactâ volumus experiri, vt Augustodunensem Archidiaconum Cleri & populi, etiámque ipsius Regis assensu electum, Episcopatu dono gratis concesso Ecclesiæ præficiatur:* tum epistolâ ad Humbertum Archiepiscopum Lugdunensem
» subdit: Landricum Augustodunen-
» sem Archidiaconum per te aut Suf-
» fraganeos tuos Episcopum ordinare
» studeas. Adfuit consecrationi Eccle-
1076. siæ Belliiocensis 1076. cùm Gebuino B Archipræsule Lugdunensi, & Hugone Diensi Episcopo; idem recensetur in rescriptis Apostolicis Romanorum Pontif. Gregorius in eius gratiam scribit Lugdunensi Archiepiscopo & Suffraganeis vt eum dignâ congratulatione suscipiant; habetúrque in archetypis tabulis illud priuilegium: VRBANVS *Episcopus Seruus seruorum Dei, dilecto fratri Landrico Matisconensi Episcopo, suisque successoribus canonicè promouendis in perpetuum: Tuis frater, petitionibus annuentes, sanctam Matisconensem Ecclesiam cui auctore Deo præsides, auctoritate Sedis Apostolicæ munimus.* C *Statuimus enim vt Ecclesia de Prisciaco, de Fabricis, de Verchessoto, de Mardubrio, Ecclesia S. Amoris, & cætera omnia quæ tua fraternitas ex hostium manibus erepta reparauit, vniuersa etiam quæ iustè ad eandem Ecclesiam pertinere noscuntur, tibi, tuisque successoribus libera semper & illibata seruentur. Interdicimus etiam vt te ad Dominum euocato, nec tuorum quorumlibet successorum, nullus omnino inuitis vestræ Ecclesiæ Clericis, aut Episcoporum, aut Ecclesiæ res auferre, diripere, vel distrahere audeat; ipsum autem Clericorum claustrum, & claustri domos ita semper* D *liberas permanere sancimus, vt nemini illic violentiam liceat irrogare: Datum Cluniaci per manum Ioannis sanctæ Rom. Eccl. Diaconi Cardinalis 15. Cal. No-*
1096. *uemb. indict. 3. anno 1096.* De illo carta Petri Albanensis Episcopi & Cardinalis pro immunitate Cluniaci, memoratúrque præsens electioni Cabi-
» lonensis Episcopi anno 1080. Religio-
» sus Præsul, inquit decretum, Domnus
» Landricus Ecclesiæ Matiscensis, cùm
» reuerendâ concione eiusdem Cleri
» annuit, & fauet multiplici fauore in laude istius Canonicæ nostræ electio- «
nis. Eodem anno interfuit Synodo «
Meldensi, concordiámque inut cùm S. Vincentij Canonicis & S. Petri de sepulturâ mortuorum, in cartulariis Matisconensibus: arbiter quoque deligitur cùm Hugone Cluniacensi in dissidio Canonicorum S. Vincentij cùm Regularibus S. Petri.

37. BERARDVS Milonis Comitis posteà monachi filius, eligitur
1097. ad quem Paschalis 2. bullam 1097.
dirigit confirmationis omnium quæ ad Ecclesiam Matisconensem pertinebant: cùm Ecclesiâ Niuernensi paciscitur de iure potestatis Candauceris apud Paredum anno 1011. probat Odolrici de Balgiaco traditionem Canonicis B. Vincentij prædictæ Ecclesiæ de Floriaco, recensetúrque 1113. in Regularisatione S. Stephani Diuionensis, & in synodo Trenor-
chianâ 1117. diem extremum clausit 1117.
1121. 12. Cal. Augusti, cùm interfuisset expeditioni Syriacæ Christianorum.

38. IOCERANNVS, seu Iosserandus frater Guidonis militis, ab ineunte ætate in Ecclesiâ suâ educatus, tandem ad Episcopale munus gradum
fecit, subrogatus Berardo 1121. que- 1121.
relam habuit cùm Vuillelmo Matisconensi Comite, qui ei Præsuli & Canonicis concessit domos infra Matisconem ex cartis Capituli: testis reperitur quoque in documento calumniæ fratrum Malliacensium, in curiâ Pontificis pacificatæ, testibus Vuicardo Decano, Guigone Cantore, Gauceranno de Balgiaco, & aliis nobili-
bus: mortalitatem expleuit 12. Cal. 1143.
Octobris 1143.

39. PONTIVS DE ROCHEBA- ROCHEBARON.
RON I. ex Canonico Podiensi & Præcentore Lugdunensi, vetustâ familiâ ortus, cui hominium iurauit in Ecclesiâ S. Amoris Gauffredus de Albaspinâ pro his quæ tenebat in feudum ab Episcopo Matiscensi, dato instru-
mento 1144. 17. Cal. Iulij. Coram 1144.
eo plurima fiunt placita nobilium, inter quæ est documentum venditionis Galonis & Vuitfredi fratrum militum de Sarciaco, pro decimis quæ possidebant in parochiâ S. Amoris, & in alterâ Hugonis de Germolâ. Interest de-

dicationi Ecclesiæ S. Lazari Eduensis
1048. 14. Decemb. memoratúrque
ipso sedente facta recognitio Rainal-
di Balgiacensis pro casamentis suis,
de quibus hominio astrictus erat Epis-
copo, laudantibus Rainaldi filiis Vlri-
co & Rainaldo 1149. dicauit Eccle-
siam Bellæuillæ anno 1158. ac tandem
1166. viuere desiit circiter annum 1166. pri-
die Cal. Maij: post eius excessum Ma-
tisconensem Ecclesiam à Comite Gerar-
do fuisse dinexatam, innuit Regij car-
tophilacij Parisiensis hoc documen-
tum: EGO *Ludouicus Dei gratiâ*
Francorum Rex, per longam Regum ab-
sentiam, sine disciplinâ & fræno iusti re- B
giminis longo tempore dissoluta fuit ter-
ra Burgundiæ, & illis qui in terrâ erant
alicuius potentiæ licuit impugnare, & in-
ter se decertare, & pauperes opprimere,
& Ecclesiarum bona vastare. Nos pro-
pter tantam indignati malitiam, & ze-
lo Dei commoti, terram Burgundiæ co-
piis regni...... obtentu faciendi vindictas,
& reformandi pacem in patriâ. Notum
itaque facimus, quod inter alia audiui-
mus querimoniam Ecclesiæ Mastigonen-
sis contra Comitem Girardum Vianensem,
& ipse non potuit asserere se super Eccle-
siam aliquid iuris habere siue in Episcopi,
siue in Capituli terris, & hominibus. Co- C
gnouit in plenâ Curiâ dictus Comes Girar-
dus, quod vacante sede per mortem Epis-
copi Mastigonensis nihil omnino habet in
domibus Episcopalibus, neque in terris
ad Episcopum pertinentibus, neque in
rebus mobilibus. Professus est terras Ec-
clesiæ prorsus esse liberas, & affirmauit
quòd in villâ Clericorum, neque procu-
rationes siue hospitationes, neque alias
habet consuetudines, & quod exactiones
in terris Ecclesiæ amodò non faceret, fi-
dem manualiter dedit & iuramento fir-
mauit. In villâ tamen Viriaco in quâ
asserebat ex Comitatu se nihil habere, si
dominum Mirebelli aliquas consuetudi- D
nes in eâ habuisse probare posset, illas non
remisit & donec cognitæ essent pacem pro-
misit, &c. Actum publicè Cabilon. anno
Incarnationis Verbi M. C. LXVI. *regni*
verò 29. Sig. Comitis Theobaldi Dapiferi
nostri, S. Guidonis Buticularij, S. Mathæi
Camerarij, S. Radulfi Constabularij.

BAVGE'. 40. STEPHANVS DE BAVGE'
I. è dynastis de Balgiaco, Vlrici na-
tus ex filiâ Comitis Sabaudiæ, germa-
nus Humberti Lugdunensis Archi-
episcopi, ex Archidiacono Ecclesiæ

A nominatur Episcopus circiter annum
1167. cùm Girardo Comite, & re- 1167.
censetur in diplomate tabularij Ma-
tisconensis, cuius hoc initium est: IN
NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trini-
tatis, Ludouicus Dei gratiâ Franco-
rum Rex, post guerras & dissentio-
nes diutinas quæ inter nos & Comi-
tem Girardum ac Ecclesias nostras, &
dominum Humbertum de Belloioco
extiterant, tandem venimus Vizilia-
cum, & ibi consilio Baronum nostro-
rum pacem huiusmodi fecimus & af
firmauimus. Comes Girardus reco-
gnouit se hominem nostrum esse, &
B in casamentum recepisse de nobis
saluâ fidelitate primogeniti fratris
sui Comitis Stephani tria castra
Vinzellas, Montembelletum, & Sa-
lam: iura uerunt etiam fidelitatem
nobis, & Philippo filio nostro, &
quòd pacem imperpetuum teneret
ipse & sui nobis, & nostris omnibus, &
nominatim Humberto de Bellijoco
ac suis: & quòd pacta inter eos facta,
sicut in cartâ Humberti continetur
firmiter obseruaret. Ecclesiæ etiam
Matisconensi sub eodem sacramento
promisit perpetuam pacem de se &
de suis, & præcipuè de illis, quibus oc-
C casione Comitis Girardi aliquod à no-
bis vel à nostris damnum fuerat illa-
tum, præterquàm de Vlrico de Bal-
giaco de quo faceret posse suum.
Hospitationem verò quam in terrâ
Romanacensi exigebat, concedente
& laudante fratre suo Comite, Ste-
phano Episcopo & Ecclesiæ guerpi-
uit, & quatuor miteriatas terræ Capi-
tulo donauit, & de gageriâ Flacciaci
quam Ecclesia ei reddidit, de mona-
chis Laisiaci ad quos pertinebat, pa-
cem se eis facturum promisit, quòd si
aliquando aliquid de pace istâ à se vel
ab aliquo suorum, per se vel per sub-
D monitionem nouerit esse infractum
infra 40. dies illud se emẽdaturum iu-
rauit, &c. Actum Vizeliaci anno Verbi
Incarnati 1172. interest dedicationi 1172.
Ecclesiæ Bellævillæ 1179. habetúrque
subscriptus diplomati cõtrouersiæ in-
ter Capitulum Matisconensem & do-
minam de Velâ 1182. notatur mortuus
in obituario Ecclesiæ Bellijocensis
11. Cal. Decemb. de eo fortassis in-
telligi debent quæ scribit Stephanus
Cluniacensis Abbas epistolâ ad Lu-
douicum 7. Regem Francorum, ho-
nestatem eius & prudentiam honori

ad quem assumptus est, optimè conuenire.

VERGY. 41. RAINALDVS DE VERGY ex Præcentore & Præposito Eduensi
1190. 1190. Guidonis domini Vergeij & Adelaidis de Bellomonte filius, cuius tempore incepit diuisio mensæ Episcopalis & Capituli: de illo in tabulis Matisconensis Ecclesiæ; memoratur in titulo cartularij Cluniacensis, & vitâ functus annotatur in Necrologio; VIII. Idus Septemb. obiit dominus Rainaldus venerabilis huius Ecclesiæ Episcopus, qui construxit murum hospitij vsque ad Capellam, & aulam restaurauit, necnon cameras à fenestris sursùm consummauit De eo Quercetanus in stemmate genealogico gentis Vergeiæ.

THOIRE. 42. PONTIVS DE THOIRE 2. ex vetustâ & nobili familiâ toparcharum de Villariis in peninsulâ Rodani & Araris, in confinio Dombarum & Bressiæ, patre Humberto 2. domino de Thoire, & Aleide de Coligny dominâ de Cerdon matre oriundus, fratrem habuit Stephanum 1. familiæ propagatorem, & Bonifacium Episcopum Bellicensem, Pontius autem pietati addictus, Canonicus & Cantor Ecclesiæ Lugdunensis Humberto Archiepiscopo, cuius vitæ sanctimoniâ excitatus Sellionis Cartusiæ propè Burgum in Bressiâ monachus factus, tum eius Prior tertius à S. Hugone Abbate Cluniacensi visitatus, literis sæpius interpellatur; vtinam, inquit in quadam epistolâ sicut præsentem cartam, ita vobis & mentem meam mittere possem, legeretis certissimè quid in corde meo & amore vestro digitus Dei scripsit, quid meis impressit medullis, ex quo vna cùm Rainaudo nostro Matisconensi Episcopo vos vidi, & mores placidos hausi. Porrò cùm eius virtutis fama percrebuisset, defuncto Rainaldo in Antistitem deligitur à Capitulo 1199. consecratus Lugduni pridie Idus Ianuarias, sedit per annos 20. Sub eius Pontificatu Rex Philippus Augustus anno
1199.
1209. 1209. remisit ei & successoribus Episcopis ius integrum Regaliæ hâc formâ codicillorum in cartulario. IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Philippus Dei gratiâ Francorum Rex, nouerint vniuersi quòd nos dilecto & fideli nostro Pontio Matisconensi Episcopo & successoribus eius in perpetuum, quittamus quicquid iuris in Regalibus Sedis Matisconensis habebamus. Ita quòd vacante Sede nihil de mobilibus vel immobilibus per nos vel per alium capiemus in domibus Episcopi, nec in castellis, aut in villis eiusdem, neque in hominibus Regalium, nec in rebus eorumdem, neque in prædictis Regalibus aliquid prorsus retinemus, & debent habere exercitum in prædictis Regalibus, non simpliciter, sed tantùm hoc modo. Si nos vel filius noster, vel Marescallus, vel Seneschallus, vel Constabularius Franciæ de mandato nostro versùs partes illas exercitum duceret, in hoc casu dictus Matisconensis Episcopus vsque Diuionem, & non vltrà in nostrum exercitum cùm militibus & armis venire teneretur, &c. Concedimus etiam vacante eâdem Sede, quòd Regalia sint in manu Decani & Capituli Matisconensis; vt ea salua & integra ad opus futuri Episcopi reseruentur. Ne autem propter locorum distantiam Matisconensi Ecclesiæ damnum aliquod vel periculum immineret, si Canonici mortuo Episcopo suo eligere non possent, nisi priùs à nobis peterent eligendi licentiam: volumus & concedimus, vt dicti Canonici eligant, non petitâ à nobis licentiâ eligendi. Electus verò quando confirmatus fuerit, ad nos venire debet factâ nobis fidelitate ex manu nostrâ Regalia recepturus. Præsentibus enim literis per alias literas priùs obtentas nullum volumus præiudicium generari. Quod vt perpetuum robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate & regij nominis caractere inferimus. Actum Parisiis anno ab Incarnat. Domini 1209. regni verò nostri 30. vacante Cancellariâ.* Interim vitæ pacatioris quàm fuerat expertus desiderio flagrans, relictâ sede suâ in Cartusiam Montismerulæ sese inclusit, quò defunctum 1210. Seuertius asserit, & tumulatum 16. Octobris, religione & sanctimoniâ clarum: constat nihilominùs dies clausisse in monasterio Firmitatis ad Gronam, vbi prostat cenotaphium ex lapide ad dextram altaris maioris circa quod legitur: *Annus ab Incarnatione Domini 1221. erat 1. Cal. Maij, quando obijt dominus Pontius Matisconensis Episcopus, cuius anima requiescat in pace. Godefridus fecit hanc tumbam.* Seuertius hoc epitaphium ad Pontium 1. Matisc. 1209.

concensem refert, sed non constat A chronologia, cùm iam Pontius iste ab anno 1160. fatis cessisset. Necrologium Matisconense de eo sic: xi. Cal. Maij obiit dom. Pontius Episcopus, qui Regalitatem à Rege acquisiuit, & volturam Ecclesiæ iuxta domum suam fieri fecit, & cameram suam iuxta, domúmque lapideam apud Virizetum. Præterea in archiuis Cartusiæ Montismerulæ nulla extat mentio eum hîc decessisse, sed tantùm quotidie pro eius beneficiis domui collatis, aut sacrum, aut eius memoriam celebrandam in sacrificio: Cartusia Maioræui in obituario ita memorat; *Pontius de* B *Villariis ex Cartusiano Episcopus Matisconensis, gemma Pontificum, rarâ pietate præfulgens obijt.* Eius elogium vide in Historiâ Bressiæ & stemmate genealogico dominorum de Villariis.

43. Haymo ex Cantore Lingonensi creatur Episcopus 1219. teste Alberico in chronico, nominatur in cartulario Cluniacensi, & in actis compositionis 1221. mense Ianuario cùm
1223. Rolando Abbate an. 1223. Rainaldo Lugdunensi Archiepiscopo, & 1226. mense Iulio cùm Ioanne de Brennâ Comite Matisconensi, ac Guidone C Caprario milite, posteà Bailliuo Matisconensi, & Aleide vxore Comitis Guillelmi in veteri membranâ. Eidem 1237. Bernardus dominus Balgiaci iuramentum fidelitatis præstat de castro S. Triuerij; dum autem à Curiâ negotiorum Ecclesiæ causâ redi-
1242. ret 1242. viuis excessit 14. Cal. Nouemb. in monasterio Albæripæ diœcesis Lingonensis: In vetusto Calendario Eccl. Matisconensis de eo quoque hæc leguntur: Venerabilis Haymo Episcopus castrum Rupis quod tenebat nobilis miles Pontius de Monte S. Ioannis, qui illud per auxi- D lium venerabilis Episcopi Pontij prædecessoris ipsius Haymonis cepit, & recuperauit à nobili viro Girardo filio Vuilelmi Comitis qui eandem Rupem Canonicis ibidem morantibus abstulerat, emit & redemit trecentis marchis argenti & vno equo de 25. libris à præfato Pontio tunc Castellano Regis, à quo Rege super hoc habuit mandatum dictus Pontius propter expensas ibidem bastiendo & tenendo castrum factas à suâ familiâ, vt dicebat. Dictus verò Aymo viriliter tuens iura Ecclesiæ pro defensione ipsius Ecclesiæ à nobili viro Ioanne tunc Comite Matisconensi captus fuit, & per longum temporis spatium detentus, ac in eadem captione multa pericula tormentáque sustinuit. Dum verò detineretur, castrum Matisconense quod nobilis vir Vuillelmus Comes Matiscon. tribus ligneis propugnaculis & aggeribus circumquáque vallauerat, annihilatum fuit penitùs & destructum. Turris verò castri priùs fuit omnino ope eius & consilio abolita. Muri claustri temporibus eius facti fuêre, & infra villam Matisconensem ac supra pontem villæ fecit fieri portas. Deinde verò propter Rupem quam pro tuendâ libertate Ecclesiæ tenebat, à viro illustri Guillelmo Comite Viennensi tunc Decano Bisontinensi fuit iterum captus & longo tempore detentus Episcopus, multáque in eâ captione damna intolerabilia perpessus est. Castrum autem Rupis magnis ac terribilibus muris clausit ac firmauit, & ibidem quandam domum lapideam fecit, & multa alia bona præstitit; Siquidem pleráque Episcopali domui casamenta militum & feoda acquisiuit. Apud Virizetum domum lapideam fecit optimam & Capellam turrémque ac stagnum. Apud Prissiacū aliam domum lapideam ædificauit, quam circumquaque aquis & magnis aggeribus præmuniuit. De captione verò ipsius quam fecit dictus Guillelmus Comes Viennæ, habent in emendam Episcopi 40. marcas & Capitulum alias 40. libras super pedagium Matisconis in partem ipsius perpetuam, &c.

44. Segvinvs de Lvgny Decanus Matisconensis & Archidiaconus Cabilonensis, gente in Burgundiâ nobili oriundus, nominatur in cartâ Cluniacensi 1243. mense Ianuario, vbi confirmat villas à domino de Buxeriâ traditas Abbati S. Hugoni, & die Cinerum eodem anno in tabulario Cabilonensi: interest dedicationi S. Petri ab Innocentio 4. die Conceptionis Deiparæ Virginis an. 1245. Matiscone factæ, duodecim Cardinalibus, duobus Patriarchis, septem Episcopis, & aliis pluribus Prælatis, cùm S. Ludouico Rege, Blancâ matre, & tribus Regis fratribus in magno comitatu præsentibus Lvgni. 1245.

ut notant tabulæ huius Ecclesiæ. In- A sequenti anno eleuationi corporum beatorum Martyrum Ferreoli & Ferrucij Vesuntione adstitit 4. Nonas Septemb. cùm Vuillelmo Archipræsule, Ioanne Lausanensi & Alexan-
1260. dro Cabilonensi. Præterea 1260. in cartophilacio Cluniacensi recensetur Seguinus cùm Hugone de Crusiliis Bailliuo Matisconensi, & Dalmatio S. Rigaldi Abbate. Eo sedente Dominicani & Franciscani in vrbem euocantur, eorúmque Conuentus auxilio B. Ludouici Regis conduntur: Comitissa autem Matisconensis Blanca, Pontisaræ in Abbatiâ S. Mariæ B Regalis efficitur Monialis, vendito prius Comitatu S. Ludouico Regi, cuius pecuniam in vsus pauperum, ac commoda cœnobij distribuit. Ani-
1262. mam tandem exhalauit anno 1262. Liber obituariorum Ecclesiæ Matisconensis de eo loquitur in hunc modum: XIV. *Cal. Iunij anno Domini 1262. obiit venerabilis memoriæ Seguinus istius Ecclesiæ Episcopus, qui tempore sui regiminis multas fortes guerras & litigia infinita pertulit: pro quâ etiam multa acquisiuit, primò vineas circa castrum de Rupe plantauit, turrim vnam ibidem construxit de nouo & alias turres restaura- C uit. Tandem pro anniuersario suo in Ecclesiâ faciendo, legauit quicquid acquisiuit apud Deuaiacum, & apud S. Mauritium iuxta Laisiacum, exceptâ decimâ quam dominus Guillelmus Doule habet in feudum ab eo apud S. Mauritium.*

DAMAS. D'or à vne croix ancrée de gueulle. 45. IOANNES DE DAMAS II. Canonicus Matisconensis, ex antiquâ stirpe de Dalmacio eligitur ac confirmatur à Philippo primæ Lugdunensis Electo 1262. quod notat regium cartophilacium; eiúsque habe-
1263. tur mentio in instrumento anni 1263. cùm Eustachio de Milliaco Matisconensi Bailliuo, & Iuone Cluniaci Abbate: sedit tantùm duos annos, & ad patres suos appositus est 1264. 17. Cal. Ianuarij in Calendario Bellnocensi.

Clermont. D'e gueulle à3 trois lions d'argent. 46. GVICHARDVS DE GERMOLE ex Canonico Matisconensi ad Præsulatum euocatur 1264. extant huius literę quibus hominium Comitatus Matisconensis remittit cùm aliis consue-
1267. tudinibus ex cartâ tabularij regij 1267 nominatúrque in Cluniacensi 1276. quo an. defunctus 16. Cal. Nouemb. Ecclesiæ suæ reditibus in multis parochiis ampliatis.

47. PETRVS DE LA IAISSE I. LA IAISSE. à patriâ nuncupatus de Iassiâ viculo in diœcesi Lingonensi, rexit anno 1282. moritur 1283. cuius funus Matisconе suâ præsentiâ honestauit Margarita S. Ludouici vidua, quæ tum Cathedralem ornamentis auxit: huius meminit verbis istis Necrologium Matiscensis Ecclesiæ: *Anno 1283. die* 1283.
14. Aprilis obiit bonæ memoriæ Petrus de Iassia Matisconensis Episcopus, qui legauit nobis & Ecclesiæ nostræ B. Vincentij 100. libras Turon. ad emendum reditus pro anniuersario annis singulis ibidem faciendo, quorum redituum medietas debet distribui inter præsentes in obsequiis seu vigiliis, & alia ad missam anniuersarii. Item dedit operi huius Ecclesiæ 100. libras Turon. cuius sepulturæ interfuit illustrissima Regina domina Margarita uxor Ludouici piissimi Francorum Regis, cùm nobilium multitudine copiosâ. Quæ Regina dedit B. Vincentio tres optimos bandequinos.

48. HVGO DE FONTAINES DE FONTAINES. ex Decano & Archidiacono suffectus 1284. fuerat anteà Canonicus & Can- 1284. tor Ecclesiæ B. Vincentij Cabilonensis, cui tertiam partem decimæ de Fontanis donauit, dies clausit 5. Cal. Nouemb. anno 1300.

49. NICOLAVS DE BARRO DE BARRO. Gaufridi Ebroicensis Præsulis nepos eligitur mense Decembri 1300. ineunte anno 1301. possessionem iniit, priuilegio clientelæ donatur literis regiis pro castro & Castellaniâ Romenaisi sub annum 1303. in cartophilacio 1303. basilicæ Belliocensis extat rescriptum vnionis parochialis Ecclesię burgi Belliioci cùm Sacristiâ Collegiatæ huius loci 1304. die Mercurij ante festum B. Clementis: reperitur & in D iisdem archiuis Belliocensibus aliud instrumentum pro Decanatu Grandisriui 1311. mense Aug. in cuius fauorem literas Rex Christianissimus pro patrocinio impertitur Lugduni 1312. Mortuus est 1330. Ecclesiâ hærede in- 1330. stitutâ, cui variæ supellectilis sacræ ornamenta contulit.

50. IOANNES DE SALAGNY, SALAGNY. III. frater Guillelmi Antistitis Cabilonensis, Bellijocensis 1332. memoratur Pontificali infulâ condecoratus in autographis Episcopalibus, videlicet in

actu hominij Amedei Comitis Sabaudiæ, & Marchionis Balgiaci, de feudo recognitionis quod ab Ecclesiâ
1332. Matisconensi tenebat 1332. adstante Simone de S. Cruce Decano; tum 21. Octob. sequentis in suburbio B. Laurentij eiusdem Comitis, fidem clientelarem admittit: fundator Capellæ S. Iuonis in Cathedrali anno circiter 1349. & 1355. probat dotationem Capellaniæ in honore S. Georgij Basilicæ maioris per Decanum Simonem.

1357. 51. Odo administrasse dicitur 1357. vel 1360. de quo circumfertur in diario Matisconensis Ecclesiæ: x. *Calend. April. obiit Odo huius Ecclesiæ Episcopus, qui dedit S. Vincentio mansum de Montecanino cum suis appendicibus, & alium mansum in Albiniaco, ac in villa de Cannanis cum eorum appenditiis.*

Sainte Croix. De sable à la croix d'or. 52. Philippvs de Sainte Croix, ex Decano, dynasta erat de Colongiis & de Mercy, cuius parens Stephanus de sanctâ Cruce miles, toparcha Sauigniaci in Reuersómõte. Amedeus Sabaudiæ Comes illi sacramentum exhibet in oppido Ponteuelano
1370. de nonnullis terris 1370. duas Capellanias dotauit in sacello B. Georgij Cathedralis, & hospitale in suo castro paterno Colangiarum Vilosarum diœcesis Autissiodorensis: captus ab Hugone Dombarum dynastâ & carceri mancipatus, suggestione Iosserandi vassalli sui, interueniente Guillelmo Bisonticensi Præsule, & Sabaudiæ Comite liberatur, eâ tamen seruitute Iosserando impositâ in emendam, vt quotannis festo S. Vincentij cereos viginti quinque librarum ad altare Cathedralis offerret. Sub ipso Canonicorum numerus ad vicesimum reductus est: decessit verò 1380.
1380. 6. Idus Octobris.

Boissy. 53. Ioannes de Boissy iv. ad hanc sedem peruenit 1380. 24. Octobris, posteà traducitur ad Episcopatum Ambianensem.

Rovgemont. 54. Theobaldvs de Rovgemont subrogatur 1389. 28. Mar-
1389. tij ex Actis consistorialibus Vaticani, migrauit posteà ad Bisonticensem, tum Viennensem Metropolim, vt diximus tomo I.

55. Petrvs de Ivys ii. nobilis è Dombarum Principatu diœcesis Lugdunensis memoratur Episcopus 1395. 15. Septemb. in Registris Vaticani, confirmatur à Lugdunensi suo Metropolitano, defunctus est 15. Cal. Iunij 1412. fundato S. Pauli sacello in Cathedrali cùm quatuor anniuersariis, vbi etiam Cappellaniam instituit Thomas de Iuys Archipresbyter Belliiocensis. Ivys. D'argent à la bande de gueule. 1412.

56. Ioannes Christini v. Episcopus erat annis 1415. & 1417. ex variis recognitionum codicillis; assistens nominatur in consecratione Amedei Lugdunensis Archiepiscopi 16. Iannuarij 1416. Christini.

57. Goffridvs de Saint Amovr nobilis Belliiocensis, ex Præcentore circa an. 1420. obiit 1430. Cal. Octobris, fundator Cappellæ S. Claudij in Cathedrali, quam reliquit hæredem cùm pauperibus, & Capitulo Belliioci vbi fuerat Canonicus. S. Amovr. 1420.

58. Ioannes Macet vi. Decretorum Doctor, eligitur circiter an. 1431. Legati Apostolici munere fungens pro Eugenio 4. missus est Traiectum 1432. componendæ pacis gratiâ cùm Radulpho Electo Antistite Traiectensi, vt habet auctor Chronici magni Belgici: dedicauit Ecclesiam parochialem S. Petri Matiscone Cal. Maij 1441. fatis cessit 3. Cal. Septemb. 1448. in castro Viriseti, ibique sepultus. Macet. 1441.

59. Gvido de Rochefort electus reperitur 1448. 5. Cal. Nouemb. per obitum Ioannis, quemadmodùm notant libri prouisionum Prælatorum Vaticani: de quo nulla in catalogis Matisconensibus mentio. Rochefort.

60. Ioannes le Ievne vii. Cardinalis S. Laurentij in Luciná 1449. posteà Ambianensis Episcopus, ac Teroanensis. Le Ievne.

61. Stephanvs Hvgonet, ii. Matisconensis ciuis, patruus Guillelmi Burgundiæ Cancellarij, & Philiberti sequentis, ex Decano Ecclesiæ renunciatur Antistes, non 1451. 16. Cal. Augusti, vti memorant acta Consistorialia, námque superiori an. Hvgonet. Vairé d'or & d'azur à vne bande de gueule. 1451.

1450. transigit Matiscone cùm Duce A Borbonij super iurisdictione in Presbyteros diœcesanos, aliisque de controuersiis, pro quibus inter se disceptabant, ex regestis Cameræ Rationum regiarum Parisiensium: Constitutiones edidit pro Ecclesiâ parochiali S. Petri Matisconensis: fundator & Capellæ S. Annæ in Cathedrali.

HVGONET. 62. PHILIBERTVS HVGONET Cardinalis tituli S. Luciæ in Silice posteà S. Ioannis & Pauli, patruo successit, vrbem ingressus 1481. mense Martio, variis pro suo Principe Burgundo ad Paulum, 2. Sixtum 4. & Ferdinandum Castellæ Regem Legationibus functus est: cuius Episcopi meminit instrumentum tabularij Matisconensis anni 1479. 22. Decemb. Purpurâ insignitur à Sixto 4. Pontifice 1473. Legatus item patrimonij Viterbiensis constitutus, Iacobi Picolominæi Cardinalis Papiensis familiaris fuit prout cõstat ex epist. 522. Romæ viam vniuersæ carnis ingressus 1484. 14. Decemb. funeratur in Ecclesiâ D. Mariæ de Populo, cuius hoc elogium est apud Antonium Lullium in suâ » Oratione funebri: Philibertus, ait, » sacrorum Canonum peritiâ, iustitiâ, » clementiâ, facilitate, rerum vsu, li» beralitate, animi magnitudine, innatâ » humanitate, quâ dignitatis tamen » ratione non prætermissâ, omnes com» plectebatur, modestiâ, continentiâ » enituit: clara & erudita ingenia do» mui aluit, literarum cultor, & do» ctorum virorum Mœcenas, hos ipsos » è cœno erigebat, & à tenebris in lu» cem vendicabat: munificentiam in » ignotos etiam exercuit, tantâque est » vsus liberalitate, vt in alieni æris com» pedes inciderit. Hæc ex Frisono.

1481.

1484.

LONGVY. 63. STEPHANVS DE LONGVY III. Ioannis domini Giuraci & Ioannæ à Viennâ filius, Protonotarius Apostolicus, fidem clientelæ pro temporali Episcopatus Lutetiæ exhibuit 12. Februarij 1494. ex Regesto Cameræ Rationum Parisiensium; cùm superiore anno 11. Aprilis diœcesanis suis statuta Synodalia ordinasset Romenæi ditionis suæ Baronia.

1494.

LONGVY. 64. CLAVDIVS DE LONGVY Philippi domini de Paigny ex Ioannâ Baufremontiâ natus, ante à Canonicus & Archidiaconus Matisconensis per resignationem patrui Stephani factus est Antistes Matisconensis. Ille tanquam Vicarius Francisci de Rohan Archiepiscopi Lugdunensis Concilium prouinciale habuit Lugduni 1527. mense Martio; fuit Claudius posteà Lingonensis, Pictauensis, & Ambianensis Episcopus, necnon Cardinalis, vt suprà diximus. 1527.

CHANTEREAV. 65. LVDOVICVS CHANTEREAV I. Sacræ Theologiæ Doctor, monachus professus Eremitarum Augustinensium, Ludouico 12. Regi à Confessionibus, & Abbas S. Euurtij Aurelianensis, ad Pontificatum promotus 1529. Synodum celebrauit diœcesanam mense Aprili 1531. quo anno viuis excessit 24. Septembris: cuius epitaphium Parisiis ante maius altare in templo Augustinensium, vbi lacunar, seu opus tabulatum apposuit, & Capellam B. Virginis construxit, visitur his carminibus; 1531.

Regum magnificas si laudent prisca columnas,
Egregium dices hocce, viator, opus.
Canterellus amans Diuûm Ludouicus honorem
Prouidus, extremos hæc dedit ante dies.
Aequora fumosos generant calefacta vapores,
Imber & hinc lapsus rursus in æquor abit.
Si decet & sacris cumulata numismata rebus,
In sacra legitimo dona redire gradu.

HEMARD. 66. CAROLVS HEMARD Cardinalis Matisconensis, ex Consiliario magni Consilij, Protonotario, & tunc in Legatione Franciæ Datario electus ad hunc Episcopatum 20. Nouemb. 1531. confirmatur à Francisco de Rebé Crudacij Abbate, Francisci Archiepiscopi Lugdunensis Vicario, die Mercurij post festum Purificationis: creatur verò Cardinalis à Paulo 3. & Ambianensis Episcopus, vbi de eo plura. 1531.

NARBONNE. 67. ANTONIVS DE NARBONNE vetustissimâ stirpe editus Guerino de Narbonâ domino de Salelles, & Margaretâ de Miremont parentibus; monachus Benedictinus, possessionem adiit per procuratorem 1541. 12. Ianuarij, post satis longam Sedis 1541.

vacationem, Ecclesiam verò ipse inuectus est solemni pompâ Cal. Augusti 1542. quo anno pridie Nonas Octobris fato fungitur:

DU CHASTEL. 68. PETRVS CASTELLANVS II. diœcesis Lingonensis, Regis Magnus Eleemosynarius ac Bibliothecæ Præfectus, celebri facundiâ notus, quo nomine Regi acceptus Tutelensi primùm Episcopatu, dein Matisconensi honestatus est, possessionem
1544. nancifcitur mense Decembri 1544. vigiliâ Conceptionis Deiparæ Virginis, vrbem suam inuisit die S. Trinitatis 1548. festiuâ inaugurationis pompâ exceptus. Defuncto Francis-
1547. co I. 1547. eum Castellanus eloquenti oratione funebri laudauit, tandémque transfertur ad Episcopatum Aurelianensem, celebratus à Scæuolâ Sanmarthano lib. 1. Gallorum doctrinâ Illustrium, quem etiam magnus ille Franciæ Nomophylax Michael Hospitalius epist. lib. 1. sic alloquitur:

Castellane decus Musarum, & caste Sacerdos
Vittis ac meritâ frontem redimite coronâ,
Seu te Castalides nascentem hoc nomine Musæ
Donarunt, siue ipse tibi virtute parasti,
Id fidei commissa tuæ castella tuendo
Fortiter, & Musis longâ obsidione solutis,
Quas fera barbaries successu turgida rerum,
Iniustâque orbis per vim potione potita,
Aut procul extremis Europæ finibus Alpes
Inter & Occeanum spaciis vrgebat iniquis,
Et tam barbaries longè latéque tenebat
Omnia, iam sese Musæ suâq; arma parabant
Dedere, præsidio nisi Castellane fuisses
Ausus te innumeris exponere millibus vnum:
Pro quo magna tibi concessit magnus Apollo
Præmia, cuius tu auspicijs ea bella gerebas,
Delectat seruare dedit tibi námque sorores,
Téque Sacerdotem defensi numinis ergò
Instituit, têplique adytis præfecit & aræ.
Musarum Antistes sacer interpréfque fidelis,
Cuius mellifluo recitantis pendet ab ore,
Totus & in suaui penitus sermone quiescit,
Cùm positâ Musas pharetrâ respexit Apollo.

FAVCON. 69. FRANCISCVS DE FAVCON Monspeliensis, Abbas Bellæperticæ, S. Ioannis Carnotensis & in eadem Ecclesiâ Archidiaconus, creatur Tutellensis Præsul, tum Aurelianensis, ac permutationis causâ cùm Petro Castellano traducitur ad Matisconensem 1551. denique ad Carcasso- 1551.
nensem.

FOIX. 70. AMEDEVS DE FOIX ex nobilissimâ stirpe Fuxensi, Carcassonensem Sedem pro Matisconensi commutauit cùm Francisco Falconio, missus in possessionem procuratorio nomine 1556. Calend. Decemb. mense Iunio anni 1557. Romenæi cùm Ca- 1557.
pitulo suo pro iurisdictione transegit, ac sedisse reperitur in actis circiter biennium, translatus ad Vasatensem.

ALAMANNY. 71. IOANNES-BAPTISTA ALAMANNY Florentinus, Ludonici poëtæ illius clarissimi, qui pro tuendâ libertate mortem oppetiit, filius erat, in lucémque editus 30. Octob. 1519. in Gallias profectus, à Catharinâ Medicea delectus est Eleemosynarius, dein à secretis consilius Regis, mox Vasatensis Episcopus adlectus, vltimò transiit ad Matisconensem, cuius accepit possessionem 1558. Recognouit cùm Capitulo antiquas transactiones quoad iurisdictionem; cui dicat Petrus Saniulianus 1577. Antiquitates Matisconenses: animam exhalauit 1581. Idib. Augusti in suo 1581.
Episcopali palatio.

ALAMANNY. 72. LVCAS ALAMANNY nobilis Florentinus, Ioannis-Baptistæ consanguineus, post ipsum Episcopus renunciatur, ac possessionem apprehendit 1583. resignatione eiusdem decessoris; interfuit Cœtui Cleri Gallicani Parisiensi in Abbatiâ S. Germani de Pratis 1586. lustratâ diœcesi per belli ciuilis tempestatem, spe pacis futuræ in Italiam se recepit anno 1591. vbi Summo Pontifice Clemente 1591.
8. virtutem Præsulis probante, ab eo Ecclesiasticis muneribus condecoratur, imprimis moderamine Comitatus Æsini, cum Principatus Asculanorum,

norum, & aliarum præfecturarum A
quas vice Pontificiâ rexit; designatur
Ecclesiæ Volaterranæ Pontifex anno
1598. eiurato priori Pontificatu Ma-
tisconensi Hanc Ecclesiam vir doctus
ac pius rexit per annos 19. ac tran-
quillioris vitæ amore, functione Epis-
copali libens se abdicauit, cùm priùs
consecrasset Ecclesiam S. Francisci
de Paulâ ac S. Marci; Florentiæ obiit
1625. ibique sepelitur cuius successor
Bernardus Inghiramius nobilis Vola-
terranus: de eo Vghellus tomo 1. in
Episcopis Volaterranis.

DINET. De gueulle à cinq roses d'ar posées en sautoir, à vne croix ancrée de mesme.

73. GASPAR DINET Molinis B
Boiorum ad Elauerim Iacobo patre
Puteiregalis domino, & Præfecto ge-
neralis dominij Borboniensis sub Re-
ginâ Elizabethâ, matre Philippâ Eu-
uraud nascitur nocte Epiphaniæ anni
1569. professus Ordinem Minimorum
S. Francisci de Paulâ in cœnobio
Vincenarum, Romam tendit 1590.
ac post varias Ordinis præfecturas,
Collega generalis Minimorum, lu-
stratâ Italiâ & Hispaniâ, in eo potissi-
mùm munere summam sibi existima-
tionem peperit: in locum defuncti
Petri fratris sui natu maioris Capellæ
Regiæ Magistri Concionator Regius C
assumitur, ac per Florentiam diuer-
tens, vbi quædam Regis negotia pro-
curauit, vti & Massiliæ, pro reuocan-
dis ad obsequium Regis, Hispanicæ
factionis fœderans; tandem Parisios
rediit, vbi in celebrioribus Ecclesiis
ex facto suggestu concionatus est: se-
renissimæ autem Hetruriæ Ducissæ
acceptus, vacanti Episcopatui Ma-
tiscensi per promotionem Lucæ ad
Volaterranum assumitur, & acceptis
bullis à Clemente 8. Pontifice 4. No-
1599. nas Augusti 1599. inauguratur An-
tistes à Francisco Cardinali de Ioyosâ
in sacello B. Mariæ intra claustra Ab-
batiæ S. Germani de Pratis, Parisiis
die sacro Epiphaniæ 6. Ianuarij anni
1600. assistentibus Arnaldo Niuer-
nensi, & Francisco Abrincensi Epis-
copis. Idib. Februarij sequentibus
Matisconem solemniter ingressus,
continuò Præsul peruigil lustratio-
nem diœcesis à centum anteà annis
non visitatæ aggreditur, in quâ curæ
pastoralis munia sedulò impertitus
1602. est: tum anno 1602. transactionem
inter Episcopos & Cathedralis Capi-
tulum aliàs initam renouat, Capuci-
nos admisit 1604. quibus conuentum
& basilicam instaurat, vti & xenodo-
chium pro peste infectis, Vrsulanas
quoque admisit, & instituit semina-
rium in vrbe à Patribus Congregatio-
nis Oratorij regendum anno 1615. 1615.
cùm priùs Cathedralem Ecclesiam
1610. Canonicorum subselliis, duplici
organo musices, atque tribunâ ex to-
tius Cleri ærario adornari curasset.
Interest Comitiis Burgundiæ sæpius,
tum Generalibus Ordinum regni Pa-
risiis 1614. & 1617. cœtui Cleri Gal-
licani, vbi coram Rege orationem
habuit 2. Iunij. Admisit ritum cele-
brandi officij iuxta Concilij Triden-
tini decretum 1612. Seminarium Cle-
ricorum in vrbe suâ in sacello B. Ma-
riæ de Succursu, confraternitatem S.
Eucharistiæ & Angeli Custodis ere-
xit. Mortuus est Calend. Decemb.
1619. sepultus in Cathedrali; vide 1619.
Chronicon generale Francisci Lano-
uij sui Ordinis Minimorum, & Seuer-
tium in Episcopis Matisconensibus.

74. LVDOVICVS DINET II. DINET.
Gasparis nepos ex fratre Iacobo di-
nastâ Puteiregalis, & Valeriæ, cessio-
ne patrui designatus Antistes, sacra-
mentum hominij profitetur Regi
apud Fontembellaquam 13. Aprilis 1621.
anni 1621. consecratur Parisiis in tem-
plo Dominicanorum suburbano stri-
ctioris obseruantiæ die 25. Aprilis se-
quentis, ab Ægidio de Souurè Con-
uenarum Antistite, assistentibus Di-
niensi & S. Brioci Episcopis. Hoc au-
tem Præsule 1622. Minimi, Carmeli-
tæ, & Sorores Visitationis stabiliun-
tur; excipit Henricum Borbonium
Principem Condæum Burgundiæ
Proregem 1632. Præses in Comitiis
Generalibus Cleri Gallicani Parisiis
anno 1650. migrauit à vitâ, mense 1650.
D Octobri.

75. IOANNES DE LINGENDES LINGENDES.
VIII. Episcopus Matisconensis, Baro D'azur à trois glands d'or.
de Montbelet, Romenay, Roussey,
Chauffailles, Vincelles & de Cour-
celles, Regiâ Sanctioribus Consiliis,
& Concionator, Abbas S. Vulinari,
nominatus Episcopus Sarlatensis à
Ludouico 13. consecratur in Ecclesiâ
Patrum Soc. Iesu S. Ludouici à Leo-
noto d'Estampes Archiepiscopo Re-
mensi, assistentibus Aurelianensi &
Autissiodorensi Præsulibus an. 1642.

14. Decemb. vnde transfertur ad A hanc Ecclesiam Matisconensem be-
1650. neficio Ludouici 14. 1650. die 11. Nouembris, pro cuius Sedis temporali hominium clientelare Regi professus est 1651. 20. Iulij.

DECANI ALIQVOT MATISCONENSES.

Ido anno 1064. Decanatum huius Ecclesiæ obtinuit. B

Odo, in instrumento cartularij Matiscensis, nominatur
1080. 1080. in restitutione Hugonis Fuldradi, quartæ partis decimarum Ecclesiæ S. Mariæ de Agrillio factâ B. Vincentio: item in alio documento Arcaldi, qui reddidit S. Vincentio Ecclesiam S. Amoris, regnante Philippo: testis quoque in notitiâ Landrici Episcopi cùm Monasterio Cluniacensi.

1110. *Artaldus* anno 1110. donat Ecclesiæ suæ basilicam de Floriaco, posteà C monachus Cluniacensis.

Gauceramnus anteà Archidiaconus præfuit Berardo Episcopo ex variis tabulis Matisconensibus.

Vuicardus testis in instrumento calumniæ Fratrum Malliacensium cùm Canonicis S. Vincentij sedente Ioce-
1130. ranno Pontifice 1130. & 1151. in actu Hugonis filij Stephani de Velâ, in altero Hugonis de Germollâ, & 1158. in cartâ Girardi Comitis Matisconensis.

Petrus nominatur in schedâ Hu- D gonis domini de Berriaco, quâ vendit Pontio Episcopo & Canonicis B. Vincentij omnem decimam quam possidebat in parochiâ de Petra clausâ actum in claustro S. Vincentij.

Gautherius de Berriaco Hugonis frater, in cartâ antiquâ Ecclesiæ S. Vincentij.

1222. *Guillelmus* an. 1222. mense Septemb.

Seguinus de Lugny 1231. 11. Cal. Martij, posteà Episcopus Matisconensis.

Hugo de Fontanis ex Archidiacono Decanus & Episcopus.

Simon de sanctâ Cruce in hominio Amedei Comitis Sabaudiæ Matiscone reddito 1332. fundauit Capellam in 1332. Ecclesiâ Matisconensi quam probat Ioannes Episcopus diplomate anni 1355.

Philippus de sanctâ Cruce ex actu Capitulari anni 1358.

Guido de Bleterans vtriúsque Iuris Licentiatus recensetur cùm aliis capitulantibus, & Philippo de S. Cruce Episcopo 13. Iulij 1374. in cartâ pro 1374. confratriis Ecclesiæ Matisconensis ad maius & minus altare; tum in alterâ transactione pro iurisdictione Ecclesiasticâ cùm Episcopo, præfuit & 1383.

Theobaldus de Monteauro.

Girardus Perrier Archidiaconus 1425. dein Decanus. 1425.

Stephanus Hugonet ex Decano creatur Episcopus.

Antonius de Laye in Decretis Licentiatus, & Pastor parochialis Ecclesiæ S. Petri Matisconensis, sedit Hugoneto Episcopo.

Ioannes de Damas.

Philippus de Coursant.

Franciscus de la Guiche Abbas S. Satyri, & Protonotarius Sedis Apostolicæ successit per eius obitum 1531. 1531. & 1559.

Philippus Bernard Senator Parisiensis 1590.

Nicolaus Chandon Agens Cleri Gallicani in Comitiis Generalibus Cleri Parisiensibus an. 1606. 1606.

Gratianus Bernard Decanus, Officialis & Vicarius Generalis Matisconensis an. 1641.

MAVRIANENSES EPISCOPI PRINCIPES ET COMITES.

Saint Iean de Morienne en Savoye sur l'Arch.

MAVRIENNA Sabaudiæ oppidum à Mauris dictum putat Frodoardus, quod super fluuium Arboris situm refert Fredegarius in Chronico; nomen dedit Valli Mauriennæ, siue Murianæ ad Alpes Cottias, vbi olim Branouices, & Blennouij. Titulo Comitatus insignie, & intra Sabandiæ Ducatum contentũ ciuitatem habet à Guntramno Burgundionum Rege ædificatam, ceu potiùs restauratam, nullis mœnibus, sed vndique montibus cinctam, & S. Ioannis de suo nomine cognominatam, ad Arcum flumen, qui è Cinisio monte defluit. Diœcesis eius satis ampla sub Archiepiscopatu Viennensi, & Senatu Chamberiacensi: in Templo Cathedralis Ecclesiæ nonnulli Sabaudiæ Principes tumulati sunt, cui octodecim Canonici inseruiunt, & iis Cantor præsidet. Episcoporum seriem Franciscus Augustinus ab Ecclesiâ Salutiensis Episcopus in Pedemontanæ regionis Chronologicâ Historiâ euulganit.

341. 1. LVCIANVS, qui in Concilio Romano sub Iulio Papâ anno 341. celebrato inscribitur Maurianensis Episcopus.

2. VOCONIVS an. 452.

3. B. ÆCONIVS, vel HICONIVS
581. in Concilio Matisconensi 1. 581. & 2. 585. Episcopus Ecclesiæ Mauriennatis subscripsit, de quo Card. Baronius an. 608. vbi agitur de reuelatione corporis S. Victoris Solodurensis in Ecclesiâ suburbanâ Geneuæ, quam notant Aimoinus lib. 3. Hist. cap. 90. & antiquior Fredegarius Scholasticus in Chronico, verba eius hæc sunt, *Eo anno corpus S. Victoris qui Saladoro cùm S. Vrsione passus fuerat, à B. Æconio Pontifice Mauriennense inuenitur. Quâdam nocte in suâ ciuitate reuelatur ei in somnium, vt surgens protinus iret ad Ecclesiam, quam Sedeleuba Regina in suburbano Genauensi construxerat, in medio Ecclesiæ designato loco illud sanctum corpus adesse. Cùmque Genauam festinus perrexisset, cùm B. Rustico & Patricio Episcopis triduanum facientes ieiunium, lumen per noctem, vbi illud gloriosum & splendidum corpus erat, apparuit. Quod cùm silentio hi tres Pontifices, cùm lacrymis & orationibus, eleuato lapide, in arcâ argenteâ inuenerunt sepultum. Cuius faciem rubentem quasi vini repererunt, ibique Princeps Theudericus præsens aderat, multisque rebus huius Ecclesiæ tribuens maximam partem facultatis Vuarnacharij ibidem confirmauit. Ad sepulchrum illud sanctum miræ virtutes ex ipsâ die, quâ repertum est, præstante Domino integrâ assiduitate ostenduntur.*

4. LEBORIVS subscripsit Concilio Cabilonensi an. 650. post quem Philibertus Pingonius statuit sanctum Æmilianum. 650.

5. FELINASIVS anno 813.

6. ABBO in Concilio Tullensi apud Saponarias an. 859. dictus Maurogensis Episcopus, & Maurianensis in Tusiacensi 860. 859.

7. ADALBERTVS interfuit Synodo Pontigonensi 876. & 879. in Mantalensi: cui scribit Ioannes 8. Papa ep 295. & memoratur epist. 100. necnon in Concilio Ticinensi sub Carolo Caluo Imp.

7. ODELARDVS 881. adfuit in æde S. Marcelli Concilio Cabilonensi 915. & Carilocensi 926 cui aderant Anchericus Lugdunensis, & Geraldus Matiscensis ex monumentis Carilocensis monasterij. 881.

8. EVRARDVS 1023. nominatur in Synodo Ansanâ 1025.

9. ARNOLDVS in vitâ S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani. Huic fortè Gregorius Papa 7. anno 1080. simul cùm Herimanno Cardinali, Hugone Diensi, Gratianopolitano & Sedunensi Episcopis, causam inter Abbates Diuionensem & Fructuariensem commisit. 1080.

10. CONO seu CONRADVS

1093. apud Ludouicum ab Ecclesiâ in A Historiâ Pedemontanâ.

1106. 11. Berardvs an. 1106.

12. Ioannes i. an. 1107. Paschali 2. Pontifice Maximo.

13. Aycaldvs 1125.

14. Ayrardvs ex monacho & Priore Cartusiæ Portarum diœcesis Lugdunensis, doctrinâ & sanctitate
1145. illustris 1145. mortuus an. 1167. in vitâ S. Petri Tarantasiensis à Gaufrido scriptâ.

13. Bernardvs i.

16. Petrvs i. Maurianensibus po-
1160. pulis ius diuinum dixit 1160.

17. Gvillelmvs i. ex alumno maioris Cartusiæ 1167. nominatur in donatione factâ ab Humberto Comite Sabaudiæ Ecclesiæ Vlciensi; viuebat adhuc 1188. etsi dicatur mortuus anno 1176. in quibusdam monumentis.

18. Lambertvs interest Con-
1179. cilio Lateranensi 1179. obiit 1198.

19. Aymarvs Abbas S. Petri Viennensis vbi quiescit, Ecclesiam Maurianæ rexit an. 14. mortuus est anno 1245. Archiepiscopus Ebredunensis.

Savoye. 20. Amedevs de Savoye i. filius Comitis Allobrognm Thomæ i. qui fuerat monachus maioris
1240. Cartusiæ, Episcopus 1240. Pingonius scribit obiisse 1268. sepultúmque in æde Maurianensi, ac xenodochium ad ripam lacus Lemani fundasse; Seuertius ad an. 1248. notat iuramentum fidelitatis ab Hugone D Duce Burgundiæ nomine Philippi fratris excepisse.

1272. 21. Antelmvs de Claromonte i. nobilis Sabaudus 1272.

22. Petrvs ii. anno 1280.

23. Aymo i. interest Concilio prouinciali Viennensi celebrato sub Guilelmo de Valentiâ Archiepiscopo
1289. 1289.

24. Amblardvs 1300.

25. Aymonetvs vir pius & doctus 1303. 1303.

26. Aymo de Miolans ii. nobilis Sabaudus è dominis Serraræ, testis est iuramento fidelitatis præstitæ ab Amedeo Comite Geneuæ, Aymoni Comiti Sabaudiæ 1329. Miolans.

27. Antelmvs de Clermont ii. superioris nepos, executor fuit testamenti Aymonis Comitis Sabaudiæ, & testis cuidam compromisso facto 1338. à Comitibus S. Martini & 1338. Valpergiæ in eundem Comitem Aymonem. Clermont.

B

28. Amedevs de Savoye ii. Iacobi Principis Achaiæ filius, ex Canonico Lugdunensi & Aurelianensi electus 1349. ex cartis Vaticani 2. Apr. cùm Losanensi permutauit. Savoye.

29. Franciscvs ex Præsule Losanensi 1354. 1354.

30. Amedevs de Montemaiori iii. nobilis Sabaudus, quo regente Ioannes Vicecomes Maurianæ in oppidum Cameræ suæ ditionis C Fratres Minores S. Francisci induxit 1365. Montemaiori.

31. Ioannes Malabaila ciuis Astensis creatus Episcopus Treuisanus, dein Astensis 1355. post patruum Baldracum, granes ibi disceptationes cùm Barnabâ Vicecomite Mediolanensi, & Frederico Marchione Salutiarum habuit pro castro Montis alti, inde ad Ecclesiam Maurianensem ascendit 1373. Malabaila. 1355.

32. Henricvs anno 1381. cui successit 1384. 27. Iunij.

33. Savinvs de Florano nobilis Eporediensis, cuius mentio fit in fidelitatis sacramento præstito 1385. à Petro Comite Geneuæ Amedeo Comiti Sabaudiæ: anno 1390. Legationem gessit nomine Amedei apud Galeacium Vicecomitem Mediolani, & anno sequenti apud Ducem Burgundiæ. Florano. 1385.

34. Amedevs de Montemaiori iv. 1410. Abbas item S. Michaelis de Clusâ. Montemaiori.

35. Aimo Gerbasivs iii. Pe-

An. Ch. 1424. tri Thesaurarij Sabaudiæ filius 1424. cui cùm Episcopo Augustensi, & Francisco Abbate Folliaci commissa fuit causa permutationis cuiusdã inter Amedeum Ducem Sabaudiæ & Episcopum Gebennensem; cùm cæteris Episcopis Sabaudiæ lites quas pro iurisdictione habebant, cùm eodem Duce composuit.

Conflet-to. 36. Ogerivs seu Avgerivs de Confletto ex Episcopo Augustensi 1433. subscribit Ripalliæ diplomati quo Amedeus Ludouicum filium creat Principem Pedemontij, & Philippum Comitem Gebennesij, B
1440. defunctus 1440. 11. Ianuarij sepultus in Cathedrali marmoreo mausoleo.

La Palv. 37. Lvdovicvs de la Palv i. Cardinalis S. Anastasiæ dictus de Varambon, Administrator Episcopatus Losanensis, Abbas Tornusij, Ambroniaci, & S. Iusti de Segusiã, Maurianensis erat Præsul 1442. Archiepiscopus autem Tarantasiensis 1451.
1451. quo anno mortalitati debitum persoluit, sepultúsque est Romæ in Basilicã Principis Apostolorum; de eo in Tarantasiensibus Archiepiscopis.

C

Segobia. 38. Ioannes de Segobia ci. factus Maurianensis Præsul per obitum Cardinalis de Varambonã 3. Idus Octobris 1451. ex sede Episcopali in Italiã hûc traductus, at translatio non habuit effectum, nam iterum rediit ad priorem titulum Episcopatus 7.
1453. Cal. Februarij 1453. cui successit ex Actis Consistorialibus Vaticani, non resignatione Cardinalis, sed Pontificiã nominatione.

D'Estoutevill. 39. Gvillelmvs d'Estovtevill ii. Cardinalis tit. S. Martini in Montibus translatus ex Lodouensi Ecclesiã 1473. 7. Cal. Februarij vt Acta demonstrant Consistorialia, D inde Archiepiscopus Rotomagensis Cardinalis Episcopus Portuensis, & Velitemensis, Ostiensis, ac in Galliã Legatus Apostolicus: obiit Romæ 1482. ætatis 80. Decanus Sacri Collegij & Camerarius: sepelitur in Ecclesiã Patrum S. Augustini quam à fundamentis extruxerat. De eo in Rotomagensibus plura.

Savoye. 40. Ioannes-Lvdovicvs de

A Savoye, inde Episcopus Gebennensis ac Tarantasiensis Metropolitanus, quo viuente Ecclesia Maurianensis administrata fuit ab Antonio de Plozzasco Protonotario Apostolico, Consiliario Ludouici Sabaudiæ Ducis.

41. Stephanvs Morellvs anno 1484. sacramentum fidelitatis reddidit Carolo 8. Regi pro rebus temporalibus sui Episcopatus, vt patet ex cartis Cameræ Rationum regiarum Parisiensium: obiit verò anno 1499. Morellvs. 1484.

42. Lvdovicvs de Gorrevod ii. Cardinalis Maurianensis tituli S. Cæsarei in Palatio, Sabaudiæ Legatus à latere, Ioannis domini de Gorreuodo in Bressiã, & Ioannæ de Loriol filius, non Laurentij Comitis de Pontdeuaux Equitis Velleris aurei, Hispaniarum magni Magistri, Marescalli Burgundiæ, & Bressiæ Gubernatoris, cuius erat germanus. Abbas primò Ambroniacensis, tum creatus Maurianensis Præsul ab Alexandro 6. 5. Augusti 1499. primus Episcopus Burgi in Bressiã designatus an. 1515. paulò post sublata est Episcopalis huius sedis erectio, & Burgum ipsum cùm Bressiã redactum in pristinam iurisdictionem Archiepiscopi Lugdunensis: post Herculem Episcopum Augustensem extitit Orator Ducis Sabaudiæ ad Concilium Lateranense vbi nominatur sess. 10. 1515. tandem Purpurã insignitus à Clemente 7. 16. Martij 1530. factúsque Sedis Apostolicæ Legatus in ditione Ducis Caroli codicillis datis 1531. 2. Aprilis, erexit Ecclesiam S. Mariæ in Collegiatam, consecrauit Cappellam S. Laurentij in Ecclesiã Franciscanorum oppidi Pontisuallium, & condito testamento sepeliri mandauit in Cappellã Cathedralis suæ ab ipso fundatã, huiúsmodi inscriptione affixã: *Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater dominus* Lvdovicvs de Gorrevodo *tituli S. Cæsarei in palatio, Presbyter Cardinalis Maurianensis nuncupatus, Sabaudiæ Legatus, qui hoc sacellum fundauit & dotauit anno Domini* 1535. Eius elogium extat in Historiã Sebusianã & Bugesij. Gorrevod. D'azur au cheuron d'or. 1499. 1531.

43. Philibertvs de Challes Sabaudus 1555. Challes

44. LVDOVICVS DE TROTTIS

1558. III. anno 1558.

ESTE. 45 HIPPOLYTVS D'ESTE Cardinalis Ferrarienſis, Patrimonij Eccleſiaſtici Legatus, Galliæ Protector, & Adminiſtrator Eccleſiarum Auſcitanæ, Mediolanenſis, Lugdunenſis, Ferrarienſis, Eduenſis, ac Maurianenſis Cathedræ anno 1560.

TROTTI. 46. BRANDELISIVS DE TROTTIS Ferrarienſis, olim Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Ferrariæ, & Oeconomus ac Magiſter hoſpitij Cardinalis Hippolyti in Legatione Gallicâ, ex eius reſignatione, poſt annum 1560.

1560. Epiſcopatum adipiſcitur.

LAMBERT. 47. PETRVS LAMBERT III. patriâ Camberienſis, Philiberti & Philippæ de Lotherio filius, creatur Antiſtes circa 1567. intereſt Taurini 1574. exequiis Margaretæ Valeſiæ vxoris Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ. Collegium & conuentum Minorum, Capucinorum in vrbe ſuâ fundauit; & in Cathedrali ſepelitur hoc epitaphio: *Non mortis metu, nec vitæ tædio ſed præteritorum, futurorúmque prouidus* PETRVS DE LAMBERT *illuſtris Camberianus, Epiſcopus Maurianenſis & Princeps, Petri ac Franciſci pariter Lambertorum Eccleſiarum Caſertenſium & Nicienſium Præſulum agnatus & germanus frater viuens poſuit*

1580. *anno Chriſti 1580.*

MILLIET. Ecartelé au 1. & 4 party en faſce deux lions iſſans coopé de ſinople, armé & lampaſſé d'or ſous vne faſce de gueulle, coſtoyée de 2. filets de meſme. Au 2. & 3. de gueulle à la bande d'argent accompagnée de deux cotices de meſme. Sur le tout d'azur, au cheuron d'or voidé de gueulle, accompagné de trois eſtoiles d'or, à vn hydre iſſant eployé à trois teſtes de ſinople, couronné & langué de gueulle.

48. PHILIBERTVS MILLIET Ludouici Archicancellarij Sabaudiæ Baronis Fauergiani filius, Abbas Alpium, Cancellarius militiæ Annunciatæ, nondum expletis ætatis annis 27. à Sixto 5. Papâ creatur Epiſcopus Hieropolitanus, & Coadiutor Petri Lamberti auunculi Epiſcopi Maurianæ, eo annuente 1590. 5. Maij Maurianenſi baſilicæ præficitur Antiſtes, qui cùm eius Eccleſiæ regimen aſſumpſiſſet, ædes Epiſcopales magnâ ex parte vel auxit, vel in amplam ſtructuram redegit. Plurimis functus Legationibus ad Philippũ Hiſpaniarum Regem, mox ad Paulum v. Pontificem Max. à quo Taurinenſis Archiepiſcopus efficitur anno 1619. ſummâ in Religioſos viros animi fuit propenſione, & multiplici eruditione clarus, populum diuini verbi eloquio ſuaui erudire ſolebat: Prioratum S. Philippi quem in commendam obtinebat, Societatis Ieſu Patribus reſignauit, qui, dum ſuam Eccleſiam Maurianenſem adminiſtrabat, Collegium Aureliæ Allobrogum conſtruxêre: Ciſtercienſes Congregationis S. Bernardi ad monaſterium S. Petri de Lemenæo propè Aureliam aduocauit, Eccleſiam S. Ioannis Taurinenſis variis inſigniuit ornamentis, ac præfuit laudabiliter annis 7. omniúmque mœrore deceſſit an. 1625. corpus Taurini in templo Soc. Ieſu tumulatum eſt. 1625.

BOBBA. 49. CAROLVS BOBBA Pedemontanus, Marchionis Bobbæ Equitis Annunciatæ frater 1620. & 1626.

MILLIET. 50. PAVLVS MILLIET Philiberti ſuperioris ex fratre nepos, ac Comitis Fauergiarum filius, Theologus doctiſſimus, Iuris vtriúſque Doctor, ex Camerario, ſeu Cubiculario honoris Vrbani 8. Pontificis Maximi, & Auditore ſereniſſimi Principis Mauritij, anteà Cardinalis Sabaudiæ, nunc Principis Oneglıæ, ſedet ab annô 1641. 1641.

MELDENSES
EPISCOPI.

MEAVX en Brie, ſur Marne.

MELDORVM vrbs quam Matrona interluit, ſub Archiepiſcopatu & Parlamento Pariſienſi, Melduorum dicta in veteribus Notitiis Prouinciarum, Meledis Greg. Turon. lib. 5. c. 1. & Meldis, Comitatus Sedes lib. 8. c. 18. quæ & Latinum oppidum Meldorum, aut Meldarum Ptolemæo lib. 2. c. 8. cuius populi & Cæſare memorantur l. 5. & à Plinio l. 4. c. 18. Vitæ S. Faronis auctor, clariſſimam, ſitu loci aptiſſimam & opibus fœliciſſimam vocat, in cuius inſulæ ſpatioſiſſimo & amœniſſimo ambitu circumirêctat flumen Matrona: ſita eſt in pago Brigenſi, Epiſcopatu antiquo, & Bailliuiatu inſignis; Cathedralis Eccleſia olim Senonenſis Metropolis Suffraganea patronum agnoſcit S. Stephanum: in diœceſi numerantur plures parochiæ, & Abbatiæ ſequentes.

S. FARONIS O B.

S. Faron de Meaux.

RESBACI *Rebés* O B.

IOTRI *fem. Ionare* O B.

SANCTI HONORATI O B.

S. Honoré aux Dames.

FAREMONASTERII O B.

Faremonstier.

CAGIÆ *du Chage* O A.

IVLIACI *Iully* O A.

CAMERAEFONTIS O P.

Chambre-fontaine.

Episcoporum huius Ecclesiæ Catalogum texuimus ex variis monumentis & auctoribus.

1. S. SANCTINVS, quem Meldensem Pontificem fuisse docent vulgati omnes Catalogi.

2. ANTONINVS.

3. MANSVETVS.

4. MODESTVS.

5. ACHERVS.

6. RIOLVS.

7. PROMERVS.

8. PRIMITVS.

9. PRINCIPIVS.

10. S. RIGOMERVS, cuius annua solemnitas agitur 28. Maij.

11. CRESCENTIVS.

12. ANIVS.

13. PRÆSIDIVS.

14. PROMISSVS à Sanctino vsque ad illum, nihil explorati habetur in diptychis præter nomen.

15. MEDOVEVS vel Medouechus, subscripsit Concilio Aurelia-
549. nensi 5. 549. Parisiensi 2. 555.

16. EDENVS.

17. BAVDOVVALDVS laudatur

A à Fortunato lib. 9. cap. 8. si est ille quem Meldensem coniectat Brouuerus in suis notis.

Summe Sacerdotum bonitatis opima facultas,
Culmen honore tuo, lumen amore meo.
Officijs venerande sacris pietatis alumne,
Pignore amicitiæ corde tenende meo.
Florens in studiis & sanctâ in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura tuæ.

18. GONDOALDVS vel GVNDOBALDVS, interest Concilio Remensi sub Sonnatio an. 630. memoratur in vitâ S. Eustasij Abbatis Luxo- 630.
B uiensis, qui veste monasticâ per eum Antistitem indutus, vir Deo carus dicitur in vitâ S. Faronis.

19. VVALBERTVS seu VVALDEBERTVS beati Faronis ac Faræ Virginis frater, ex Abbate Luxouiensi illi subrogatur, vt docet eius vita: *Fratres dulcissimi B. Faræ Chagnoaldus scilicet & Vualdebertus, qui successor fœlix istius Gondoaldi hac in vrbe claruit,* mortuus est 2. Maij in Martyrologio monastico: de eo in vitâ B. Eustasij cap. 3. & 4. cuius festus dies annuâ commemoratione agitur in Ecclesiâ
C Meldensi 12. Maij.

20. S. FARO Hagnerici & Leodeguadis filius, Chagnoaldi Præsulis Laudunensis frater, cuius ordinationem significant acta vitæ eiusdem Faronis tomo 1. Historic. Franciæ Scriptorum: *Intereà factum est post dormitionem Valtberti Episcopi huius vrbis, de quo iam præmisimus, vt frater eius Faro lege consanguinitatis quasi iure hæreditario fraternam successionem Pontificatus, hâc in vrbe Meldensi mereretur: à viris enim religiosissimis huius prouinciæ missa est suggestio de eo Regem ad Clota-*
D *rium, vt suo assensu præberet constituendum eum. dignissimum Pontificem in populo*: tum in eadem vitâ subdit: *Meldis electissimus Antistes Domini Faro monasterium famosissimum omni laude dignitatis ac religionis nobilitauit suæ requietioni.* Hanc autem Abbatiam extruxit anteà S. Crucis vocitatam, vbi sepulturæ mandatur. Interfuisse dicitur dedicationi Ecclesiæ S. Petri Corbeiensis cùm Bertefrido Ambianensi, & aliis Episcopis. Eius sacras reliquias transtulit an. 1140. Andreas S. Faronis Abbas.

21. S. HILDEVERTVS ex monacho Luxouiensi, patriâ erat Meldensis, cuius memoriam celebrat Cathedralis Ecclesia 27. Maij: obiit 7. Cal. Iunij in Gornaco oppido Normanniæ, vbi ab incolis patrocinium eius inuocatur, humatum tradunt in Ecclesiâ B. Mariæ vno ab vrbe lapide; eius corpus à terrâ eleuasse dicitur S. Maiolus, apud Ioannem Canonicum Victorinum in Memorali Histôriarum.

22. HELINGVS.

23. S. PATHVSIVS vitâ priuatur ipso electionis die. Ecclesiam habet sui nominis in diœcesi Meldensi, ac festus dies annuâ memoriâ celebratur 3. Octob.

24. S. EBREGISILLVS colitur in Iotro monasterio vbi Capellam S. Pauli propè cemeterium extruxit, in quâ idem Sanctus tumulatur: anniuersariâ memoriâ 31. Augusti in Breuiario Meldensi, & apud Molanum in Additionibus ad Vsuardum.

25. LANDRICVS Sancti Valderici & Diuæ Vualdetrudis Montensium patronæ in Hannoniâ filius, de quo Cameracense Chronicon l. 2. c. 46. & Molanus in indiculo Sanctorum Belgij ac Miræus, qui in Annalibus item Belgicis dicit eum quiescere in Collegio Sonegiensi.

26. EDOLDVS, siue Heldoaldus.

27. ADVLPHVS.

28. RAGAMINATVS seu Ragemarius.

29. SIGENOLDVS, vel vt alij codices habent Genoboldus.

30. ERLAVREVS.

31. AIDENERVS vel Achidenerus.

32. ROMANVS anno 741. nominatur in epistolâ Zachariæ Papæ ad diuersos Galliæ & Germaniæ Episcopos sub an. 744.

744

33. VVLFRANNVS.

34. BRVNERVS siue Prunerus.

35. HILDRICVS, cuius mentio habetur in epistolâ Hincmari Remensis de S. Dionysio Areopagitâ apud Surium 9. Octob.

36. HVCBERTVS I. interfuit Concilio Vormatiensi anno 836. vt est in codice S. Remigij Senonensis, item Turonensi 4. 849. Suessionensi 2. 853. Vermeriensi eodem anno, ex Conciliis & Capitularibus Caroli Calui; memoratur & apud Hincmarum loco citato, tum in cartulario Ferrariensi cùm Aldrico Metropolitano, apud Lupum Ferrariensem ep. 84. Flodoardum lib. 3. cap. 11. 836.

37. HILDEGARIVS adstitit ordinationi Æneæ Parisiensis Episcopi cùm Venilone Senonensi sub an. 853. & in epistolâ synodicâ Episcoporum è Carisiacâ Synodo missâ ad Ludouicum Regem Germaniæ sub an. 858. in quâ capit. 3. vocatur venerabilis Episcopus: necnon Concilio Metensi 859. conuenit ad Tullensem apud Saponarias 859. ad Aquisgranensem 860. ex Hincmaro, interfuitque Tusiacensi 860. Suessionensi 3. 866. Trecassinæ 867. Siluanectensi 873. ordinauit Carlomannum in Diaconum, posteà ob rebellionem excæcatum, reperiturque in Capitulo Caroli Calui tit. 24. & 25. apud Flodoardum lib. 3. cap. 23. ac Lupum Ferrariensem ep. 99. ad quem etiam extat Epistola Hincmari de iudicio Dei per aquam frigidam. 853. 873.

38. RAGENFRIDVS subscripsit Concilio Pontigonensi 876. ei scribit epist. 66. Lupus Abbas Ferrariensis cùm esset in procinctu itineris sui Romani, pro permutatione Italicæ monetæ argento, tum vt conspectum suum ipsi ad colloquendum exhiberet, vbi eum Reginfridum vocat. 876.

39. SEGEMVNDVS memoratur in poëmate Abbonis de obsidione Parisiacâ hisce versibus.

Lætus Odo —— Francorum regna reuisit,
Mœnia Meldis adhuc Danis stipantibus vrbis,
Cui Præsul residens fuerat in eâ Segemundus.

Eo sedente ciuitas Meldensis exusta est

888. est à Normannis circiter an. 888. præ-
postero ordine in elenchis Meldensibus collocatur iste post Ragaminatum.

40. INGELRANVS anno 900. in Concilio Remensi Nonis Iulij.

41. HVCBERTVS II. chirographo signauit acta Concilij Trosleiani
909. in pago Suessionico an 909. apud Sirmondum tomo 3. Conciliorum.

42. AGONIVS.

43. RICHARDVS.

44. AGERACVS.

45. ARCHANRADVS, seu ERCHANRADVS Synodum celebrauit
962. circiter an. 962. decessit anno 989.

46. S. GILBERTVS Viromanduensis, Fulchardo & Gillâ nobilibus parentibus editus, qui cùm à teneris inter Canonicos S. Quintini fuisset cooptatus & Alberto Comiti Viromanduorum gratiosus, mox per Erchanradum Archidiaconus Meldensis efficitur, ipsique paulò post vitâ functo, omnium suffragiis præficitur, annuente Odone Comite Meldarum & Trecensi apud Sparnacum, publicè testatus coram Clericis S. Stephani, valde ipsi acceptum esse, quod eum Antistitem delegissent, qui iam in aulâ Alberti Comitis cõsanguinei sui floruerat, & omnium votis ad infulas postularetur. Sacratus ergo à Leotherico Senonensi Metropolitano, primus Episcoporum mensam Capitularem Clero petente in duas partes distraxit, vnam quæ in Præsulis, alteram verò Canonicorum in vsus cederet diplomate cartophilacij
1004. huius Ecclesiæ anni 1004 quibus Canonicis plures Ecclesias attribuit, inter quas recensetur Abbatiola S. Rigomeri & Confessoris. Dum interim Episcopale munus summâ sollicitudine obire satagit, vltimo morbo correptus, quo excessit è viuis anno 1009. Leothericum Senonensem, & Fulbertum Carnotensem Antistites ad se vt venirent huiusmodi verbis compellat: *immortales habemus grates vobis, sacra capita, luminàque Galliarum, qui extremos amici veteris halitus vestrâ benedictione coronetis, qui vestrum Collegam cùm ipsâ morte atque aduersario insidianti vitæ causque calcaneo colluctantem salutari viatico recreetis, qui denique cadauer exangue tumulo Christiano compenatis.* Sepelitur in Ecclesiâ S. Stephani Meldensis ante altare sub gradibus absidis, multísque & frequentibus miraculis inclaruit; religiosâ apud Viromanduos & Meldenses memoriâ celebratus, vti docet Claudius Hemeræus Doctor Sorbonicus in suâ Augustâ Viromanduorum Illustratâ: sedit in Episcopatu annis 20. basilicámque multis donis locupletauit.

47. MACARIVS de quo mentio in vitâ S. Gisleberti.

48. BERNERIVS in dedicatione S. Aniani Aurelianensis anno 1029. 1029.
apud Helgaudum in Epit. vitæ Roberti Regis, multa dedit Canonicis Ecclesiæ suæ, inter quæ terram suam de Berceyo, Præposituram de Changeyo, & Ecclesiam de S. Martino.

49. DAGOBERTVS.

50. GALTERVS SAVEYR I. missus dicitur in Russiam vt Annam Regis filiam adduceret vxorem futuram Henrico Regi apud Continuatorem Aimoini; interest synodo Senonicæ 1048. cùm Gelduino Archiepiscopo, & detectioni sanctorum corporum in æde Dionysianâ 1050. item sacro Philippi Regis 1059 nominatur etiam in cartulario S. Martini Parisiensis 1060. & 1064. in tabulâ Philippi Regis pro monachis S. Petri Senonensis; necnon in dedicatione S. Quintini Bellouacensis 1069 eo sedente habetur Meldis Synodus prouincialis: mortuus est an. 1082. 9. Ca- 1082.
lend. Nouemb. post diuturnam sedem.

SAVEYR.

51. GALTERVS DE CHAMBLY II. ex toparchis de Chambliaco, Canonicus Ecclesiæ Parisiensis, ordinatur à Richerio Metropolitano, contra Robertum Abbatem Resbacensem ab Hugone Diensi Legato promotum, vt est apud Odorannum: interfuit Concilio Senonensi 1083. cùm Gaufrido Carnotensi, Philippo Trecensi, & Arnulpho Aurelianensi, item Synodo Stampensi 1092. memoratur

CHAMBLY

De gueulle à trois coquilles d'or 2. 1.

in duabus cartis Monasterij S. Martini de Campis an. 1088. pro parochiâ S. Petri de Bondisio, & S. Andreæ de
1089. Balbiniaco an. 1089. in quibus Galterus iste se Canonicum & Episcopum vocitat. Dedit Canonicis Ecclesias de Nantolio & S. Sanctini: cui scribit Iuo Carnotensis epist. 70. vt Moniales S. Faræ ad meliorem frugem reduceret, & si id fieri non posset, Religiosis Monachis locum & possessiones committeret.

52. MANASSES I. ex Archidia-
1102. cono eligitur 1102. & consecratur à Daimberto Metropolitâ, interest sacro Ludouici Crassi apud Surium 1108. Aurelianis, & anno sequenti Synodo S. Benedicti ad Ligerim à Ricardo Pontificis Legato conuocatâ; nominatur quoque in dotatione S. Victoris Parisiensis: ad eum scribit Iuo Carnotensis ep. 251. duo eius anniuersaria celebrantur 5. Id. Ianuarij, & 9. Cal. Maij dato Canonicis inter cætera frumenti modio apud Colliacum annuatim percipiendo: decessit anno
1119. Incarnat. 1119.

53. BVRCHARDVS 1122. in cartulario S. Martini Parisiensis, interest synodo Senonensi 1127. Henrico Metropolitâ, circa quod tempus donatur Ecclesia S. Saluatoris Abbatiæ S. Ioannis Senonensis, vt patet ex tabulâ cartophilacij eiusdem Ecclesiæ. IN NOMINE *Sanctæ Trinitatis, Stephanus Præpositus & tota Congregatio S. Mariæ & S. Stephani, &c. Ecclesiam sancti Saluatoris vbi commune cimeterium nostrum est, canonicâ religione decere dignum duximus, maximè instante & rogante Christianissimo Francorum Rege Ludouico, quatenus ibidem Canonicus Ordo floreat, & nostris ac prædecessorum, & successorum nostrorum animabus salus inde proueniat. Præsentibus itaque Episcopis, Hatone Trecensi, & Burcardo Meldensi fratribus & Canonicis nostris, Stephano quoque Parisiensi Episcopo, & Thomâ Priore S. Victoris, assistente prædicto Rege Ludouico, & proceribus Regni Milone Curtiniacensi, & Andreâ Dapifero Comitis Theobaldi, prædictam Ecclesiam S. Saluatoris quæ nostri iuris est, venerabili viro Ramardo Abbati & successoribus in perpetuum regendam, & canonicè ordinandam commisimus cùm omnibus rebus & possessionibus suis, nolumus enim eandem Ecclesiam à manu nostrâ alienare, sed prædictæ B. Ioannis Ecclesiæ, vt dictum est consociauimus, &c. Actum in Capitulo fratrum anno 1127. ind. 5. regnante Ludouico Rege an. xx. Petrus Leuita & Cancellarius signauit.* 1127.
Obtinuit à Theobaldo Comite Campaniæ abolitionem prauæ consuetudinis quâ demortui Episcopi mobilia capiebantur à militibus, eâ tamen conditione, vt Præsule deinceps ab intestato decedente, ea Monialibus de Fontanis, aut illis deletis, darentur infirmis seu Leprosis Meldensibus, per manus Diaconi & Archidiaconi: Concessit verò 1132. monachis 1132.
S. Ioannis Senonensis Ecclesiam parochialem de Passiaco & Capellam Mireuallis; migrauit à sæculo 1134. pridie Nonas Ianuarij apud S. Victorem Parisiis vbi sepelitur iuxta Thomam câ inscriptione.

Præsul hic; iste Prior, Confessor hic, isteque Martyr,
Hic minor est meritis, ordinis iste gradu.
Burchardus Meldis Pater extitit, at Prior huius
Ecclesiæ Thomas, moribus ambo pares:
Iuris amatores, morúmque fuêre magistri;
Cùm pietate graues, cùm grauitate pij.
Quos ratio, quos religio, quos iungit honestas,
Hos titulus iungit, & situs ipse loci.

De illo sic in veteri obituario Victorino: Burchardus sanctæ memoriæ Meldensis Episcopus, qui Pontificalem domum liberauit à consuetudine quam habebat in eâ Comes in morte Pontificis, & alia multa beneficia Ecclesiæ Meldensi contulit, in cuius anniuersario reddit Capitulum decem solidos annuatim. In Martyrologio de Fontanis leguntur quoque hæc verba: 3. *Nonas Ianuarij transitus domini Burcardi Meldensis Episcopi sanctæ & bonæ memoriæ viri, qui multa beneficia contulit Ecclesiæ B. Mariæ de Fontanis, & in vitâ ipsius fundata fuit, qui Canonicam vitam ducens feliciter migrauit ad Dominum, cuius corpus apud S. Victorem Parisiis requiescit.*

54. MANASSES II. ex Archidiacono S. Stephani, superioris Manassis nepos nominatur 1134. cùm Theobaldo Comite in cartâ Priora-

AN.CH. tus de Fontanis Ordinis Fontisebral-
1135. di, item 1135. in fundatione Abbatiæ de Cagiâ cùm Iosleno Suessionensi Episcopo, & Harpino Meldensi Decano: eius meminit Sugerius ad Eugenium Papam, & cùm ipso Sugerio interfuit benedictioni Odonis primi Abbatis S. Genouefæ; quo eodem Sugerio instante dedicauit Oratorium S. Nicolai in basilicâ Dionysianâ cùm Petro Siluanectensi Præsule. Eius consensu Andreas Abbas S. Faronis relliquias eiusdem sancti à tumu-
1140. lo leuauit circa an. 1140. memoratúrque in chronico S. Ioannis de Vineis Suessione 1153. & in epistolâ S. Bernardi ad Humbaldum Lugdunensem: sedebat adhuc 1187. in tabulario S. Fiacrij: obiit 9. Cal. Maij, terræ conditus in monasterio de Cagiâ, vbi anniuersarium habet 27. Aprilis. Porrò in Abbatiæ Faræmonasterij cartulario, veteris documenti tenor huiusmodi est: IN NOMINE *Patris, Filij, & Spiritus sancti. Manasses Dei gratiâ Meldensis Episcopus, Omnibus ad quorum notitiam præsentes literæ peruenerint salutem. Erat olim querimonia ex motâ controuersiâ inter Ecclesiam Meldensem & Farense monasterium; quæ à domno Papâ Innocentio, Episcopo Catalaunensi, & Episcopo Autissiodorensi ad terminãdum siue cõcordiã, siue iudicio commissa, accito Suessionensi Episcopo, & Resbacensi, & Chajacensi & Trecensi S. scilicet Martini Abbatibus, & Magistro Renerio & Galterio Suessionensi Archidiacono, & aliis quampluribus Ecclesiasticis & religiosis personis, in hunc tandem concordiæ tenorem vtriúsque partis assensu deuenerunt apud Sezanam, in literis ab ipsis Episcopis huic causæ præsidentibus sigillatis, de eiusdem modo concordiæ pleniùs continetur: Hanc pacis compositionem ab ipsis formatam & firmatam ego quoque Manasses Meldensis Episcopus consensu Decani & Archidiaconorum & Capituli mei concedo, & præsentis sigilli mei auctoritate confirmo, & in perpetuum in integrum illibatúmque in suo robore manere decerno. Quod autem Clerici & burgenses Farensis monasterij semel pro causâ quondam Meldensem adierunt Ecclesiam neutri volumus parti præiudicare, cùm id factum sit saluo vtriúsque partis iure. Signum Manasse Episcopi, Hugonis Decani, Theobaldi, Archidiaconi, Radulphi Archidiaconi, &c.*

S. Bartholomei Decani Paris. S. Vrsi de Castro Theoderici.

55. GENOLDVS præfuit anno 1160. ex tabulario Hospitalis Dei. 1160.

56. HVGO Decanus anteà Meldensis, obsequium præstat Hugoni Metropolitano, & vitâ defungitur 16. Idus Septemb.

57. PETRVS I. tituli S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, electus fuit Meldensis, vt notat Rogerius Houedenus in suâ Hist. quod etiam constat ex verbis Petri Cellensis Abbatis ep. 8. lib. 7. de quo pariter Scriptor vetus fragmenti de rebus Ludouici 7. eidem Petro Cardinali alium cognominem addit Cellensis loco citato: *Meldensi*, ait, *Ecclesiæ tres viros honorificentissimos domnum scilicet Cardinalem, Magistrum Petrum, & Simonem Archidiaconum vicissim assignasti.*

58. STEPHANVS DE LA CHAPELLE Galteri Capellæ in Briâ toparchæ frater, patruus Guillelmi Nemorosii Episcopi, ex Canonico Senonensi & Cantore Meldensi creatur Episcopus 1164. huius leguntur apud Sarisberiensem epistolæ aliquot pro S. Thomâ, moritur apud S. Victorem Lutetiæ abdicato Archiepiscopatu Bituricensi, ad quem fuerat assumptus, vt videre est in serie Archipræsulum. LA CHAPELLE. 1164.

59. SIMON I. ex Archidiacono Senonensi, & Thesaurario Meldensi, legitur sedisse Episcopus 1175. & 1179. interfuisse Concilio Lateranensi: eius assensu Iuliacum à Cagiâ dependens constituitur in Abbatiam 1184. nominatur 1187. & 1194. de quo Sarisberiensis epist. 240. & Petrus Cellensis lib. 7. epist. 8. 1175.

60. ANSELLVS nobilis Parisiensis, Philippi Augusti Regis aulicus vt refert Ægidij Paridis MS. poëticum in Abbatiâ S. Victoris, consecratur à Michaële Archiepiscopo, cuius nomen reperitur in tabulis annorum 1200. 1201. & 1208. in cartulario Martiniano: hoc eodem anno institutor fuit Capituli Canonicorum propè Cressiacum in Briâ; & Cancellariæ 1200.

Ecclesiæ suæ Meldensis, de illo meminit cartularium S. Fiacrij, ac dicitur mortuus 6. Iunij in obituario, traditus sepulturæ in Abbatiâ Sacriportus, seu Barbelli in pago Melodunensi: laudatur porrò his versibus Karolini Ægidij Parisiensis.

Cùm super excellens Legum iurisque peritus,
Ille inter proceres intráque palatia magni
Nominis Ansellus, quem cùm maioribus orbit
Meldis Episcopio promouit gratia sensus.

Eiusdem mentio habetur in cartâ Regij Tabularij Parisiensis cuius hæc verba sunt: EGO *Almaricus Comes Glocestriæ, Domino Philippo illustri Regi Franciæ, & hæredibus eius, de propriâ voluntate meâ, & de mandato Domini mei Ioannis illustris Regis Angliæ in præsentiâ ipsorum Regum & Baronum suorum, quitaui ciuitatem Ebroicensem & Ebroicinum, videlicet quidquid in eis habebam feodi & dominij, sicut metæ determinant, quæ in cartâ domini mei Ioannis illustris Regis Angliæ quam dominus Rex Franciæ habet, denotantur, & dominus meus Rex Angliæ in sufficiens escambium inde donauit. Ego etiam bonâ fide & sine malo ingenio, in manu domini Regis Frãciæ fiduciaui hoc tenere, sicut continetur in cartâ domini mei Regis Angliæ, quam dominus Rex Franciæ habet. Quod vt perpetuam robur obtineat præsentem paginam sigilli mei munimine confirmaui testibus H. Cantuariensi, E. Burdegalensi & I. Dublíniensi Archiepiscopis A. Meldensi, P. Bellouacensi H. Lincolnensi G. Eliensi & H. Saresberiensi Episcopis: B. Comes Flãdriæ, & T. Comes Campaniæ, L. Comes Blesensis P. Comes Drocensis Vu. Mariscallus Comes de Pembroc, Vu. de Garlandâ B. de Royâ. Actum Geleton. anno Incarn. Verbi* MCC. *mense Maio.*

TRESSIACO.

61. GAVFRIDVS DE TRESSIACO I. patriâ de Puiseto in Belsiâ, ex
1208. Canonico eligitur 1208. nominatus 1210. in cartâ Abbatiæ Faræmonasterij & in confirmatione noualium ab ipso datâ Ecclesiæ Parisiensi 1213 probat donationem factam cœnobio Victorino de 600. arpennis nemoris Gepiaci per Guichardum de Castellione: eius meminit Ioannes Monachus in Memoriali Historiarum, & Vincentius Bellouacensis lib. 31. c. 8. posteà sponte abdicato Episcopatu arctius vitæ genus apud Victorinos
amplectitur anno 1213. dispensante 1213.
Innocentio 3. vnde & Rigordi de Gestis Philippi Aug. Regis verba referre iuuabit. *Eodem tempore Gaufridus vir sanctissimus Meldensis Episcopus, Episcopatui similiter renuntians, in Monasterio S. Victoris Parisius diuinæ contemplationi sese arctiùs mancipauit. Qui inter alia sanctitatis opera, quibus viriliter insistebat; abstinentiam mirabilem & cunctis inauditam sæculis obseruabat: omni anno in Quadragesimâ & in Aduentu Domini ter tantùm in septimanâ cibum, potum verò nunquam sumere consueuit. In alijs verò temporibus comedebat & bibebat, sed rarò, & talia, quæ suâ amaritudine & insipiditate vix aliquis hominum dignaretur gustare.* Rebus hu-
manis exemptus est 1214. in Marty- 1214.
rologio Victorino 8. Idus Februarij.

NEMOVRS. De finople à trois sumeles d'argent, à vne bordure engreslée de guculle.

62. GVILLELMVS DE NEMOVRS I. vetustâ ex stirpe Nemorosij, filius nempe Galteri domini Capellæ in Briâ & de Villebeon, Franciæ Cambellani, ex Auelinâ hærede Vrsionis Nemorosij toparchæ; Cantor anteà Parisiensis consecratur Dominicâ post festum S. Magdalenæ 6. Cal.
Aug. 1214. in Chronico Autissiodo- 1214.
rensi: de eo sic Rigordus & Albericus ad eumdem annum: *Gaufridus vir sanctissimus Meldensis Episcopus, Episcopatui similiter renunciauit, & se Deo mancipauit: cui succedit Guillelmus Cantor Parisiensis; & sic fuerunt tres frattes vterini simul Episcopi, & sibi contemporanei, Stephanus Nouiomensis, Petrus Parisiensis; & Guillelmus Meldensis, filij Galteri Francorum quondam Camerarij, fratres Gualterij iunioris, & aliorum trium militum, viri satis virtute laudabiles, & in palatio Regis præclari.* Eodem anno confirmat Parisiensi Ecclesiæ omnes decimas Noualium hâc schedulâ magni Pastoralis Parisiensis:
« GVILLELMVS Dei gratiâ Meldensis Episcopus: Cùm Ecclesiam B. Mariæ Parisiensis vtróque teneamur brachio caritatis amplecti, & eius indemnitatem & commodum efficaci prouidentiâ procurare, vtpotè quæ honoribus & obsequijs nos sibi multipliciter obligauit, nos intuitu caritatis eidem Parisiensi Ecclesiæ ad preces Capituli, concessimus pacificè in perpetuum possidendas omnes decimas Noualium, tam factorum, quàm

» faciendorum in singulis parochiis, & A
» territoriis nostræ Meldensis diocesis,
» in quibus antiquas decimas habet Ca-
» pitulum supradictum. Vt igitur hæc
» nostra donatio & concessio stabili
» perpetuitate firmetur, præsentes li-
» teras conscribi fecimus, & sigilli no-
» stri auctoritate muniri. Actum anno
1214. » Domini MCCXIV. mense Septemb.
» Pontificatus nostri anno primo. Ad
hunc creditur Honorium 3. Papam
direxisse cap. 15. ad audientiam de
» Clericis non residentibus, quo cane-
» tur eos qui non militant in comitatu
» sui Episcopi, donari stipendiis seu
» fructibus beneficiorum suæ Ecclesiæ, B
» licet absentes: quod confirmatum
fuit decreto Senatus Parisiensis in fa-
uorem Ioannis de Veteriponte huius
Ecclesiæ Episcopi: confirmat ius pa-
tronatus Ecclesiæ de Mauro Eusta-
1220. chiæ Abbatissæ Faræmonasterij 1220.
mense Februario, sublatus è viuis
1221. 14. Cal. Septemb. iacet in Ab-
batiâ Barbelli propè altare sub hoc
titulo: *Anno Incarnationis Dominicæ
1221. sepultus est in hoc loco piæ memoriæ
Vuillelmus Meldensis quondam Episco-
pus, cuius anniuersarium agitur 14. Cal.
Septembris.*

C

63. AMALRICUS ex tabulario
S. Fiacrij 1221. quiescit apud S. Vi-
ctorem Parisiis, post annum admini-
strationis, notatúrque eius anniuer-
sarium in Necrologio S. Genouefæ
» 5. Idus Ianuarij, & in Meldensi 7. Idus
» eiusdem mensis, vbi dicitur Canoni-
» cis B. Stephani cessisse vadium 20. li-
» brarum, quas habebat in decimâ de
» Portu, & domum suam in vico Castel-
» leti ante portam domus Dei, aliáue
» dona.

CVISSI. 64. PETRUS DE CUISSY II.
Milonis toparchæ de Cuissiaco filius
1223. nominatur 1223. in literis Philippi Au-
gusti, & 1224. in registro cartarum
Regis, necnon inter Præsules, qui
Turonis propter seruitium Regi de-
bitum conuenerunt ad exercitum;
legitur in dedicatione B. Mariæ de
Victoriâ 1225. 7. Calen. Nouemb.
& Ecclesiæ Sancti Antonij de Cam-
pis Parisiis 1233. tum eleuationi cor-
porum sanctorum Martyrum apud
Dionysianos pro salute S. Ludouici
1244. in cuius monasterij cartulario
recensetur quoque 1246. die Veneris
ante festum B. Magdalenes. Huius
tempore 1248. fundantur in vrbe
Franciscani à Blancâ S. Ludouici ma-
tre, & Vicarij instituuntur in Eccle-
siâ Meldensi; quo anno interest de-
dicationi S. Capellæ Parisiensis, &
1253. decretum pronunciauit de præ-
eminentiâ Decani super Archidiaco-
num, etiam tunc Vicarium genera-
lem: adfuit Synodo Parisiensi 1256. 1256.
& transegit cùm Abbate de Cagiâ
pro iuribus visitationum 1257. ex car-
tulario: mortalitati debitum persol-
uit 7. Idus Maij.

65. ALRANUS seu ALERANNUS,
componit quædam dissidia cùm Ca-
pitulo 1263 testisque fuit 1265. mense
Ianuario in venditione factâ Ioanni
filio Ducis Burgundiæ domino Bor-
bonij, viuebat adhuc 1266. ex tran- 1266.
sactione Capituli Meldensis cùm Ab-
bate S. Faronis: defunctus 3. Idus
Octobris.

66. IOANNES I. 1268. memora-
tur in cartulario Abbatiæ de Cagiâ
1275.

67. ADAMUS DE VOLDOY 1281. VOLDOY.
& 1291. pridie Idùs Februarij in Ec-
clesiâ Meldensi, & 6. Idus Februarij 1281.
in Faræmonasterio eius obitus cele-
bratur.

68. IOANNES MENTEROLLES MENTE-
II. cuius Episcopi indicium debetur ROLLES.
veteri inuentario cartarum Cameræ
Rationum Paris. anni 1301. in com- 1301.
puto Colardi Armigeri sui, de expen-
sis factis eundo ad dies Trecenses post
Octauam Assumptionis B. Mariæ, &
de Rotomago Teroanam pro nego-
tiis Regis, de hoc enim nulla mentio
in omnibus catalogis: Iste etiam de
Moynciolez nuncupatur in veteri o-
D bituario Meldensi, ac fatis functus
fertur 12. Martij.

69. IOANNES LE MOYNE III. LE MOY-
Cardinalis tituli Sanctorum Marcel- NE.
lini & Petri, frater Andreæ Nouio- D'argent à
mensis Episcopi, aliàs cognominatus trois cloux
des Cranches, è Cressiaco pago inxta de sable 2.
Abbauillam diœcesis Ambianensis 1. au chef
oriundus; qui cùm Ius Pontificium d'azur ban-
apprimè callcret, Romam profectus dé d'or de
ibidem in contubernium Cardina- trois pie-
lium admissus, edidit commentaria ces.
in Sextum Decretalium Bonifacij

viii. tum ex Rotæ Auditore in Purpuratorum ordinem cooptatur à Cælestino v. 1294. non à Bonifacio 8. dicitur Consiliarius Philippi Pulchri 1303. & Episcopus Meldensis in Necrologio S. Faronis. Condidit Lute-
1302. tiæ Parisiorum 1302. amplissimum sui nominis Collegium, dictum Cardinalitium iuxta D. Victoris suburbium, quod dotauit, & statuta à Bonifacio viii probari obtinuit. Prætereà Vicecancellarius Romanæ Ecclesiæ extitit, Legatus in Gallias ad Philippum Pulchrum, per Bonifacium illi tum infensum, cuius acta Legationis, & articulos Regi propositos ad subscribendum, citat Spondanus in suis Annalibus. De huius Cardinalis familiâ, eruditione, scriptis ac gestis plenè edisseruit auctor, qui Notis Ciaconium illustrauit, epitaphium eius visitur in sacello Collegij Cardinalitij. *Hic iacet Dominus Ioannes Monachus Ambianensis diœcesis, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbyter Cardinalis fundator istius Domus, qui obiit Auenione anno Domini* MCCCXIII. *die 22. mensis Augusti, sepultus fuit hic primâ die mensis Octobris eiusdem anni.*

CHAALONS. De Chastillon sur Marne brisé au chef de deux lions de gueulle passans affrontez & ioüans de la patte.

70. NICOLAVS DE CHAALONS Thesaurarius Ebroicensis, ex gente Vicedominorum Catalaunensium Vuermondi filius, anteà Clericus seu Secretarius S. Ludouici Regis, vt obseruat Quercetanus in Historiâ Castellioneâ, nominatur Episcopus in quadam schedulâ S. Capellæ Parisiensis 1306. Maij 17. quem ex tabulâ an. 1308. iam mortuum liquet, 13.
1306. Maij in obituario Meldensi, eiúsque domum quam possidebat Lutetiæ in Monte S. Genouefæ emptam fuisse à Philippo 4. Rege pro construendâ æde Scholarium ibidem, ex testamento Ioannæ Reginæ Franciæ & Nauarræ.

FESTV.

71. SIMON FESTV II. ex Thesaurario Philippi 4. Regis Franciæ & Archidiacono Vindocinensi in Ecclesiâ Carnotensi, ad Meldensem Episcopatum euehitur, præcipuus executor testamenti Reginæ Ioannæ à Campaniâ ex cartulario regio Parisiensi 1308. vixit & in aliis cartis anni 1313. decessit 7. Decemb. in obituario.

BROSSE.

72. GVILLELMVS DE BROSSE I. ex dominis de sainte Seuere, primò Episcopus Podiensis, inde Meldensis 1318. quo circiter tempore ex 1318.
tabulario Regio circa festum Omnium Sanctorum delegatur ad Pontificem Max. vti patet ex sequenti autographo: SANCTISSIMO *Patri &c. indubitanter tenet opinio & rei euidentia manifestat, quod nos & statum nostrum, regnáque nostra, specialiter Regnum Franciæ de quo traxistis originem, vestra sanctitas specialiter, & tanquàm innatâ sibi semper affectione dilexit, & ad illa quæ cedere potuerunt, & possunt ad trāquillitatē & pacem ipsorum, sollicitudo vestræ clemētiæ iugiter hactenùs vigilauit, & adhibere studuit oportuna remedia, & ad hoc Regnum prædictum Franciæ temporibus præteritis ex cuiusdam gentis pestiferæ concussione turbatum, pacis pulchritudine frueretur: pro quibus Beatitudini vestræ referimus plenitudinem gratiarum: verùm cùm pro quibusdam nostris, dictorúmque regnorum nostrorum arduis negotijs, quæ plurimum nobis insident cordi, dilectos & fideles nostros G. Episcopum Meldensem H. Dominum Soliaci Buticularium Franciæ carissimum consanguineum nostrum, necnon Magistros Ioannem Cherchemont Pictauen. & Simonem de Archiaco Xancton. Ecclesiarum Decanos, Clericos nostros, de quorum fidelitate, circumspectione, & diligentiâ plenè confidimus, ad vestram præsentiam destinemus nostræ nuncios in omnibus voluntatis. Sanctitatem vestram affectuosè precamur, quod ipsos benignè recipere, diligenter audire, vt eis tribus vel duobus ex ipsis, fidem credulam tanquam nobis, super his quæ vobis ex parte nostrâ dicere ac exponere curauerint, indubitanter exhibere velitis, & quod per ipsos tres vel duos ipsorum, super agendis nostris dictorúmque regnorum nostrorū vestræ sanctitati fuerint exposita, taliter exaudire, ac perducere iuxta nostrum desiderium, & ad effectum, quod per hos paternos affectus, ad filialis deuotionis vota se exhibens & conformans omnibus innotescat*: Transfertur deinde ad Primatum Bituricensem 1321. 1321.
ex bullâ Ioannis XXII. quæ extat in archiuio regio Parisiensi, & in libro Obligat. Vaticani: tandem Senonensis Metropolitanus.

73. PETRVS IOANNIS III. eligitur 1321. 11. Maij ex registris Vaticani.

S. POVRCAIN.

74. DVRANDVS DE SAINT

Povrcain Dominicanus, Doctor Parisiensis, qui à nonnullis malè confunditur cùm Gulielmo Durando Speculatore Mimatensi Episcopo,
1326. designatur Episcopus 1326. 24. Ianuarij ex registro Vaticano, consecratus fuit in Ecclesiâ Senonensi Martij 19. 1327. quo anno & 1333. recensetur in cartis Meldensis Ecclesiæ, in cuius choro sepulturam habet, atque anniuersarium Idibus Septembris. Ipse verò in libro Sententiarum profitetur se in Scholâ sacri Palatij veritatem sanctæ Scripturæ docuisse, & à Sede Apostolicâ ad Episcopalem dignitatem promotum fuisse, Commentarios in Sententias se scribere senem, quos iunior inceperat, & Aniciensi Ecclesiæ præfuisse; demum in conclusione operis, se Meldensis & Aniciensis Ecclesiarum Episcoporum & Rectorem testatur. De quo Posseuinus in Apparatu sacro, Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, Volaterranus lib. 21. S. Antoninus, Ioannes Michael Pius & alij.

Mevlant. 75. Ioannes de Mevlant III. ex Archidiacono Briæ, frater & hæres Gulielmi de Meulanto Equitis, qui vxorem duxerat Isabellam de Triâ; filius dicitur Ouidij domini de Poincy propè Meldas, vnde & in obituario Cathedralis legitur Ioannes de Pouenciaco; Sancti Stephani basilicæ quasdam possessiones largitus est super molendinum de Pouenciaco,
1335. recensetur & in tabulis an. 1335. Memorat vetus registrum Cameræ Rationum Parisiensium, eumdem Præsulem propriis impensis militasse cùm duobus Equitibus Baccalaureis, & decem Scutiferis pro Rege in bello Flandrensi an. 1340.

Vitry. 76. Philippvs de Vitry
1340. Poëta Gallicus 1340. & in concinendis modulis musices peritissimus, vti docet antiquus vates Gallicus Guasco de Vineis, nam iussu Ioannæ Borboniæ Reginæ Caroli 5. vxoris Metamorphoses rithmis Gallicis expressit, quod opus asseruatur in Bibliothecâ Victorinâ ad quem etiam extat epistola Ioannis Muris famosi Astrologi an. 1340. Obiit 1351. 4. Idus Iunij, & Sedes circiter annos tres vacauit.

Rovhier. 77. Ioannes Rovhier IV. Ioannis Regis Consiliarius recipitur 1354. 4. Octobris: vltimum vitæ diem clausit die Lunæ post festum Apostolorum Petri & Pauli 1378. 1378.

78. Gvillelmvs de Dormans II. Regi à Secretioribus Consiliis, Guillelmi Franciæ Cancellarij filius, nepos Ioannis Cardinalis, item Franciæ Nomophylacis anteà Patronus Regius in Senatu Parisiensi, ex Archidiacono Meldensi postulatur 1378. die Veneris post festum S. Andreæ: eodem sedente Capitulum obtinet exemptionem à Clemente 7. Pseudopontifice 1382. 5. Calend. Iunij, & vnitur Præbenda Episcopali mensæ: posteà transfertur Senonas 22. Octob. 1390. iacet Parisijs in Collegio Bellouacensi. Dormans. 1390.

79. Petrvs Fresnel IV. admissus 10. Nouembris 1391. nominatur Procurator Regis Caroli in instrumento acquisitionis vrbis Genuæ 13. Iulij 1396. cùm Antonio Adorno: is mendosè dicitur Meduncnsis Antistes lib. 9. Hist. Genuensis Bizari, rectè tamen claritudine generis, eximiâ prudentiâ, longóque rerum vsu conspicuus nuncupatur: Anno 1404. vices gessit Delphini cùm Philippo Melodunensi, ad acceptandam cessionem Comitatus Valentinensis à Ludouico de Pictauiâ factam, & benedixit primarium lapidem Ecclesiæ Cælestinorum Marcouciacensium 18. Februarij 1404. indéque fit Nouiomensis 1407. 7. die Septembris vbi recipitur 17. Decembris. Fresnel. 1407.

80. Ioannes de Saints V. ex Canonico Meldensi Episcopus Vapincensis, hùc translatus 1409. Dominicâ 27. Nouembris, moritur 20. Septemb. 1410. alijs 1418. De Saints. 1418.

81. Robertvs de Giresme agnatus Nicolai de Giresme Equitis Rhodiensis, magni Franciæ Prioris 1471. & Reginaldi Ludouici XI. Regis Cambellani, vrbis Meldensis Bailliui, eligitur 7. die Septembris 1418. defunctus 19. Ianuarij 1425. Giresme. D'or à la croix ancrée de sable. 1425.

82. Ioannes de Briov VI. ex Doctore Theologo recipitur 1426. die Iouis post S. Bartholomæum, decessit 1435. 17. Augusti. Briov. 1435.

De Vavx.

83. Paschasivs de Vavx eligitur 1435. in Vigiliâ omnium Sanctorum, inde fit Lexouiensis, & ex nonnullorum sententiâ Regis Angliæ Cancellarius.

De Vercellis.

84. Petrvs de Vercellis v. Theologus, iuris, rerúmq; agendarum peritiâ apprimè eruditus, ex Episcopo Dignensi in Prouinciâ 1439. dedit Ecclesiæ 200. aureos ex pecuniâ ab Eugenio 4. acceptâ pro negotiis per eum in Græciâ benè gestis: in Basiliensi Concilio perorauit Cleri totius nomine, Legatus etiam Ludouici 3. Regis Hierusalem Comitis Prouinciæ, tum etiam in Synodo Floren-
1446. tinâ, fato fungitur 1446. 11. Nouemb. ac die sequenti sepultus ad læuam maioris aræ, exequiis interfuêre Abbates S. Faronis, Cameræfontis, & Cagiæ.

Le Mevsnier.

85. Ioannes le Mevsnier vii. aliàs le Moine ex Abbate S. Mauri Fossatensis, & Priore S. Eligij Pa-
1447. risiensis, eligitur 1447. Idib. Maij. ex actis Consistorialibus Vaticani, in tabulariis autem Ecclesiæ 2. Ianuarij 1446. nihilominus tamen competitorem habuit Ioannem Aguenin Senatorem Parisiensem, priúsque Basilicæ Meldensis Decanum, qui postulatus fuerat in Antistitem; dissidium verò tum in Senatu Parisiensi, tum coram tribunali Senonensis Archiepiscopi agitatur, qui duas electiones Ioannis Meusnier & Ioannis Aguenin cassauit, prior verò ad summum Pontificem appellauit, à quo bullas obtinet probante Rege, cui sacramentum fidelitatis præstat, & possessionem dominij temporalis obtinet; quin etiam Rex Carolus 7. eius sacrum suâ præsentiâ honestauit; mi-
1458. grat ad alteram vitam 1458. 22. Iunii, legatis Ecclesiæ bonis, vnde feudum de Monteïonis fuit acquisitum: eius sepultura spectatur cùm epitaphio in Cathedralis Capellâ B. Mariæ.

Dv Drac. D'or au dragõ aislé de sinople armé, lampassé, & couronné de gueulle.

86. Ioannes dv Drac viii. Parisiensis, Ioannis Præsidis in Senatu ex Iaquelinâ Vicecomitissâ d'Ay filius, Decanus anteà Meldensis 1458. mense Martio procurante Rege Carolo 7. subrogatur, confirmatus à suo Metropolitâ Ludouico; fuit Conseruator priuilegiorum Academiæ Pari-

A siensis, Ecclesiam suam picturis adornauit, castrum de Lilio extruxit, ac tandem defecit 17. Martii 1474. tu- 1474.
mulo illatus in Capellâ B. Mariæ, in quâ missam quotidianam fundauit.

Salazar.

87. Tristandvs de Salazar Ioannis Salazarii strenuissimi Equitis Cantabri, ex Margaretâ Tremoliâ natus, possessionem apprehêdit 1474. 26. Octobris, posteà traducitur ad Senonensem Archiepiscopatum 1475. 1475.
ex permutatione cum Ludouico de Meleduno, quiescit apud S. Stephanum Senonis, vbi visitur mansolęum
B & epitaphium, quod eius nepos Ioannes Salazarius Abbas S. Remigii & B. Columbæ, necnon Archidiaconus Senonensis apposuit.

Melvn.

88. Lvdovicvs de Melvn i. ex dominis de la Borde, Canonicus Senonensis, & in eadem Ecclesiâ Vastinensis Archidiaconus, Ludouici Archiepiscopi nepos, cuius Pontificatum cùm minimè assequi posset, cedere cogitur Tristando Salazario, à quo munus consecrationis accepit 1475. exceptus Dominicâ 16. Aprilis
eiusdem anni: obiit 1483. Geminiaci, 1483.
C humatus in choro Cathedralis cùm hâc breui epigraphe. *Hic iacet venerandus in Christo Pater & dominus, dominus Ludouicus de Melduno quondam Episcopus Meldensis, qui obijt 13. mensis Maij 1483. anima eius requiescat in pace.*

L'Hvillier. D'azur à trois coquilles d'or.

89. Ioannes l'Hvillier ix. nobilis Parisiensis Guidonis Bailliui Meledunensis filius, Ioannis Senatus Parisiensis Regij Aduocati germanus, Doctor, Professor, & Prouisor Sorbonicus, Decanus Parisiensis, commendatione Regis Ludouici xi.
D cuius erat Confessarius & maior Eleemosynarius 1483. consecratur Senonis à Metropolitâ 7. Augusti: synodum conuocauit pro Ecclesiasticâ politiâ diœcesis, basilicam suam plurimùm decorauit, Clerum basilicæ suæ Choristis duobus auxit, tum fato eripitur 21. Septembris aliis 1. No- 1500.
uemb. anni 1500. funeratus in ingressu Chori.

Pierrepont.

90. Ioannes de Pierrepont x. ex Abbate B. Mariæ de Columbis diœcesis Carnotensis, & Priore S.

Fiacrij

Fincrij in Briâ, ingreditur solemniter A
Ecclesiam 1501. mense Aprili; sublatus
è vitâ 1510. 2. Nouembris in Ne-
1511. crologio Faræmonasterij, aliis 1511.

Pinelle. 91. Lvdovicvs Pinelle II.
ex Canonico Meldensi, Cancellario
Ecclesiæ & Academiæ Parisiensis,
Collegij Nauarræ magno Magistro,
& regiæ huius domus Theologo, eligitur
fauore Ludouici 12. cui summè
erat acceptus mense Octobri 1510.
consecratus à Tristando Metropolitâ:
hoc eodem anno synodum conuocauit
Meldis, in quâ multa præclara
sanciuit, exceptus per procuratorem B
vltimâ Martij 1511. personaliter autem
14. Augusti, monasterio de Cagiâ benefecit,
quod ad strictiorem regulam
1516. reuocauit; defunctus 1516. 3. Ianuarij,
vel 1515. iacet sub Chori lampadibus.

Briçonnet. 92. Gvillelmvs Briçonnet
III. ex Episcopo Lodouensi, & Abbate
S. Germani de Pratis Parisiensis
huc translatus 1516 benedixit vltimâ
Nouemb. Gerardum in Abbatem S.
Faronis, & Ioannem Columbam in
Abbatem de Cagiâ. Quo etiam anno
synodum habuit in qua orationem
pronunciauit Latinè posteà editam, C
1523. & alteram synodum 1523. conuocauit,
in quâ prohibuit sub excommunicationis
pœnâ libros Lutheri, & alia
pleráque statuit de inuocatione Sanctorum,
ac precibus pro mortuis, de
ieiunio in vigiliâ Corporis Christi, in
cuius Octauis processionem solemnem
fieri iussit, palliúmque & vas quo
sacrosancta Eucharistia defertur, Ecclesiæ
dedit, instituitque ac fundauit
1528. festum Visitationis celebrandum:
quo eodem anno interfuit Concilio
Senonensi à Metropolitâ Parisiis
habito: prætereà binis ad summum
Pontificem Legationibus functus est. D
Vide eius vitam apud Guidonem Bretulneau
Presbyterum, in Genealogico
stemmate Briçonnetorum, qui
asserit eum prædicasse, & diœcesim
visitasse, ac pauperum patrem obiisse.
Lutheranæ factionis acerrimum debellatorem,
scientiâ & virtute cla-
1533. rum 1533. die 25. Ianuarij circa mediam
noctem ætatis an. 65. Agmandi
propè Monasteriolum ad Icaunam,
ibique sepeliri è regione præcipui altaris
in basilicâ B. Mariæ eiusdem loci,
relictis pauperibus & Ecclesiis testamento
hæredibus, animâ Deo, Virgini
& curiæ cœlesti commendatâ, &
anniuersario fundato, necnon sacramentis
reuerenter susceptis modico
lapide tectum, hanc inscriptionem
continente: Gvillelmvs Brissonnetvs
Ecclesiæ Meldensis humilis Minister.
At viuens ius publicè dixit,
domos Episcopales magnificè ædificauit,
Parochorũ residentiam curauit,
contemplationes Idiotæ in sermonem
Gallicum transtulit, Bibliothecam
denique S. Germani libris auxit, quæ
omnia satis eum vindicant à suspicione
hæreseos, in quam nonnullis falsò
incurrisse, aut saltem hæreticorum
erroribus (propter conuersationem
cùm Iacobo Fabro Stapulensi, doctissimo
Theologo) fauisse dicitur:
fuit præcipuus benefactor Abbatiæ
de Cagiâ; hoc autem epitaphium
commune cùm decessore suo Ludouico
habet. « Lvdovici & Vvillelmi
Ministrorum Meldensis Ecclesiæ
vt par fuit desiderium, ita cadauera
idem tegit lapis, illius anno Domini
m. d xvi. mense Ianuario, huius
verò m. d. xxiii. Briçonetus
fato functus est in castro de Emans
propè Monasteriolum, in cuius Ecclesiâ
sepelitur. »

93. Antonivs dv Prat Dv Prat.
Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legatus
à Latere, Franciæ Cancellarius, regnante
Francisco I. Yssiodori in Aruerniâ
natus 1463. ex Aduocato Regis
Tolosæ, Protopræside Parisiensi
1507. Ordinem Ecclesiasticum amplectitur
demortuâ vxore Franciscâ
Vainy, & ad hanc sedem recipitur 5.
Maij 1533 per procuratorem Episcopum 1533.
Claromontensem, inde fit Albiensis
Præsul, & Archiepiscopus Senonensis,
vbi plura de eo. Construxit
castrum gentilitium de Nantoüillet;
eius cor sepelitur in Ecclesiâ Meldensi,
corpus autem Senonis humatur.

94. Ioannes de Butz, XII. Butz.
Abbas Commendatarius S. Faroniæ &
B. Mariæ de Cagiâ, Antonij de Butz
Meldensium Præfecti frater, vtérque
Carolo domino de Villemareuil,
& Margaretâ Bureau parentibus natus,
ex Canonico Meldensi possessionem
Episcopatus nanciscitur 1542.
mense Septembri, mortuus 1552. 9. 1552.
Octobris.

1093. apud Ludouicum ab Ecclesiâ in A Historiâ Pedemontanâ.

1106. 11. BERARDVS 20. 1106.

12. IOANNES I. an. 1107. Paschali 2. Pontifice Maximo.

13. AYCALDVS 1125.

14. AYRARDVS ex monacho & Priore Cartusiæ Portarum diœcesis Lugdunensis, doctrinâ & sanctitate
1145. illustris 1145. mortuus an. 1167. in vitâ S. Petri Tarantasiensis à Gaufrido scriptâ.

13. BERNARDVS I.

16. PETRVS I. Maurianensibus po-
1160. pulis ius diuinum dixit 1160.

17. GVILLELMVS I. ex alumno maioris Cartusiæ 1167. nominatur in donatione factâ ab Humberto Comite Sabaudiæ Ecclesiæ Vlciensi; viuebat adhuc 1188. etsi dicatur mortuus anno 1176. in quibusdam monumentis.

18. LAMBERTVS interest Con-
1179. cilio Lateranensi 1179. obiit 1198.

19. AYMARVS Abbas S. Petri Viennensis vbi quiescit, Ecclesiam Maurianæ rexit an. 14. mortuus est anno 1245. Archiepiscopus Ebreduonensis.

SAVOYE. 20. AMEDEVS DE SAVOYE I. filius Comitis Allobrogum Thomæ I. qui fuerat monachus maioris
1240. Cartusiæ, Episcopus 1240. Pingonius scribit obiisse 1268. sepultúmque in æde Maurianensi, ac xenodochium ad ripam lacus Lemani fundasse; Seuertius ad an. 1248. notat iuramentum fidelitatis ab Hugone D Duce Burgundiæ nomine Philippi fratris excepisse.

1272. 21. ANTELMVS DE CLAROMONTE I. nobilis Sabaudus 1272.

22. PETRVS II. anno 1280.

23. AYMO I. interest Concilio prouinciali Viennensi celebrato sub Guilelmo de Valentiâ Archiepiscopo
1289. 1289.

24. AMBLARDVS 1300.

AN. CH.

25. AYMONETVS vir pius & doctus 1303. 1303.

MIOLANS. 26. AYMO DE MIOLANS II. nobilis Sabaudus è dominis Serratæ, testis est iuramento fidelitatis præstitæ ab Amedeo Comite Geneuæ, Aymoni Comiti Sabaudiæ 1329.

CLERMONT. 27. ANTELMVS DE CLERMONT II. superioris nepos, executor fuit testamenti Aymonis Comitis Sabaudiæ, & testis cuidam compromisso facto 1338. à Comitibus S. Martini & 1338. Valpergiæ in eundem Comitem Aymonem. B

SAVOYE. 28. AMEDEVS DE SAVOYE II. Iacobi Principis Achaiæ filius, ex Canonico Lugdunensi & Aurelianensi electus 1349. ex cartis Vaticani 2. Apr. cùm Losanensi permutauit.

29. FRANCISCVS ex Præsule Losanensi 1354. 1354.

MONTEMAIORI. 30. AMEDEVS DE MONTEMAIORI III. nobilis Sabaudus, quo regente Ioannes Vicecomes Maurianæ in oppidum Cameræ suæ ditionis C Fratres Minores S. Francisci induxit 1365.

MALABAILA. 31. IOANNES MALABAILA ciuis Astensis creatus Episcopus Treuisanus, dein Astensis 1355. post pa- 1355. truum Baldracum, graues ibi disceptationes cùm Barnabâ Vicecomite Mediolanensi, & Frederico Marchione Salutiarum habuit pro castro Montis alti, inde ad Ecclesiam Maurianensem ascendit 1373.

32. HENRICVS anno 1381. cui successit 1384. 27. Iunij.

FLORANO. 33. SAVINVS DE FLORANO nobilis Eporediensis, cuius mentio fit in fidelitatis sacramento præstito 1385. à Petro Comite Geneuæ Ame- 1385. deo Comiti Sabaudiæ: anno 1390. Legationem gessit nomine Amedei apud Galeacium Vicecomitem Mediolani, & anno sequenti apud Ducem Burgundiæ.

MONTEMAIORI. 34. AMEDEVS DE MONTEMAIORI IV. 1410. Abbas item S. Michaelis de Clusâ.

35. AIMO GERBASIVS III. Pe-

An. Ch. 1424. tri Thesaurarij Sabaudiæ filius 1424. cui cùm Episcopo Augustensi, & Francisco Abbate Folliaci commissa fuit causa permutationis cuiusdã inter Amedeum Ducem Sabaudiæ & Episcopum Gebennensem; cùm cæteris Episcopis Sabaudiæ lites quas pro iurisdictione habebant, cùm eodem Duce composuit.

Conflet-to. 36. Ogerivs seu Avgerivs de Confletto ex Episcopo Augustensi 1433. subscribit Ripalliæ diplomati quo Amedeus Ludouicum filium creat Principem Pedemontij, & Philippum Comitem Gebennesij,
1440. defunctus 1440. 11. Ianuarij sepultus in Cathedrali marmoreo mausoleo.

La Palv. 37. Lvdovicvs de la Palv i. Cardinalis S. Anastasiæ dictus de Varambon, Administrator Episcopatus Losanensis, Abbas Tornusij, Ambroniaci, & S. Iusti de Segusiã, Maurianensis erat Præsul 1441. Archie-
1451. piscopus autem Tarantasiensis 1451. quo anno mortalitati debitum persoluit, sepultúsque est Romæ in Basilicã Principis Apostolorum; de eo in Tarantasiensibus Archiepiscopis.

Segobia. 38. Ioannes de Segobia ii. factus Maurianensis Præsul per obitum Cardinalis de Varambonã 3. Idus Octobris 1451. ex sede Episcopali in Italiã hùc traductus, at translatio non habuit effectum, nam iterum rediit ad priorem titulum Episcopatus 7.
1453. Cal. Februarij 1453. cui successit ex Actis Consistorialibus Vaticani, non resignatione Cardinalis, sed Pontificiã nominatione.

D'Estovteville. 39. Gvillelmvs d'Estovteville ii. Cardinalis tit. S. Martini in Montibus translatus ex Lodonensi Ecclesiã 1473 7. Cal. Februarij vt Acta demonstrant Consistorialia, inde Archiepiscopus Rotomagensis Cardinalis Episcopus Portuensis, & Veliternensis, Ostiensis, ac in Galliã Legatus Apostolicus: obiit Romæ 1482. ætatis 80. Decanus Sacri Collegij & Camerarius: sepelitur in Ecclesiã Patrum S. Augustini quam à fundamentis extruxerat. De eo in Rotomagensibus plura.

Savoye. 40. Ioannes-Lvdovicvs de Savoye, inde Episcopus Gebennensis ac Tarantasiensis Metropolitanus, quo viuente Ecclesia Maurianensis administrata fuit ab Antonio de Plozzasco Protonotario Apostolico, Consiliario Ludouici Sabaudiæ Ducis.

41. Stephanvs Morellvs anno 1484. sacramentum fidelitatis reddidit Carolo 8. Regi pro rebus temporalibus sui Episcopatus, vt patet ex cartis Cameræ Rationum regiarum Parisiensium: obiit verò anno 1499. Morellvs 1484.

42. Lvdovicvs de Gorrevod ii. Cardinalis Maurianensis tituli S. Cæsarei in Palatio, Sabaudiæ Legatus à latere, Ioannis domini de Gorreuodo in Bressiã, & Ioannæ de Loriol filius, non Laurentij Comitis de Pontdeuaux Equitis Velleris aurei, Hispaniarum magni Magistri, Marescalli Burgundiæ, & Bressiæ Gubernatoris, cuius erat germanus. Abbas primò Ambroniacensis, tum creatus Maurianensis Præsul ab Alexandro 6. 5. Augusti 1499. primus Episcopus Burgi 1499. in Bressiã designatus an. 1515. paulò post sublata est Episcopalis huius sedis erectio, & Burgum ipsum cùm Bressiã redactum in pristinam iurisdictionem Archiepiscopi Lugdunensis: post Herculem Episcopum Augustensem extitit Orator Ducis Sabaudiæ ad Concilium Lateranense vbi nominatur sess. 10. 1515. tandem Purpurã insignitus à Clemente 7. 16. Martij 1530. factúsque Sedis Apostolicæ Legatus in ditione Ducis Caroli codicillis datis 1531. 2. Aprilis, erexit 1531. Ecclesiam S. Mariæ in Collegiatam, consecrauit Cappellam S. Laurentij in Ecclesiã Franciscanorum oppidi Pontisuallium, & condito testamento sepeliri mandauit in Cappellã Cathedralis suæ ab ipso fundatã, huiúsmodi inscriptione affixã: *Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater dominus* Lvdovicvs de Gorrevodo *tituli S. Cæsarei in palatio, Presbyter Cardinalis Maurianensis nuncupatus, Sabaudiæ Legatus, qui hoc sacellum fundauit & dotauit anno Domini* 1535 Eius elogium extat in Historiã Sebusianã & Bugesij. Gorrevod. D'azur au cheuron d'or.

43. Philibertvs de Challes Sabaudus 1555. Challes

44. LVDOVICVS DE TROTTIS A
1558. III. anno 1558.

ESTE. 45 HIPPOLYTVS D'ESTE Cardinalis Ferrarienſis, Patrimonij Eccleſiaſtici Legatus, Galliæ Protector, & Adminiſtrator Eccleſiarum Auſcitanæ, Mediolanenſis, Lugdunenſis, Ferrarienſis, Eduenſis, ac Maurianenſis Cathedræ anno 1560.

TROTTIS. 46. BRANDELISIVS DE TROTTIS Ferrarienſis, olim Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Ferrariæ, & Oeconomus ac Magiſter hoſpitij Cardinalis Hippolyti in Legatione Gallicâ, ex B eius reſignatione, poſt annum 1560.
1560. Epiſcopatum adipiſcitur.

LAMBERT. 47. PETRVS LAMBERT III. patriâ Camberienſis, Philiberti & Philippæ de Lotherio filius, creatur Antiſtes circa 1567. intereſt Taurini 1574. exequiis Margaretæ Valeſiæ vxoris Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ. Collegium & conuentum Minorum, Capucinorum in vrbe ſuâ fundauit, & in Cathedrali ſepelitur hoc epitaphio: *Non mortis metu, nec vitæ tædio ſed præteritorum, futurorúmque prouidus* PETRVS DE LAMBERT *illuſtris Camberianus, Epiſcopus Maurianenſis & Princeps, Petri ac Franciſci pariter Lambertorum Eccleſiarum Caſertenſium & Nicienſium Præſulum agnatus & germanus frater viuens poſuit* C
1580. *anno Chriſti 1580.*

MILLIET. Ecartelé au 1. & 4. party en faſce deux lions iſſans coupé de ſinople, armé & lampaſſé d'or ſous vne faſce de gueulle, coſtoyée de 2. filets de meſme. Au 2. & 3. de gueulle à la bande d'argent accompagnée de deux cotices de meſme. Sur le tout d'azur, au cheuron d'or vuidé de gueulle, accompagné de trois eſtoiles d'or, à vn hydre iſſant eployé à trois teſtes de ſinople, couronné & langué de gueulle.

48. PHILIBERTVS MILLIET Ludouici Archicancellarij Sabaudiæ Baronis Fauergiani filius, Abbas Alpium, Cancellarius militiæ Annunciatæ, nondum expletis ætatis annis 27. à Sixto 5. Papâ creatur Epiſcopus Hieropolitanus, & Coadiutor Petri Lamberti auunculi Epiſcopi Maurianæ, eo annuente 1590. 5. Maij Maurianenſi baſilicæ præficitur Antiſtes, qui cùm eius Eccleſiæ regimen aſſumpſiſſet, ædes Epiſcopales magnâ ex parte vel auxit, vel in amplam ſtructuram redegit. Plurimis functus Legationibus ad Philippũ Hiſpaniarum Regem, mox ad Paulum v. Pontificem Max. à quo Taurinenſis Archiepiſcopus efficitur anno 1619. ſummâ in Religioſos viros animi fuit propenſione, & multiplici eruditione clarus, populum diuini verbi eloquio ſuaui erudire ſolebat: Prioratum S. Philippi quem in commendam obtinebat, Societatis Ieſu Patribus reſignauit, qui, dum ſuam Eccleſiam Maurianenſem adminiſtrabat, Collegium Aureliæ Allobrogum conſtruxêre: Ciſtercienſes Congregationis S. Bernardi ad monaſterium S. Petri de Lemenæo propè Aureliam aduocauit, Eccleſiam S. Ioannis Taurinenſis variis inſigniuit ornamentis, ac præfuit laudabiliter annis 7. omniúmque mœrore deceſſit an. 1625. corpus Taurini 1625.
in templo Soc. Ieſu tumulatum eſt.

BOBBA. 49. CAROLVS BOBBA Pedemontanus, Marchionis Bobbæ Equitis Annunciatæ frater 1620. & 1626.

MILLIET. 50. PAVLVS MILLIET Philiberti ſuperioris ex fratre nepos, ac Comitis Fauergiarum filius, Theologus doctiſſimus, Iuris vtriúſque Doctor, ex Camerario, ſeu Cubiculario honoris Vrbani 8. Pontificis Maximi, & Auditore ſe[illegible]ini Principis Mauritij, anteà Cardinalis Sabaudiæ, nunc Principis Oneghæ, ſedet ab 1641.
annô 1641.

MELDENSES EPISCOPI.

MEAVX en Brie, sur Marne. MELDORVM vrbs quam Matrona interluit, ſub Archiepiſcopatu & Parlamento Pariſienſi, Meldnorum dicta in veteribus Notitiis Prouinciarum, Meledis Greg. Turon. lib. 5. c. 1. & Meldis, Comitatus Sedes lib. 8. c. 18. quæ & Latinum oppidum Meldorum, aut Meldarum D Ptolemæo lib. 2. c. 8. cuius populi à Cæſare memorantur l. 5. & à Plinio l. 4. c. 18. Vitæ S. Faronis auctor, « clariſſimam, ſitu loci aptiſſimam & opi- « bus fœliciſſimam vocat, in cuius in- « ſulæ ſpatioſiſſimo & amœniſſimo am- « bitu circumirectat flumen Matro- « na: ſita eſt in pago Brigenſi, Epiſcopatu antiquo, & Bailliuiatu inſignis; Cathedralis Eccleſia olim Senonenſis Metropolis Suffraganea patronum agnoſcit S. Stephanum: in diœceſi numerantur plures parochiæ, & Abbatiæ ſequentes.

S. Faronis O B.

S. Faron de Meaux.

Resbaci *Rebés* O B.

Iotri *fœm. Iouare* O B.

Sancti Honorati O B.

S. Honoré aux Dames.

Faremonasterii O B.

Faremonstier.

Cagiæ *du Chage* O A.

Iuliaci *Iully* O A.

Cameraefontis O P.

Chambre-fontaine.

Episcoporum huius Ecclesiæ Catalogum texuimus ex variis monumentis & auctoribus.

1. S. Sanctinus, quem Meldensem Pontificem fuisse docent vulgati omnes Catalogi.

2. Antoninus.

3. Mansuetus.

4. Modestus.

5. Acherus.

6. Riolus.

7. Promerus.

8. Primitus.

9. Principius.

10. S. Rigomerus, cuius annua solemnitas agitur 28. Maij.

11. Crescentius.

12. Anius.

13. Præsidius.

14. Promissus à Sanctino vsque ad illum, nihil explorati habetur in diptychis præter nomen.

15. Medoveus vel Medouechus, subscripsit Concilio Aurelia-
549. nensi 5. 549. Parisiensi 2. 555.

16. Edenus.

17. Baudovvaldus laudatur A à Fortunato lib. 9. cap. 8. si est ille quem Meldensem coniectat Brouuerus in suis notis.

Summe Sacerdotum bonitatis opima facultas,
Culmen honore tuo, lumen amore meo.
Officijs venerande sacris pietatis alumne,
Pignore amicitiæ corde tenende meo.
Florens in studiis & sanctà in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura tuæ.

18. Gondoaldus vel Gundobaldus, interest Concilio Remensi sub Sonnatio an. 630. memoratur in vitâ S. Eustasij Abbatis Luxo- 630.
B uiensis, qui veste monasticâ per eum Antistitem indutus, vir Deo carus dicitur in vitâ S. Faronis.

19. Vualbertus seu Vualdebertus beati Faronis ac Faræ Virginis frater, ex Abbate Luxouiensi illi subrogatur, vt docet eius vita: *Fratres dulcissimi B. Faræ Chagnoaldus scilicet & Vualdebertus, qui successor fœlix istius Gondoaldi hac in vrbe claruit,* mortuus est 2. Maij in Martyrologio monastico: de eo in vitâ B. Eustasij cap. 3. & 4. cuius festus dies annuâ commemoratione agitur in Ecclesiâ
C Meldensi 12. Maij.

20. S. Faro Hagnerici & Leodeguadis filius, Chagnoaldi Præsulis Laudunensis frater, cuius ordinationem significant acta vitæ eiusdem Faronis tomo 1. Historic. Franciæ Scriptorum: *Interea factum est post dormitionem Valtberti Episcopi huius vrbis, de quo iam præmisimus, vt frater eius Faro lege consanguinitatis quasi iure hæreditario fraternam successionem Pontificatus, hâc in vrbe Meldensi mereretur: à viris enim religiosissimis huius prouinciæ missa est suggestio de eo Regem ad Clota-*
D *rium, vt suo assensu præberet constituendum eum dignissimum Pontificem in populo:* tum in eadem vitâ subdit: *Meldis electissimus Antistes Domini Faro monasterium famosissimum omni laude dignitatis ac religionis nobilitauit suæ requietioni.* Hanc autem Abbatiam extruxit anteà S. Crucis vocitatam, vbi sepulturæ mandatur. Interfuisse dicitur dedicationi Ecclesiæ S. Petri Corbeiensis cùm Bertefrido Ambianensi, & aliis Episcopis. Eius sacras reliquias transtulit an. 1140. Andreas S. Faronis Abbas.

21. S. HILDEVERTVS ex monacho Luxouiensi, patriâ erat Meldensis, cuius memoriam celebrat Cathedralis Ecclesia 27. Maij : obiit 7. Cal. Iunij in Gornaco oppido Normanniæ, vbi ab incolis patrocinium eius inuocatur, humatum tradunt in Ecclesiâ B. Mariæ vno ab vrbe lapide; eius corpus à terrâ eleuasse dicitur S. Maiolus, apud Ioannem Canonicum Victorinum in Memorali Historiarum.

22. HELINGVS.

23. S. PATHVSIVS vitâ priuatur ipso electionis die. Ecclesiam habet sui nominis in diœcesi Meldensi, ac festus dies annuâ memoriâ celebratur 3. Octob.

24. S. EBREGISILLVS colitur in Iotro monasterio vbi Capellam S. Pauli propè cemeterium extruxit, in quâ idem Sanctus tumulatur : anniuersariâ memoriâ 31. Augusti in Breuiario Meldensi, & apud Molanum in Additionibus ad Vsuardum.

25. LANDRICVS Sancti Valderici & Diuæ Vualdetrudis Montensium patronæ in Hannoniâ filius, de quo Cameracense Chronicon l. 2. c. 46. & Molanus in indiculo Sanctorum Belgij ac Miræus, qui in Annalibus item Belgicis dicit eum quiescere in Collegio Sonegiensi.

26. EDOLDVS, siue Heldoaldus.

27. ADVLPHVS.

28. RAGAMINATVS seu Ragemarius.

29. SIGENOLDVS, vel vt alij codices habent Genoboldus.

30. ERLAVREVS.

31. AIDENERVS vel Achidenerus.

32. ROMANVS anno 741. nominatur in epistolâ Zachariæ Papæ ad diuersos Galliæ & Germaniæ Episcopos sub an. 744.

33. VVLFRANNVS.

34. BRVNERVS siue Prunerus.

35. HILDRICVS, cuius mentio habetur in epistolâ Hincmari Remensis de S. Dionysio Areopagitâ apud Surium 9. Octob.

36. HVGBERTVS I. interfuit Concilio Vormatiensi anno 836. vt est in codice S. Remigij Senonensis, item Turonensi 4. 849. Suessionensi 2. 853. Vermeriensi eodem anno, ex Conciliis & Capitularibus Caroli Calui; memoratur & apud Hincmarum loco citato, tum in cartulario Ferrariensi cùm Aldrico Metropolitano, apud Lupum Ferrariensem ep. 84. Flodoardum lib. 3. cap. 11.

37. HILDEGARIVS adstitit ordinationi Æneæ Parisiensis Episcopi cùm Venilone Senonensi sub an. 853. & in epistolâ synodicâ Episcoporum è Carisiacâ Synodo missâ ad Ludouicum Regem Germaniæ sub an. 858. in quâ capit. 3. vocatur venerabilis Episcopus: necnon Concilio Metensi 859. conuenit ad Tullensem apud Saponarias 859. ad Aquisgranensem 860. ex Hincmaro, interfuitque Tusiacensi 860. Suessionensi 3. 866. Trecassinæ 867. Siluanectensi 873. ordinauit Carlomannum in Diaconum, posteà ob rebellionem excæcatum, reperiturque in Capitulo Caroli Calui tit. 24. & 25. apud Flodoardum lib. 3. cap. 23. ac Lupum Ferrariensem ep. 99. ad quem etiam extat Epistola Hincmari de iudicio Dei per aquam frigidam.

38. RAGENFRIDVS subscripsit Concilio Pontigonensi 876. ei scribit epist. 66. Lupus Abbas Ferrariensis cùm esset in procinctu itineris sui Romani, pro permutatione Italicæ monetæ argento, tum vt conspectum suum ipsi ad colloquendum exhiberet, vbi eum Reginfridum vocat.

39. SEGEMVNDVS memoratur in poëmate Abbonis de obsidione Parisiacâ hísce versibus.

Lætus Odo —— Francorum regna recepit,
Mœnia Meldis adhuc Danis stipantibus vrbis,
Cui Præsul residens fuerat in eâ Segemundus.

Eo sedente ciuitas Meldensis exusta est

888. est à Normannis circiter an. 888. præ- A postero ordine in elenchis Meldensibus collocatur iste post Ragaminatum.

40. Ingelranvs anno 900. in Concilio Remensi Nonis Iulij.

41. Hvcbertvs II. chirographo signauit acta Concilij Trosleiani 909. in pago Suessionico an 909. apud Sirmondum tomo 3. Conciliorum.

42. Agonivs.

43. Richardvs.

44. Ageracvs.

45. Archanradvs, seu Erchanradvs Synodum celebrauit 962. circiter an. 962. decessit anno 989.

46. S. Gilbertvs Viromanduensis, Fulchardo & Gillâ nobilibus parentibus editus, qui cùm à teneris inter Canonicos S. Quintini fuisset cooptatus & Alberto Comiti Viromanduorum gratiosus, mox per Erchanradum Archidiaconus Meldensis efficitur, ipsique paulò post vitâ functo, omnium suffragiis præficitur, annuente Odone Comite C Meldarum & Trecensi apud Sparnacum, publicè testatus coram Clericis S. Stephani, valde ipsi acceptum esse, quod eum Antistitem delegissent, qui iam in aulâ Alberti Comitis cõsanguinei sui floruerat, & omnium votis ad infulas postularetur. Sacratus ergo à Leotherico Senonensi Metropolitano, primus Episcoporum mensam Capitularem Clero petente in duas partes distraxit, vnam quæ in Præsulis, alteram verò Canonicorum in vsus cederet diplomate cartophilacij 1004. huius Ecclesiæ anni 1004 quibus Ca- D nonicis plures Ecclesias attribuit, inter quas recẽsetur Abbatiola S. Rigomeri & Confessoris. Dum interim Episcopale munus summâ sollicitudine obire satagit, vltimo morbo correptus, quo excessit è viuis anno 1009. Leothericum Senonensem, & Fulbertum Carnotensem Antistites ad se vt venirent huiusmodi verbis compellat: *immortales habemus grates vobis, sacra capita, luminaque Galliarum, qui extremos amici veteris halitus vestrâ benedictione coronetis, qui vestrum Collegam cùm ipsâ morte atque aduersario insidianti vitæ cursusque calcaneo colluctantem salutari viatico recreetis, qui denique cadauer exangue tumulo Christiano componatis.* Sepelitur in Ecclesiâ S. Stephani Meldensis ante altare sub gradibus absidis, multísque & frequentibus miraculis inclaruit; religiosâ apud Viromanduos & Meldenses memoriâ celebratus, vti docet Claudius Hemeræus Doctor Sorbonicus in suâ Augustâ Viromanduorum Illustratâ: sedit in Episcopatu annis 20. basilicámque multis donis locupletauit.

B

47. Macarivs de quo mentio in vitâ S. Gisleberti.

48. Bernerivs in dedicatione S. Aniani Aurelianensis anno 1029. 1029. apud Helgaudum in Epit. vitæ Roberti Regis, multa dedit Canonicis Ecclesiæ suæ, inter quæ terram suam de Berceyo, Præposituram de Changeyo, & Ecclesiam de S. Martino.

49. Dagobertvs.

50. Galtervs Saveyr I. Saveyr. missus dicitur in Russiam vt Annam Regis filiam adduceret vxorem futuram Henrico Regi apud Continuatorem Aimoini; interest synodo Senonicæ 1048. cùm Gelduino Archiepiscopo, & detectioni sanctorum corporum in æde Dionysianâ 1050. item sacro Philippi Regis 1059 nominatur etiam in cartulario S. Martini Parisiensis 1060. & 1064. in tabulâ Philippi Regis pro monachis S. Petri Senonensis; necnon in dedicatione S. Quintini Bellouacensis 1069 eo sedente habetur Meldis Synodus prouincialis: mortuus est an. 1082. 9. Ca- 1082. lend. Nonemb. post diuturnam sedem.

51. Galtervs de Chambly Chambly II. ex toparchis de Chambliaco, Canonicus Ecclesiæ Parisiensis, ordinatur à Richerio Metropolitano, contra Robertum Abbatem Resbacensem ab Hugone Diensi Legato promotum, vt est apud Odorannum: interfuit Concilio Senonensi 1083. cùm Gaufrido Carnotensi, Philippo Trecensi, & Arnulpho Aurelianensi, item Synodo Stampensi 1092. memoratur

De gueulle à trois coquilles d'or 2. 1.

AN.CH.

tus de Fontanis Ordinis Fontisebral-
1135. di, item 1135. in fundatione Abbatiæ de Cagiâ cùm Iosleno Suessionensi Episcopo, & Harpino Meldensi Decano: eius meminit Sugerius ad Eugenium Papam, & cùm ipso Sugerio interfuit benedictioni Odonis primi Abbatis S. Genouefæ; quo eodem Sugerio instante dedicauit Oratorium S. Nicolai in basilicâ Dionysianâ cùm Petro Siluanectensi Præsule. Eius consensu Andreas Abbas S. Faronis relliquias eiusdem sancti à tumu-
1140. lo leuauit circa an. 1140. memoratúrque in chronico S. Ioannis de Vineis Suessione 1153. & in epistolâ S. Bernardi ad Humbaldum Lugdunensem: sedebat adhuc 1187. in tabulario S. Fiacrij: obiit 9. Cal. Maij, terræ conditus in monasterio de Cagiâ, vbi anniuersarium habet 27. Aprilis. Porrò in Abbatiæ Faræmonasterij cartulario, veteris documenti tenor huiusmodi est: IN NOMINE *Patris, Filij, & Spiritus sancti. Manasses Dei gratiâ Meldensis Episcopus, Omnibus ad quorum notitiam præsentes literæ peruenerint salutem. Erat olim querimonia ex motâ controuersiâ inter Ecclesiam Meldensem & Farense monasterium, quæ à domno Papâ Innocentio, Episcopo Catalaunensi, & Episcopo Autissiodorensi ad terminãdum siue cõcordiâ, siue iudicio commissa, accito Suessionensi Episcopo, & Resbacensi, & Chajacensi & Trecensi S. scilicet Martini Abbatibus, & Magistro Renerio & Galterio Suessionensi Archidiacono, & aliis quampluribus Ecclesiasticis & religiosis personis, in hunc tandem concordiæ tenorem vtriúsque partis assensu deuenerunt apud Sezanam, in literis ab ipsis Episcopis huic causæ præsidentibus sigillatis, de eiusdem modo concordiæ pleniùs continetur. Hanc pacis compositionem ab ipsis formatam & firmatam ego quoque Manasses Meldensis Episcopus consensu Decani & Archidiaconorum & Capituli mei concedo, & præsentis sigilli mei auctoritate confirmo, & in perpetuum in integrum illibatúmque in suo robore manere decerno. Quod autem Clerici & burgenses Farensis monasterij semel pro causâ quondam Meldensem adierunt Ecclesiam neutri volumus parti præiudicare, cùm id factum sit saluo vtriúsque partis iure. Signum Manasse Episcopi, Hugonis Decani, Theobaldi, Archidiaconi, Radulphi Archidiaconi, &c. S. Bartholomei Decani Paris. S. Vrsi de Castro Theoderici.*

55. GENOLDVS præfuit anno 1160. ex tabulario Hospitalis Dei. 1160.

56. HVGO Decanus anteà Meldensis, obsequium præstat Hugoni Metropolitano, & vitâ defungitur 16. Idus Septemb.

57. PETRVS I. tituli S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, electus fuit Meldensis, vt notat Rogerius Houedenus in suâ Hist. quod etiam constat ex verbis Petri Cellensis Abbatis ep. 8. lib. 7. de quo pariter Scriptor vetus fragmenti de rebus Ludouici 7. eidem Petro Cardinali alium cognominem addit Cellensis loco citato: *Meldensi*, ait, *Ecclesiæ tres viros honorificentissimos dominum scilicet Cardinalem, Magistrum Petrum, & Simonem Archidiaconum vicissim assignasti.*

58. STEPHANVS DE LA CHAPELLE Galteri Capellæ in Briâ toparchæ frater, patruus Guillelmi Nemorosii Episcopi, ex Canonico Senonensi & Cantore Meldensi creatur Episcopus 1164. huius leguntur apud Sarisberiensem epistolæ aliquot pro S. Thomâ, moritur apud S. Victorem Lutetiæ abdicato Archiepiscopatu Bituricensi, ad quem fuerat assumptus, vt videre est in serie Archipræsulum. LA CHAPELLE. 1164.

59. SIMON I. ex Archidiacono Senonensi, & Thesaurario Meldensi. legitur sedisse Episcopus 1175. & 1179. interfuisse Concilio Lateranensi: eius assensu Iuliacum à Cagiâ dependens constituitur in Abbatiam 1184. nominatur 1187. & 1194. de quo Sarisberiensis epist. 240. & Petrus Cellensis lib. 7. epist. 8. 1175.

60. ANSELLVS nobilis Parisiensis, Philippi Augusti Regis aulicus vt refert Ægidij Paridis MS. poëticum in Abbatiâ S. Victoris, consecratur à Michaële Archiepiscopo, cuius nomen reperitur in tabulis annorum 1200. 1201. & 1208. in cartulario 1200. Martiniano: hoc eodem anno institutor fuit Capituli Canonicorum propè Cressiacum in Briâ; & Cancellariæ

Ecclesiæ suæ Meldensis, de illo meminit cartularium S. Fiacrij, ac dicitur mortuus 6. Iunij in obituario, traditus sepulturæ in Abbatiâ Sacriportus, seu Barbelli in pago Melodunensi: laudatur porrò his versibus Karolini Ægidij Parisiensis.

Cùm super excellens Legum iurisque peritus,
Ille inter proceres intràque palatia magni
Nominis Ansellus, quem cùm maioribus orbis
Meldis Episcopio promouit gratia sensus.

Eiusdem mentio habetur in cartâ Regij Tabularij Parisiensis cuius hæc verba sunt: EGO *Almaricus Comes Glocestriæ, Domino Philippo illustri Regi Franciæ, & hæredibus eius, de propriâ voluntate meâ, & de mandato Domini mei Ioannis illustris Regis Angliæ in præsentiâ ipsorum Regum & Baronum suorum, quitaui ciuitatem Ebroicensem & Ebroicinum, videlicet quidquid in eis habebam feodi & dominij, sicut metæ determinant, quæ in cartâ domini mei Ioannis illustris Regis Angliæ quam dominus Rex Franciæ habet, denotantur, & dominus meus Rex Angliæ in sufficiens escambium inde donauit. Ego etiam bonâ fide & sine malo ingenio, in manu domini Regis Frãciæ fiduciaui hoc tenere, sicut continetur in cartâ domini mei Regis Angliæ, quam dominus Rex Franciæ habet. Quod vt perpetuum robur obtineat præsentem paginam sigilli mei munimine confirmaui testibus H. Cantuariensi, E. Burdegalensi & I. Dublinensi Archiepiscopis A. Meldensi, P. Bellouacensi H. Lincolnensi G. Eliensi & H. Saresberiensi Episcopis: B. Comes Flãdriæ, & T. Comes Campaniæ, L. Comes Blesensis P. Comes Drocensis Vu. Mariscallus Comes de Pembroc, Vu. de Garlandâ B. de Royâ. Actum Geleton. anno Incarn. Verbi* MCC. *mense Maio.*

TRESSIACO. 61. GAVFRIDVS DE TRESSIACO I. patriâ de Puiseto in Belsiâ, ex
1208. Canonico eligitur 1208. nominatus 1210. in cartâ Abbatiæ Faræmonasterij & in confirmatione noualium ab ipso datâ Ecclesiæ Parisiensi 1213 probat donationem factam cœnobio Victorino de 600. arpennis nemoris Gepiaci per Guichardum de Castelhone: eius meminit Ioannes Monachus in Memoriali Historiarum, & Vincentius Bellouacensis lib. 31. c. 8. posteà sponte abdicato Episcopatu

A arctius vitæ genus apud Victorinos amplectitur anno 1213. dispensante 1213.
Innocentio 3. vnde & Rigordi de Gestis Philippi Aug. Regis verba referre iuuabit. *Eodem tempore Gaufridus vir sanctissimus Meldensis Episcopus, Episcopatui similiter renuntians, in Monasterio S. Victoris Parisius diuinæ contemplationi sese arctiùs mancipauit. Qui inter alia sanctitatis opera, quibus viriliter insistebat, abstinentiam mirabilem & cunctis inauditam sæculis obseruabat: omni anno in Quadragesimâ & in Aduentu Domini ter tantùm in septimanâ cibum, potum verò nunquam sumere con-*
B *sueuit. In alijs verò temporibus comedebat & bibebat, sed rarò, & talia, quæ suâ amaritudine & insipiditate vix aliquis hominum dignaretur gustare.* Rebus humanis exemptus est 1214. in Marty- 1214.
rologio Victorino 8. Idus Februarij.

62. GVILLELMVS DE NEMOVRS I. vetustâ ex stirpe Nemorosij, filius nempe Galteri domini Capellæ in Briâ & de Villebeon, Franciæ Cambellani, ex Auelinâ hærede Vrsionis Nemorosij toparchæ; Cantor anteà Parisiensis consecratur Dominicâ post festum S. Magdalenæ 6. Cal.
C Aug. 1214. in Chronico Autissiodo- 1214.
rensi: de eo sic Rigordus & Albericus ad eumdem annum: *Gaufridus vir sanctissimus Meldensis Episcopus, Episcopatui similiter renunciauit, & se Deo mancipauit: cui succedit Guillelmus Cantor Parisiensis; & sic fuerunt tres fratres vterini simul Episcopi, & sibi contemporanei, Stephanus Nouiomensis, Petrus Parisiensis; & Guillelmus Meldensis, filij Galteri Francorum quondam Camerarij, fratres Gualterij iunioris, & aliorum trium militum, viri satis virtute laudabiles, & in palatio Regis præclari.* Eodem anno confirmat Parisiensi Ec-
D clesiæ omnes decimas Noualium hâc schedulâ magni Pastoralis Parisiensis:

NEMOVRS. De sinople à trois aumeles d'argent, à vne bordure engreslée de gueulle.

« GVILLELMVS Dei gratiâ Meldensis Episcopus: Cùm Ecclesiam B. Mariæ Parisiensis vtróque teneamur brachio caritatis amplecti, & eius indemnitatem & commodum efficaci prouidentiâ procurare, vtpotè quæ honoribus & obsequijs nos sibi multipliciter obligauit, nos intuitu caritatis eidem Parisiensi Ecclesiæ ad preces Capituli, concessimus pacificè in perpetuum possidendas omnes decimas Noualium, tam factorum, quàm

» faciendorum in singulis parochiis, & A ante festum B. Magdalenes. Huius
» territoriis nostræ Meldensis diocesis,
» in quibus antiquas decimas habet Ca-
» pitulum supradictum. Vt igitur hæc
» nostra donatio & concessio stabili
» perpetuitate firmetur, præsentes li-
» teras conscribi fecimus, & sigilli no-
» stri auctoritate muniri. Actum anno
1214. » Domini MCCXIV. mense Septemb.
» Pontificatus nostri anno primo. Ad
hunc creditur Honorium 3. Papam direxisse cap. 15. ad audientiam de
» Clericis non residentibus, quo caue-
» tur eos qui non militant in comitatu
» sui Episcopi, donari stipendiis seu
» fructibus beneficiorum suæ Ecclesiæ, B
» licet absentes: quod confirmatum fuit decreto Senatus Parisiensis in fauorem Ioannis de Veteriponte huius Ecclesiæ Episcopi: confirmat ius patronatus Ecclesiæ de Mauro Eusta-
1220. chiæ Abbatissæ Faræmonasterij 1220. mense Februario, sublatus è viuis 1221. 14. Cal. Septemb. iacet in Abbatiâ Barbelli propè altare sub hoc titulo: *Anno Incarnationis Dominicæ 1221. sepultus est in hoc loco piæ memoriæ Vuillelmus Meldensis quondam Episcopus, cuius anniuersarium agitur 14. Cal. Septembris.*

63. AMALRICVS ex tabulario S. Fiacrij 1221. quiescit apud S. Victorem Parisiis, post annum administrationis, notatúrque eius anniuersarium in Necrologio S. Genouefæ
» 5. Idus Ianuarij, & in Meldensi 7. Idus
» eiusdem mensis, vbi dicitur Canoni-
» cis B. Stephani cessisse vadium 20. li-
» brarum, quas habebat in decimâ de
» Portu, & domum suam in vico Castel-
» leti ante portam domus Dei, aliáue
» dona.

CVISSY. 64. PETRVS DE CVISSY II. Milonis toparchæ de Cuissiaco filius
1223. nominatur 1223. in literis Philippi Augusti, & 1224. in registro cartarum Regis, necnon inter Præsules, qui Turonis propter seruitium Regi debitum conuenerunt ad exercitum; legitur in dedicatione B. Mariæ de Victoriâ 1225. 7. Calen. Nouemb. & Ecclesiæ Sancti Antonij de Campis Parisiis 1233. tum eleuationi corporum sanctorum Martyrum apud Dionysianos pro salute S. Ludouici 1244. in cuius monasterij cartulario recensetur quoque 1246. die Veneris ante festum B. Magdalenes. Huius tempore 1248. fundantur in vrbe Franciscani à Blancâ S. Ludouici matre, & Vicarij instituuntur in Ecclesiâ Meldensi; quo anno interest dedicationi S. Capellæ Parisiensis, & 1253. decretum pronunciauit de præeminentiâ Decani super Archidiaconum, etiam tunc Vicarium generalem: adfuit Synodo Parisiensi 1256. 1256.
& transegit cùm Abbate de Cagiâ pro iuribus visitationum 1257. ex cartulario: mortalitati debitum persoluit 7. Idus Maij.

65. ALRANVS seu ALERANNVS, componit quædam dissidia cùm Capitulo 1263 testísque fuit 1265. mense Ianuario in venditione factâ Ioanni filio Ducis Burgundiæ domino Borbonij, viuebat adhuc 1266. ex tran- 1266.
sactione Capituli Meldensis cùm Abbate S. Faronis: defunctus 3. Idus Octobris.

66. IOANNES I. 1268. memoratur in cartulario Abbatiæ de Cagiâ 1275.

67. ADAMVS DE VOLDOY 1281. VOLDOY.
& 1292. pridie Idus Februarij in Ec- C
clesiâ Meldensi, & 6. Idus Februarij 1281.
in Faræmonasterio eius obitus celebratur.

68. IOANNES MENTEROLLES MENTEROLLES.
II. cuius Episcopi indicium debetur veteri inuentario cartarum Cameræ Rationum Paris. anni 1301. in com- 1301.
puto Colardi Armigeri sui, de expensis factis eundo ad dies Trecenses post Octauam Assumptionis B. Mariæ, & de Rotomago Teroanam pro negotiis Regis, de hoc enim nulla mentio in omnibus catalogis: Iste etiam de Moynciolez nuncupatur in veteri o- D
bituario Meldensi, ac fatis functus fertur 12. Martij.

69. IOANNES LE MOYNE III. LE MOYNE.
Cardinalis tituli Sanctorum Marcellini & Petri, frater Andreæ Nouiomensis Episcopi, aliàs cognominatus des Cranches, è Cressiaco pago iuxta Abbauillam diœcesis Ambianensis oriundus; qui cùm Ius Pontificium apprimè calleret, Romam profectus ibidem in contubernium Cardinalium admissus, edidit commentaria in Sextum Decretalium Bonifacij

D'argent à trois cloux de sable à au chef d'azur bandé d'or de trois pieces.

VIII. tum ex Rotæ Auditore in Purpuratorum ordinem cooptatur à Cælestino V. 1294. non à Bonifacio 8. dicitur Consiliarius Philippi Pulchri 1303. & Episcopus Meldensis in Necrologio S. Faronis. Condidit Lute-
1302. tiæ Parisiorum 1302. amplissimum sui nominis Collegium, dictum Cardinalitium iuxta D. Victoris suburbium, quod dotauit, & statuta à Bonifacio VIII probari obtinuit. Præterea Vicecancellarius Romanæ Ecclesiæ extitit, Legatus in Gallias ad Philippum Pulchrum, per Bonifacium illi tum infensum, cuius acta Legationis, & articulos Regi propositos ad subscri- B bendum, citat Spondanus in suis Annalibus. De huius Cardinalis familiâ, eruditione, scriptis ac gestis plenè edisseruit auctor, qui Notis Ciaconium illustrauit, epitaphium eius visitur in sacello Collegij Cardinalitij. *Hic iacet Dominus Ioannes Monachus Ambianensis diœcesis, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbyter Cardinalis fundator istius Domus, qui obiit Auenione anno Domini* MCCCXIII. *die 22. mensis Augusti, sepultus fuit hic primâ die mensis Octobris eiusdem anni.*

CHAALONS. De Chastillon sur Marne brisé au chef de deux lions de gueulle passans affrontez & ioüans de la patte.

70. NICOLAVS DE CHAALONS C Thesaurarius Ebroicensis, ex gente Vicedominorum Catalaunensium Vuermondi filius, anteà Clericus seu Secretarius S. Ludouici Regis, vt obseruat Quercetanus in Historiâ Castellioneâ, nominatur Episcopus in quadam schedulâ S. Capellæ Parisiensis 1306. Maij 17. quem ex tabulâ an. 1308. iam mortuum liquet, 13.
1306. Maij in obituario Meldensi, eiúsque domum quam possidebat Lutetiæ in Monte S. Genouefæ emptam fuisse à Philippo 4. Rege pro construendâ æde Scholarium ibidem, ex testamento Ioannæ Reginæ Franciæ & D Nauarræ.

FESTV.

71. SIMON FESTV II. ex Thesaurario Philippi 4. Regis Franciæ & Archidiacono Vindocinensi in Ecclesiâ Carnotensi, ad Meldensem Episcopatum euehitur, præcipuus executor testamenti Reginæ Ioannæ à Campaniâ ex cartulario regio Parisiensi 1308. vixit & in aliis cartis anni 1313. decessit 7. Decemb. in obituario.

BROSSE.

72. GVILLELMVS DE BROSSE I. ex dominis de sainte Seuere, primò Episcopus Podiensis, inde Mel-
densis 1318. quo circiter tempore ex 1318.
tabulario Regio circa festum Omnium Sanctorum delegatur ad Pontificem Max. vti patet ex sequenti autographo: SANCTISSIMO *Patri &c. indubitanter tenet opinio & rei euidentia manifestat, quod nos & statum nostrum, regnáque nostra, specialiter Regnum Franciæ de quo traxistis originem, vestra sanctitas specialiter, & tanquàm innatâ sibi semper affectione dilexit, & ad illa quæ cedere potuerunt, & possunt ad trãquillitatẽ & pacem ipsorum, sollicitudo vestræ clemẽtiæ iugiter hactenùs vigilauit, & adhibere studuit oportuna remedia, & ad hoc Regnum prædictum Franciæ temporibus præteritis ex cuiusdam gentis pestiferæ concussione turbatum, pacis pulchritudine frueretur: pro quibus Beatitudini vestræ referimus plenitudinem gratiarum: verùm cùm pro quibusdam nostris, dictorúmque regnorum nostrorum arduis negotijs, quæ plurimum nobis insident cordi, dilectos & fideles nostros G. Episcopum Meldensem H. Dominum Soliaci Buticularium Franciæ carissimum consanguineum nostrum, necnon Magistros Ioannem Cherchemont Pictauen. & Simonem de Archiaco Xancton. Ecclesiarum Decanos, Clericos nostros, de quorum fidelitate, circumspectione, & diligentiâ plenè confidimus, ad vestram præsentiam destinemus nostræ nuncios in omnibus voluntatis. Sanctitatem vestram affectuosè precamur, quod ipsos benignè recipere, diligenter audire, vt eis tribus vel duobus ex ipsis, fidem credulam tanquam nobis, super his quæ vobis ex parte nostrâ dicere ac exponere curauerint, indubitanter exhibere velitis, & quod per ipsos tres vel duos ipsorum, super agendis nostris dictorúmque regnorum nostrorũ vestræ sanctitati fuerint exposita, taliter exaudire, ac perducere iuxta nostrum desiderium, & ad effectum, quod per hos paternos affectus, ad filialis deuotionis vota se exhibens & conformans omnibus innotescat*: Transfertur deinde ad Primatum Bituricensem 1321. 1321.
ex bullâ Ioannis XXII. quæ extat in archiuio regio Parisiensi, & in libro Obligat. Vaticani: tandem Senonensis Metropolitanus.

73. PETRVS IOANNIS III. eligitur 1321. 11. Maij ex registris Vaticani.

S. POVRÇAIN.

74. DVRANDVS DE SAINT

Povrcain Dominicanus, Doctor Parisiensis, quia nonnullis malè confunditur cùm Gulielmo Durando Speculatore Mimatensi Episcopo:
1316. designatur Episcopus 1316. 24. Ianuarij ex registro Vaticano, consecratus fuit in Ecclesiâ Senonensi Martij 10. 1327. quo anno & 1333. recensetur in cartis Meldensis Ecclesiæ, in cuius choro sepulturam habet, atque anniuersarium Idibus Septembris. Ipse verò in libro Sententiarum profitetur se in Scholâ sacri Palatij veritatem sanctæ Scripturæ docuisse, & à Sede Apostolicâ ad Episcopalem dignitatem promotum fuisse, Commentarios in Sententias se scribere senem, quos iunior inceperat, & Aniciensi Ecclesiæ præfuisse; demum in conclusione operis, se Meldensis & Aniciensis Ecclesiarum Episcopum & Rectorem testatur. De quo Posseuinus in Apparatu sacro, Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, Volaterranus lib. 21. S. Antoninus, Ioannes Michael Pius & alij.

Mevlant. 75. Ioannes de Mevlant III. ex Archidiacono Briæ, frater & hæres Guilelmi de Meulanto Equitis, qui vxorem duxerat Isabellam de Triâ; filius dicitur Ouidij domini de Poincy propè Meldas, vnde & in obituario Cathedralis legitur Ioannes de Pouenciaco; Sancti Stephani basilicæ quasdam possessiones largitus est super molendinum de Pouenciaco,
1335. recensetur & in tabulis an. 1335. Memorat vetus registrum Cameræ Rationum Parisiensium, eumdem Præsulem propriis impensis militasse cùm duobus Equitibus Baccalaureis, & decem Scutiferis pro Rege in bello Flandrensi an. 1340.

Vitry. 76. Philippvs de Vitry
1340. Poëta Gallicus 1340. & in concinendis modulis musices peritissimus, vti docet antiquus vates Gallicus Gasco de Vineis, nam iussu Ioannæ Borboniæ Reginæ Caroli 5. vxoris Metamorphoses rithmis Gallicis expressit, quod opus asseruatur in Bibliothecâ Victorinâ ad quem etiam extat epistola Ioannis Muris famosi Astrologi an. 1340. Obiit 1351. 4. Idus Iunij, & Sedes circiter annos tres vacauit.

Rovhier. 77. Ioannes Rovhier IV. Ioannis Regis Consiliarius recipitur 1354. 4. Octobris: vltimum vitæ diem clausit die Lunæ post festum Apostolorum Petri & Pauli 1378. 1378.

Dormans. 78. Gvillelmvs de Dormans II. Regi à Secretioribus Consilijs, Guillelmi Franciæ Cancellarij filius, nepos Ioannis Cardinalis, item Franciæ Nomophylacis anteà Patronus Regius in Senatu Parisiensi, ex Archidiacono Meldensi postulatur 1378. die Veneris post festum S. Andreæ: eodem sedente Capitulum obtinet exemptionem à Clemente 7. Pseudopontifice 1382. 5. Calend. Iunij, & vnitur Præbenda Episcopali mensæ: posteà transfertur Senonas 22. Octob. 1390. iacet Parisijs in Collegio Belloua cenfi. 1390.

Fresnel. 79. Petrvs Fresnel IV. admissus 10. Nouembris 1391. nominatur Procurator Regis Caroli in instrumento acquisitionis vrbis Genuæ 13. Iulij 1396. cùm Antonio Adorno: is mendosè dicitur Medunensis Antistes lib. 9. Hist. Genuensis Bizari, rectè tamen claritudine generis, eximiâ prudentiâ, longóque rerum vsu conspicuus nuncupatur: Anno 1404. vices gessit Delphini cùm Philippo Melodunensi, ad acceptandam cessionem Comitatus Valentinensis à Ludouico de Pictauiâ factam, & benedixit primarium lapidem Ecclesiæ Cælestinorum Marcouciacensium 18. Februarij 1404. indéque fit Nouiomensis 1407. 7. die Septembris vbi recipitur 17. Decembris. 1407.

De Saints. 80. Ioannes de Saints V. ex Canonico Meldensi Episcopus Vapincensis, hûc translatus 1409. Dominicâ 27. Nouembris, moritur 20. Septemb. 1410. alijs 1418. 1418.

Giresme. D'or à la croix ancrée de sable. 81. Robertvs de Giresme agnatus Nicolai de Giresme Equitis Rhodiensis, magni Franciæ Prioris 1471. & Reginaldi Ludouici XI. Regis Cambellani, vrbis Meldensis Balliui, eligitur 7. die Septembris 1418. defunctus 19. Ianuarij 1425. 1425.

Briov. 82. Ioannes de Briov VI. ex Doctore Theologo recipitur 1426. die Iouis post S. Bartholomæum, decessit 1435. 17. Augusti. 1435.

De Vaux. 83. Paschasivs de Vaux eligitur 1435. in Vigiliâ omnium Sanctorum, inde fit Lexouienſis, & ex nonnullorum ſententiâ Regis Angliæ Cancellarius.

De Vercellis. 84. Petrvs de Vercellis v. Theologus, iuris, rerúmq; agendarum peritiâ apprimè eruditus, ex Epiſcopo Dignenſi in Prouinciâ 1439. dedit Eccleſiæ 200. aureos ex pecuniâ ab Eugenio 4. acceptâ pro negotiis per eum in Græciâ benè geſtis: in Baſilienſi Concilio perorauit Cleri totius nomine, Legatus etiam Ludouici 3. Regis Hieruſalem Comitis Prouinciæ, tum etiam in Synodo Florentinâ, fato fungitur 1446. 11. Nouemb. ac die ſequenti ſepultus ad læuam maioris aræ, exequiis interfuère Abbates S. Faronis, Cameræfontis, & Cagiæ.
1446.

Le Mausnier. 85. Ioannes le Mevsnier vii. aliâs le Moine ex Abbate S. Mauri Foſſatenſis, & Priore S. Eligij Pariſienſis, eligitur 1447. Idib. Maij. ex actis Conſiſtorialibus Vaticani, in tabulariis autem Eccleſiæ 2. Ianuarij 1446. nibilominus tamen competitorem habuit Ioannem Aguenin Senatorem Pariſienſem, priúſque Baſilicæ Meldenſis Decanum, qui poſtulatus fuerat in Antiſtitem; diſſidium verò tum in Senatu Pariſienſi, tum coram tribunali Senonenſis Archiepiſcopi agitatur, qui duas electiones Ioannis Meuſnier & Ioannis Aguenin caſſauit, prior verò ad ſummum Pontificem appellauit, à quo bullas obtinet probante Rege, cui ſacramentum fidelitatis præſtat, & poſſeſſionem dominij temporalis obtinet; quin etiam Rex Carolus 7. eius ſacrum ſuâ præſentiâ honeſtauit; migrat ad alteram vitam 1458. 22. Iunii, legatis Eccleſiæ bonis, vnde feudum de Monteïonis fuit acquiſitum: eius ſepultura ſpectatur cùm epitaphio in Cathedralis Capellâ B. Mariæ.
1447.
1458.

Dv Drac. D'or au dragō aislé de ſinople armé, lampaſſé, & couronné de gueulle. 86. Ioannes dv Drac viii. Pariſienſis, Ioannis Præſidis in Senatu ex Iaquelinâ Viececomitiſsâ d'Ay filius, Decanus anteà Meldenſis 1458. menſe Martio procurante Rege Carolo 7. ſubrogatur, confirmatus à ſuo Metropolitâ Ludouico; fuit Conſeruator priuilegiorum Academiæ Pariſienſis, Eccleſiam ſuam picturis adornauit, caſtrum de Lilio extruxit, ac tandem defecit 17. Martii 1474. tumulo illatus in Capellâ B. Mariæ, in quâ miſſam quotidianam fundauit. 1474.

Salazar. 87. Tristandvs de Salazar Ioannis Salazarii ſtrenuiſſimi Equitis Cantabri, ex Margaretâ Tremoliâ natus, poſſeſſionem apprehēdit 1474. 26. Octobris, poſteà traducitur ad Senonēſem Archiepiſcopatum 1475. ex permutatione cùm Ludouico de Meleduno, quieſcit apud S. Stephanum Senonis, vbi viſitur mauſolęum & epitaphium, quod eius nepos Ioannes Salazarius Abbas S. Remigii & B. Columbæ, necnon Archidiaconus Senonenſis appoſuit. 1475.

Melvn. 88. Lvdovicvs de Melvn i. ex dominis de la Borde, Canonicus Senonenſis, & in eadem Eccleſiâ Vaſtinenſis Archidiaconus, Ludouici Archiepiſcopi nepos, cuius Pontificatum cùm minimè aſſequi poſſet, cedere cogitur Triſtando Salazario, à quo munus conſecrationis accepit 1475. exceptus Dominicâ 16. Aprilis eiuſdem anni: obiit 1483. Geminiaci, 1483. humatus in choro Cathedralis cùm hàc breui epigraphe. *Hic iacet venerandus in Christo Pater & dominus, dominus Ludouicus de Meldune quondam Epiſcopus Meldenſis, qui obijt 13. menſis Maij 1483. anima eius requieſcat in pace.*

L'Hvillier. D'azur à trois coquilles d'or. 89. Ioannes l'Hvillier ix. nobilis Pariſienſis Guidonis Bailliui Meledunenſis filius, Ioannis Senatus Pariſienſis Regij Aduocati germanus, Doctor, Profeſſor, & Prouiſor Sorbonicus, Decanus Pariſienſis, commendatione Regis Ludouici xi. cuius erat Confeſſarius & maior Eleemoſynarius 1483. conſecratur Senonis à Metropolitâ 7. Auguſti: ſynodum conuocauit pro Eccleſiaſticâ politiâ diœceſis, baſilicam ſuam plurimùm decorauit, Clerum baſilicæ ſuæ Choriſtis duobus auxit, tum fato eripitur 21. Septembris aliis 1. Nouemb. anni 1500. funeratus in ingreſſu Chori. 1500.

Pierrepont. 90. Ioannes de Pierrepont x. ex Abbate B. Mariæ de Columbis diœceſis Carnotenſis, & Priore S. Fiacrij

Fiacrij in Briâ, ingreditur solemniter A
Ecclesiam 1501. mense Aprili; sublatus è vitâ 1510. 2. Nouembris in Ne-
1511. crologio Faræmonasterij, aliis 1511.

PINELLE. 91. LVDOVICVS PINELLE II.
ex Canonico Meldensi, Cancellario
Ecclesiæ & Academiæ Parisiensis,
Collegij Nauarræ magno Magistro,
& regiæ huius domus Theologo, eligitur fauore Ludouici 12. cui summè
erat acceptus mense Octobri 1510.
consecratus à Tristando Metropolitâ: hoc eodem anno synodum conuocauit Meldis, in quâ multa præclara
sanciuit, exceptus per procuratorem B
vltimâ Martij 1511. personaliter autem
14. Augusti, monasterio de Cagiâ benefecit, quod ad strictiorem regulam
1516. reuocauit; defunctus 1516. 3. Ianuarii,
vel 1515. iacet sub Chori lampadibus.

BRIÇONNET. 92. GVILLELMVS BRIÇONNET
III. ex Episcopo Lodouensi, & Abbate S. Germani de Pratis Parisiensis
huc translatus 1516 benedixit vltimâ
Nouemb. Gerardum in Abbatem S.
Faronis, & Ioannem Columbam in
Abbatem de Cagiâ. Quo etiam anno synodum habuit in qua orationem
pronunciauit Latinè posteà editam, C
1523. & alteram synodum 1523. conuocauit,
in qua prohibuit sub excommunicationis pœnâ libros Lutheri, & alia
pleráque statuit de inuocatione Sanctorum, ac precibus pro mortuis, de
ieiunio in vigiliâ Corporis Christi, in
cuius Octauis processionem solemnem fieri iussit, palliúmque & vas quo
sacrosancta Eucharistia defertur, Ecclesiæ dedit, instituitque ac fundauit
1528. festum Visitationis celebrandum: quo eodem anno interfuit Concilio Senonensi à Metropolitâ Parisiis
habito: prætereà binis ad summum
Pontificem Legationibus functus est. D
Vide eius vitam apud Guidonem Bretonneau Presbyterum, in Genealogico stemmate Briçonnetorum, qui
asserit eum prædicasse, & diœcesim
visitasse, ac pauperum patrem obiisse.
Lutheranæ factionis acerrimum debellarorem, scientiâ & virtute cla-
1533. rum 1533. die 25. Ianuarij circa mediam noctem ætatis an. 65. Agmandi
propè Monasteriolum ad Icaunam,
ibique sepeliri è regione præcipui altaris in basilicâ B. Mariæ eiusdem loci, relictis pauperibus & Ecclesiis te-

stamento hæredibus, animâ Deo, Virgini & curiæ cœlesti commendatâ, &
anniuersario fundato, necnon sacramentis reuerenter susceptis modico
lapide tectum, hanc inscriptionem
continente: GVILLELMVS BRISSONNETVS *Ecclesiæ Meldensis humilis Minister.* At viuens ius publicè dixit,
domos Episcopales magnificè ædificauit, Parochorũ residentiam curauit,
contemplationes Idiotæ in sermonem
Gallicum transtulit, Bibliothecam
denique S. Germani libris auxit, quæ
omnia satis eum vindicant à suspicione hæreseos, in quam nonnullis falsò
incurrisse, aut saltem hæreticorum
erroribus (propter conuersationem
cùm Iacobo Fabro Stapulensi, doctissimo Theologo) fauisse dicitur:
fuit præcipuus benefactor Abbatiæ
de Cagiâ; hoc autem epitaphium
commune cùm decessore suo Ludouico habet. LVDOVICI & VVILLELMI Ministrorum Meldensis Ec- «
clesiæ vt par fuit desiderium, ita cada- «
uera idem regit lapis, illius anno Do- «
mini M. D XVI. mense Ianuario, hu- «
ius verò M. D. XXIII. Briçonerus «
faro functus est in castro de Emans «
propè Monasteriolum, in cuius Ec- «
clesiâ sepelitur. «

93. ANTONIVS DV PRAT DV PRAT.
Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legarus
à Latere, Franciæ Cancellarius, regnante Francisco I. Yssiodori in Aruerniâ natus 1463. ex Aduocato Regis Tolosæ, Protopræside Parisiensi
1507. Ordinem Ecclesiasticum amplectitur demortuâ vxore Franciscâ
Vainy, & ad hanc sedem recipitur 5.
Maij 1533 per procuratorem Episco- 1533.
pum Claromontensem, inde fit Albiensis Præsul, & Archiepiscopus Senonensis, vbi plura de eo. Construxit castrum gentilitium de Nantoüillet; eius cor sepelitur in Ecclesiâ Meldensi, corpus autem Senonis humatur.

94. IOANNES DE BVTZ, XII. BVTZ.
Abbas Commendatarius S. Faroniæ &
B. Mariæ de Cagiâ, Antonij de Butz
Meldensium Præfecti frater, vterque Carolo domino de Villemareuil,
& Margaretâ Bureau parentibus natus, ex Canonico Meldensi possessionem Episcopatus nanciscitur 1542.
mense Septembri, mortuus 1552. 9. 1552.
Octobris.

LEVIS. 95. IONNNES DE LEVIS XIII. è dominis de Charlus, ex nominato Episcopo Cabilonensi, & per 22. menses temporalis œconomo, nusquam consecratus, ad hunc Meldensem Episcopatum nominatur item à
1552. Rege circiter 1552.

BREZE'. D'azur à vn escusson d'or vuidé & remply d'argent en cœurs ou à vn écusson vuidé d'argent & bordé d'or à l'orle de 8. croisettes d'or.
96. LVDOVICVS DE BREZE' III. Magnus Franciæ Eleemosynarius, Gastonis Brezæi Principis Fulcardimontis, Normanniæ Marescalli, & Mariæ de Cerisey filius, frater Ludouici Comitis de Mauleurier, Proregis Neustriæ, procurante Dianâ Pictauensi fratris Ludouici coniuge, postea Ducissâ Valentinensi nominatus ab Henrico 2. recipitur Calendis
1554. Aprilis 1554. ante Pascha. Interest exequiis eiusdem Hẽrici 2.1559. vt maior Eleemosynarius à latere Episcopi Parisiensis, ipsum funus procurantis; necnon Concilio Tridentino, Missale Episcopatus eius studio in meliorem statum reformatur, rexit autem Episcopatum vsque ad an. 1565. quo cum permutauit cùm Ioanne Tilio.

TILLET. 97. IOANNES DV TILLET XIV. ex Briocensi, per cessionem Ludouici hûc transfertur, vrbem ingressus so-
1565. lemniter 1565. 16. Decemb. germanus erat Ioannis Tilij Curiæ Parisiensis Actuarij, qui ex archiuorum tabulis Francorum originem, instituta, Magistratus, Regiamque familiam in Gallicos Commentarios redegit: iste » ei cognominis Briocensium & Mel» densium Pontifex, ait Sceuola San» marthanus lib. 2. Elogiorum, qui & » ipse de re Gallicâ benè mereri cu» piens, Francorum Regum res gestas » breui chronico, sed absolutissimo » tum Latinè, tum Gallicè complexus » est. Quâ fratrum æmulatione quid » honestius, quid omni posteritatis me» moriâ dignius, hæc ætas vel ingenio» rum fœcundissima proferre potuit: vt » hoc fortunæ factum admirabile videri » possit, & commemoratione non indi» gnum, quòd eruditos illos, nobiles» que duos fratres, & nomen idem sor» titos, & eadem ferè studia professos, » nec adeò multùm ætate dispares, » idem locus, idem annus, idemque » mensis è vitâ sustulerit: mense De-
1570. » cembri 1570. Parisiis. Quem etiam » Præses Thuanus hócce breui præco» nio extulit: Alter natu minor sacris addictus, primùm Fani Brioci in Ar« moricâ, & posteà Meldorum Episco« pus fuit, à puero literis instru« ctior, ad rerum nostrarum, quâ frater « eius excelluit, peritiam etiam lingua« rum, iuris prisci Rom. Ecclesiasticæ « antiquitatis exactam cognitionem ad« iunxit, perlustratis Francisci 1. per« missu, cœnobiorum, ac aliorum loco« rum toto regno celebrium, cùm ad« huc integræ essent, bibliothecis; at« que inde peculiari sibi instructo libro« rum veluti penu copioso, ex quibus « pleráque in vtróque genere veneran« dæ antiquitatis monumenta publico « dedit, eóque nomine magnam à sui & « posteri æui hominibus gratiam ac lau« dem meruit. Edidit quoque opera « Luciferi Episcopi Calaritani anno « 1568. & alia de quibus Posseuinus in « Apparatu sacro, & in Bibliothecâ « selectâ «

BREZE'. 98. LVDOVICVS DE BREZE', Abbas S. Faronis, & Igniaci diœcesis Remensis, Thesaurarius sacræ Capellæ Parisiensis, iterum ad hanc sedem vocatur viâ regressus anno 1570. quo sedente Minimi fundantur & Fulienses; Episcopatum rexit 40. ferè annis, fato quippe functus est Parisiis 15. 1589.
Septemb. anno 1589. corpus tumulatur in Choro Cathedralis.

TOVCHART. 99. IOANNES TOVCHART XV. Thesaurarius sacræ Capellæ Palatij Regalis Parisiensis, Abbas de Bellosanâ Ordinis Præmonstratensis, oriundus ex vico Issiaci iuxta Parisios, olim Cardinalis Borbonij Præceptor, vt docet Thuanus lib. 101. Histor. nominatus fuit Meldensis ab Henrico Magno Rege, postquàm sedes Pontificia vacasset ferè annis quinque. Interfuit Comitiis generalibus Parisiensibus 1596. mortuus verò ante ade- 1596.
ptam possessionem Episcopatus, sepelitur in sacrâ Capellâ Parisiensi.

L'HOSPITAL. 100. LVDOVICVS DE L'HOSPITAL IV. filius Baronis de Vitry & de Goubert, Torquati Equitis, Custodiæ regiæ Præfecti, ac Gubernatoris Meldarum, ex quibusdam schedis tantùm etiam nominatus dicitur Episcopus, vti Ioannes Tuchardus, postquàm Sedes vacasset 14. annis.

VIEVXPONT. 101. IOANNES DE VIEVXPONT

D'argent à dix annelets de gueulle 3. 3. 3. 1.

XVI. Guillelmi Domini de Chal- A
loué, & Magdalenæ de la Bertrie fi-
lius, ex auiâ maternâ pronepos erat
Iacobi Cardinalis d'Anebaut, Can-
tor anteà Sagiensis Ecclesiæ, ex Ab-
bate S. Ioannis Falesiensis, Comite
Consistoriano, inauguratur Antistes
1603. 2. Februarij 1603. & 8. eiusdem mensis
possessionem iniit; dedicat Ecclesiam
Capucinorum Nogenti Rotrodi Car-
nutensis diœcesis 15. Octobris 1616.
rogatus à Capitulo Sede vacante, &
templum Minimorum de Soulaine:
adfuit coronationi Reginæ Mariæ
Mediceæ 1610. vti & exequiis Hen-
rici Magni: eo procurante Capucini B
1611. 8. Maij aduocantur, necnon Car-
melitæ Discalceati, ac monasterium
S. Faronis reformatur. Adstitit Co-
mitiis regni Parisiensibus 1614. sanxit
officium duplex fieri per diœcesim in
festo S. Faræ 1. die Septemb. ob mira-
culum insigne patratum 1622. & obiit
1623. 1623. Augusti 26. ætatis 64. sepultus
iuxta altare maius Cathedralis.

BELLEAVE d'hermines à deux faices d'azur.

102. IOANNES DE BELLEAVE
XVII. Canonicus Meldensis, Ioannis
ex sorore nepos, successit auunculo
1624. vitam cùm morte commutauit
16. Augusti an. 1637. ætatis 50. cùm C
sedisset annos 13.

SEGVIER. D'azur au cheuron d'or, accompagné en chef de deux estoilles d'or, & en pointe d'vn mouton passant d'argent.

103. DOMINICVS SEGVIER
ex Episcopo Autissiodorensi, & pri-
mo Regis Eleemosynario, frater Pe-
tri Franciæ Cancellarij, Comitis de
Giem, qui hodie viuit, supremâ Togati
Ordinis dignitate, & insigni rei Galli-
cæ peritiâ iamdudũ clarissimus Natus
est ex illustri & honoratâ familiâ Se-
guieriorũ Lutetię, vbi ea, tũ Reipubli-
cæ, tũ etiã Ecclesiæ dignitatibus clara
enituit, patre Ioãne Seguierio domino
d'Autry, ex Magistro Libellorum sup-
plicum Prætore Parisiensi, qui æstuan- D
te tumultibus Galliâ, & vrbe ipsa Lu-
tetiâ à Rege deficiente, constanti er-
ga Principes Henricum 3. & 4. stu-
dio, nusquam ab officio recessit, ma-
ternam originem ex Mariâ Tudert, ad
Tudertorum antiquam in Pictonibus
stirpem referebat. Dominicus autem
auorum claritudinem æmulatus, qui
in Senatorij muneris functione iam-
dudum floruerant, in supremam Cu-
riam assumptus, inde fit Decanus Ec-
clesiæ Parisiensis, tum Autissiodoren-
sem Episcopatum promeritus est an- A
no 1631. consecratus à Ioanne-Fran- 1631.
cisco Gondio primo Archiepiscopo
Parisiensi die Dominicâ 18. Ianuarij
1632. apud Moniales Carmelitanas
Parisiis, sacro operam nauantibus Ia-
cobo de Nucheze Cabilonensi, &
Nicolao Denetz Aurelianensi Præ-
sulibus. Interfuit Comitiis Cleri Pa-
risiensibus 1635. ad hanc autem sedem
Meldensem transfertur à Rege Ludo-
uico XIII. post obitum Ioannis Bel-
leaue 1637. prouisúsque ab Vrbano
8. summo Pontifice, huius Ecclesiæ
adiit possessionem. Delphinum Lu-
douici 13. Regis primogenitum Gal-
B lis hodie feliciter imperantem, sacro
latice tinxit apud S. Germanum in
Layâ 5. Septemb. an. 1638. cui post-
hæc Ludouici XIV. nomen imposuit
1643. & 1648. 11. Maij Lutetiæ in Ca- 1648.
pellâ Palatij Cardinalis, Philippo à
Franciâ Andegauensium Duci Regis
fratri idem munus impertitur. Inter-
fuit & alteri cœtui Cleri Generalis
Parisiensi 1645. adhuc superstes Ec-
clesiam suam administrat cùm laude.

METENSES
C EPISCOPI.

Mettz sur la Moselle.

DIVODVRVM Mediomatri-
cum, vrbs olim Regni
Austrasiorum Sedes, ve-
tustis scriptoribus Cæsari,
Tacito, Plinio, Straboni, Ptolemæo,
& Antonino nota, cuius populi
Mediomatrices: Mettis dicta in No-
titiis Prouinciarum, Metensis vrbs
Greg. Turon. ad Mosellam fluuium
in Lotharingiâ; quam potentissimam "
in regno Lotharij clarere, ait Luit- "
prandus, famosam & inclytam Ai- "
D moinus lib. 3. c. 2. ideóque inter vrbes "
Galliæ Celticæ haud mediocri sem-
per habitam loco, sub Treuirensi
Metropoli. Fuit olim vna ex prima-
riis quatuor Germanici Imperij vrbi-
bus in circulo v. At ab anno 1552. in
potestatem Francorum reducta ab
Henrico 2. Rege, Carolo v. Imper.
contra quem obsessorem eam fortissi-
mè tutatus est Franciscus à Lotharin-
giâ Guisiæ Dux. Hæc autem vulgo
Diues cognominatur, vna de primis
Galliarum vrbibus in vitâ S. Trudo-
nis, patronum recolens S. Stepha-

num in Ecclesiâ numeris omnibus ab- A solutâ; cuius ciuitatis descriptionem à Petro Diuæo in Itinerario factam subiicimus in hunc modum: » Metensis vrbs in amplâ sita est planitie, quam Mosella in varios diuisus alueos irrigat: & pars quidem eius muros ad læuam lambit, pars & eosdem subit, vt ciuium vsibus inseruiat, atque sic diuisim fluit ad inferiorem vsque eorum ambitum, vbi recepto Sellâ altero fluuio, qui dextram vrbis partem alluit, in vnum denuò alueum colligitur. Sed situ imprimis ipsius vrbis delectabamur. Cùm enim agrum latè circumjacentem planum habeat, eius tamen B area paulùm prominet, vt in eo veterum rationem in condendis vrbibus agnoscas. Ad summum quippe templum multis gradibus ascenditur: iuxta quod forum rerum venalium altiorem totius areæ partem occupat, & ab eo vndique versùs muros paulatim descenditur, prærupto tantùm vnâ parte cliuo, vbi vias duas lapidibus stratas sic dispositas videas, vt altera per alterius domorum culmina excurrat. Templum D. Stephani nomen tenet, qui ciuitatis est Patronus: pulcherrimum verò opus, si quod aliud toto hoc itinere vidimus, & suâ C mole spectabile, quódque rarò accidit, omni ex parte consummatum. Dicebatur in eo fuisse Crucifixi ligneam imaginem, totam laminis aureis superinductam. Vidimus labrum porphireticum rubei coloris, magnæ capacitatis, pedes 10. longitudine excedens, in quo lustrales aquas adseruant. Sunt & alia in hac eadem vrbe sumptuosa templa, & multa erant in eius suburbiis, inter quæ D. Arnulfi Basilica, Imperatoris Ludouici Pij Augusti, Caroli filij, & filiarum aliquot Pipini Regis sepulturâ celebris. Omnia hæc absumpsit belli rabies, ita D vt suburbij ne vestigium quidem nunc supersit, neque vltra muros quidquam præter campestria videas. Est ibidem arx munitissima, regionis Metensis propugnaculum: Episcopus autem pluribus nobilissimis toparchiis & vassallis gaudet, éstque dominus temporalis, in quâ vrbe Tribunal Mediomatricũ institutum est à Ludouico XIII. Rege. Hæc diœcesis in quatuor Archidiaconatibus cõplectitur parochias 613. ex quibus 16. in vrbe, in quâ etiam plures Abbatiæ: prætereà stabiliti sunt Cartusiani, Franciscani, Dominicani, Carmelitæ, Augustiniani, Cælestini, Capucini, Minimi, Recollecti, Patres Soc. Iesu, Mathurini, Dominicanæ, sorores Clarissæ, S. Magdalenæ, & aliæ sanctimonialium familiæ: recensentur autem Abbatiæ;

S. ARNVLFI S. *Arnoul de Mets Ord. Benedict.*

S. CLEMENTIS S. *Clement de Mets* O B.

S. MARTINI O B. *S. Martin de Mets.*

S. SYMPHORIANI O B. *S. Symphorien de Mets.*

S. VINCENTII O B. *S. Vincent de Mets.*

S. GLODESINDIS *fœmin.* O B. *Sainte Glossine de Mets.*

S. MARIÆ *S. Marie de Mets* O B.

S. PETRI *Saint Pierre de Mets* O B.

PONTISFRIGIDI O C. *Pontifroy à Mets.*

GORZIÆ *Gorze* O B.

S. NABORIS *S. Nabor* O B.

S. PETRIMONTIS O A. *Saint Pierremont.*

VILLARII O C.

Episcopi verò qui & Principes sacri Romani Imperij, sic se habent è variis Chronicis ac Scriptoribus desumpti; horum antiquior Paulus Vuarnefridus Diaconus, librum de Metensibus Præsulibus ad Angelranum Episcopum inscripsit. Antistitum quoque Historiam Gallicè ac prolixè scripsit M. Meurisse Episcopus Madaurensis, & eiusdem Ecclesiæ Metensis Suffraganeus.

1. S. CLEMENS, quem faciunt Petri discipulum vulgati omnes indices Metenses, sed de hoc nulla eius mentio ante Paulum Diaconum, neque etiam in veteri & recentiore Romano Martyrologio, nec in Vsuardi, aut Adonis, adhuc vindicatur; quippe series Episcoporum aliquatenus in

sequentibus, vt videtur, est interpolata.

2. CÆLESTIVS.

3. FELIX.

4. PATIENS.

5. VICTOR conuenit cùm aliis Præsulibus ad Synodum Agrippinensem anno 346. vbi in actis legitur Mediomatricorum Episcopus.

346.

6. SIMEON.

7. SAMBATIVS.

8. S. RVFFVS, de quo Martyrologium Romanum, Metis S. Ruffi Episcopi & Confessoris, quo die Beda notat translationem.

9. S. ADELFIVS.

10. FRONIMVS vel vt alij legunt Firminus.

11. LEGVNTIVS.

12. AVCTOR.

13. AEPLETIVS.

14. VRBICIVS.

15. BONOLVS.

16. TERENTIVS.

17. GOSSELINVS vel Consolinus in codice S. Symphoriani.

535.

18. HESPERIVS subscripsit Aruernensi Concilio 535.

19. S. ROMANVS.

20. GRAMATHIVS sedisse dicitur annis 15. & obijsse 7. Cal. Maij in veteri indice Episcoporum Metensium.

21. AGATHIMBERVS, vel Agatimber præfuit annis 12. mensibus 6. obiit 4. Idus Maij.

22. VILLICVS, quem Fortunatus lib. 3. Car. 12. præconiis extulit, cùm in eo Antistite laudat precandi A studium, vigilem gregis curam, liberalitatem erga pauperes, ac dotes quæ Episcopis sunt propriæ: sic autem cecinit.

Gurgite cæruleo pelagus Musella relaxat,
Et mouet ingentes molliter amnis aquas.
Lambit odoriferas vernanti gramine ripas,
Et lauat herbarum leuiter vnda comas.
Hinc dextrà de parte fluit, quà Salia fertur,
Flumine sed fluctus pauperiore trahit.
Hic vbi perspicuus Musellam cursibus intrat, B
Alterius vires implet & ipse perit.
Hoc Metis fundata loco speciosa, coruscans
Piscibus obsessum gaudet vtrúmque latus.
Delitiosus ager ridet, vernantibus aruis,
Hinc sata culta vides, cernis & inde rosas.
Prospicis vmbroso vestitos palmite colles,
Certatur varià fertilitate locus.
Vrbs munita nimis, quam cingit murus & amnis,
Pontificis meritis stas valitura magis.
VILLICVS *æthereus qui sic benè militat armis,* C
Stratus humi genibus te leuat ille suis.
Vnde humilis terris te proijcis alme Sacerdos,
Orando hinc patriæ ducis ad astra caput.
Fletibus assiduis acquiris gaudia plebi,
Pastoris lachrymis lætificantur oues.
Ictibus inualidis quamuis minitetur iniquus,
Tu quibus es murus vulnera nulla timent.
Et licet incluso lupus insidietur ouili,
Te custode gregis, nil tibi prædo nocet.
Oblectas populos vultu sine nube sereno,
Cunctorúmque animos gratia blanda fouet. D
Si poscat nouus hospes opem, tu porrigis escas,
Inuenit & proprios ad tua tecta lares.
Dum satias querulum, magis obliuiscitur illas,
Quas habet in patriis finibus exul opes.
Qui sua damna refert, gemitus subducis ab ore,
Gaudia restituens tristia cuncta fugas.
Protegis hinc nudos, illinc tu pascis egentes,
Nil sibi reddit inops, reddit amore Deus.

Horrea præmittis, meliùs tua condita seruans,
Quas sic diffundis dat Paradisus opes.
Culmina templorum renouasti VILLICE *cultor,*
Cùm veniet Dominus, stat labor ecce tuus.
Commissum video, non suffodisse talentum,
Sed magis optatum multiplicatur opus.
Longiùs extensos peragas tam digna per annos
Et maneat semper nomen opime tuum.

23. PETRVS I.

24. AIGVLFVS, vel AYVLFVS, ex progenie Clodouæi I. maternâ stirpe editus, teste Paulo Diacono, per matrem Industriam eius filiam, germanus erat Ansberti Senatoris, Deotharij Episcopi Arisitensis, & S. Firmini Vceticensis Præsulis, vti docet vetus genealogia S. Arnulfi: dici-
598. tur fato cessisse sub an. circiter 598. 22. Nouemb.

25. ARNOALDVS nepos Aigulfi, ex Duce Austrasiæ Episcopus post an. 598.

26. PAPPOLVS.

27. S. ARNVLFVS vitæ moribus ac sanctimoniâ inclytus, Arnoaldi decessoris ex Dodâ filius, de quo multa Paulus Diaconus, ac Rerum Francicarum Historici filium suum Dagobertum ei Rex tradidit instituendum, sic enim aiunt gesta Dagoberti I. Regis, » Traditus est à genitore venerabili » ac sanctissimo Arnulfo Metensium » vrbis Episcopo, vt eum secundùm » suam sapientiam enutriret, eique tra» mitem Christianæ religionis ostende» ret, atque ei Custos & baiulus esset. Idem Synodo Remensi adfuit anno
630. 630. & postquam in Curiâ, ac Episcopatu claruisset eremum petiit, vbi sancto fine quieuit in Domino delecto priùs sibi successore Goerico: habet monasterium celebre sui nominis in vrbe, notandi verò sunt versus Poëtæ Saxonis lib. 5 Annal. Caroli Magni ad Arnulfum Imperatorem, quos epitaphij loco adscribimus.

Vnum commemorem tanto de germine patrem
Quem sanctum Christi prædicat Ecclesia.
A *Scilicet Arnulfum, Francorum qui fuit olim*
Princeps, ac Præsul post satis egregius.
Ductus amore Dei qui spreuerat omnia mundi,
Quæ mulcent oculos, quæque trahunt animos.
Malens diuinas mundi quàm tradere leges,
Esse Dei famulus quàm populi dominus.
Nunc ouat in cælis præbens miracula terris,
Sublimis meriti signa decora sui.
Indéque nostrorum totam seriem dominorum,
B *Stirpem nempe suam protegit, atque fouet.*
Præ cunctis igitur tibi cura nepotibus vna
Quæsumus Arnulfus sit tuus homonymus.

Antequam Episcopali infulâ nobilitatus esset, Dux Austrasiæ vxorem duxerat Dodam, ex quâ Ansegisum procreauit, patrem Pipini primi Maioris domus, qui genuit Carolum Martellum Principem, ex eo prodiit stirps Caroli Imp. & Childebrandum Ducem stirpis Regis Capeti progenitorem obiit Arnulfus 18. Iulij 640.

C 28. S. GOERICVS, qui & Godericus, Comes & Dux, secedenti in solitudinem Arnulfo suffectus est cir-
ca an. 637. ædificauit basilicam S. Pe- 637.
tri & decessit anno 654 Septemb. 19. in martyrologio Metensi, sepultus in Ecclesiâ S. Symphoriani, vnde posteà eius ossa fuêre tralata in castrum Spinale.

29. GODO sedit annis 11. obiit 8. Idus Maij.

30. S. CHLODVLFVS Arnulfi sanctissimi Episcopi filius, Anchisi à D quo semen regium propagatum est, germanus, posteà Archiepiscopus Treuerensis, ac virtutis paternæ integerrimus hæres, de quo plura in historiâ Metensi.

31. ABBO annis 10. decessit 17. Cal. Maij.

32. APTATVS annis 7. mensibus 11. mortuus 12. Cal. Februarij.

33. FELIX mensibus 9. Episcopatum rexit, ac defecit 11. Cal. Ianuarij.

34. SIGIBALDVS annis 25. duo
monasteria construxit, Claustriacum
& Nouumuillare : obiit 7. Cal. No-
uemb. iacet in Ecclesiâ S. Sympho-
riani.

35. S. CHRODEGANGVS, vel
CHROTGANOVS è pago Hasbani-
niensi oriundus, patre Sigrammo, ma-
tre Landradâ è primâ Francorum no-
743. bilitate: præfuit ab an. 743. ad 767.
» cuius meminit carta Gorziensis: ego
» inquit Chrodegangus, cùm volunta-
» te illustrissimi viri Pipini senioris, in-
» clyti Francorum Regis auunculi mei,
» & cùm consensu patrum nostrorum
» Episcoporum, Abbatum, damus Ec-
» clesiam in honore S. Gorgonij condi-
765. » tam, actum Metis publicè anno 765.
Hic, vt docet Paulus Varnefridus
Diaconus Foroiuliensis, libro de
Episcopis Metensis Ecclesiæ, *in pala-
tio Maioris Caroli ab ipso enutritus,
eiusdémque Referendarius extitit: ac
demùm Pipini Regis temporibus pontifi-
cale decus promeruit: fuit autem omnino
clarissimus, omnique nobilitate coruscus,
formâ decorus, eloquio facundissimus tam
patrio quàm etiam latino sermone imbu-
tus: seruorum Dei nutritor, orphanorum,
viduarúmque non solùm altor, sed &
clementissimus tutor. Cùmque esset in
omnibus locuples à Pipino Rege omnique
Francorum cœtu singulariter electus Ro-
mam directus est, Stephanúmque venera-
bilem Papam vt cunctorum vota anhela-
bãt ad Gallias euocauit. Hic Clerum adu-
nauit, & adinstar cœnobij intra claustro-
rum septa conuersari fecit, normámque eis
instituit, qualiter in Ecclesiâ militare debe-
rent, quibus annonas vitæq; subsidia suffi-
cienter largitus est, vt perituris vacare
negotiis non indigentes, diuinis solummodò
officiis excubarent. Ipsúmq; Clerum abun-
danter lege diuinâ Romanâque imbutum
cantilenâ, morem atque ordinem Roma-
næ Ecclesiæ seruare præcepit, quod vs-
que ad id tempus in Metensi Ecclesiâ
factum minimè fuit. Hic fabricare ius-
sit, vnà cùm adiutorio Pipini Regis, se-
dem S. Stephani Protomartyris, & alta-
re ipsius atque cancellos, Presbyterium,
arcúsque per gyrum. Similiter & in
Ecclesiâ B. Petri maiore Presbyterium
fieri iussit. Construxit etiam Ambonem
auro argentóque decoratum, & arcus
per gyrum throni ante ipsum altare.
Ædificauit præterea monasterium in pa-
rochiâ B. Stephani in pago Mosellensi
in honore beatissimi Petri Apostoli; &
ditauit illud opibus magnis, monachós-
que ibi constituit, atque sub Regulâ S.
Patris Benedicti in vnâ caritate coniun-
xit. Construxit etiam alterum mona-
sterium, quod Gorzia vocitatur, vbi pa-
ri modo non modicam multitudinem
adunauit monachorum. Expetiit deni-
que à Paulo Romano Pontifice tria cor-
pora sanctorum martyrum id est B. Gor-
gonij, quod in Gorziâ requiescit, & B.
Naboris, quod in Hilariaco monasterio
conditum est, & B. Nazarij quod vltra
fluuium Rhenum in monasterio quod vo-
catur Lorishaim ædificata in honorem
ipsius martyris miri decoris basilicâ, col-
locauit. Hoc siquidem prædium Chil-
lisuindis quondam religiosa femina, &
Cancro eius filius eidem Chrodegango
Antistiti ad partem B. Stephani tradi-
derant. Fuit siquidem beatus iste vir in
eleemosynis largus, in caritate purissi-
mus; susceptor hospitum atque peregri-
norum. Sed quoniam longum est, bona
quæ gessit ex ordine retexere, satis sit
hæc pauca prælibasse de plurimis. Hic
consecrauit Episcopos quamplurimos per
diuersas ciuitates, Presbyteros nihilomi-
nùs ac Diaconos, cæteròsque Ecclesiasti-
cos Ordines, sicut moris est Romanæ Ec-
clesiæ, in diebus Sabatorum quaternis
Temporibus anni. Rexit Ecclesiam Me-
tensem annis 23. mensibus 5. diebus 5. obiit
pridie Nonas Martias in diebus Pipini
Regis, requiescit in Gorziâ monasterio
quod ipse à fundamentis extruxit.*

36. ANGELRAMNVS, vel AN-
GILRANVS, Archicapellanus sacri 769.
Palatij Caroli Magni sedit circa anno
769. is in Concilio Francofordiensi
ad Mœnum, titulo Archiepiscopi in-
signitus reperitur; quod singulare fuit
priuilegium sedis Apostolicæ, quo
tres Ecclesiæ Metensis Episcopos
Chrodegangum, Angilramnum, &
Drogonem ornatos fuisse constat, vt
fruerentur Pallij honore cùm nomi-
ne Archiepiscopi. Angilranum Apo-
crisiarium vocat Hincmarus epist. 3.
cap. 15. & Alcuinus ep. 25. quo seden-
te obiit Metis anno 783. Regina Hil-
degardis vxor Caroli Magni Impera-
toris, & sepelitur apud S. Arnulfum:
moritur 25. Decembris an. 791. ex 791.
chronico Moissacensi, iacet in mona-
sterio Nouæcellæ: sub quo Antistite
Paulus Diaconus desinit in catalogo
suo Episcoporum.

37. Gundulfus obiit 7. mensis Septemb. an. 813. in vitâ Ludouici Pij, requiescit in Abbatiâ Gorziensi.

38. Drogo Archiepiscopus Metensis & Palatij summus Capellanus, Sedis Apostolicę Vicarius, Caroli Magni Imperatoris filius naturalis ex concubinâ, non re sed nomine Reginâ: de Episcopatu pronisus est à Rege Ludouico Pio fratre anno 813. sic enim prodit eius vita. Gundulfo Metensi Episcopo eodem tempore defuncto, Clerus omnis populúsque eiusdem Ecclesiæ veluti vno spiritu animati Drogonem Imperatoris fratrem sub Canonico habitu nobilissimè viuentem, sibi poscunt dari Sacerdotem; mirúmque in modum tam Imperatoris, quàm procerum eius, sed & totius populi consensus, quasi quodam coagulo in vnum coniurauit, vt omnes id velle, nullus nolle reperiretur: ideò Imperator cùm summo gaudio petitioni Ecclesiæ annuit, eique quem petebant Pontificem dedit. Eadem docent Eginartus, & Theganus in gestis Ludouici Pij: quem Nitardus dicit ab eodem Ludouico tenerâ adhuc ætate cùm fratre Hugone participem mensæ effectum, & in palatio vnâ secum nutriri præcepisse.

835. Interfuit Concilio Theodonisuillæ anno 835. in quo Ludouicus ab Ebone iniustè damnatus reconciliatur in basilicâ S. Stephani: præest etiam Concilio alteri Theodonisuillæ anno 844. per id tempus Romam à Lothario Imperatore cùm Ludouico filio missus est, vt notat Anastasius Bibliothecarius, ibique regiæ stirpis prærogatiuâ, quippe Lotharij, fratrúmque Regum patruus erat, constitutus est Drogo Archiepiscopus, & Vicarius Sedis Apostolicę trans Alpes epistolâ, quam ex codice Metensi S. Arnulfi tom. 3. Conciliorum inseruit Sirmondus: huic porrò prælationi voluntate Pontificis & regiâ factæ refragati sunt Antistites Galliarum, námque in Vernensi 2. Concilio legitur Can. xi. de prælatione reuerentissimi Drogonis definire aliud non audemus, nisi expectandum, quàm maximus cogi potest Galliæ, Germaniæque conuentum, & in eo Metropolitanorum, reliquorúmque Antistitum inquirendum esse consensum; hâc de re Hincmarus ep. 6. cap. 30. & Capitularia Caroli Calui. Porrò vnâ cùm Apocrisiarij officio, ipsius etiam Imperatoris ac Sedis Apostolicæ supremo ministerio, ac Pallio honestatus est, vti patet ex epistolâ Caroli Calui ad Nicolaum Papam: idem adfuit Ludouico Pio in extremis agenti anno 840. prout notat fragmentum actorum vitæ eius: *Aderant eius consolationi venerabiles Antistites Hethi Treuerorum Archiepiscopus, Otgarius Moguntiæ Archiepiscopus, sed & Drogo frater Imperatoris Metensis Episcopus, necnon sacri Palatij Archicapellanus. Quem quantò sibi propinquiorem nouerat, tantò ei familiarius sua omnia, & semet credebat per eundem quotidie confessionis suæ munus sacrificium spiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus non despicit, offerebat: iussit autem eidem fratri suo Drogoni vt ministros Cameræ suæ ante se venire faceret, & rem familiarem quæ constabat in ornamentis regalibus, scilicet coronis & armis, vasis, libris, sacerdotalibúsque vestibus per singula describi iuberet. Cui prout sibi visum fuit, quid Ecclesiis, quid pauperibus, postremò quid filiis elargiri deberet, edixerat: Lothario scilicet & Carolo.* Tum infrà subdit: *animâ recedente Drogo frater eius & Episcopus Metensis cùm aliis Episcopis, Abbatibus, Comitibus, plurimâque frequentiâ tam Cleri quàm populi, sumptis Imperatoris reliquiis cùm magno honore, Metis transportari fecit, & in basilicâ S. Arnulfi, quò & mater eius condita est, nobiliter sepeliuit.* 840. Mortuus est Drogo in Burgundiâ apud prædium S. Petri Mimeriacum 6. Nouemb. anni 855. tumulo conditus in basilicâ S. Arnulfi propè Ludouicum fratrem, cui adscriptum hoc epitaphium in veteri codice legitur. 855.

Conditur hoc busto Præsul Drogo, *marmore sculpto,*
Spiritus in requie lætus ouat Abrahæ.
Filius hic Magni Caroli fuit Imperatoris,
Vir pius & prudens, vir probitate cluens.
Aulæ Regalis moderator, Pastor ouilis,
Metis & Ecclesiæ iure Pater patriæ.
Hic Præsul Præses, Dominus, Primásque cis Alpes,
Eius iudicio paca fuit regio.
Iste Glodesindis solemniter ossa leuauit,
Condignéque loco condidit eximio.

De eo Sanmarthani lib. 7. Historiæ. Querce-

Genealogicæ Domus Franciæ, Sir- A
mondus in Conciliis Gallicanis, &
Quercetanus tomo 2. Historiæ Fran-
corum Scriptorum.

39. ADVENTIVS ex Abbate S.
Arnulfi, suffectus Drogoni, Conci-
859. lio interfuit Metensi anno 859. apud
Saponarias eodem anno, in Tusia-
censi & Aquisgranensi 860. apud
Hincmarum, Aquisgranensi 3. 862.
quem etiam à Drogone nutritum pro-
dunt verba hæc epistolæ Caroli Calui
» ad Nicolaum Papam: Venerandus &
» amantissimus patruus noster Drogo
» eumdem venerabilem Aduentium B
» nutriuit, & domesticâ familiaritate
» habuit, & ipse Aduentius nobis fide-
» lis & amicus extitit: ac si vestigia san-
» ctissimæ paternitatis vestræ deoscu-
» lantes, cùm omni deuotione deposci-
» mus, vt nostrâ petitione sicut credit,
» apud auctoritatem vestram se sentiat
» adiuuari, ne & ipse & Sedes eius in il-
» lo, modo quolibet, quod absit, deho-
» noretur, quæ postulatione aui nostri
» diuæ memoriæ Karoli Imp. honorari
» ab Apostolicâ sede meruit, vt Engil-
» ramnus prædecessor istius, summus
» Capellanus eius, & Apocrisiarius
» Apostolicæ Sedis, in istis regionibus C
» aliquamdiu fieret, & postea depreca-
» tione sanctæ recordationis Pij Aug.
» domni & genitoris nostri, excellen-
» ti genio à Sede Apostolicâ in præ-
» fato patruo nostro Drogone vene-
» rando Episcopo fuerat honorata, vt
» vnà cùm prædicto ministerio & Im-
» peratoris & Apostolicæ Sedis, etiam
» vsu Pallij potiretur. Purgatur autem
de causâ Lotharij Imp. epistolâ ad
Nicolaum Papam, quâ se acquiesce-
re docet statutis à Pontifice in Syno-
do Romanâ, eiúsque veniam postu-
lat: sed & Carolus Caluus Rex, pro
eo etiam intercessit, vt in gratiam se- D
dis Apostolicæ reciperetur, quam
tandem professionem approbat, &
veniam indulget Nicolaus epistolâ
scriptâ tomo 3. Concil. Defuncto in
Italiâ Lothario, Carolus à Regni op-
timatibus ad sceptri moderamen as-
sumptus Metis 5. Idus Septemb. in
869. basilicâ S. Stephani an. 869 vnctus
est & coronatus Rex Lotharingiæ
per Aduentium, accitis Hincmaro
Remensi, Hattone Virdunensi, &
Arnulfo Tullensi, vbi coram Rege,
Episcopis, ac populo, Capitula de-

nuntiauit. Sublatus est è viuis Ad-
uentius 31. Aug. an. 875 in MS. Tre-
uerensi 873. vbi dicitur cognato suo 875.
obtinuisse Archiepiscopatum huius
Metropolis.

40. VVALA, seu VVALO ad
Sedem euehitur die S. Benedicti 876.
ad quem scribit Ioannes 8. Papa ep.
148. 879. Vualenum appellans. Hist.
MS. Treuerensis de eo sic: Anno 2. "
illius ordinationis missum est Pallium "
à Ioanne Pont. cùm Bertolfus Metro- "
politanus audiens Valonem in 2. die "
Paschæ cùm Pallio procedere, missis "
literis euocauit Treueris, vt redderet "
rationem de Pallij iure. Valo ei re- "
nunciauit à Pontifice transmissum "
fuisse Pallij priuilegium, quo vsi de- "
cessores sui, Chrodegangus, Angel- "
rannus & Drogo; nihilominus inter- "
dixit ei iterum Bertolfus prætendens "
iura Metropolitani, quòd cùm gra- "
uem discordiam inter eos concitasset, "
Hincmarus Remorum Archiepisco- "
pus audiens querelam, scripsit ad Va- "
lonem vt se submitteret obedientiæ
Metropolitani, quod effectum est:
Hunc porrò vitæ finem sortitus est 883.
Vuala interfectus à Normannis pu-
gnando 3. Non. Aprilis 883. in Mar- "
tyrologio Metensi, vel vt habent "
Annales Fuldenses 882. Normanni, "
inquit Hist. Treuer. exustâ Treueri "
Metim properare disponentes, Vua- "
lo Antistes adiuncto Adalardo ad "
Renuche eis obuiam ad pugnam pro- "
cedit, sed Normanni vicerunt, &
Episcopus Vualo ibi cecidit. Sepul-
tus in æde S. Saluatoris quam condi-
derat.

41. ROTBERTVS I. consecra-
tur an. 883. 10 Cal. Maij à Ratbodo
Treuirensi suo Metropolitâ, vt est
apud Reginonem, & in Chronicis
Metensi ac Treuirensi. Synodo habi-
tæ in Ecclesiâ S. Arnulfi Metis, eodem
Ratbodo præside, Didone Virdu-
nensi, & Arnoldo Tullensi Episcopis
præsentibus Cal. Maij an. 888. adfuit, 895.
& Concilio Triburiensi 895. Ei scri- "
bit Stephanus Papa c. Lator dist. 55. "
nihil Flauio nocere ad promotionem, "
quòd ei digitus à Normannis esset "
abscissus: Capitularem librum item il-
li dirigit Stephanus Leodiensis Epis-
copus apud Sigebertum c. 126. & apud
Iuonem in Decreto, Ratbodus Tre-
uirensis an. 906. in exemplo formulæ

p. 6. c. 437. cœnobiorum reformator A Abbatiam S. Seruatij quæ dicitur Maestrich, ab Arnulpho Imperatore acquisiuit, necnon à Ludouico Imp. castella plurima; corpus S. Seueri in Monasterium B. Martini transtulit ex MS. codice Treuerensi, ac fatis fungitur 916. 4. Non. Ianuarij.

42. Vvigericvs, vel Vvidricvs, ex Abbate S. Georgij in
923. Nigrâ syluâ, anno 923. vt habet Flodoardus in Chronico, Rodulfum Regem Lotharienfium petit, ad recipiendum castrum in pago Elsatio nomine Zabernam: extinctus Februarij B 19. anni 927.

43. Benno promotus ad Cathedram Metensem eodem anno, dum in Alpibus eremiticam vitam duceret, post biennium à Metensibus excæcatur, cuius immanis sacrilegij causâ Synodus Duisbergensis congregata, omnes sceleris auctores excommunicauit, & Adalberonem loco eius subrogauit, Flodoardus in chronico de eo sic: Vuidricus Metensis Antistes defungitur: Heinricus Episcopium Metense, contemptâ electione, cuidam vt ferebatur, Dei seruo dedit C
928. cognomento Bennoni: tum ad an. 928. subdit, Benno Metensis Episcopus insidiis appetitus, euiratus, luminibúsque priuatus est: cui pro sustentatione Abbatia quædam concessa. De eodem agunt Continuator Reginonis, Chronica Argentinense, Hirsaugiense, ac Guillimannus.

Lorraine. 44. Adelbero de Lorraine I. frater Friderici Ducis Lotharingiæ, qui Beatricem duxit, aliis Othonis Ducis Mosellanæ, sedisse reperitur in cartâ, seu priuilegio Gorziensi dato Metis 928. 17. Cal. Ianuarij: restaurat D Abbatias Gorziensem & S. Arnulfi, in quâ monachos Clericorum loco constituit, eorúmque insignis extitit benefactor: adfuit Synodo Virdunensi
947. 947. & Engilenheimensi 948. apud Flodoardum l. 4. c. 35. qui de eo pluribus locis Hist. meminit: Item dedicationi Ecclesiæ S. Maximini Treuerensis; benedixit basilicam S. Trudonis; dono accepit ab Othone Cæsare castrum Saræpontis, cuius priuilegium asseruatur in actis Cancellariæ Vicensis: corpus S. Glodesindis pretiosâ thecâ inclusit, instauratóque; fuit Eccl. Monialium S. Petri sub regulâ Benedictinâ. Anno autem 960. ab Othone declaratur supremus Metensis vrbis toparcha, cui Regino Abbas Prumiensis dicat chronicon suum. Vitâ priuatur Adelbero in Abbatiâ S. Trudonis 23. Februarij 964. 964.
ex chronico eiusdem cœnobij, vbi sepultus est primò ad læuam versùs claustri ambitum, priúsquam Gorziam relatus, tandem ad S. Arnulfi basilicam transferretur: Albericus transitum notat in Chronico 966. & in necrologio S. Arnulfi 6. Calend. Maij.

45. Theodoricvs I. Vuidikindi, Mathildis quam Henricus Auceps duxit, fratris filius, non mendosè vt aliqui affirmant Friderici Mosellaniæ Ducis, & Beatricis Hugonis Capeti sororis natus erat; huius promotionem indicat Albericus cùm ait: *An.* DCCCCLXVI. *Adelberone Metensium Episcopo mortuo, Theodoricus consobrinus Ottonis Imperatoris Episcopus subrogatur. Hic fertur dixisse se in Episcopatu tanta bona esse facturum, vt ipsa sui nominis littera deberet auro annotari: cuius bonæ intentionis initium ostenditur in cœnobio S. Martyris & Leuitæ Vincentij, fundato in ipsius vrbis insulâ.* 966.
Extant eius Episcopi quædam cartæ donationum in cœnobiis Gorziensi & S. Arnulfi, cui plures epistolas scribit Gerbertus Diedericum appellans, epist. 31. 32. 33. 59. Senex defecit an. 983. 7. Septemb. in obituario Metensi, 984. Sigiberto, qui eius 983.
vitam scripsit: humatus in æde Vincentianâ.

46. Adelbero de Lorraine II. Friderici Ducis Lotharingiæ ex Beatrice Hugonis Capeti Regis sorore genitus, vir sanctus, ex Virdunensi Antistite hûc tralatus 984. instaurauit Abbatias S. Symphoriani & S. Petri Metensis, necnon Diuæ Mariæ: obiit an. 1004. Decembris 14. ex necrologio Cathedralis, iacet in S. Symphoriano. Lorraine. 984.

47. Theodoricvs de Lvxembovrg II Cunegundis Imperatricis vxoris Henrici frater, filius Sigefridi I. Luxemburgensis Comitis ex Hadpuide, non verò Theo- Luxembourg.

dorici Ducis : iſte datus primò fuerat
adiutor Epiſcopatus Metẽſis Adelbe-
roni iuniori Theodorici Ducis filio,
ſed ipſemet Cathedram inuaſit, quod
doceot Albericus & Sigebertus in
1009. chronico ad ann. 1009. his verbis:
» Heoricus Imp. Metis vrbem obſidet
» propter Deodericum fratrem vxoris
» ſuæ cootra ſe rebellantem, qui Epiſ-
» copatum ipſius vrbis vſurpauerat.
» Dux enim Moſellanorom Deoderi-
» cus poſt fratrem ſuum Adalberonem,
» dato Metenſium Epiſcopatu filio ſuo
» adhuc puero, tutorem ei ſubſtituit ip-
» ſum Deodericum, qui puero vrbe ex-
» cluſo, & Epiſcopatu vſurpato ipſom
« etiam Deodericum Ducem bello ca-
» pit. Vrbe ergo poſt obſidiooem deſo-
» latâ, tandem pax conuenit. Ipſo mox
» Adelberone fatis functo, Theodori-
» cus pacificè Sedem adipiſcitur. Dit-
marus Merſepurgẽſis Epiſcopus ſcri-
bit eum dedicationi baſilicæ Bam-
bergeoſis interfuiſſe, vbi coactâ
Syoodo accuſatur Theodoricus, ac
Præſulum omnium decreto ipſi inter-
dicitur ante purgatiooem, vt ſacra
ſacrificia celebraret. Vippo autem in
vitâ Conradi Salici Imp. auctor eſt,
poſt obitum Henrici Auguſti, cùm
Duce Bauariæ fratre Cunegundam
Imperatricem viduam in adminiſtra-
tiooe Imperij dirigendâ iuuiſſe. Ca-
thedralis Eccleſiæ S. Stephani muni-
ficentiſſimus inſtaurator fuit, cuius
ædificium erexit inſigni ſtructurâ,
vnde in Hiſtoriâ Epiſcoporum Me-
teoſium MS. *Theodericus Monaſte-
rium vrbis principale S. Stephano Pro-
tomartyri conſtruxit, adepto ipſius bra-
chio à Biſonticâ ciuitate. Inter ipſum
autem & Henricum Imp. diſſenſione
factâ, non modica prædia Eccleſiaſtica
pro auxilio diſtribuit; per decennium re-*
1047. *xit.* Defunctus eſt an. 1047. Her-
manno Contracto, & Sigeberto XI.
Cal. Maij, ex necrologio Cathedra-
lis, in quâ ſepulchro conditus eſt.

LVXEMBOVRG. 48. ADALBERO DE LVXEM-
BOVRG III. Friderici I. Comitis
Luxemburgenſis filius, frater alte-
rius Frederici Ducis, & Giſlcberti
Comitis Luxemburgi ac Salmeoſis,
de quo vita S. Leonis Papæ 9. ita lo-
quitur : *Frederici eximij Principis na-
tus, ſub ſcholarum magiſterio Magiſter
nepotuli ſui Brunonis conſtitutus, quia
tunc pro tempore habebatur ſciolus. Qui
poſteà ad Antiſtitium Mediomatricæ
vrbis voto Cleri & plebis, magis quàm
ſuo aſſumptus, vir huic noſtro tempori
refulſit adprimè prædicandus.* Iſte Ao-
tiſtes vir magnæ prudentiæ & ſaocti-
tatis Hermaono Cootracto an. 1047.
interfuit Coocilio Remenſi 1049. 1049.
quo anno memoratur in diplomate
Leonis 9 cui ſubſcripſerunt Eberar-
dus Treuerenſis, Hugo Chryſopoli-
tanus, Halinardus Lugduneoſis, Hù-
bertus Syluęcandidæ Cardinalis Epiſ-
copus, Bibliothecarius & Cancella-
rius, ac Tullenſis Primicerius. Firma-
uit pariter donum Theodorici Præſu-
lis deceſſoris ſui Monaſterio S. Tru-
donis ao. 1060. & quinqueonio poſt
iura ad hoc cœnobium pertinentia:
donatur ab Henrico 4. Imp. Comi-
tatu Saripontis 1065. exceſsitque è
vitâ 1072. 13. Nouemb. Scafnabur- 1072.
genſi & Sigeberto, ſepultus io æde S.
Saluatoris.

49. HERIMANNVS SAXO ex
Caoooico & Præpoſito Leodienſi
1073. cui ſcribit Greg. 7. Papa lib. 1.
epiſt. 53. 82. l. 8. epiſt. 20. cuius Pon-
tificis fuit acerrimus defenſor, vnde
ab Heorico 4. ſemel atque iterum
vrbe pellitur 1078. quo anoo vnà 1078.
cùm Pibone Tullenſi Præſule electio-
ni Engilberti Archiepiſcopi Treue-
renſis reſtitit, cui fauebat Henricus
ex MS. Treuerenſi. Sed poſteà illius
inaugurationi adfuit ſacris operante
Theodorico Virdunenſi Pontifice.
Intereſt Syoodo Vormaciæ 1076.
vocatúrque in necrologio Cathedra-
lis Vicarius Apoſtolicæ Sedis : ſchiſ-
maticorum hoſtis expellit Brunonem
inuaſorem, eiúſque meminit Paulus
Bernriedeoſis in vitâ Gregorij 7.
Schafnaburgenſis, Sigibertus, Baro-
nius, & Hiſtoria Metenſis de ipſo plu-
ra : migrauit à ſæculo 1090. Maij 4. 1090.
iacet in baſilicâ S. Petri.

50. BVRCHARDVS Præpoſitus
Treuerenſis demortui Herimaooi
Cathedram aſcendit 1090. vt docet
Albericus in Chronico : *Metis corpus
B. Clementis leuatur : Hermannus
Epiſcopus permiſſu Imp. à Metenſibus
vrbe receptus, dum poſt prandium libera-
liter celebratum in lecto ſe reclinaſſet mor-
tuus inuenitur : ſuccedit ei Burchardus
Præpoſitus Treuerenſis, & huic quidam
Epiſcopus Poppo :* de hoc Burcardo

nulla notitia reperitur in historiâ Metensi. A

51. Poppo ex Archidiacono Treuerensi, stirpe nobilis, pietate clarus, & Sedi Apostolicæ addictissimus 6. Cal. April. in Quadragesimâ conse-
1093. cratur à Gebehardo 1093. confirmatus autem ab Hugone Archiepiscopo Lugdunensi Apostolico Legato: interest Concilio Claromontano 1095. nominatúrque 1097. cùm Hildeberto Treuirensi Archiepiscopo, ac Vuidone S. Arnulfi Abbate. At contra Popponem, & Hermannum quidam Adalbero ab Imperatore Henrico 4. intrusus fuit. B

52. Adelbero iv. de quo Chronicum S. Vincentij, sedit ab anno
1104. 1104. ad 1113. quo recensetur in Habspurgiacis Francisci Guillimanni.

53. Theogervs frater Folmari iunioris Comitis Metensis, ex Abbate S. Georgij in syluâ Herciniâ, post Adalberonem præfuisse reperitur circa an. 1118. abdicato Episcopatu, Cluniaci Monachum profitetur, vbi sepultus, ac miraculis claruisse dicitur à Paulo Bernriedēsi in vitâ Gregorij. C

Bar. 54. Stephanvs de Bar Theodorici 1. Barri Comitis, Montisbelicardi, & Moncionis, ex Hermintrude Burgundâ sorore Callisti 2 summi Pontificis natus, creatur Episco-
1119. pus 1119. ex Chronico Alberici, qui clarissimis natalibus vtróque stemmate satus, fratres habuit Ludouicum Moncionis, Theodoricum Montisbelicardi, Rainaldum Barri, Fredericum Ferreti Comites. Iste ergo ab auunculo inauguratus Pontifex Romæ, pallio cohonestatur, quem D. Bernardus strenuum Metensis Ecclesiæ ministrum vocitat. Plures toparchias ad Episcopatus dominium reduxit, Alteriacum cœnobium opulentè dotauit: sub quo pariter Collegiata S. Theobaldi iuxta muros Metenses construitur, & Abbatiis S. Arnulfi, S. Symphoriani, B Naboris, & S. Petrimontis dona largitus est; dein vitæ metam attigit, vti notat Albe-
1158. ricus in Chronico 1158. 31. Decembris 1163. ex Historiâ Pontificum, in Chronico S. Trudonis 4. Cal. Aug. 1164. iacet ad ingressum chori basilicæ suæ; de eo plura refert Meurissius in Episcopis Metensibus. Prætereà memoriam habet illustrem apud Quercetanum in stemmate Genealogico Barrensi vbi fragmentum vetus Historiæ Antistitum de eo sic fatur: *Pepponis tam Burgundionum, quàm Lotharingorum excellenti genere clarus, sed virtute animi & nobilitate clarior Stephanus anno Domini 1120. successit. Hic Callixti ex sorore nepos, cùm Regalia nondum ab Henrico v. qui tunc temporis artem tenebat Imperij, recepisset, schismate inter regnum & Sacerdotium adhuc durante, in vrbe Romanâ ab eodem Pontifice summo consecratus est, & tam Pallij dignitate quàm Cardinalis titulo honoratus. Hic à ciuitate Metensi biennio & eò ampliùs, quia præmemorati Principis gratiam nondum habebat, exclusus, primos ordines in loco qui S. Quintini Mons dicitur celebrauit, & curtes Episcopatus à tyrannis, solo Rumiliaco excepto, occupatas, fratris sui Comitis Barrensis, aliorúmque cognatorum & amicorum suorum fretus auxilio, celeritate mirâ recuperauit. Idem in ipsâ promotionis suæ recentiâ, castrum Cerli, quod viatoribus per illas transeuntibus partes valde erat perniciosum; castrúmque Ducis apud Vicum, & munitionem inter Vicum & Marsallum in loco palustri sitam, simúlque castrum Comitis de Hombourg, quod Marsallo adhærens toti villæ onerosum, damnosúmque diu extiterat, in manu validâ destruxit & complanauit. Processu temporis gratiâ Imperiali sibi conciliatâ de virtute in virtutem sine intermissione conscendens, castrum quod Rambertiuillare dicitur firmauit, castrúmque nobile Lucemburch, quod ad ipsum iure hæreditario descenderat, B. contulit Stephano, & castrum Hoemburch iure ab ipso feodali descendens, post decessum Comitis Hugonis à Duce Lotharingiæ occupatum,* D *domini Frederici Imperatoris auxilio, sibi & posteris suis omni æuo liberè tenendum acquisiuit. Acquisiuit etiam sibi, & suæ perpetuò Ecclesiæ castrum Viures, & partem Ducis de Lemburch in castro Ruccy cùm omnibus appendicys suis, castrum quoque Mirabel, & Falconismontem, rebelliones Danubrij & Asperimontis, firmatis ante ipsa castra munitionibus viriliter perdomuit. Apud Spinal turrim quæ Morronis dicitur à Duce occupatam virtute recepit potenti. Et multò post temporis castrum superius propter insolentiam & immoderatos ex-*

A *cessus Aduocati, iuuante ipso Duce Mathæo obsidione clausit & cepit. Et tunc Dux in recompensationem seruicij huius iure feodi ab eo Aduocatiam recepit Spinalensem. Et ipse Dux versà vice allodium quod apud Vicum habebat B. Stephano Metensi contulit liberè, & quietè omni æuo tenendum. Idem Pontifex venerandus castrum quod Petrapertusata dicitur, cùm anno integro & eò ampliùs tribus munitionibus, quarum vsque hodie vestigia apparent, in circuitu firmatis obsidione clausisset, tandem compulit ad deditionem. Cùm per castrum Deulevvart graues ei iniuriæ illatæ sæpiùs fuissent, tandem expugnauit illud, & in fauillam* B *cineréśque redegit. Nihilominùs etiam turrim apud Tihecurt firmatam, & castrum in loco qui Vualteri-mons dicitur, situm, quia Episcopatum grauiter infestabat, diruit ac subuertit. Nec est inter eius eximia gesta reticendum; quod ipse tempore quodam Duce ei guerram inferente, castrum ipsius Prinei magnanimiter obsedit, illúdque muris iam perforatis indubitanter cepisset, ni victoriam iam paratam, iámque imminentem impedisset frater suus Comes Barrensis. Cuius gesta inclyta & annalibus digna enumerare, & literis explicare si vellem, ante quidem membrana deficeret, quàm materia. Cùm an-* C *nis* XLIII. *sub Apostolicis Calixto, Honorio, Innocentio, Cælestino, Lucio, Eugenio, Anastasio, Adriano, sub Principibus Romanis Henrico* V. *Lothario, Conrado, Friderico sedisset, 3. Cal. Ianuarij annis & meritis plenus, & in schismate Alexandri & Victoris, quod inchoatum iam fuerat, migrauit ad Dominum, & iuxta Chori introitum, in dexterà ipsius parte meruit sepeliri.*

Bar. 55. Theodericus de Bar III. Reginaldi I. Comitis Barri, & Moncionis, ex Gislâ Vaudemontiâ natus, priùs Metensis Ecclesiæ Primi- D cerius patruo successit, de quo multa memorat citatum Chronicum Metẽsium Episcoporum, non consecratus

1171. deuixit an. 1171. 8. Augusti, tumulatus in Cathedrali ad læuam Chori. Gesta Episcoporum Metensium de eo sic recensent. *Huic* (Stephano) *anno domini* M. C. LXIV *successit dominus Theodericus fratris sui Comitis Barrensis filius, verè ei tam moribus, quàm sanguine propinquus. Illi sollicitudo summa & cura specialis hæc fuit, vt sub ipso metu iustitiæ tam prædonum quàm latronum coerceretur audacia, tutáque esset inter improbos innocentia, & vbi malicia dominari consueuerat, refrænaret dominandi facultas. Hic paci & tranquillitati Ecclesiarum, omniúmque sibi creditorum commoditatibus eà prouidit diligentiâ, vt eum miles, Clerus, populus, & revereretur vt Dominum, & vt patrem diligeret. Hic malis & nocumentis quæ per castrum Habundanges, si alius quis homo potens adeptus illud fuisset, Episcopatui quotidie possent inferri, prouidè & solerter occurrens, sibi ac suis ipsum acquisiuit successoribus, domúmque ibi ædificauit egregiam. Acquisiuit nihilominùs sibi & posteris suis castrum Vuinispere, & Radonis-villam, castrum Constans de firmo reddidit firmius, ipsúmque palatio nobili decorauit. Idẽ Cardinalibus Octauiani hæresiarchæ ciuitatem Metensem cùm nuncio Imperatoris satis pomposè ingressis, & clerum vniuersum ad sacramentum obedientiæ in dolo suo cogere volentibus, viriliter in facie restitit, ipsóque infecto prorsus propter quod venerant negocio, cùm pudore & confusione omnimoda fecit recedere. Ex quo eius facto quàmplures Imperij ciuitates æmulandæ virtutis, eósque similiter contemnendi, & exemplum sumpserunt, & audaciam: sedit annis 9. & 7. mensibus sub Pontifice summo Alexandro 3. Imperante Friderico. Et propter pericula quæ ex schismate adhuc durante imminebant, ad Sacerdotij gradum ex consecratione Pontificali conscendere veritus, Electus tantùm & Leuita 3. Idus Augusti inter tot illius magni schismatis turbines & procellas, scuto armatus fidei Catholicus decessit. Cuius sarcophagum à domini Stephani sepulturà Chori tantùm diuidit introitus, vt quos amor, quos sanguis in vitâ coniunxerat, modica & in morte separaret locorum distantia.*

56. Fridericus de Plvyose Plvyosé.

D euehitur ad Pontificatum 1171. Augusti 15. Episcopatui topatchiam Ennery in pago Mediomatricensi acquisiuit, senectute fractus decessit 1173. 27. Septemb. humatúsque in Capellâ S. Galli, ante altare D. Ioannis Euangelistæ.

57. Theodericus de Lorraine IV. Matthæi I. Ducis Lotharingiæ filius, anteà maior Præpositus S. Deodati, & Præfectus Vallis Galileæ in saltu Vosagensi, creatur Episcopus 1173. eodémque die promotionis suæ Lorraine. 1173.

parens Mathæus Ecclesiæ suæ castrum de Syerch, & Aduocatiam Spinalensem restituit in maiore basilicâ S. Stephani: Electus tantùm Episcopus in tabulis nuncupatur, & interiit
1181. 1181. cùm depositus fuisset anno 1179. ab Alexandro 3. Pontifice.

Saxo. 58. Bertrannvs Saxo ex Bremensi in Germaniâ Archiepiscopo, qui statuit Metis de cætero Magisterium annuum fore Scabinorum diplomate an. 1179. 12. Cal. Aprilis; testibus Hugone Primicerio & vniuerso Metensi Capitulo, necnon Abbatibus Gorziensi, S. Vincentij, S. Arnulfi, S. Symphoriani, & B. Clementis: quasdam toparchias ex dominio Episcopali recuperauit; pluráque laudabiliter ad Ecclesiæ suæ decus edidit, de quibus Historia Meten-
1210. sis fusiùs: moritur an. 1210. Aprilis 8. vt notat in chronico Albericus, cùm anno superiore apud Vallemcoloris eo mediante colloquium inter Philippum Augustum & Fridericum Imp. celebratum fuisset Rigordo referente. In Capellâ S. Mariæ extat hoc eius Epitaphium:

Hic iacet Imperij sensus, pius incola veri,
Hic fons irriguus, hic flos est gloria Cleri
Præsul Bertrandvs *quem planget longior ætas,*
Mense sub Aprili dedit in certamine Metas.
Annis ter denis & binis ciuica iura
Iugibus in pœnis rexit sub perpete curâ.
Anno milleno duceuteno duodeno:
Lux sibi festa legit Aprilis quo priùs egit
Non quærit laudes hominum precibúsque iuuari;
Supplicat, vt valeat iustorum sede locari.
Te coluit Christi genitrix cùm Martyre primo,
Hunc sociare tibi digneris in agmine summo.

Scarfeneck. 59. Conradvs de Scarfeneck 1. Imperialis aulæ Cancellarius, & ex Baronibus huius familiæ, Præsul anteà Spirensis, de quo Albericus his verbis; *Anno* M. CC. X. *Bertrannus Metensis Episcopus anno 23. sui Pontificatus moritur, cuius successor Conrardus Spirensis Episcopus Imp. Cancellarius, qui quamdiu vixit vtrúmque Episcopatum tenuit, vtérque tamen illi sufficit ad indiscretas impensas.* Extruxit castrum Vicense vbi Conuentum Franciscanorum constituit, quod etiam oppidum muris ac fossis cinxit. Mortalitatem expleuit an. 1224. 12. Decemb. 1224.
in chronico S. Vincentij, humatus Spiræ in Regum Choro.

60. Ioannes d'Aspremont Aspremont.
1. ex illustri vetustóque genere de Asperomonte in Lotharingiâ, Gobfridi 1. Baronis de Asperomonte, domini de Dun, ex Isabelli de Dampetrâ filius, germanus autem Goberti huius nominis 3. Comitum de Asperomonte, cæterarúmve domus stirpium progenitoris, ex Cathedrâ Virdunensi transiit ad Metensem, 1224. ait in chronico Albericus, *Episcopus Virdunensis Ioannes postulatus est Metis & concessus de permissione summi Pontificis, ad cuius receptionem Rex Ioannes Hierosolymitanus aliis de causis venerat Metis.* Cùm ciuibus suis graui dissensione contendit, de quâ meminêre Historici, idémque Albericus ad an. 1232. *Episcopus Ioannes per* 1232.
quoddam castrum S. Germani cùm adiutoribus suis per biennium ciues impugnauit, & Comes Barri Episcopum deseruit, & mediante pecuniâ Metensibus quos oppugnabat, reconciliatus, & eis associatus, multa castra vrbi contraria deiecit, Episcopum & Ducem Mathæum nepotem suum impugnauit, donec Dux relicto Episcopo de necessitate reconciliatus auunculo, & ita factus Metensis adiutor. Posteà sedi suæ restitutus, Pastorali curæ sedulò incubuit, ac Synodo Treuerensi interest 1238. annos clausit 4. Idus Decemb. 1238. iacet in choro 1238.
Cathedralis sub eâ epigraphe;
Huius enim fuerat quod habent hæc tempora rarò
Mitis vita, manus munda, pudica caro.
De quo Antistite in ms. Historiâ gentis Asperemontiæ, per Sanmarthanos elucubratâ.

61. Iacobvs de Lorraine Lorraine.
ex Primicerio Metensi & Archidiacono Treuerensi, Friderici 2. Ducis Lotharingiæ ex Agnete Barrensi filius, ac Theobaldi 1. & Mathæi 2. Ducum frater: hic multa dona Ecclesiæ suæ Metensi contulit, Collegiatam basilicam Hoimburgi 1254. & Sareburgi 1256. instituit, pluráque 1256.
feoda ac toparchias Episcopatui acquisiuit: conditus in Cathedralis Ca-

pellâ S. Nicolai, de illo Chronicum Metensium Episcoporum his verbis: IACOBVS *frater Mathæi Ducis Lotharingiæ, filius Frederici & sororis Comitis Barrensis, vir egregiâ formâ, & in quo quas quisquis virtutes desiderabat, inueniebat. Firmitatem de Sarbourg à decessore suo inchoatam perfecit, & fossis, turribus, murisque circumdedit. Vicum, Marsallum, Rembervillier firmiùs cinxit, Spinalij muros & castri reparauit. Omnia dedit Episcopatui quæ hæreditario iure à Frederico Duce Lotharingiæ nepote suo, obtinuerat. Sedit annos*
1262. *22. obiit mense Septemb. 1262. sepultus in Ecclesia Metensi in Oratorio S. Nicolai.*

61. PHILIPPVS DE FLORENGES
FLORENGES. Præpositus S. Deodati, & Thesaurarius Metensis, ex sanguine Ducum Lotharingiæ, Philippi I. dynastæ de Florenges filius, qui auum habuit Simonem I. Ducem: cùm Theobaldo des Porcelets Cathedralis Canonico, de Episcopatu contendit, insuperque vexatur à Theobaldo Comite Barrensi & Frederico Duce Lotharingiæ, vti ostendunt hæc verba Richerij monachi Senonensis: *Canonici Metenses conuenientes vt Episcopum eligerent, non sunt concordati licet sæpiùs conuenirent ad eligendum, quia Comes Barrensis, vt ferebatur, eorum impediebat electionem. Pars verò vna elegit quemdam Philippum, qui dicebatur de Florebenges, qui & cognatus Ducis Lotharingiæ erat, & Præpositus S. Deodati, & Thesaurarius Metensis. Altera autem pars elegit quemdam Canonicum suum Theobaldum nomine de Porcellis diuitem nimis, sed grauem corpore. Cùm igitur Comes Barrensis electioni Philippi Metensis resistere non valeret, mirabilem nocendi viam adinuenit. Et quia Vrbanus Papa de nouo Sedem Apostolicam occupauerat, cui idem Comes plurimùm confidebat, eò quòd idem Papa Episcopus fuisset Virdunensis, quo tempore idem Episcopus compater dicti Comitis effectus est, idem Comes latenter iter arripiens Romam profectus est, quem ipse Papa libenter excepit. Sed quia idem Comes noluit publicè Episcopo Metensi obijcere, per quosdam Canonicos Metenses ipsum Episcopum de vitio simoniæ aggressus est; & super hoc Archiepiscopum Remensem inquisitorem à Papa obtinuit. Et sicut nihil profecisset ad propria rediit &c. Episcopus verò Philippus videns sibi Episcopatus & honoris sui periculum imminere, præsertim quia Dux Fredericus Lotharingiæ iunior ipsum Episcopum super magnis expensis, quas pro ipso se fecisse asserebat, valde infestaret, inito consilio totius Episcopatus custodiam Comiti Barrensi contulit, &c.* Sedebat autem hic
Philippus 1261. castri Condæi fundator, posteà coactus abdicauit ex Chronico S. Vincentij; ac viuis excessit 1297. 20. Decemb. conditus in Cathedralis Capellâ S. Nicolai iuxta Iacobum decessorem, cuius legitur sequens epitaphium. 1261.

Dulcis honestatis, totius fons pietatis,
Hic fuit: atque satus sublimus nobilitatis.
Viuens absque dolo, nunquam dixit dare nolo,
Sed dare cuncta volo, nolens pro me meâ solo.
PHILIPPI *nomen gessit qui Præsulis omen*
Fortiter augebat, pro tempore quando regebat,
Amplificans Sedem, constructam reddidit ædem.
Castrum destruxit Liestemberg, posteà struxit
Condé; cùm multis, si verum dicere vultis
Pluráque fecisset, si sedem plus tenuisset.
Semper donauit, nullis quæcumque negauit,
Nunquam cessauit, verùm omni tempore pauit.
Ergo Iesu Christe, quoniam bonus extitit iste,
Huic pius assiste cùm iustis hunc citò siste.
Anno milleno, tercento ter minus vno,
Functus terreno latet hic sub paupere humo.

62. GVILLELMVS DE TRAINEL TRAINEL.
prouisus an. 1264. quia à Duce Frederico custodiæ mancipatus est: sed libertati redditus, *Iacobo successit*, inquit 1264.
Chron. Metense *Guillelmus de Trainel missus à Sede Apostolicâ, qui ob insolentiam eius conquerentibus de eo Abbatibus ciuitatis Metensis Domino Papæ, ab officio & beneficio suspenditur, & excommunicatur: cùmque Romam iter dirigeret, versus Clarummontem in Argonnâ spoliatus à Comite Barrensi, seu man-*

1269. *dato eius, nimio dolore afflictus, Catalaunum ductus, ibidem moritur anno 1269.* Iacet apud Dominicanos. A

64. LAVRENTIVS ex Protonotario Apostolico & Treuerensi Administratore, post longam dissensionem de Episcopatus adeptione inter Arnaldum de Scheleidâ, & Henricum de Bolandiâ Archidiaconum Metensem, quorum postulatio à Canonicis facta per summum Pontificem rescissa est, iste adiit Episcopatus
1270. possessionem 1270. *post hunc Guillelmum, ait Chronicon Metense, Laurentius Papæ Notarius in Episcopum eligitur, qui habuit guerram cùm Duce* B *Lotharingiæ & Comite Barrensi, & obsederunt castrum Spinalense an. 1272. & congregato exercitu multo circa Marsallum apud Atignei, Duce subitò superueniente cepit dictum Episcopum, & captiuum retinuit multo tempore, anno & dimidio. Tandem Concilio apud Lugdunum 1273. restituitur dom. Episcopus à Theobaldo Comite Barrensi, & pace inter eos reformatâ coram domino Papâ, iterum bellum oritur inter Episcopum & Ducem 1276.* Huius Episcopi multa instrumenta reperiuntur in actis Cancellariæ Vicensis, primum documen- C tum est anni 1270. pro fide clientelari Comitis Oenipontis, alterum 1275. pro feodis de Castris & de Putelange, tertium Henrici Comitis Oenipontensis, aliud 1277. Friderici Comitis de Linangiis, quintum eiusdem anni de inuestiturâ Comitis Sarbrucensis;
1279. diem suum obiit Laurentius in Italiâ 1279. ex Chronico S. Vincentij.

MANORE. 65. IOANNES DE FLANDRE 1. Guidonis Flandriæ Comitis & Mathildis dominæ de Bethunâ filius, Roberti Comitis Flandriæ, & Guillelmi item Comitis, priùs Teneræmundæ domini, ac Philippi Comitis D de Tiette in Siciliâ germanus erat, ex Præposito S. Donatiani Brugensis, & Insulæ, canonum scientiâ clarus ad
1280. hanc sedem vocatur 1280. postea Leodiensis Episcopus.

AVESNES. 66. BVCHARDVS D'AVESNES, Ioannis Comitis Hanoniæ & Hollandiæ filius ex Margaretâ, seu Aleyde ab Hollandiâ, creatur Episcopus 1283. emit Comitatũ de Castris quem Ecclesiæ suæ liberaliter contulit, cùm Duce Lotharingiæ item disceptauit, ac bellum cùm eo gessit 1286. de quo multa documenta extant in cartophilacio de plurimis fidelitatum sacramentis quæ ipsi exhibuêre feudatarij Episcopatus, Henricus Comes Luxemburgi 1285. Henricus toparcha de Blamont 1290. & nonnulli alij: sublatus è vitâ 1296. pridie Cal. 1290. Decemb. sepelitur ad ingressum Chori Cathedralis iuxta Ioannem de Asperomonte.

RALANGE. 67. GERARDVS DE RELANGE, ex Archidiacono Brabantiæ in Ecclesiâ Cameracensi, irritâ electione Theobaldi de Barro, & Frederici à Lotharingiâ Episcopi Aurelianensis præficitur Ecclesiæ Metensi, diplomate Apostolico Bonifacij 8. dato Romæ apud S. Petrum 8. Cal. Maij Pontificatus 3. salinas apud Marsallum & Mediumvicum acquisiuit, ac post sedem annorum 5. deuixit apud Saunesium 30. Iunij 1301. humatus Metis in 1301. Cathedralis Capellâ S. Nicolai propè Philippum de Floraognis.

BAR. 68. REGINALDVS DE BAR Theobaldi 2. Comitis Barri, ex Ioannâ de Tocy dominâ de Pusaye vxore natus, Henrici 3. Comitis Barrensis, Theobaldi Leodiensis Præsulis, Erardi, ac Petri de Barro frater, ex Primicerio Metensi, confirmatus à Diethero Archiepiscopo Treuerensi, iucundo ingressu ac festiuâ inaugurationis pompâ vrbem iniehitur: de eo sic Chronicon Metense: *Reginaldus frater Comitis de Barro, Primicerius in Ecclesiâ Metensi in Episcopum concorditer est electus anno 1302. etiam iste Re-* 1302. *ginaldus pro facto filij fratris sui Comitis de Barro tunc defuncti, cùm magnâ potentiâ obsedit apud Fruart Ducem Lotharingiæ, vbi & cùm Duce bellauit, sed exercitus suus succubuit, & præfatus filius fratris sui captus fuit cùm multis nobilibus. Vnde pro liberatione captiuorum obligauit fortalitia Episcopatus Conflans & Condé dicto filio fratris sui pro 77. millibus librarum Turonensium, alteri verò fratri suo Domino Petro de Barro ædificauit castra Pierreforte, & Lenangarte.* Ex hoc patet contra Ducem Lotharingiæ pro defensione iurium Episcopatus strenuè bellum gessisse, cuius Antistitis plura diplomata reperiuntur in cartophilacio

philacio Cancellariæ de Vico 1315.
1315. Ferrici Comitis de Linangiis, & alio-
rum Episcopij feudatariorum: vene-
no periit apud S. Vincentium Metis
1316. sepelitur ad læuam in Choro
Cathedralis, primúsque Episcopo-
rum gentilitiis tesseris in sigillo Pon-
tificio vsus est.

DAVPHIN. D'or au Dauphin d'azur cresté & oreillé de gueulle.

69. HENRICVS DAVPHIN I.
Humberti de Turre Delphini Vien-
nensis ex Annâ Delphinâ genitus, fra-
ter Ioannis Delphini, ex quo Princi-
pes huius cognominis orti sunt: pro-
pter litem motam inter duos Electos
Philippum Archidiaconum Sarebur-
gensem, & Petrum de Sierch Archi-
diaconum Marsalij, Ioannis Episcopi
Tullensis fratrem, qui vtrinque Du-
cem Lotharingiæ & Comitem Barri
fautores habebant, post vacationem
Sedis duorũ annorũ & ampliùs, Epis-
copatum obtinuit à Ioannne 22. Pon-
tifice anno 1319. titulo Electi & con-
1319. firmati Episcopi Metensis: rexit 6. an-
nis, ac plura dominia Duci Lotharin-
giæ oppigneraiuit, cui 1324. Ioannes
Rex Bohemiæ fidem hominij iurauit;
item transegit cùm Henrico de Bla-
mont 1323. & à Ioanne de Bourle-
mont sacramentum clientelæ admit-
tit, mortuus est Rector Delphinatus
Viennensis anno 1324.

POITIERS.

70. LVDOVICVS DE POITIERS I.
Aimari 3. Comitis Valentinensis, ex
Hippolytâ Burgundâ matre è Pala-
tinis oriundus, Episcopus anteà Lin-
gonensis hùc transfertur 1325. vrbem
ingressus vigiliâ Purificationis B. Ma-
riæ, excipit fidem Ioannis Regis Bo-
hemiæ 7. Martij eiusdem anni pro
Confluente: instaurauit muros Vici,
& obiit in terrâ suâ Montisademari
1327. in Delphinatu 1327. vbi extruxit ca-
strum de Pignerons.

MONTEIL.

71. ADEMARVS DE MONTEIL
nepos Ludouici ex matre, filius Hu-
gonis domini de Montilio, & Lam-
berti frater, ex Archidiacono Re-
mensi eligitur 1327. pugnauit cùm
Rodemachij dynastâ 1328. & Radul-
fo Duce Lotharingiæ, quò factum vt
vir militaris, & tuendorum Episco-
patus iurium assertor, multa dominia
pignori tradiderit, videlicet Comi-
tatum Castrensem, oppidum Noui-
uillaris, de Longchamps, de Durque-
stain, & Sareburgi. Non paruam lau-
dem retulit instauratione maioris ba-
silicæ S. Stephani quam aggressus est
iste Ademarus, in quâ fundauit an-
niuersaria. Carolum 4. Imp. Metis
maximâ pompâ excipit 1356. vbi so-
lemni conuentu Principum habito
Bullam Auream publicat. Ei sacra-
mentum hominij profitentur 1347. 1347.
12. Iulij, Maria Ducissa Lotharingiæ,
Henricus Comes Blamontis, Olricus
dominus de Fenestrangiis 1359. Ioan-
nes de Ioinuillâ, & alij nobiles vasalli.
Vitam cùm morte commutauit 1361.
12. Maij, iacet in Capellâ Episcopo-
rum Cathedralis quam condiderat,
vbi visitur breue hoc epitaphium:
*Hic iacet venerandus Dominus Ade-
marus Episcopus Metensis, qui obijt an-
no 1361. die 12. Maij, cuius anima re-
quiescat in pace.*

VIENNA.

72. IOANNES DE VIENNE III.
ex Bisonticensi Archiepiscopo 1361. 1361.
Synodum diœcesanam apud Vicum
celebrat, posteà Basileensis Præsul
moritur 1382. 13. Octob. Porentruti
sepultus.

BOPPART. D'argent au lion de sable, armé lampassé & couronné d'or.

73. THEODERICVS DE BOP-
PART V. ex vetustâ & nobili familiâ
de Boppardo tractus Rhenensis, Hen-
rici Bayeri Barouis ex Lirâ de Lasse-
rie filius, anteà Vormatiensis Episco-
pus, & Imperij Cancellarius, fauore
Caroli 4. Cæsaris promotus est ad
Metensem Cathedram, cuius posses-
sionem assequitur 1365. postridie festi 1365.
Omnium Sanctorum; maximâ cùm
laude & ingenij peritiâ legationibus
pro Imp. ad Summos Pontifices Vr-
banum V. & Gregorium XI. alióśue
Principes obeundis functus est, Ca-
rolum Imperat. in Lombardiam co-
mitatur cùm militaribus turmis, vt
Barnabæ Mediolanensis Ducis co-
natus reprimeret; dissidentes inter se
Duces Brabantiæ & Iuliaci, Lotha-
ringiæ cùm Metensibus populis, ip-
sóque Treuerensi Archiepiscopo pa-
cificauit, Metenses ciues contra Ec-
clesiæ disciplinam rebellantes inter-
dicto multauit, eóque posthæc reuo-
catu consecrat 1376. basilicam S. Vin-
centij & Franciscanorum; coactâ Sy-
nodo pro diœcesis curâ: nec minus
in adornandis Episcopatus topar-
chiis animum addixit, castrum No-
meniaci extruxit, Vicense reparauit,

vti & illud Ramberuillaris ac Sara- A burgi, conditor Baccarati cœnobij Carmelitarum. Eius vitam habes prolixiùs descriptam apud Meurisſium; postquam 18. annos in suo mu-
1383. nere laudabiliter compleuisset Metis desiit esse in viuis 1383. quiescit iuxta Ademarum Episcopum, vbi spectatur hæc epigraphe. *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater ac Dominus* THEODERICVS DE POPARDIA *Episcopus Metensis, qui obiit anno Domini* M. CCC. XXCIII. *xv. Cal. Februarij, cuius anima requiescat in pace.*

Lvxemborg. 74. BEATVS PETRVS DE LV- B XEMBOVRG, Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro, Guidonis Comitis S. Pauli, & Mathildis Castillioneæ filius, frater Valcrani Comitis S. Pauli Franciæ Conestabilis, & Andreæ Episcopi Cameracensis, Linei, in diœcesi Tullensi 20. Iulij 1369. Carolo 4. gentili imperante natus, Deo dicandus, lacte materno nutritus, ex Archidiacono Drocensi in Carnutum Ecclesiâ, fit Episcopus ætatis an. 15. à Clemente VII. Pseudopontifice circiter 1383. mense Martio, à quo etiam creatur Cardinalis Diaconus S.
1386. Georgij in Velo-aureo, seu Velabro, C 1386 à cuius dignitatis adeptione vix decem mensibus elapsis, obiit Villænouæ propè Auenionem 5. Iulij 1387. ætatis 18. sicque consummatus in breui & multis temporibus expletis, sepultus in cœmiterio pauperum S. Michaëlis Auenione. Quo in loco conditus fuit Cælestinorum Conuentus, curante Antipapâ Clemente 7. in suâ obedientiâ, posteà quoque ibidem humato: cuius Monasterij Ecclesiæ, nomine Caroli 6. Francorum Regis 1395. Duces Aurelianensis, Bituricensis, & Burgundus lapidem primarium imposuerunt, à Cardinale Petro Fu- D xensi Ordinis Frãciscani benedictum. Corpus verò huius Præsulis à Francisco Cardinale Claromontano Pontificis Legato, permissu Clementis 7. Medicæi Papæ eleuatum fuit Petro Bardo Cælestinorum Franciæ Prouinciali præsente. Vide epistolam Ducis Burgundiæ ad Patres Concilij Basileensis scriptam, Gazæum, Locrium in histor. Belgicâ Ecclesiasticâ, Molanum Natal. Sanctor. Belgic. Miræum in Fastis Belg. Sanderum de Cardinalibus, Additiones Victorelli,

& Vghelli ad Ciaconium, qui miraculis clarum vocat, Cæterùm inter virtutes Petri innumeras, duæ præsertim emicuerunt, caritas in pauperes, quorum bonis Ecclesiæ commendatis, se viuere dictitabat, & castitas. At ex monimentis Andreæ Quercetani, viri omnium laude dignissimi, huiusmodi versus sunt adscribendi.

Hoc colitur templo, legitur simul aurea virtus,
Clara Luxemburgi soboles, nitidissima merces
Orbis, & vnus honos mortali corpore cœlum
Transfertur meritis PETRVS, *inter numina numen.*
Annus mille denis sepelitur, sicque trecentis
His septem iungens octoginta superaddes,
Et quintâ Iuli pollens virtutibus altis,
Assiduo populo veneratur quolibet anno.

75. RADVLFVS DE COVCY Coucy. dominus de Montemirabili in Briâ & de Encrâ, filius Rodulphi, & Ioannæ Harcurianæ, successit desinente anno 1387. vt notant Acta Consistorialia 1387. Vaticani, cùm à quibusdam postulatus fuisset Thiellemannus Bousse, qui confirmatione caruit. Ecclesiæ huius apprehendit possessionem in Epiphaniâ Domini 1388. adstantibus domino Couciaci, Comitibus Blamontis, Salmensi, & Oenipontano, aliisque proceribus: fœdus vnionis transigit cùm Carolo Duce Lotharingiæ, Roberto Duce Barri, ac Metensi Communiâ. Nominatur 1390. Calend. Maij cùm Iacobo de Vergy in cartulario Camplitensi, vbi Ducem Lotharingiæ vocat carissimum & benè amatum consanguineum. Plures Episcopalis dominij toparchias pignori dedit, & clientelæ sacramenta admittit à Roberto Duce Barri, Philippo Comite Nassouio, Amedeo Sareburgi prò Comerceio, Henrico de Fenestranges, de quibus Acta Cancellariæ Vicensis. Fuit deinde 1415. Nowomensis Episcopus.

76. CONRADVS BAYER II. Baier. ex dominis de Boppart, Conradi & Mariæ Paroye filius, 1416. 22. Iunij 1416. possessionem adeptus, vir iste præter dotes animi, corporis etiam egregiâ

specie præstabat, séque in Sedis administratione maximè illustrem fecit, sæpius Romam, Constantiam, Basileam, ipsúmque Carolum 7. Regem delegatus negotia cùm fide tractauit: Ioannem à Lotharingiâ Renati Regis
1424. filium suscepit à fonte sacro 1424. dominia Episcopalia per decessores abalienata recuperauit summis impensis. Concilio item Basileensi interfuit. Capellam Episcoporum absoluit: Franciscanis, & Dominicanis ædes construxit, ac multis aliis præclarè gestis quæ habes apud Meurissium; obdormiuit 20. Aprilis 1459. iacet in Capellâ Episcoporum.

Baden. 77. Georgius de Baden, Iacobi Marchionis Badensis & Catharinæ Lotharingæ filius, ex resignatione Conradi 1457. 5. Octob. creatur Coadiutor in spiritualibus & temporalibus Ecclesiæ & Episcopatus Metensis, cùm esset Canonicus Coloniensis, Ioannis Treuirensis Archiepiscopi, & Beati Bernardi Badensis frater, prouisus eodem annó bullis Apostolicis, admittitur in Capitulo an. 1458. mense Iunio; necquicquam Episcopatum ambientibus Ioanne Bayero nepote Conradi, & Olrico de Blanmont Canonico, Comitis Blamontis nato. Attamen Ecclesiæ adiit possessionem Georgius 27. Iulij 1461. ex actis Capitularibus, vrbémque festiuâ inaugurationis pompâ inuehitur. Fuit conciliator nuptiarum inter Mariam Burgundam, & Maximilianum Austriæ Archiducem, apud Oliuerium Marchanum lib. 2. cap. 9.
1484. Fatis functus anno 1484. 11. Octobris apud Medianum, tumulatus in Choro. In tabulis Consistorialibus Vaticani memoratur Dauid Episcopus Morinensis translatus ad Metensem per obitum Georgij 1485. 19. Maij.

Lorraine. 78. Henricus de Lorraine II. Antonij Comitis de Vaudemonte, ex Mariâ Harcurianâ filius, Canonicus anteà Metensis, Morinensem, & Metensem Episcopatus obtinuit 15. Octob. 1484. sed illum in gratiam Antonij de Croy, hunc in Ioannis Lotharingi curauit: qui prouisus de Coadiutoriâ 1501 titulo Administrationis, quoad attigisset ætatis annum 20. Henrico perpetuo nihilominus Administratore cùm facultate regressus, cæterísque aliis clausulis, quæ continentur in actis Capitularibus: condidit testamentum 16. Augusti 1495. confirmatum 1496. & iterum probatum ibidem 18. Augusti 1503. vbi eligit sepulturam in Ecclesiâ Collegiali S. Laurentij Ioinuillæ, defunctus 28. Octob. 1505. sepelitur hoc 1505.
Epitaphio.

Nobile Phidiacâ celatum hoc arte sepulchrum
Contegit Henrici condita membra solo.
Qui Morinis Præsul fuit & Metensibus olim,
Stirpe, opibus, famâ, relligione micans.
Nobilitas clarum genus huic Lotharingа paternum,
Liligero ex sceptro matris origo fuit.
Omnia contempsit vulgò quæ magna putantur,
Numinis obsequiis deditus æthereï.
Sobrius ipse fuit dapibus resouebat egenos,
Cui pietate parem vix tulit vlla dies.
Testis egenorum pasta, vestitaque turba,
Et faciunt templis dona tributa fidem:
Heu miseri querulòs terris nunc edite fletus
Sæpè patet vobis iure vocatus obit.
Heu, heu! mors nostri tantum decus abstulit æui
Post sex atque decem lustra peracta seni.
Annus erat supra quingentos, milléque quintus,
Progenies ex quo cælica nata fuit.
Præstabatque suas Tithoni Scorpius ædes
Bis decima Octobris nèpe erat orta dies,
Et sacra sydereo fundamus vota Tonanti;
Donet et solio semper adesse suo.

79. Ioannes de Lorraine IV. Cardinalis S. Onuphrij, Renati Ducis, & Philippæ Gueldriæ filius, nascitur 9. Aprilis 1490. Barri; decennis ex cessione Henrici fit Episcopus Metensis, cuius adipiscitur possessionem anno Dom. 1508. inde Tullen- 1508.
sis, Morinensis, Narbonensis, Luciopensis, Remensis, Albiensis, Lugdunensis, Niuernensis, Valentinensis, & Virdunensis, è quibus tantùm retinuit Tullensem, Albiensem, & Narbonensem. Præfuit etiam cœnobiis Gorziensi, Fiscanensi, Cluniaci, & Maioris Monasterij: Legatus à Latere in Lotharingiâ, obiit Niuernis 19 Maij 1550. iacet Nanceij ad Franciscanos.

Lorraine. 80. Nicolaus de Lorraine

Antonij Lotharingiæ Reguli, & Renatæ Borboniæ filius, admittitur Episcopus à Ioanne per accessum 1530. cùm facultate regressus, & omnium fructuum omnimodâ perceptione; item Virdunensis designatus, ac Abbas Gorziæ, Episcopatuum autem prædictorum adhuc erat Administrator 1545. sed non consecratus vxorem duxit. A

1530.

Lorraine.

81. Carolvs de Lorraine I. Cardinalis per abdicationem Nicolai recipitur Coadiutor per accessum 1548. Aprilis 11. adiit possessionem 1550. Iunij 21. resignauit 1551. postmodum Remensis, vbi de ipso plura. B

Lenoncovr.

82. Robertvs de Lenoncovr, ex Catalaunensi 1551. fit Metensis: quo Præsule fauente Franci potiti sunt vrbe Metensi, Annæ Monmorantii ductu, Henrici II. auspiciis 1552. Aprilis 18. quâ de re inter alios testis oculatus nobilis Burgundus Franciscus de Rabutin l. 1. Commentar. Is posteà gradatim fit Arelatensis, Tolosanus, Remensis, ac Cardinalis. obiit Metis 1561. Septembris 25. Vide Francisc. Belcarium lib. 26. Comment. rerum Gallicarum. C

1551.

Beavcaire. Provillon. Au 1. & 4. de gueules à la Croix patée d'argent: Au 2. & 3 d'azur au lion passãt d'or, ou bien au Leopard lionné d'or.

83. Franciscvs de Beavcaire Dominus de la Creste, & de Chommieres, Baro sancti Desiderati, ex nobili familiâ in Boiis natus 1513. interfuit Concilio Tridentino comes Ludouici Cardinalis Lotharingi, & coram Patribus habuit orationem de victoriâ Drocensi 1562. Verùm anno 1568. cessit Episcopatum Ludouico à Lotharingiâ Cardinali, factus Abbas S. Germani Autissiodorensis, Rigniaci, & S. Sigirani in Brenâ. Obiit 14. Februarij 1591. sepultus Audæ in Borbonio: scripsit librum de infantibus in vtero mortuis, & carmina varia, quæ recensentur primâ parte collectionis Delitiarum Poëtarum Gallorum illustrium: commentaria aduersùs Caluinianorum dogma. Rerum Gallicarum Commentaria; opus posthumum Lugduni editum, ex cuius libro 30. extremo, annos 78. vixisse colligitur. Neptem habuit ex fratre Mariam Belcariam Reginæ Scotorum Mariæ acceptissimam, quæ matrimonium ipsius promouit cùm Sebastiano Luxemburgensi Principe Martigij, ex antiquissimâ & perillustri familiâ Luxemburgensi. D

1568.

Lorraine.

84. Lvdovicvs de Lorraine Cardinalis à Guisiâ 1568. 5. Octob. adiit possessionem procuratore Nicolao Psalmensi Episcopo Virdunensi, admissus personaliter 12. Aprilis 1571. 1571. vnxit Remis Henricum 3. Ludouico nepote Archiepiscopo Remensi nondum consecrato. Fuit item Albiensis Episcopus, Senonensis Præsul, ac Abbas S. Victoris Parisiensis vbi sepultus 29. Martii 1578. ad læuam maioris altaris.

Lorraine.

85. Carolvs de Lorraine II. Cardinalis, Caroli Ducis, & Claudiæ à Franciâ filius, Nanceij natus 1567. Calend. Iulij, ex Canonico Treuirensi & Moguntino admissus 1578. Iulij 18. electus posteà Argentinensis 1592. 9. Iunij; obiit 1607. 24. Nouembr. sepultus Nanceii in Ecclesiâ Primatiali; fuit etiam Abbas S. Victoris, & Gorziensis. Quo Præsule Minimi, & Capucini Metis instituti, & Collegium Patrum Soc. Iesu fundatur Pontimussii 1583. Habuit Suffraganeum Antonium Fournier Doctorem Theologum, Ecclesiæ Metensis Primicerium, Canonicum, & Episcopum Basilitanum. Eo defuncto postulatus Henricus Vernotius, cui à Papâ assignati fuerunt aurei coronati decem millia. 1607.

D'Escars. Ecartelé. d'Escars, & de Longvi.

85. Annas d'Escars, filius Iacobi de Peruse domini d'Escars, & Franciscæ de Longui Comitissæ Busenciaci, frater consanguineus Caroli Episcopi Lingonensis, natus Parisiis 3. Calend. Aprilis 1546. renatus in æde Paulinâ, professus Ordinem Benedictinum Diuione in Monasterio Benigniano, cuius Abbas posteà, Pulteriarum, Molismensis, Barberii, & Campaniæ, necnon Episcopus Lexouiensis & Cardinalis tit. S. Susannæ, Franciæ Comprotector in Curiâ Romanâ, Coadiutórque Lingonensis, denique translatus ad hanc sedem 1608. 23. Maij, per Abbatem S. Clementis 23. Febru. 1609. possessionem accepit, & 16. Iunij, iucundum ingressum fecit in vrbem, Synodum celebrat pro diœcesis regimine 1610. mortuus Vici (quod est oppidum ha- 1608.

ius diœcesis peramœnum). 19 Aprilis A
1612. sepultus Metis in Cathedrali,
vbi laudatur oratione funebri ab
Andreâ Valaderio, Sancti Arnul-
phi Abbate: cuius Epitaphium spe-
ctatur in Capellâ S. Maximini apud
Metas retrò maiorem aram, sub tu-
mulo marmoreo. PIIS MANIBVS
*æternæ memoriæ, plorabili busto; Antistitis
desideratissimi omni æuo retro colendi* AN-
NÆ D'ESCARS *Tit. S. Susannæ S.
R. E. Presbyteri Cardinalis de Giury
nuncupati, qui paternâ indole clarâ fa-
miliâ d'Escars, maternâ prosapiâ primæ
Longouiorum nobilitatis egregiâ Princi-
pum Aurelianensium consanguinitate in-* B
*fœlicissimo sæculo fœliciter Ecclesiæ da-
tus, Parisiis editus, Diuione in antiquiss.
D. Benigni cœnobio S. Bened. discipli-
nâ institutus, professusque itidem Ab-
bas, tum Lexouiorum Antistes electus,
totâ Galliâ præclarus, Romæ perquam il-
lustris, Metis amabilis, vbique stupendâ
lenitate, spectabili senio, rarâ pietate, in-
natâ grauitate mirabilis, ac veneranaus,
Regi percarus, Pont. Max. iucundissi-
mus, omnibus æternum lamentabilis, Ec-
clesiæ Metensis Pontificatu simul & castis-
simâ vitâ perfunctus vitam immortali glo-
riâ deproperatam oppetijt xiij. Kalend.*
1612. *Maias anno ætatis* LXVIII. *sæculi verò* C
Christiani 1612.

Bourbon. De France à la barre d'argent.

86. HENRICVS DE BOVRBON, III.
Henrici 4. Franciæ Regis ex Hen-
rietâ-Catharinâ de Balsac filius natu-
ralis, Marchio Vernolij, Comes Bal-
genciaci, Abbas & S. Germani de Pra-
tis Parisiensis, Fiscanni, Tironij, Bo-
niportus, Vrsicampi, Valliumsarnaij,
& de Voto; postulatur Episcopus à
Capitulo Metensi post obitum Cardi-
nalis Lotharingi, donatus bullis Pon-
tificiis per viam accessus 1608. Cardi-
nali de Giuriaco interim de hac Ec-
clesiâ prouiso, post cuius transitum D
adiit ipse Episcopatus administratio-
1621. nem rescripto Pontificio anni 1621.
assumpto Suffraganeo in spiritualibus
Nicolao Coëffeteau Dardaniæ Epis-
copo, posteà Massiliensi Præsule, quo
etiam in munere suffectus Stephanus
Puget Dardaniæ item Præsul & Mas-
siliæ, necnon Martinus Meurisse Or-
dinis Minorum Theologus, Madau-
rensis Episcopus, qui anno 1634. Hi-
storiam Metensis Ecclesiæ Antisti-
tum Principi Henrico dicauit; ea-
dem verò Suffraganei Metensis nunc
dignitate fungitur Petrus Bedacier
Doctor Theologus Ordinis S. Bene-
dicti, Prior de Gassicourt, consecra-
tus titulo Augustensis Antistitis Lu-
tetiæ 18. Iulij 1649. in Abbatiâ S. Ger-
mani de Pratis, à Victore Bouthillier
Archiepiscopo Turonensi, assistenti-
bus Ægidio Boutault Ebroicensi, &
Claudio Auury Constantiensi Epis-
copis. Henrico autem sedente Patres
Soc. Iesu euocantur in vrbem, & Par-
lamentum ibidem instituitur à Ludo-
uico Iusto XIII. 1633. vrbis ac diœce- 1633.
sis Monasteria sub ipso quoque ad pri-
stinam disciplinam reuocantur, vide-
licet S. Arnulfi, S. Clementis, S. Na-
boris, Longæuillæ, de Vargauillâ, S.
Petrimontis, Saliuallis, & aliorum cœ-
nobiorum. Prætereà stabiliuntur Mo-
niales Carmelitæ, Visitationis, &
Congregationis S. Mariæ Metis, Ca-
pucini apud Vicum, Theodonisuil-
lam, Sarburgi & Bitschium; Minimo-
rum Conuentus Nomenij, Bassini, &
Dieuzæ, Sorores S. Claræ Theodo-
nisuillæ, Filiarum Congregationis
Nomenij, Dieuzæ, & de Bouch-
non: Patres Congregationis Benedi-
ctinæ S. Vitoni in Ecclesiâ S. Barba-
ræ propè Metas constituuntur, Mo-
niales Benedictinæ sub titulo S. An-
tonij de Paduâ apud Montiniacum;
Carmelitæ Discalceati Metis, Reli-
giosæ S. Francisci, seu D. Elizabethæ
ab Hungariâ: denique Moniales Vr-
sulanæ.

Masariny.

87. IVLIVS MASARINY Ro-
manus, Cardinalis, Abbas Commen-
datarius S. Arnulfi, S. Clementis, &
S. Vincentij Metis, S. Dionysij in
Franciâ, Cluniaci, S. Victoris Massi-
liensis, S. Medardi Suessionensis, S.
Petri Corbeiæ, S. Luciani Bellouа-
censis, S. Martini Lauduni, Moissia-
ci, S. Taurini Ebroicensis, S. Mi-
chaëlis in Eremo, & aliorum monaste-
riorum: creatus Cardinalis ab Vr-
bano VIII. Summo Pontifice anno
1641. 16. Septemb. instante Christia- 1641.
nissimo Rege Ludouico XIII. Fit au-
tem Præsul Metensis per abdicatio-
nem Henrici Borbonij. Sub eo Ca-
thedralis Ecclesiæ Decanatum gerit
vir pernobilis familiæ Equestris apud
Lotharingos Henricus de Haraucour de Chambley.

MIMATENSES EPISCOPI ET COMITES GABALITANI.

Mande en Giuaudan prés le Lot.

MIMATVM Gabalorum, vel Mimata vrbs, Gabalum ciuitas in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, sita est in profundâ valle propè Oltum flumen, & non longè à Loserâ monte altissi- B
mo Gabalorum, qui Gebennas, vulgò Cebennas diuidit, nunc Gabalorum caput deleto Gabalo, seu Andereto Ptolemæo l. 2. c. 7. de quo Tabula Peutingeri, vbi legitur iter à Segoduno Ruthenorum ad Anderetum, quod aliqui volunt esse Gabalum, de quo in notis Tyronis, aut Iauouls. Gabalici verò populi in Aquitaniâ primâ vicini sunt Aruernis, quorum imperio subditi erant, testis Cæsar Comment. de Bello Gallico l. 7. eos Narbonensi prouinciæ cõtiguos memorat Strabo l. 4. & Gabales Plinius, quorum optimus caseus apud C
eumdem commendatur lib. 11. c. 42. Gabalitanos Greg. Tur. & Sidonius vocitat, qui in summo vertice montis locat illud oppidum Prop. ad Libell.

Tum terram Gabalum satis niuosam
Et quantum indigenæ volunt putari
Sublimem in puteo videbis vrbem.

Barbaris autem Gallias inuadentibus, Andereto, ceu Gabalo exciso, Sedes Pontificia Mimatam traducta est, quæ tempore S. Priuati Episcopi erat tantùm vicus in prouinciâ Occitanâ, seu viculus vt notat Sauaro in carmen vltimum Sidonii, ac ipsius Priuati vita antiqua; cui nomen inditum à monte D
Mimatensi vicino, in quem B. Priuatus orationis gratiâ se abdebat, tum deinde Mimate velut Priuati sedes memoratur, in cuius vitâ legitur: *Sanctus Priuatus Episcopus, sedem habebat in viculo Mimatensi, quod qui ante eum Episcopi illic fuerant, eo loco & commorati, & sepulti essent.* Et Greg. Turonensis: *Ecce adest Iulianus à Briuate, Priuatus ex Mimate, Martinus à Turonis, Martialisque ab vrbe propriâ:* quamobrem Mimate plerúmque cùm Gabalis accipitur; quámque Greg.

A alibi Mimate nuncupat, alio loco Gabalis appellatur, & Gabalus apud Fortunatum. Cæterùm Mimata sub Archiepiscopatu Bituricensi, & in Parlamento Tolosæ, æqualiter ferè distat à Ruthenis, Podio, & S. Floro; cuius Episcopus est Cõdominus cùm Rege, ac Comitiorum Gabalitanæ prouinciæ Præses natus, olímque iure cudendæ monetæ fruebatur. Ecclesiam Cathedralem B. Mariæ Virgini dicatam Vrbanus v. Papa suis sumptibus instaurauit. Capituli prima dignitas Præpositus est: in diœcesi vna duntaxat Abbatia reperitur:

MERCORIVM *Mercoire fæm.* O C.

Episcopi autem huic Sedi præfuerunt sequentes, quorum seriem damus auctiorem ex archiuis Episcopalibus & Capituli, quam collegit dom. Esparbier Archidiaconus Ecclesiæ Mimatensis.

1. S SEVERIANVS, cuius festum agitur 26. Ianuarij.

2. S. PRIVATVS martyrij palmam tulit fuste percussus à Croco Alamannorum Rege, vti refert Greg. lib. 1. Hist. c. 32. *Irruentibus Alamannis in Gallias, S. Priuatus Gaballitanæ vrbis Episcopus, in cryptâ Memmatensis montis, vbi ieiunijs orationibúsque vacabat, reperitur, populi Gredonensis castri munitione conclusus. Sed dum oues suas bonus Pastor lupis tradere non consentit, dæmonijs immolare compellitur. Quod spurcum ille tam execrans quàm refutans, tamdiu fustibus cæditur, quoad vsque putaretur exanimis: Sed ex ipsâ quassatione, interpositis paucis diebus spiritum exhalauit.* Baronius in Annal. refert
hanc passionem ad an. 262. vnde apud 262.
Adonem 21. Aug. *in territorio ciuitatis Gabalitanæ vico Mimatensi, natalis S. Priuati Episcopi.* Inter illustres viros sui æui laudatus à Venantio Fortunato l. 8. Carm. 4.

Priuatum Gabalus, Iulianum Aruernus abundans
Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit:

Genialis Diaconus de ciuitate Gabalum subscripsit quidem Concilio A-
relatensi 1. an. 314. sed ex albo Epis- 314.
coporum expungendus. Veranus autem ille de quo plura in Proprio Ec-

clesiæ Mimatensis die 13. Nouemb. A potiùs ad Episcopos Cabellicenses sub Auenionensi Metropoli reuocandus videtur, quàm ad Mimatenses; quemadmodum constat ex Proprio Mimatensi, typis cuso sub Pontificatu Caroli Rousseau Antistitis.

3. S. FIRMINVS; in Proprio die 14. Ianuarij memoria eius colitur, corpus autem vt tradunt, asseruatur in vrbis Canonicæ suburbio apud Gabalitanos.

4. VALERIVS Episcopus Mimatensis cùm aliis multis Galliæ Præ- B
451. sulibus scribit Leoni Papæ an. 451. secundùm fidem MS. Ioannis Sauaronis docti Aruerni.

5. LEONICVS subscripsit per Optimum Diaconum Concilio Aga-
506. thensi an. 506.

6. S. HILARIVS Synodo Aruernensi adfuisse legitur an. 535 cuius canonibus chirographum apposuit titulo Episcopi Ecclesiæ Gabalitanæ; ipsius corpus seruatur apud cœnobium B. Dionysij, auctore huius Abbatiæ chronographo: memoria autem C Hilarij celebratur 25. Octob. ei Brouerus in Notis ad Fortunatum vult ab ipso inscribi salutationem quamdam poëticam carm. 9. lib. 3.

7. EVANTHIVS adfuit Conci-
541. lio Aurclianensi 4. an. 541. perperam illi in quibusdam elenchis suffectus Episcopus recensetur Innocentius, Gabalitanæ vrbis Comes, & postea Præsul Ruthenensis, quemadmodum testatur Greg. Tur. lib. 6. Hist. cap. 38.

8. S. ILERVS, vel ISERVS, Episcopatum rexit ad an. circiter 620. de D quo plura in Officio Sanctorum peculiarium Ecclesiæ Mimatensis.

9. AGRICOLA Synodo interfuit Remensi sub Sonnatio Episcopo
630. anno 630.

10. S. FREDALDVS tempore Ludouici Pij martyrio sublatus est ab impiis hominibus; memoratur 4. Septemb. in Officio Sanctorum Mimatensium: eius corpus custoditur in templo ipsius nomine insignito propè Canonicam.

11. AGENVLFVS Concilio Pontigonensi subscripsit an. 876. Gabalitanensis Episcopus: Aginulfum Ge- 876.
baldanensem vocat Ioannes Papa 8. epist. 150. an. 879.

12. GVILLELMVS I. circa an. 908. vt testis adfuit Anicij seu Podij Vella- 908.
uorum, dum cœnobij S. Petri iacerentur fundamenta, vt patet ex cartâ fundationis huius monasterij: malè autem Odo Gisseius à Chenuto reprehensus, nec enim deceptus à litterâ initiali 6. vt constabit legenti.

13. RAGAMVNDVS, in tabulis an. 1029. & 1030. reperitur eius nomen: interfuitque Concilio Lemouicensi 2. 1034. rectiùs quàm 1048. anno verò 1036. B. Priuati corpus Ani- 1036.
cium transtulit, miraculorum virtute conspicuum, de quo in Officio Sanctorum Mimatensium.

14. ALDEBERTVS DE PEIRE, I. PEIRE.
ex nobilissimâ familiâ de Petrâ, Edelbertus nuncupatus in autenticò & originali instrumento donationis Eccle-
siæ de Canonicâ facto anno 1062. cu- 1062.
ius tenor ex spicilegiis nostris sic habet. POSTQVAM *mirificus auctor omnium, &c. extat in territorio Gabalitano quædam nobilis Ecclesia, in honore S. Martini Confessoris constructa in Episcopatu Mimatensi sita, in pago Bannacensi posita, olim possessionibus & facultatibus, atque maximis miraculis ibi à Deo perpetratis decorata, sed nunc instante suprà nominatâ hæresi animâ defunctis Episcopis, cæterisque eius potestatibus, ita quod extra præceptum Dei est & sanctorum Canonum, in laicorum hominum donatione videtur esse reducta, vt milites in eâ vxorati sint, in eâ Præpositi & Decani, atque Ecclesiasticarum rerum venditores & donatores, & vt verius dicam in tantum oppressores Clericorum in ea manentium, vt fructibus dudum Ecclesiæ suæ concessis ipsis in suos proprios transferant vsus. Ego igitur* EDELBERTVS *sanctæ Ecclesiæ Mimatensis gratia Dei Episcopus, in cuius Episcopatu præfatus locus videtur esse: & ego Berengarius Ricardi Vicecomes, cùm consilio Domini Deusdè eiusdem Ecclesiæ Decani, & illorum vt fieret*

multùm laborâti, atque Domini Astrebaldi Præpositi, & filiorũ eius, necnon Canonicorũ in tamdictâ Ecclesiâ, quæ vulgo vocatur Canonica sanioris consilij habitantium, scilicet Petri de Planiol, Geraldi Godefredi, Geraldi Laugeri, Petri de Mazet, Petri Maranfredi, Geraldi Boslauij, Ramundi de Mureto, Geraldi de Bramatorta, præsertim priuilegia vel auctoritates mille de eâ condi possint, aliquibus dicentibus eam monasterio antiquitus aliquibus Canonicam forensem non aliter cognoscentes illam à captiuitate hæresis posse eripi, pro remissione peccatorum nostrorum donamus omnipotenti Deo & cœnobio B. Mariæ, ac S. Victoris martyris Massiliensis, atque Abbati vel Abbatibus, seu Congregationi in eo iure perpetuo habitantium, cùm omni honore quem hodie habet, vel inanteà acceptare potuerit, sicut mos est nostræ patriæ ad totos honores: nam sicut audiuimus, & ex parte didiscimus cœnobium illud cùm tantæ antiquitàs nobilitatis esset, vt quinque millium monachorum inibi habitantium Abbas B. Cassianus doctor præclarissimus, in eo nunc corpore requiescens existeret, sicut in libris reperitur quos ipse composuit, cæterorum monasteriorum in totà Galliâ positorum potiores riuuli sapientiæ, & regularis disciplinæ ordo processit, & nunc etiam omni sæculo iam penè lapso si non sicut antiquitus, tamen in tantum vt viget, vt de quacunque patriâ in eo causâ religionis venientes, & actu in eo habitantium cognoscere volentes accesserint, dicant cùm recesserint hoc potius regulariter degere, quàm cætera monasteria totius Galliæ. Quapropter ego quoque Deusdé Decanus, & ego Astrabaldus Præpositus cùm filiis meis Geraldo, Vuillelmo similiter cùm consilio & voluntate Vicecomitis Berengarij, atque Episcopi Edelberti, & Canonicorum supradictorum amore dicti nostri Redemptoris, & beatissimi martyris Victoris & Abbatis, suæque Congregationis pro nostrorum ac parentum remissione peccaminum donamus, concedimus sæpius dictam Canonicam cùm honore quem hodie habet, vel in futurum acceptauerit sicut diximus, mos est nostræ terræ ad totos honores domino Deo & monasterio S. Mariæ, S. Victoris & Abbati, vel Congregationi præsentis & futuræ, tali tenore, vt Abbas supradicti monasterij Massiliensis monachos ibi mittat, qui seruitium Dei in eodem loco faciant, & pro nostrorum, atque parentum, omniúmque Christianorum viuentium simul & mortuorum pondere peccaminum intercessores existant, etiam supradictus locus S. Martini ab hodiernà die monasterium sit, & iurisdictione ac potestate monasterij Massiliensis, & Abbatis ac Congregationis suo iure perpetuo maneat, & ad voluntatem & prouidentiam quando viderint sibi prodesse Abbas ibi ex monasterio suo ab eis mittatur, ita tamen vt quem miserint non sit natus à fluuio qui dicitur Tarnus, vsque ad fluuium qui dicitur Yberius. Nos quoque ego Bonefos & Rogerius atque Fulcrius fratres hoc donum firmamus, & de nostro in eodem donamus, & dabimus volente Deo, & adiutores erimus in hac terrà totius honoris S. Victoris omnibus diebus vitæ nostræ. Si quis igitur hominum cuiuscumque personæ, Marchio, Comes, Vicecomes, Episcopus, Abbas, Canonicus, Presbyter, Monachus, Clericus, miles, rusticus, contra hanc cartam donationis nostræ ire, agere, vel inquietare voluerit, vel hoc donum nostrum rumpere aliquo modo, quod absit, studuerit, iram & abominationem Dei omnipotentis, & omnium sanctorum eius incurrat: velle & posse sit maledictus scabie & prurigine, atque omni passione sui corporis plenus, à societate Dei, & sanctorum eius permaneat extraneus, atque in inferno inferiori cùm Iudâ traditore Christi, cæterisque extraneis à Deo sit damnatus, nisi penitus ad voluntatem Abbatis S. Victoris monachorum & eius satisfecerit, deinceps, emendaturus. Nos autem supradicti donatores hanc cartam scribere mandauimus, & manibus propriis firmauimus, & aliis vt firmarent præcepimus. Dominus Eldebertus Mimatensis Dei gratiâ Episcopus voluit & firmauit: Geraldus Mimatensis Canonicus firmauit, Geraldus de Bramatorta firmauit, ego Berengarius Vicecomes firmaui, & propriâ manu scripsi, & Raymundus frater eius, & Deusdé & signauit Astrebaldus Præpositus sig. Geraldo filio suo, & sig. Guillermo fratre suo, Petrus de Planiol Canonicus, Geraldus Secretarius Canonicus, Geraldus Godefredus Canonicus, Petrus de Mazet Canonicus, Petrus Maianfredus Canonicus, Geraldus Botlarius Canonicus, Geraldus de Bammanac Canonicus firmauerunt: milites autem Lorius, Nihilforas de Monteserrario, Stephanus Motetus de Panosà, Fulcris, Rogerius Freius firmauerunt. Acta est

carta

1062. [illegible] anno ab Incarnatione Domini [illegible] die mensis Iulij 4. in Cimiterio S. Fredaldi, regnante in [illegible] cula seculorum Domino Deo, Indictione XIII. Epa[illegible] XV. concurrente VI. Iste cùm [illegible] [illegible]o Barone de Petrà monasterium S. Saluatoris propè Chiriacum fundauit anno 1062. euocatis è Massil[iensi] S. Victoris cœnobio monachis, in quo posteà religiosam vitam amplexus est, & professus Vrbanus V. Papa, Guillelmus de Grisaco ante assumptionem vocatus: cœnobium autem illud Chiriacum nunc Collegio Ruthenensi Societatis Iesu vnitum.

Peire. 15. Aldebertus de Peyre II. primi nepos, dictum monasterium Chiriacense suis beneficiis locupletauit; idem anno 1109. Calend. Maij anniuersarium in Ecclesiâ Mimatensi instituit, pro patrui Aldeberti decessoris, suorum, ac parentum cæterorum redemptione peccaminum, vt liquet ex instrumentis archiuij Episcopalis.

1109.

16. Guillelmus II. Ecclesias suæ diœcesis 17. cessit Canonicis, vt vitam profiterentur secundùm Regulam S. Augustini iuxta diploma Callisti 2. Pont. Max. anno 1123. datum Laterani 15. Cal. Aprilis: cuius exemplar in archiuis capitularibus. Constat dictum Guillelmum vixisse vsque ad an. 1150. ex diuersis recognitionum & hominiorum tabulis, Romæ per Barones Gabalitanos de Petrâ, & de Randone ipsi redditis.

1123.

Tovrnel. 17. Aldebertus de Tovrnel III. cognomento Venerabilis, oriundus ex vetustâ & illustri familiâ de Tornello in pago Gabalitano, eligitur Antistes è Præposito Mimatensis Ecclesiæ anno 1151. plurima excipit fidelitatis clientelaris sacramenta, Romæ ipsi exhibita, & Eugenij III. Papæ delegatione, controuersiam componit inter Præsulem Aniciensem, ac Vicecomitem de Polignaco. Is Antistitum primus recognouit Regi Ludouico 7. Iuniori Episcopatum suum esse de Coronâ Francicâ, cui & successoribus Rex Gabalitani Comitatus iura confirmat hoc diplo nate, ex archetypis tabulis depromptо: Ego *Ludouicus Dei*

1151.

A *gratiâ Francorum Rex, Aldeberto venerabili Gaballorum E[pisco]po [et] omnibus successoribus suis in per[pe]tuum. Longe cu[m] à memoriâ omnium mor[t]alium nostri temporis, quod aliquis E[pisco]porum Gaballorum ad Curiam antecessorum nostrorum Francorum Regum venerit, & eorum subditionem nouerit, siue fidelitatem eis fecerit, quamuis tota terra illa difficiliùs aditu & montuosa, in potestate Episcoporum semper extiterit, non tantùm ad faciendum Ecclesiasticam censuram, sed ad iudicandum in gladio super illos quos culpa sua monstrabat, sic redarguendos. Vir autem illustris*

B *iamdictus Aldebertus Episcopus, religiosè cogitans materiales gladij iustitias ad virgam Regni pertinere, nostram Serenitatem Parisius adit, & ibidem in præsentiâ totius Baroniæ nostræ cognouit Episcopatum suum de Corona Regni nostri esse, & se nobis subdens, nobis & Regno celebriter tacto Euangelio sacro, fidelitatem fecit: quod sanè factum ad nullum detrimentum, ad nullam prorsus priuationem hactenus habitæ potestatis, in posterum conuerti volentes. Notum facimus vniuersis præsentibus & futuris, quòd Ecclesiæ gloriosi Martyris Priuati, & Episcopis omnibus, venerabili*

C *amico nostro Aldeberto canonicè succedentibus, totum Gaballorum Episcopatum cùm Regalibus ad nostram Coronam pertinentibus, ex integro concedimus, & vt liberè & quietè in perpetuum possideant, authoritate Regiâ confirmamus. Ne autem de cætero aliquis successorum nostrorum molestiam & violentiam aliquo modo inferre conetur, paci & quieti prædictæ Ecclesiæ Regia benignitate prouidentes, ipsam liberam, & ab omni exactione immunem esse concedimus. Et vt sic temporibus cunctis permaneat decernimus, subtùs inscripto nostri nominis caractere confirmamus.* Actum *publicè*

D *Parisiis anno ab Incarnatione Domini 1161. adstantibus in Palatio nostro, quorum appositæ sunt nomina & signa. S. Comitis Blesensium, Theobaldi Dapiferi nostri. S. Guidonis Buticularij, signum Mathæi Camerarij. Data per manum Hugonis Cancellarij.* Corpus Sancti Priuati, relatum fuit ab eodem Præsule Aldeberto. 1161.

18. Gvillelmvs de Peire II. eligitur 1156. ex archiuis Capituli, cuius Vicario hominium reddidit Baro de Mercorio, eodem anno; pe- Peire.

regrinatur Ierusalem 1223.

19. STEPHANVS I. consecratus Romæ à Galtero Carnotensi Episcopo, assistente Hugone Lingonensi, de consensu Simonis Bituricensis Metropolitæ 1223. ex Cartulario Bituricensi: nominatur etiam in titulo sequenti cartophilacij Cathedralis, quo Rex Arragonum profitetur clientelam pro castro de Gredonâ. IACOBVS *Dei gratiâ Rex Aragonum, Comes Barcinonensis, & Dominus Montispessulani, Venerabili Patri S. per eamdem Mimatensi Episcopo, & honesto Capitulo eiusdem sedis, salutem & dilectum affectum;* B *Per dilectissimum nostrum fratrem E. de Cornilio, venerabilem Magistrum Hospitalis Maragonensis, & per Hugonem Carboni dilectum militem nostrum, ad nostram noueritis notitiam peruenisse, quod nos castrum de Gredano cùm vniuersâ terrâ de Genandano, tenere debemus, & habere per vos & Ecclesiam Mimatensem, vnde habito consilio à prædicto Magistro dictam terram vniuersam de Genandano, vobis reddimus, & reddi faciemus ad recognoscendum dominium vestræ Ecclesiæ Mimatensis. Idcirco vos attentiùs deprecamur, quatenus circa dictam terram defendendam* C *& constituendam, taliter vos habere studeatis, quod à vobis in hoc vestrum debitum compleatur, & nos vobis teneamur merito ad grates inde rependere. Datum Derencæ octauo Idus Octobris Anno Domini 1225.* 1225.

MERCVEVR. De gueule à trois fasces de vair.

20. ODILO DE MERCVEVR I. ex gente nobilissimâ Arnernâ, Beraldi domini de Mercorio natus ex Aleide de Burgundâ stirpis regiæ fœminâ, Beraldi frater, ex quo dynastæ de Mercorio, toparcha erat de Salgues hæreditario iure; Domus autem de Mercorio, aliis quoque Episcopis no- D bilitata est, duobus Stephanis, Petro, & Odilone Aniciensibus Præsulibus, Stephano Electo Claromontano, & Odilone Abbate Cluniacensi: erat autem Antistes 1243. ex archiuis 1243. Episcopalibus, sedisse adhuc memoratur ad an. 1251. in archiuis Mimatensibus, fato functus 5. Cal. Februarij 1273. fortè abdicato Episcopatu, námque in monumentis Ecclesiæ Mimatensis reperitur.

TOVRNEL.

21. ODILO DE TOVRNEL II. A ex familiâ de Tornello, qui composuit cùm B. Ludouico Rege pro castro de Gredone & aliis feudi, vt constar diplomate authentico regij cartarum Thesauri 1265. & 1266. mense Iu- 1266. nio. Construxit castrum Bellæsedis, ac pro Ecclesiâ dicti loci concessit Capitulo Ecclesias de la Lacham, & S. Martini de Campsalade, ex litteris Apostolicis Vrbani IV. datis apud Vrbemueterem, Nonis Martij, anno 2. in archiuis Episcopatus.

22. STEPHANVS II. assumptus ad Episcoparum 1274. & 1277 composi- 1277. tionem iniit cùm Capitulo pro quatuor Archipresbyteratibus, & Ecclesiis de Riuotorto, & de Crosansâ, ex archiuis Capituli: vixit vsque ad annum 1281.

DVRANT

23. GVILLELMVS DVRANTI III. cognomento Speculator, magni nominis & eruditionis Episcopus, successit Stephano per viam compromissi à Capitulo electus ex Decano Carnotensi 1286. cùm Guillelmus quidam Redonensis Ecclesiæ Archidiaconus, ab eodem Clericorum cœtu postulatus in Antistitem Mimatensem, infulas acceptare renuisset; quâ de re scripsit Mimatense Capitulum Simoni Bituricensi Archiepiscopo. Eius electionem probat Honorius IV. anno primo sui Pontificatus 2. Nonas 1286 Februarij 1286. epistolâ ad eundem Mimatensem electum, quæ reperitur in Regesto Vaticano, aliisque epistolis, Nonis Nouemb. Excipit hominium Beraldi Delphini domini de Mercorio pro terris quas possidebat in Comitatu Gabalitano 1291. Fuerat antè adeptum Episcopatum Nuncius Pontificius atque Gubernator pro Sanctâ Sede, seu copiarum Ecclesiasticarum Præfectus in Vmbriâ Senonâ Martini IV. temporibus 1281. vbi extruxit castrum Durantis, de quo Simon Maiolus hæc habet: *Quâ tempestate cùm Vrbinates castrum Riparum Massæ Trabariæ funditùs euertissent, hic idem Guillelmus Papæ Nuncius, & Romandiolæ Thesaurarius, Romani nominis tuendi causâ, illud ipsum, quod anteà in monte situm erat, in ipsâ planitie confici, & refici iussit, primúmque fundamentis lapidem iecit loco amœnissimo, ac amplissimæ planiciei quâ Metaurus in peninsula formâ castrum cir-*

cumducit, suóque de nomine castrum Durantus, appellauit. Cæterùm dictus est Speculator Durantus, propterea quod Speculum Iuris, & Rationale diuinorũ Officiorum, posteà notis illustratum, in tria volumina digesserit, quod aliàs discipulus Henrici de Secusiâ Cardinalis Osthensis, Ottobono Cardinali Flisco, posteà in Hadrianum v. Papam electo, dicauit, vbi se vocat Decanum Carnotensem; complebat autem Rationale 1286. vt ipse testatur l. 8. c. 9. quo loco se districtum esse varijs negotiis asserit. Hi commentarij à Simone Maiolo Episcopo Vultoronensi sunt editi, vnà cum ipsius Duranti vitâ & notis. Excessit autem à viuis Speculator hic Durandus Vrbaniæ conditor in Italiâ
1296. anno 1296. vt manifestò liquet ex epitaphio, quod Romæ in sanctæ Mariæ super Mineruam templo insculptum est: sub tumulo in arte musiuâ ipsius iacentis imago, gentilitiáque stemmata expressa visuntur, ex quo qui, qualisque fuerit Guillelmus videri potest; sic autem refertur ab Vghellò in Episcopis Vrbaniensibus tomo 2. Italiæ Sacræ, *Hoc est sepulchrum Domini* Gvillelmi Dvranti *Episcopi Mimatensis, Ioannes filius Magistri Cosmati fecit hoc opus:* In tabellâ marmoreâ infra sepulchrum hæc carmina spectantur.

Hic iacet egregius doctor Præsul Mimatensis
Nomine Dvranti Gvillelmvs *regula morum:*
Splendor honestatis, & casti candor amoris:
Altum consiliis spatiosum mente serenum:
Hunc insignibat immotum turbine metis:
Mente pius, sermone grauis, gressúque modestus,
Extitit infestus super hostes more Leonis:
Indomitos domuit populos, ferróque rebelles,
Impulit, Ecclesiæ victos seruire coegit.
Comprobat officiis paruit Romana sceptro:
Belligeri Comitis Martini tempore quarti:
Edidit in Iure librum, quo ius reperitur:
Et Speculum Iuris, & Patrum Pontificale:
Et Rationale diuinorum patefecit:
Instruxit Clerum scriptis, monuitque statutis:
Gregorij Deni, Nicolai scita perennis:
Glossa diffudit populis, sensúsque profundos:
Iure dedit mentes corpus luce studentum:
Quem memori laude genuit Prouincia dignum:
Et dedit à Podio Missone diœcesis illum:
Inde Biterrensis, præsignis curia Papæ:
Dum foret Ecclesiæ Mimatensis sede quietus,
Hunc vocat Octauus Bonifacius, altius illum
Promouet, hic renuit Rauennæ Præsul haberi.
Fit Comes inuictus simul hinc & Marchio tandem:
Et Romam redijt domini sub mille trecentis:
Quatuor amotis anni tumulante Minerua:
Surripit hunc festiua dies, & prima Nouembris:
Gaudia cùm sanctis tenet omnibus inde Sacerdos:
Pro quo perpetuò datur hîc celebrare Capella.

Ex quo epitaphio mendum eorum aduertitur, qui Guillelmum nostrum decessisse post an. 1328. tradidêre: nec minùs ij falluntur, qui Guillelmum hunc Speculatorem in Mimatensi Pontificatu successisse volunt alteri eiusdem nominis Guillelmo, contra fidem tabularum, cùm fuerit Stephanus decessor: aberrant pariter Bzouius, & cùm ipso cæteri alij, qui eum confundunt cùm Durando de S. Porciano Ordinis Dominicanorum, Episcopo Aniciensi ac Meldensi, qui scripsit super Sententias; fuitq; inter Scholasticos Theologiæ interpretes celeberrimus, de quo videndi Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, & Trithemius, Possevinus in Apparatu sacro, Fichardus in vitis Iurisconsultorum, Ioannes Michaël Pius parte 2. lib. 2 de viris illustribus Prædicatorum, Maiolus prædictus, qui vitæ acta conscripsit, & eruditus Abbas Vghellus tomo 2. Sacræ Italiæ.

24 Gvillelmvs Dvranti iv. Archidiaconus Ecclesiæ Mimatensis, prouisus de Episcopatu per Bonifacium 8. Papam epistolâ Regesti Vaticani, Pontificatus anno 2. num. 501. tom. 2. quæ apud Vghellum sic habet: Bonifacivs *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio* Gvillelmo *Electo Mimatensi. In*

Durantí. D'argent à trois bandes d'azur au chef d'argent à vn lion issant d'azur; le chef soustenu d'a-

eur à trois estoilles d'or.

desiderii nostri audè gerimus vniuersas A *Ecclesias, quibus auctore Domino præesse dignoscimur, in statum dirigere prosperum, & in eo continuè conseruare. Et licet circa singularum commoda solicitè vigilemus, de illarum tamen statu fortius, & solicitius cogitare nos conuenit, quæ solatio destitutæ Pastoris, incommoda viduitatis deplorant, vt tales illis præficiamus Rectores, per quos spiritualiter, & temporaliter optatæ consolationis remedia, fauente Domino consequantur. Nuper siquidem Ecclesia Mimatensis per obitum bonæ memoriæ G. Episcopi Mimatensis, qui apud sedem Apostolicam diem clausit extremum; Pasto-* B *ris solatio destituta. Nos de ipsius prouisione solicitè cogitantes, ac intendentes ei de tali prouidere Pastore, per quem salubriter regi possit, & vtiliter gubernari: ad te ipsius Ecclesiæ Archidiaconum, quem eiusdem Episcopi prædecessoris tui, cuius nepos fuisti, consideratione, beneuolentiâ gratiosâ prosequimur, conuertimus nostræ considerationis intuitum, ad quod tam grata & accepta obsequia per eundem Episcopum Ecclesiæ Romanæ impensa, & gratiosi fructus qui eidem Ecclesiæ Mimatensi ex ipsius prouenerint opibus, quàm laudabilis tuæ probitatis merita, quibus te fide dignorum te-* C *stimoniis pollere didicimus, nos specialiter induxerunt, Hoc igitur prouidâ deliberatione pensantes, considerantes, quòd tamquam vir prouidus, litterarum scientiâ præditus, morum honestate decorus, & aliis circumamictus, donis virtutum, præfati Guillelmi Episcopi inhærens vestigiis, Ecclesiam ipsam fœliciter gubernabis, te ipsi Ecclesiæ de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis in Episcopum præficimus, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, supplentes de eadem plenitudine defectum, quem in ordini-* D *bus paterent, & etiam, vt asseritur in ætate. Iugum itaque Domini, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 16. Cal. Ianuarij anno 2.* Hic autem Guillel-
1297. mus an. 1297. cōnsentiente Capitulo ordinauit, neminem ad Canonicatus Ecclesiæ admittendum esse, cuius parentela vsque ad tertiam generationem aliquo modo Ecclesiam Mimatensem inquietasset. Anno 1306. Pariagium edidit cùm Rege Philippo Pulchro super Comitatu Gabalitano, ac iuribus Regalium Mimatensium; ex quo apparet mendum eorum qui id Speculatori Durando patruo tribuunt, vti Chenutus asseruit: præterea litem admodum arduam composuit inter Petrum Ruthenensem Episcopum, & Bernardum Comitem, de quâ in archiuis Episcopatus, vbi in autographo Guillelmum IV. sese appellat. Interfuit Concilio Viennensi anno 1311. dèque rebus in eo tractatis selectam relationem idem Guillelmus Mimatensis recensuit, cuius acta extant in codice Vaticano: fundauit an. 1311.
1312. Collegium Omnium Sanctorum tam de bonis suis, quàm dicti Guillelmi Tertij Speculatoris eius patrui. Expulit Iudæos à ciuitate Mimatensi, & in eorum Synagogâ ædificauit domos istius Collegij. Rex autem huius Guillelmi & Curiæ Communitatis Gabalitanæ compositionem, factam probat cùm Beraldo de Mercorio Constabulario Campaniæ, de terris & toparchiis quas tenebat Beraldus intra Comitatum Gabalitanum ex regesto Cameræ Computorum Paris. Adstitit quoque in secundâ classe Parlamenti 1316. apud Guillelmum Budæum in l. vltim. de Senatoribus, & 1316. sequenti delegatur à Rege Philippo Longo, pro componendâ pace inter eum & Robertum Flandriæ, ac Ludouicum Niuernij Comitem, eiúsque filium. Et pariter scribit Marinus Sanutus in Hist. secretorum Crucis 1316. de statu belli sacri, Episcopum Mimatensem & Comitem Gabalitanum, ac procuratorem passagij vocitans: de illo plura habent tabularia dicti Collegij Omnium Sanctorum in ciuitate Mimatensi.

25. IOANNES DE ARCEIS I. Guillelmi Duranti codicillis testamenti, Pontificale, Missale, ac duas Capellas sibi legatas, iste Ioannes accepit à Capitulo executore Guillelmi 4. Duranti 1331. dein translatus fuit ad 1331. Episcopatum Eduensem, & restituit Capitulo dictos libros an. 1334. vt est in archiuis Cathedralis, tandem creatus Antistes Lingonensis. AR. 116.

26. P. tituli sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, reperitur electus Mimatensis 1331 4. Maij ex libro Obligationum Curiæ Romanæ.

27. ALBERTVS, seu ADELBER- LORDITI.

tus Lordeti iv. Chiriacensis, A electus 1331. 23. Decemb. qui Comes Gabalitanus in citatis libris Obligationum scribitur; iuramentum præstat Capirulo 1332. idem anno 1334.
1334. dotauit Collegium S. Lazari in Ecclesiâ Cathedrali: ac nominatur 1340. 10. April. in conuentione inter Armandum dominum de Castronouo, & Guarinum de Apcherio, pro fidelitate mutuâ præstandâ: extatque compositio inter ipsum Adelbertum & Capitulum 1355 in libro Statutorum eiusdem Ecclesiæ; ideo errant, qui dicunt in eleochis Præsulum Mimatensium eodem tempore præfuisse Pe- B trum d'Argfeuille.

Peire. 28. Aldebertus de Peire v. ex Baronibus de Petrâ ab anno 1358.
1361. ad 1361. ex diuersis tabulis archiui Episcopalis & Capituli.

29. Gvillelmvs v. iuramentum clientelæ Regi exhibuit Villænonæ apud Auenionem 28. Maij 1362. illum nonnulli crediderunt Vrbanum v Pont. Max. sed eorum error refellitur ex compositione inter istum Guillelmum 5 & Capitulum 1363. 2. Pontificatus Vrbani 5. in Codice ve- C teri Statutorum dicti Capituli, fol. 1x.

Gerardi. 30. Petrvs Gerardi, i. Vrbani v. nepos ab Ecclesiâ Vceti-
1366. censi ad Mimatensem 2. Aprilis 1366. demum ad Auenionensem translatus mense Octob. 1368. vti patet ex litteris Apostolicis Vrbani, datis Viterbij 16. Cal. Nouemb. anno 6. in archiuis Capituli & regesto Obligationum.

31. Vrbanvs Quintus Summus Pontifex, è nobili familiâ de Grisac
Grimoardi. in Mimatensi diœcesi, Grimoardo milite & Amphilisia Mooferranâ, in ca- D stro Grisaco Gabalitanæ prouinciæ genitus, anteà cognominatus Guillelmus Grimoardus, qui ex monacho S. Benedicti & Abbate B. Germani Autissiodorensis, inde Massiliensi S. Victoris, absens quidem, sed Cardinalium Collegio probè notus eruditione, prudentiâ pietate, industriâ, aliisque meritorum insignibus ad Se is Apostolicæ fastigium euocatur anno 1362. pridie Cal. Nouemb. Vrbani v. nomine, quem prolixâ epist. l. 7. Senil. Petrarcha clarissimus multo genere laudum cumulat: eius gesta fusiùs prosecuti sunt Scriptores Pontificij. Hic autem Ecclesiam Mimatensem, verba sunt Bullæ, affectu paterna charitatis gerebat in visceribus, sicut filiam prædilectam: & ideo Petrum Gerardum transtulit ad Auenionensem, vt eandem Mimatensem ad manus suas apponeret, quam per Vicarios administrauit, diplomate dato Romæ 8. Cal. Febru. anno 7. & omnes fructus, redditus ac prouentus Episcopatus, antiqua Ecclesiâ funditus deletâ, ad ampliationem nouæ Cathedralis concessit à die 11. Octob. 1368. vsque 1368. ad eius obitum 1370. quod ædificium ab eo inceptum sequentes Episcopi, & Capitulum compleuerunt. Idem Vrbanus fundauit duas Ecclesias Collegiatas in eâ diœcesi sub honore B. Mariæ Virginis, vnam vocatam de Quezac, alteram de Bedoesc. Quamdiu autem summum Pontificatum tenuit, Mimatensis, vt dictum est, Episcopatus gubernacula tractare voluit, vnde eo sedente in Petri Cathedrâ, non est auditus alius Antistes, qui Mimatensibus ius diuinum diceret. Auenione tandem persoluit debitum mortalitati 1370. 19. Decemb. Massiliam elatus sepelitur in Abbatiâ S. Victoris; vir, inquit Platina, singularis virtutis, ingentis animi, innocentissimæque vitæ: vel vt subdit Spondanus Annal. tomo 1. laudatissimus omnium ore Pontifex, cuius extant plurima præclara tam publica, quàm priuata gesta; necnon excellens & planè ecclesiasticus, atque monasticus viuendi eius modus, iustitiæ zelus, flagitiorum execratio, morum Curiæ reformatio, fundationes Collegiorum & monasteriorum, ædificia sacra, profusæ eleemosynæ in pauperes, parcitas in suos consanguineos, & alia eiusmodi, cùm multis fuisset, ingentibusque post obitum à Deo miraculis illustratus, quæ magno numero vitæ eius processu recensentur; meminitque eorum Petrarcha.

Chanac. 32. Gvillelmvs de Chanac vi. Cardinalis Mimatensis tit. S. Vitalis in Vestinâ, anteà monachus & Abbas S. Florentij de Salmuro, ex Carnorensi Antistite electus post obitum Vrbani 5. Papæ, prout colligitur ex documentis Capitularibus. In celebri tractatu habito apud Vil-

Buis é de Iouze pieces, au lion de..

lamnouam propè Auenionem sub- A
1375. scripto die 29. Aug. 1375. inter Greg. Papam XI. & Ludouicum Ducem Andegauiæ, pro expeditione in Lombardiam, Pontificis mandato iste Guillelmus de Chanaco Cardinalis Mimatensis, vti se indigitat, cùm Roberto Gebennensi, & Petro S. Eustachij Cardinalibus autographum diploma chirographo signauit, quod asseruatur in archiuis Cameræ Computorum Parisiis. Malè autem dicitur à quibusdam ortus è prosapiâ dominorum de Pompadorio, cùm stemma gentilitium de Chanaco ceræ impressum, burellæ scilicet cùm leone, re- B pugnet tribus turribus, quæ in parmâ Pompadoriæ domus spectantur.

Virgili. 33. Pompar Virgili Præpositus anteà Mimatensis Ecclesiæ, ex familiâ Virgiliorum in eadem ciuitate oriundus, ad infulas vocatur 3. Aug. 1371. in archiuis Capituli: forsitan eiurato priùs Episcopatu per Cardinalem de Chanaco, nam adhuc in citato instrumento anno 1375. sese Mimatensem nuncupat. Duas Capellanias S. Annæ in Ecclesiâ Cathedrali fundauit, & cùm successisset bonis paternis, hæredem instituit vniuersitatem C Presbyterorum & Clericorum suæ Ecclesiæ. Eius insignia in perpetuam tantæ liberalitatis memoriam eadem vniuersitas assumpsit: quæ vocatur in terrariis præfatæ societatis patrimonium Virgiliorum, & fuit valoris viginti quinque millium florenorum auri. Obiit Pomparius vltimâ Iulij 1375. ex iisdem archiuis Capituli.

De Garda. 34. Pontius de Garda suffectus Pompario eodem anno, vixit vsque ad an. 1387. de quo multa in tabu-
1387. lariis Capituli.

Armagnac. 35. Ioannes d'Armagnac II. ex clarissimâ stirpe Armaniacensi, anteà Lomaniæ Archidiaconus in Ecclesiâ Lectorensi, creatus reperitur 1387. ac confirmatus Auenione eodem anno Kal. Maij; multa de ipso in archiuis Capitularibus: fidelitatem pro
1389. temporali Regi præstat & 1389. anathemate percussit Petrum Valmaniere Canonicum Mimatensem, quòd in festo S. Spinæ celebranti in Pontificalibus Subdiaconus esse noluerat.

36. Robertvs anno 1390. 13. Nouemb. in tabulis Consistorialibus, nominatur in constitutione Vicarij post confirmationem 1393. in archiuis Episcopi. Is an. 1404. compositio- 1404.
nem init cùm Capitulo super modo conferendi Canonicatus & præbendas: & 1405. cùm domino de Totnello, pro interstitiis deferendis in festo Corporis Christi: decessit anno 1408.

37. Gvillelmvs Boisratier Boisratier.
VII. subrogatur eodem an. 1408. dein 20. Octob. 1409. translatus ad Archiepiscopatum Bituricensem; extant 1409.
litteræ commendatitiæ Vniuersitatis Parisiensis circa ipsius electionem in archiuis Capituli.

38. Petrvs de Salvces II. Salvces.
Canonicus & Comes Lugdunensis, Frederici Marchionis Saluciarum ex Beatrice Gebennensi filius, frater Amedei Cardinalis, Episcopus allectus post translationem Guillelmi 1409. exemptus è viuis an. 1412. ex actis Capitularibus.

39. Eraclivs de Miromonte Miromont.
renunciatur Antistes post transitum Petri 1412. quem translatum ad Episcopatum Carcassonensem 1413. te- 1412.
stantur tabularia Pontificia, sed de hoc silent hactenus diptycha Carcassonæ.

40. Ioannes de Costa III. De Costa
ex Episcopo Cabilonensi.

41. Ioannes de Corbie IV. Corbie.
an. 1419. nominatur in variis tabulis vsque ad an. 1426. quo traducitur ad 1419.
Sedem Autissiodorensem.

42. Ramnvlfvs de Pervse Pervse.
D d'Escars, ab Episcopatu Lemouicensi ad Mimatensem subuectus, vbi sedit vsque ad an. 1441. ex relatione tabularum Capitularium.

43. Aldebertvs de Peire VI. De Peire.
dominus de Marchastel, Aldeberti Baronis de Petrâ, cognomine Astorgij, ex Isabellâ d'Agoult filius, eligitur & confirmatur an. 1441. in testa- 1441.
mento Astorgij vltimi Baronis de Petrâ etiam memoratur: diem postremum obiit an. 1443. vt liquet ex archiuis Cathedralis, Actisque Con-

fiſtorialibus Curiæ Romanæ.

PANVSIA. 44. GVIDO DE PANVSIA II. dictus de Lopiaco, & de POMIZON in libris Obligationum, erat Archidiaconus de Conchis in Eccleſia Ruthenenſi, renunciatus poſt exceſſum
1443. Aldeberti 1443. ex autographo electioois in codice capitulari & Actis Conſiſtorialibus 12. Cal. Octob. inde tranſlatus eſt, vt aiunt eædem tabulæ, an. 1444. ad Caſtreoſem Epiſcopatum: fundauit duas Capellanias B. Mariæ Anuunciatæ in Eccleſiâ Cathedrali: factus demum Archiepiſcopus Damaſceoſis, ac per eius Cathedræ abdicationem.

CHARTRES. 45. RAINALDVS DE CHARTRES Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio monte, aſſumptus eſt Adminiſtrator prædictæ Eccleſiæ Mimatenſis cùm
1444. retentione Remenſis 1444. 12. Maij ex Actis Conſiſtorialibus.

PANVSIA. 46. ANTONIVS DE PANVSIA Guidonis nepos, Mimatenſem Sedem obtinuit, & Ludouico XI. Regi clicotelæ ſacramentum præſtitit Siluanecti 28. Aug. 1468. fatis functus 28. Iunij 1473. in necrologio Capit.

RIARIVS. 47. PETRVS RIARIVS II. Sauonenſis, Ordinis Minorum, Sixti Quarti Papæ nepos, & Cardioalis tit. S. Sixti, Patriarcha Conſtantinopo-
1471. litanus, Purpurâ cohoneſtatur 1471. fit etiam Taruiſinus Præſul, & renunciatur Archiepiſcopus Florentinus 1473. Senogallienſi item infulâ, ac noſtrâ Mimatenſi 9. Octob. eiuſdem anni, demum Hiſpalenſi, & ſupremâ per totam Italiam à Latere Legatione inſignitus; hic vt de eo notat Vghellus, ad omnem dignitatem, ſic ad munificentiam planè regiam videbatur fuiſſe prognatus, qui dum florente ætate proſperâ vteretur fortuoâ, morte ſublatus eſt Romæ an. 1474. 3. Non. Ianuarij, funeratus in templo Sanctorum Apoſtolornm, ſub mauſoleo quod Sixtus tali epitaphio marmori inſculpto exornauit, refertur ab Vghello in Archiepiſcopis Florentinis.

DEO OPTIMO MAXIMO.

PETRO *Sauonenſi è gente Riariâ nobili, ac vetuſtâ, ex Ord. Minorum Card. S. Sixti, Patriarchæ Conſtantinopolitano, Archiepiſcopo Florentino, Peruſij, Vmbriæque Legato, Sixtus IV. Pontifex Max. nepoti benemerenti poſuit. Vixit annos 28. dies 6. gratiæ liberalitate, ac animi magnitudine inſigni. Totius Italiæ Legatione functus, moritur magno ſe in tam florenti ætate deſiderio relicto, quippe qui maiora mente conceperat, & pollicebatur, vt ædes apud Apoſtolos miro ſumptu inchoatæ oſtendunt anno 1474.*

PETIT DE V. 48. IOANNES PETIT DE V. Decanus Claromontenſis, & Ioannis 2. Ducis Borbonij à conſilijs, ſucceſſit 22. Martij 1474. denominatur 1474
1475. cùm Reginaldo Borbonio Archiepiſcopo Narbonenſi, in tabulis nuptialibus dicti Ducis & Ioannæ à Franciâ filiæ Caroli 7. Regis: reperiuotur in cartophilacio Capituli litteræ commeodatitiæ eiuſdem Ducis in fauorem Ioannis Epiſcopi.

LA ROVERE. 49. IVLIANVS DE LA ROVERE Cardinalis S. Petri ad Vincula, Sauonæ natus Raphaele Ruereo Sixti 4. Pontificis fratre, & Theodorâ Manerolâ matre, frater erat Bartholomæi Archiepiſcopi Ferrarienſis, Antiocheni Patriarchæ, ac Ioannis Principis Soræ, Senogalliæ, & vrbis Præfecti; iſte ex Epiſcopo Carpentoratenſi inter Purpuratos Patres cooptatus à Sixto 4. 1471. ex Carpentoratenſi Antiſtite: dein Epiſcopus Albanus, atque ex Sabino, Oſtienſis, Maiórque Pœnitentiarius euaſit, à Sixto eodem 4. Aueniooenſi Eccleſiæ præficitur, & Mimatenſi Eccleſiâ donatur 1478. Suffraganeo in Epiſcopatu vſus 1488. eſt Bertrando Aldegeri Minoritâ Præſule Bethleemitano 1481. vt patet ex tabulis Capitularibus: præclaris autem animi ornamentis inclytus, ueo 3. nenſi, Picenâ, & Bononienſi Legatione functus eſt, atque in Galliam apud Ludouicum XI. Regem, omnium denique calculo vocum Pontifex Maximus Iulij II. nomine ſalutatus eſt 1503. Cal. Nouemb. animo magnus, ac geſtis clariſſimus, quæ fuſiùs reperies in Hiſtoriâ Pontificiâ; extinctus 9. Cal. Martij 1513. ſepultúſque in Vaticano.

LA ROVERE. 50. CLEMENS DE LA ROVERE

cognomento Groſſus, Cardinalis tit. A S. Clementis, religione Franciſcanus, filius ſororis Sixti 4. per auunculi Iulij ceſſionem prouiſus de Epiſcopatu
1485. Mimatenſi, die 28. Iunij an. 1485. clientelare ſacramentum pro temporali iurauit, & 1488. per Regem ſolutus eſt à iuramento, quo Epiſcopi erga ciues Mimate pro Conſulatu tuendo obligati erant. Allectus verò inter Purpuratos Principes ab eodem Iulio 2. die 29. Nouemb. 1503. at paucis diebus ſuperuixit, etenim Romæ 18. Aug. an. 1504. moritur, conditus in Vaticani Capella Sixti Quarti. Fuiſſe Abbatem Bonæcumbæ in Ruthenis B liquet ex codicillis Vicariatus conceſſi Leonardo de Ruuere eius fratri Aginnenſi Epiſcopo 1494. cuius litteræ Apoſtolicæ extant in armariis Capituli.

LA ROVERE. 51. Franciscvs de Rvvere Clementis deceſſoris germanus, Eccleſiæ Eugubinæ in Vmbria Italiæ regione primò præfuit 1492. poſt Hieronymum Cardinalem Roboreum, inde vt Vghellus in Italiâ ſacrâ indicat tranſlatus eſt ad hanc Mimatenſem & Abbatiam de Bonacumbâ literis Apo-
1504. ſtolicis Iulij auunculi anno 1504. 17. C menſis Auguſti. Iſte Epiſcopus Cathedralem baſilicam cùm duobus pinnaculis mirandæ conſtructionis, ac tympano prægrandi, pontes ex lapide, cæteráque alia tum publica, tum Eccleſiaſtica ædificia ſubſtruxit, quibus & aliis geſtis apud poſteros nomen propagauit: inter viuos eſſe de-
1524. ſiit Ruthenis an. 1524. & legauit duo millia aureorum Carthuſianis Villæfranchæ apud eoſdem Ruthenos, in quorum templo iacet, cuius epitaphium cernitur in medio Chori ſub tumbâ lapideâ:

Franciscvs Rovvervs *mauſoleo abditur iſto,*
Qui Mimatenſi Præſul in vrbe fuit.
Sauoniæ Ligurum claris natalibus ortus,
Iulius huic patruus Papa ſecundus erat.
Mille à Chriſto & quingentis quater atque viginti
Solibus, & Maio menſe beatus obit.

DV PRAT. 52. Clavdivs dv Prat Abbas Burgidolenſis in Bituricibus, filius naturalis Antonij de Prato Franciæ Cancellarij, nominatur à Rege Franciſco 1. 1524. contra [illegible] *de Cenaret* nobilem virum Præpoſitum dictæ Eccleſiæ, electum à Capitulo & confirmatum in Curiâ Romanâ; ſuper quo litis ardua in Regis Conſiſtorio ventilata eſt inter eumdem electum, & Procuratorem Regium, tandem verò Claudius Mimatenſis Epiſcopatus poſſeſſor pacificus extitit an. 1529. de quo diſſidio multa in archiuis Capituli aſſeruantur documenta: defunctus eſt Claudius anno 1532. 1524.

LA ROCHEFOVCAVLT. 53. Ioannes de la Rochefovcavlt, vi. Abbas S. Amantij Buxienſis, filius Franciſci primi Comitis de Rupefulcaudi, Principis de Marcillac, & Barbaræ du Bois ſecundæ vxoris; patruus Ioannis Abbatis Maioriſmonaſterij, Cormeriaci, & de Villalupe in Turonibus, Capellæ Regiæ Magiſtri: huius autem Sedis 1532.
Mimatenſis poſſeſſionem adipiſcitur an. 1532. deceſſit in cœnobio Franciſcanorum Mimatenſium die 24. Septemb. 1538. iacet ante altare maius Eccleſiæ Cathedralis ſub lampade.

PISSELEV. 54. Carolvs de Pisselev i. filius Guillelmi domini de Heilli in Picardiâ, nominatur à Rege eodem an. 1538. vt conſtat ex litteris Vicariatus 1538.
conceſſis Leonardo Dauid in archiuio Capitulari. Fuit Caroli Condomienſis, & Franciſci Ambianenſis Epiſcoporum frater; compoſitionem init cùm Capitulo 24. Septembris 1541. ſuper collatione quorumcunque beneficiorum Eccleſiæ ſuæ, quæ fuit diplomate Apoſtolico confirmata.

DANGV. 55. Nicolavs Dangv Abbas Fuxenſis & Iuliaci, Regiâ ſanctionibus conſiliis, Libellorum Supplicum Magiſter, & Nauarræ Cancellarius 1555. D ex Epiſcopo Sagienſi ad Mimatenſem Pontificatum traducitur per abdicationem Caroli anno 1545. quo Regi obſequium clientelæ profitetur: laborauit plurimùm an. 1562. in diſſiduando ipſi Regi Nauarræ Caluiniſmum, vt habet auctor Martyrologij hæreticorum: monumentum ſibi curauit extruendum in Abbatia de Iully, condendo ipſius corpori ſub mar- 1545.
more, ad latus dextrum altaris hoc epitaphio. *Deo Opt. Max. Nicolaus Dangu Epiſcopus Mimatenſis, Magiſter Libellorum Regis, regni Nauarræ*

D'azur à ... de fasce ... accompagné ... en chef & une en pointe.

varræ Ca... ...us, Abbas & r... aura-tor huius monasterij, hoc monumentum dicauit 1561 mortuus autem 156- tumulatur in eadem Abbatiâ ... ...si, cuius Chori sedilia construxerat, vt indicant hi versiculi:

Has sedes Dangu Præsul Mimatensis, & Abbas
Iuliaci, posuit, restituitque Choro.
Vos quibus ætherei cæli mens ignibus ardet,
Sic laudate sacrâ religione Deo-

Beavne. 56. REGINALDVS DE BEAVNE Canonicus Parisiensis, Regi à Libellis supplicibus & Abbas Iuliacensis, Cancellarius Frãcisci Valesij Andium Ducis 1572. nominatur à Rege Carolo
1568. IX. 1568. Mimatensis Præsul: posteà renunciatur Archiepiscopus Bituricensis, demum Senonensis, ac Franciæ Maior Eleemosynarius.

Hvrtelov. 57. ADAMVS DE HVRTELOV Cenomanensis, Abbas Loci restaurati, & Canonicus Parisiensis, ex permutati... ne huius Abbatiæ sub annuâ etiam pensitatione duo millium & quingentarum librarum fructuum Episcopalium pro Reginaldo 8. Cal.
1586. Augusti 1586. in Episcopum Mimatensem assumptus est, hæresi tum grassante in Gabalitana prouinciâ. Interfuerat Concilio Bituricensi an. 1584. procuratorio nom... ine Episcopi & Capituli sedis suæ, templum majus à Segregibus dirutum anno 1580. longius reficí curauit 16.. 2 absoluto opere intra quinquennium, in qua instauratione cùm suo Capitulo decies mille aureos impendit: postquam verò gregem commissum ab hæreticâ prauitate tutatus fuisset, migrauit ad meliorem vitam anno 1608. 6. Cal. Iulij, iacet ante primarium altare Cathedralis.

Rovsseav. 58. CAROLVS DE ROVSSEAV II. Adami ex sorore nepos, Præpositus Mimatensis, ac Prior commendatarius S. Petri de Ispaghaco, viuente & satagente auunculo decessore, cuius fuerat magnus Vicarius in spiritualibus, successor designatur, con-
1607. secratus mense Martio 1607. Interfuerat prius cœtui Cleri Gallicani Lutetiæ 1596. tum demortui Caroli ... dem a... it 1... 9. antiquæ discip... inæ custo..., & ædium sacrarum restituror, officium in sua Ecclesiâ ac diœcesi secundum ... Concilij Tridentini decreta ... Capituli ordinauit ... dum 1619. Adfuit quoque Comitiis generalibus Parisiensibus 1614. Eo Præsule 1618. Capucinorum cœnobium instituitur: Ecclesiam Cathedralem consecrauit 10. Octobris 1620. ac morte eripitur 4. Nouembris
1623. conditus ad latus auunculi à parte Sacristiæ. 1623.

La Mothe du Plessis d'Hodancovr. 59. DANIEL DE LA MOTHE DV PLESSIS D'HODANCOVR, Abbas de Sublaco diœcesis Cadurcensis, frater Philippi Franciæ Marescalli, Cardonæ Ducis, ac Catalauniæ Proregis, & Henrici Redonensis Episcopi, consecratur Lutetiæ 19. Februarij 1625. à Ioanne Francisco Gondio, primo Parisiensi Archiepiscopo: mox Henricetam-Mariam à Franciâ Magnæ Britanniæ Reginam, cui primus à consiliis, in Angliam secutus est, & post biennium reuersus, testamento legauit suæ Cathedrali sex mille libras, Franciscanis, Carmelitis, & Capucinis quatuor mille: interiit in obsidione Rupellæ die
5. Martij anni 1628. ac sicuti præscripserat, post vrbis deditionem..., in æde S. Margaritæ Rupellanâ humatus est, nunquam suam diœcesim ingressus. 1628.

Marcillac. Ecartelé au 1 & 4. d'azur à trois roses d'argent 2. 1. au 2 & 3. fascé d'or & de gueules de six pieces.

60. SILVESTER DE MARCILLAC ex nobili Marcillacorum familiâ apud Cadurcos natus, post multa regno & Regi Ludouico XIII. præstita obsequia, Episcopus Mimatẽsis nominatus fuit die 26. mensis Martij an. Domini 1628. bullas obtinuit ab Vrbano Papâ VIII. sub datum Romæ anno 1628. pridie Cal. Augusti, Pontificatus anno 5. quibus acceptis inauguratus fuit in Ecclesiâ Albiensi die 21. mensis Decembris eodem anno 1628 ab Alphonso d'Elbene Episcopo Albiensi, assistentibus Claudio de Salagnac Sarlatensi, & Francisco de la Valete Cornusson Vabrensi Episcopis. Diœcesim suam adiit circa finem anni
1629. vbi quamplurima curæ Pastoralis, & præclari in tuendâ Catholicâ 1629.
religione ardoris monumenta dedit: acerrimum hæreticorum hostem semper se præ... uit arces quasin Comitatu Gabalitano, & eius finibus occupa-

bant, de mandato Regis diruit. Post Edictum gratiæ, & pacem Nouatoribus datam anno 1619. vt tantæ victoriæ fructus diuino cultui, & animarum saluti inseruiret, Siluestro agente præfatus Rex Ludouicus XIII. verè Iustus, verè Pius, missionem Patrum Capucinorum in vrbe de Florac dictæ diœcesis instituit: sed deficiente post duos annos reditu, qui ad hanc missionem ordinatus fuerat, Siluester propriis expensis ipsam sustinuit. Præterea diuersis temporibus aliorum Religiosorum, tum Fuliensium, tum Carmelitarum Discalceatorum, tum Patrum de Obseruantiâ, operâ & labore vsus est, ad promouendam in Cebennis suæ diœcesis infidelium conuersionem, & cùm eo successu, vt quadringentos circiter in Ecclesiæ gremium receperit, inter quos sunt duo Ministri, & nonnulli viri nobiles. Diuinum obsequium iamdiu in prædictis Cebennis intermissum, & penitùs abolitum restituit; permulta prædia, bona Ecclesiastica, necnon cœmeteria quæ hæretici inuaserant, de manibus ipsorum recuperauit: plures Ecclesias inter furentes bellorum ciuilium motus dirutas, reparari curauit. Visitationem generalem suæ diœcesis, quàm à ducentis retrò post annis factam fuisse nulla extabat memoria, constanter inchoauit, & summâ cùm curâ fœliciter absoluit. Eius hortatu Carmelitæ Mimatenses, qui à primæuâ institutione aliquantulùm deflexerant, reformationem amplexi sunt. Conuentum Monialium B. Vrsulæ in ciuitate Mimatensi fundauit, ipsásque operâ suâ & pecuniâ notabili adiuuit in ædificandâ Ecclesiâ & monasterio; necnon & alium Conuentum prædictarum Monialium B. Vrsulæ in oppido S. Hilerij de Apcherio fundari permisit. Ecclesiam suam Cathedralem tum picturis, tum stromatibus, tum organis mirifice ornauit. Magnam partem palatij Episcopalis in ciuitate Mimatensi solo æquatam restituit: castrum Episcopale de Chanac magnis sumptibus instaurauit, pontem prope oppidum B. Mariæ de Quezaco ære proprio refecit: duo etiam alij pontes iuxta Mimatam eius curâ reparati sunt, & nunc in reædificandâ Ecclesiâ insignis Collegiatæ B. Mariæ de Carcere vrbis Marologij [illegible] à Nouatoribus destructâ, sedulò laborat, plura Deo fauente acturus si per ætatem liceat, & valetudo animum comitetur.

1629.

MIRAPICENSES EPISCOPI.

MIRAPICVM, vel Mirapicium, vrbs Episcopalis ad Lertium fluuium sub Tolosano Parlamento, & Archiepiscopatu à quo decerpta per Ioannem XXII. Pont. ex parochiali Ecclesiâ, ad Cathedralis fastigiũ euehitur bullâ 8. Cal. Martij 1318. Castri Mirapicensis, quod nobilissimæ familiæ de Leuis vetusta est toparchia, dominorum imprimis qui Marescallorum Fidei titulo claruêre, mentio habetur apud Petrum monachum Valliscernaij c. 24. Hist. Albigensium, cùm esset tum sub dominio Comitis Fuxi. Ecclesia maior Patronum agnoscit sanctum Mauritium, in cuius diœcesi extat Abbatia. Mirepoix en haut Languedoc, sur le Lers.

BOLBONA *Belbonne* OC.

Mirapicensium Episcoporum catalogus sequẽs est, quem ex Actis Cõsistorialibus, scripturísque archiuij Episcopatus, accuratiori quàm hactenus editus erat serie, proferimus in lucem, beneficio Petri de Francazal, Canonici Theologi, Sacristæ, Vicarij Generalis, & Officialis Mirapicensis.

1. RAIMVNDVS ATHONIS ex Abbate S. Saturnini Tolosæ, vti appellatur in eius Ecclesiæ tabulis, quem alij conijciunt ortum è gente Verdalâ; primus Episcopus creatur an. 1318. ex Actis Consistorialibus Vaticani: præfuit vsque ad an. 1315. ex repertorio fundationum: & Capitulo legauit toparchiam S. Martini de Landâ, cùm quodam prædio eiusdem territorij, pro dotatione Missarum, ex regestris Mirapicensibus. Ath[illegible] 1318.

2. IA[illegible]S FORNIER Cardinalis S. Priscæ, monachus anteà de Bol[illegible]na, Abbas Fonti[illegible]idi Ord. Cisterciensis, ac Theologiæ Doctor. Episcopus pri[illegible]o Appa[illegible]ensis, dein Fornier.

1326. Mirapicensis electus 1326. 26. Ianuarij A ex citatis Actis Consistorialibus, & registris Ecclesiæ, Purpurâ decoratus à Ioanne XXII. Papâ, tandem Summus Pont. Benedictus XII. iacet Auenione in Ecclesiâ Cathedrali S. Mariç de Donis, in Capellâ Purificationis, vbi insigne & clarũ habetur cœnotaphiũ, sed pro dignitate Pontificiâ non vt par est, conseruatum, retrò Odeum Concionatoris, & in pariete sequens legitur Epitaphium. *Hic subsunt ossa, & cineres Benedicti* XII. *Pontificis Maximi, qui fuit oriundus ex oppido Sauarduno diœcesis Appamiarum, in Comitatu Fuxensi, & appellatus Frater* IACOBVS B FORNERIVS *Monachus Cisterciensis, Theologiæ Doctor eximius. Fuit primùm Abbas Fontisfrigidi, inde Episcopus Mirapicensis; demum Presbyter Cardinalis tituli S. Priscæ à Ioanne 22. cui immediatè in Pontificatu successit, creatus, vulgò Cardinalis Albus dicebatur, quem ob rei familiaris angustiam, Cardinalium penè infimum, in summum Pontificem ob eius vitæ integritatem elegerunt in vigiliâ S. Thomæ Apostoli, in Conuentu Fratrum Prædicatorum huius urbis: vbi etiam Calendis Ianuarij per Neapoleonem de Vrsinis Diaconum Cardinalem coronationis insignia suscepit an-* C *no 1335. Vir fuit doctrinâ & vitæ integritate præstantissimus, virorum bonorum, & doctorum valdè studiosus, multa, præclaráque statuit, tum ad morum, & præcipuè Cleri reformationem, & Ecclesiasticam disciplinam instaurandam expectantia. Sedit in Pontificatu annos septem, menses quatuor, dies sex, unicâ tantùm habitâ sex Cardinalium virorum præstantissimorum creatione. Decessit in Auenionensi Palatio, quod ipse fabricare iusserat, ex tibiæ dolore 7. Cal. Maij 1342. Funus in præsenti Ecclesia magnificè curatum est, omnibus qui aderant ob tanti Pontificis necem collachrymantibus.* D

PIRETO. 3. PETRVS DE PIRETO I. ad hunc Episcopatum ascendit post Ia-
1344. cobum, floruitque an. 1344. & 1345. in registris Capitularibus: erat autem Ordinis Dominicanorum, vt patet ex inscriptione, quæ prostat altari B. Mariæ retrò Chorum Cathedralis.

COIORDANO. 4. IOANNES DE COIORDANO I. patriâ Occitanus, à Bellopodio in diœcesi Mirapicensi, successit Petro, ac præfuit an. 1348. & 1349. 16. Februarij in Actis Consistorialibus, sedit 1348.
vsque ad 1354. prout obseruant diptycha Ecclesiæ: sepultus in æde parochiali Bellipodij, in Capellâ S. Magdalenæ.

VILLARIO. 5. ARNALDVS DE VILLARIO I. Episcopatum tenuit an. 1362 cuius mentio reperitur in registro fundationum: translatus est ad Ecclesiam Electensem Narbonensis Suffraganeam 1363. 13. Iulij, ex libro Obligationum: excessit an. 1384. 17. Septemb. vti ex 1384.
eodem codice dotationum discitur.

6. PETRVS II. Arnaldo suffectus 1363. in iisdem Actis Consistorialibus.

7. IOANNES II. sedem eamdem rexit an. 1368. ex archiuis Mirapicensibus. 1368.

8. GVILLELMVS I. anno 1376. 5. Iulij ex Actis Consist. de quo nulla in tabulis Mirapicensibus extat memoria.

DE PROINS. 9. IOANNES DE PROINS III. decessit 29. Septemb. 1377. ex codice obituariorum.

LA TREMOILLE. 10. ARNALDVS DE LA TREMOILLE, III. fato suo fungitur 1394. die 24. Octob. quemadmodum docet codex fundationum.

11. BERNARDVS 1394. 16. Nouemb. ex cartis Consist. Curiæ Romanæ: firmauit statuta Confraternitatis Diuæ Mariæ Fani Iouis in diœcesi Mirapicensi 1398. 13. Maij. 1394.

MALOMONTE. 12. BERTRANDVS DE MALOMONTE renunciatur Præsul post Bernardum an. 1401. abdicat Mirapicium 1405. optando Ecclesiam Vaurensem, bullâ Benedicti 13. Pseudopontificis 13. Cal. Octob. 1405.

DE PODIO. 13. GVILLELMVS DV PVY, II. Riuensis anteà Archidiaconus, ad hanc Ecclesiam euocatur eiusdem Benedicti diplomate anno 1405. Fundauit Collegium S. Nicolai, dictum Mirapicense in Academiâ Tolosanâ: legauit Capitulo suo molendinum bannale, vt vocant, intra vrbis fossata, quod bellorum clade euersum, posteà

placito supremi Parlamenti Tolosæ A an. 1608. restitui licitum est. Episco-
1431. patum rexit ad an. vsque 1431. Cathedralem instaurare aggressus, tres eius fornices cùm Choro ædificauit: visiturque eius Pontificis imago cùm stemmatibus, depicta in Capellâ S. Virginis, ad maius vitrum, manibus exhibens basilicam eidem Deiparæ, ac S. Mauritio Cathedralis Mirapicensis Patrono.

AVRE 14. IORDANVS DE AVRA ex Canonico Tarbiensi suffectus Guillelmo, quemadmodum declarat Bulla Eugenij 4. 7. Calend. Aug. anno 3. B Pontificatus, transfertur inde ad Conseranensem sedem.

15. GVILLELMVS III. Cardinalis tituli S. Martini in Montibus,
1440. administrauit ad annum vsque 1440.

LEVIS. 16. EVSTACHIVS DE LEVIS ex lineâ dominorum de Leran, ad infulas Mirapicij assumptus diplomate Apostolico Eugenij 4. an. 1441. die 16. Calend. Iunij.

LEVIS. 17. IOANNES DE LEVIS IV. Canonicus anteà Conseranensis, Eu- C stachio Coadiutor ascitus propter in-
1459. ualetudinem corporis an. 1459. Nonis Aug. eamdem rexit Ecclesiam titulo Coadiutoris ad an. 1463. quo per excessum Eustachij Episcopatus possessione fruitur; diem postremum obiit 1467.

18. ELIAS successit an. 1468. &
1474. rexit vsque ad 1474.

DV MAS. 19. GABRIEL DV MAS prouisus bullâ Sixti 4. Idibus Aprilis an. 4. Pontificatus: transfit posthæc ad Petracoricensem Episcopatum, ex Actis D Consistorialibus Vaticani.

ESPINAY. 20. IOANNES D'ESPINAY, V. nobilis Armoricus, Episcopus renun-
1485. ciatur post Gabrielem anno 1485. ex Bullâ Innocentij 8. Idibus Martij anno 2. Pontificatus; translatus inde ad Nannetensem Ecclesiam.

LEVIS. 21. PHILIPPVS DE LEVIS toparcha Mirapicensis, Abbas B. Mariæ de Grassâ, & Prior de Camone in suâ diœcesi, prouisus est de Episcopatu bullâ Alexandri 6. Pontificatus quinto, XI. Cal. Iunij. Multis iste Cathedralem auxit & adornauit muneribus: structuræ maioris Ecclesiæ opus interruptum, per Guillelmum de Podio inchoatum curauit perfici, quatuórque fornices insuper addidit, cùm campanili & Ecclesiæ vestibulo, suis impensis exstructo, vbi stemmata gentilitia domus insculpta visuntur: Episcopus sanè generis claritudine æquè illustris, ac munificentiâ, qui Ecclesiam suam opulentissimè ditauit, argenteâ & sericâ supellectili, libris officiorum diuinorum, fundationibus, aliisve Episcopatum suum ipsámque Abbatiam Grasse ædificiis decorauit. Mortuus est anno 1537. 1537.

22. DAVID BETHON Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio Monte, vulgò S. Andreæ cognominatus, renunciatur Episcopus Mirapicij 1537. bullâ Pauli 3. anno 4. Pontificatus, Nonis Decemb. Betoniâ gente apud Scotos clarâ oriundus, patre Barone de Balfurno. Postquam Parisiis in re litterariâ fuisset excultus, Scotiam reuertitur, & apud Iacobum 5 Regem summo loco habitus, in Galliam Legatus mittitur 1534. vbi Francisco 1. valde acceptus Mirapicensi Episcopio donatur; quin & ipso commendante apud Paulum 3. Papam inter Cardinales cooptatur an. 1538. cum insuper 1538. propter insignem prudentiam, ac vitæ, religionisque integritatem Scoticâ Legatione insigniuit: móxque in locum patrui Iacobi Betonij, Regni tum Cancellarij, Archiepiscopatu S. Andreæ honestatur. Regiminis pastoralis in Sede Mirapicensi indicium est, quòd cùm Philippus de Leuis dominus temporalis ciuitatis Mirapicensis, hæres patrui Philippi Episcopi, Dauidis decessoris, castrum & toparchiam de Mazerettes, ex dominio Episcopali inuasisset, Betonius Cardinalis ipsum placito maioris Consilij 1545. ad restitutionem compulerit. In 1545 Scotiam regressus, zelo Catholicæ fidei, ac pro religione tutandâ multis exantlatis laboribus, cùm satageret ne hæresis per totam Scotiam grassaretur, & Georgium Vuschertum Lutheranæ sectæ oratorem, à Synodo Præsulum hæreseos labe damnatum, flammis comburi iussisset; tum etiam, dissidio, vt aiunt, inter ipsum & Nor-

BETON BALFOVR. Escartelé au 1. & 4 d'argent à une fasce de gueule qui est BETON. Au 2. & 3. d'argent à vn cheuron de sable, chargé sur la pointe d'vne teste de loup arrachée d'argent qui est BALFOVR.

manum Lesle, Comitis Rothusiæ fi- A lium exorto, Betonius Cardinalis 3.
1546. Cal. Iunij 1546. à coniuratis sicarus in arce Santandreanâ, summo mane dum lecto surgens vestiretur, proditoriè trucidâtus est: eius cadauer ad ludibrium Cardinalitiâ purpurâ indutum, è fenestrâ suspensum est. Quapropter à Dempstero Martyr in Scotico Martyrologio inscribitur: hanc necem Lesleus Episcopus Rossensis l. 10. de rebus gestis Scotorum narrat, virum summæ prudentiæ, & animi magnitudine præstantem vocans lib. 9 & ingenij grauitate illustrem Iouius cognominat, Buchana- B nus quoque, & alij Scotiæ Historici, Spondanus in Annalibus, ac Querecetanus in stemmate Genealogico familiæ de Bethunâ.

DE MONTE. 23. N. DE MONTE Cardinalis, Ecclesiæ Mirapicensis Administrator, successit Cardinali Betonio.

LA GVICHE. 24. CLAVDIVS DE LA GVICHE ex Agathensi Antistite transfertur ad Mirapicensem Cathedram; mortuus
1556. an. 1556. Romæ Henrici 2. Regis Legatus, iacet in basilicâ S. Ludouici hoc epitaphio. CLAVDIO *Episcopo Mirapicensi, gente Guichiâ nobili & vetustâ in Sequanis nato, vita clariss. ac de Re-* C *publicâ, cuius saluti vitam semper postposuit, optimè merito, ob singularem vitæ integritatem, & spectatam diu in rebus gerendis solertiam, ad Synodum Tridentinam, & Bononiam misso, ac tandem Regis Galliæ ad Iulium 3. Pontificem Maximum difficillimis temporibus Legatione simul vitaque sanctissimè functo, Regal. Sammarsalus, & Ioannes de Giou testamenti curatores, temporarium tumulum faciendum curauerunt.*

SVAVIVS. D'azur à vne Colombe d'or portant vn rameau d'oliue.

25. IOANNES SVAVIVS VI. D Cardinalis Reumanus, tit. S. Ioannis ante Portam Latinam, in pago Nouempopulaniæ de Rieumes ortus an. 1503. optimarum scientiarum, in primis verò Pontificij ac Cæsarei Iuris cognitione instructus, Romæ Auditoris munus præclarè gessit, quo & ipse ad Episcopatum sibi gradum fecit, prouisus de Ecclesiâ Mirapicensi bullâ Pauli IV. Pont. die 8. Cal. Maij anno 1. Pontificatus, ab eodem inter Cardinales ascitus 1555. grauissimis religionis Christianæ negotiis sub Papâ Pio IV. functus est, in Vrbe Inquisitor, ac Signaturæ Iustitiæ Præfectus, Romæ exemptus est è viuis calculari morbo 1566 funerariúsque in Ecclesiâ S. Spiritus de Saxiâ, vbi iuxta altare maius incisa hæc inscriptio. 1566

Iesu Christo spei vitæ futuræ.

IOANNES SVAVIVS *Reumanus Gallus, tituli S. Priscæ Presbyter Cardinalis, ob animi candorem, & eximiam Iuris prudentiam Duodecim viratus litibus iudicandis ascitus, ac propter humanitatem, & innocentiam Pauli IV. beneficio in Patrum Senatum meritò cooptatus 63. agens annum, sanctissimè, vt vixerat, ita Christianissimè decessit die 29. Septembris anno* M. D. LXVI. *Scipio Rebiba tit. S. Angeli Cardinalis de Pisis testamenti executor absolui curauit.* 1566.
De hoc Cardinali consule Ciaconium, Petramellarium, cæteróſve.

26. PETRVS DE VILLARS II. VILLARS. Lugdunensis, Senator Parisiensis, suffectus à Rege Cardinali Suauio, post annos 10. transfertur ad Archiepiscopatum Viennensem.

27. PETRVS DE VILLARS III. VILLARS. Theologus è regiâ domo Nauarricâ, celebris suæ ætatis Concionator, patruo successit, & Mirapicium rexit annis 10. aut circa, Episcopatui renunciauit in manu Henrici III. Regis 1586. bellis ciuilibus quibus Gallia ve- 1586.
xabatur, à quibusdam nefariis hominibus in vitæ discrimen adductus. Demum euehitur ad Archiepiscopatum Viennensem, vbi de ipso plura.

DONNAVD. D'azur à vn oiseau d'argent, & vne main tenant vne branche d'oliue de sinople, au chef d'azur chargé de six estoilles d'or.

28. PETRVS DE DONNAVD IV. ex monacho S. Petri Lesatensis, Ordinis S. Benedicti, hanc Cathedram ascendit, ex Episcopo nominato Agennensi, prouisúsque bullis Sixti V Pontificis datis Romæ apud S. Marcum 3. Idus Septembris anno 1587 Natus est is anno Domini 1553. 9. Aprilis in oppido S. Eparchij, in Comitatu Fuxensi, diœcesis Riuensis, inter fluuios Aurigeram & Garumnam sito. Pa- 1587.
rentes habuit nobiles Bonsomum de Donnault militem, & Annam de Cornac, à quibus egregiæ indolis adolescens in timore Domini educatus, ipse in vicino S. Petri cœnobio de Lesato regularem suscepit habitum Ordinis Benedictini anno 1570. ac elapso tyrocinij anno, ibidem professionem

emisit, Francisco Comite Taurello Italo, Abbate Commendatario. Philosophiæ primùm studiis Tolosæ operam dedit, deinde Parisiis in Collegio Cluniacensi receptus, ac Sorbonæ scholas frequentans, mirum quantum in Theologiâ profecit, ob quæ, cùm à Bernardo Duce de la Valette Galliæ Admiralio Henrico III. commendatus esset, & quòd illius frater, in legione Picardiæ militaribus copiis sub eodem Duce præesset, ab ipso Rege inter aulæ suæ Clericos, ac Eleemosynarios assumitur, quo tempore in Navarræo Gymnasio gradus omnes ad Doctoratus apicem vsque ritè conscendit, ac Theses de totâ Theologiâ eidem Duci de la Vallette Mœcenati suo nuncupatas, præsente, ac fauente ipsomet Rege, publicè propugnauit, à quo in Episcopum Agennensem nominatus, instante Comite de Aumalâ, qui alium huic sedi substitui ambiebat, Petrus noster acte initam possessionem spontè ac libenter iuri suo cessit, ad ipsius Regis & Comitis desiderium. Paulò autem post, Ecclesiâ Viennensi vacante, in illius Archiepiscopum ab eodem Rege electus est, sed cùm propinqui sui eum longè à se dissitum ægrè ferrent, facilè ipsi persuaserunt, quâ erat præditus humanæ gloriæ despicientiâ, vt Viennensem Archiepiscopatum, neglectâ Metropolitanâ dignitate, cùm Mirapicensi Episcopatu commutaret. Inter hæc Romam ad beatorum Apostolorum limina se contulit, & appulit sedente Sixto V. summo Pontifice, qui cùm Petrum de doctrinâ Scoti Doctoris Subtilis eruditè respondentem audisset, omnibus quibus potuit gratiis, atque fauoribus est prosequutus. Romæ positus, in Episcopum consecratus est die 27. Septembris anni 1587. à Francisco Cardinale de Ioyosâ in Ecclesiâ S. Ludouici nationis Gallicanæ, assistentibus Ioanne Baptistâ Albano Patriarchâ Alexandrino, & Euangelistâ Palotto Archiepiscopo Cusentino, posteà Sanctæ Rom. Eccl. Cardinali. Inde cùm ad diœcesim suam deuenisset, ipso sacro die Cœnæ Maioris hebdomadæ vrbem suam ingreditur Pon-
1588. tificaliter 1588. 14. Aprilis, ac cœpit boni Pastoris munus non impigrè agere, præcipuam námque pauperum curam gerens, à primo suæ ordinationis anno ad obitum vsque, generalem instituit eleemosynam à die Paschatis ad festum S. Ioannis Baptistæ, quâ obuiis quibuscumque egenis certam panis quantitatem distribui faciebat, quæ vnius hominis sustentando corpori sufficeret. Cùm autem vrgeret annonæ caritas, repertus est non semel ad 500. frumenti sestarios in pauperes erogasse, quin & aliquando euenit, vt octo mille egentibus vnico tantùm die vitæ necessaria ministraret, dispositis ad hoc intra ipsius Episcopalis palatij septa commodis, capacibúsque illorum receptaculis: quin etiam multas puellas, quarum castitas ob inopiam periclitabatur, honesto matrimonio, S. Nicolaum Mirensem imitatus, locauit. Quamplures per diœcesim suam ædificauit Ecclesias, & collabentes alias propriis refecit sumptibus, quas totidem tabellis decorauit, præcipui illarum patroni imaginem præferentibus, aduocato ad hoc pictore Flādro artis suæ peritissimo, quem per triennium apud se detinuit ad sacrarum ædium ornamentum. Imprimis verò ipsius Cathedralis basilicæ, cuius altare maius multò augustius quàm vnquam fuerat, ipsius operâ, curâ, expensísque redditum, auro, picturísque exquisitissimis nitere fecit: chorum verò pretioso peristromatum, seu auleorum circumuestiuit ornatu, ac Sacristiam sacrâ omnis generis supellectili abundè instruxit: organo pereleganter & affabrè facto, magnóque pretio quatuor mille librarum coempto, ac Ecclesiæ suæ donato, symphoniam Ecclesiasticam mirum in modum auxit: ac denique mortis memor, cryptam humandis successorum suorum corporibus idóneam, è magnis ac politis lapidibus construxit. Porrò domum Episcopalem suburbanam de Mazeretres, extra septa castri Mirapicensis sitam instaurauit & auxit, ac in eâ hortos & viridaria ad oblectamentum fieri curauit, molendinúmque erexit. Is etiam zelo fidei catholicæ flagrans, ac animarum salutem deperiens, plurimùm in Euangelio laborauit, atque vt hæreticos ad sacram doctrinam, ac veritatis cognitionem adduceret, quos etiam ita ad Deum conuersos miro ac verè paterno fouit affectu, donatus breui Apostolico Pauli V. 14. Cal. Octobris anno 1608. cùm 1608. facultate absoluendi omnes hæreticos, & deuios à fide Catholicâ. In his

Se tam... nus cognomento Dauros, non est prætermittendus, qui cùm genere nobilis, inter præcipua factionis H... onoticæ capita cenferetur, & in oppugnatione Appamiarũ captus, Tolosani Senatus decreto capitis damnatus esset, tanquam reus lęsæ Maiestaris propter defectionem à Rege; vbi eum carcere detentum resciuit Pastor piissimus, atque vigilantissimus, statim ouem esse cogitans à grege suo aberrantem, ad eum accurrit, afflictum solatus est, atque vt hæresim abiuraret, totis viribus exhortatus, qui cùm diu multúmque id facere renuisset, ac obstinato animo in errore persisteret ad instar surdæ aspidis, & obturantis aures suas, quæ non audit vocem venefici incantantis sapienter, tandem validis & efficacibus Præsulis huius conuictus rationibus, ibidem hæreticà prauitate reiectâ, Catholicæ fidei professionem emisit, inter eiusdem
1628. Pontificis manus anno 1628. factáque illi generali totius vitæ confessione, ab eo in forma Ecclesiæ absolutus est, qui etiam Neophytum hunc Ecclesiæ filium à se illi recenter aggregatum, ne in tormentis à verâ fide, aut spe in Deum, ac caritate deficeret, vsque ad supplicij locum sequutus est, ac eodem quo reus ipse curru ductus, illum ad mortem pro Christo patienter perferendam animauit, donec sumpto Patris, ac Antistitis sui osculo, pœnitens capitis obtruncatione vitam finiuit. Vt autem de propriâ eius perfectione, atque eximiâ in Deum pietate nonnihil dicamus, quandiu vixit nunquam ab Officio diuino recitando, ac celebrandâ quotidie Missâ cessauit, nisi cùm ægrotaret, crebróque dictitabat, se ægrè & anxiè viuere, quoadusque sacrum illud pensum, ac Deo debitum obsequium persoluisset. Cùm autem horas canonicas recitaret, adeò pio huic operi attentus erat, ac in illud totus incumbebat, vt neminem ad se alloquendum admitteret. Cætero-quin omnibus se carum & affabilem, facilémque in conuersatione semper exhibuit, neminémque ad se venientem morosè vnquam repulit. Nec quia autem illi Pontificij muneris laus deesset, psallebat etiam ipsemet nonnunquam in Choro, concionabatur palam in templis, synodos habebat, ac in eis saluberrima statuta pro Cleri sui reformatione condebat, atque promulgabat, quibus præcipuè domesticam mulierum societatem sub grauissimis pœnis vetabat, ac ne Clerici comam nutrirent, aut sine talari veste in residentiæ locis incederent. Ter in vitâ generalem suæ diœcesis habuit visitationem; cúmque illi continuè animo ac corpore præsens esset, nec ab eâ sine publicâ causâ idque perrarò vnquam abesset, nihil omnino eorum quæ in illâ gererentur, ignorabat. Cæterùm subscriptus reperitur Petrus noster Comitiis prouinciæ Occitaniæ, quibus sæpissimè interfuit, imò & aliquoties præfuit, atque à Clero suæ prouinciæ electus, ac missus ad Cœtum generalem Cleri Gallicani Lutetiæ Parisiorum congregari annis 1598. 1605. & 1615. vbi in ferendâ sententiâ Sacerdos libertimus, ac integerrimus rectam tulit sententiam, nec aulæ fauor, aut assenratio, à veritatis, ac iustitiæ tramite animum eius vnquam deflexit. Idem anno 1594. Bernardi de la Valette Galliæ Admiralis benefactoris sui exequias persoluit, Missâ pontificaliter celebratâ in æde sacrâ cœnobij Patrum Minimorum S. Francisci de Paulâ, dicti de Casaus, diœcesis Lumbariensis in Vasconiâ, iuxta vrbem Samathani, vbi est sepulchrum gentilitium dominorum de la Valette. Fuit etiam præsens translationi corporis S. Thomæ Aquinaris doctoris Angelici, quæ facta est Tolosæ mense Iunio 1628. tempore Capituli generalis Ordinis Prædicatorum, vnà cùm Carolo de Monchal Archiepiscopo Tolosano, Henrico Spondano Appamiarum, & aliis Episcopis. Denique Antistes noster senio penè confectus, & de Ecclesiâ suâ optimè promeritus, vitæ integritate, eruditione, eleemosynis, fundationibus, Cathedralis suæ decoratione, aliisque virtutibus clarus, cùm etiam Archiepiscopatus Burdegalensem & Tolosanum magnâ animi moderatione recusasset, decessit die 4. Iulij anno sa-
lutis 1630. ætatis suæ 78. sedis 43. cu- 1630.
ius corpus in Cathedralem Mirapicensem delatum, à Stephano Alectensi Episcopo ad altare maius, à latere Euangelij in paratum ab ipsomet sibi sepulchrum illatum est, collachrymantibus vndique pauperibus, ac omnium Ordinum personis.

29. PETRVS DE DONNAVD V. DONNAVD.

superioris ex fratre nepos Episcopus Tripolitanus Coadiutor Romæ anno 1610. VI. Idu Nouemb. consecratur à Francisco Cardinale de la Rochefoucaut, assistentibus Iulio Sanxidonio Episcopo Crosseti, & Lucâ Stellâ Episcopo Retimi, in Ecclesiâ Monialium S. Mariæ Magdalenæ viâ Flaminiâ: sed posteà fato eripitur 1621. die 14. Iulij, ætatis an. 41. primúsque in Mausolæo Episcoporum à patruo erecto tumulatur.

NOGARET. D'argent à l'arbre ou noyer de finople, party de gueulle à la Croix vuidée & pommettée d'or; au chef de gueulle à la croix potencée d'argent.

30. LVDOVICVS DE NOGARET Abbas Insulæ diœcesis Burdegalensis, Ioannis-Ludouici Nogareti, Ducis Espernonij, Valetæ & Candalæ, Paris Franciæ, Comitis Fuxensis, & Aquitaniæ Proregis, filius naturalis, Petri Donaldi senioris Coadiutor designatus titulo Episcopi Sebastiensis anno 1628. consecratur die 22. Decembris 1629. in æde Patrum Fuliensium vici S. Honorati Parisiis à Philippo Cospeano Nannetensi, posteà Le-
1629. xouiensi Præsule, ac post obitum decessoris, Episcopatus iniit possessionem. Interfuit Comitiis generalibus Cleri Gallicani Parisiensibus anno 1650.

MONTALBANENSES
EPISCOPI
ET DOMINI.

MONTAVBAN en Quercy, sur le Tarn.

MONTALBANVM vel Mons Albanus, vrbs diues, populosa, & egregiè munita, nobile olim castrum in finibus Cadurcorū, & Tolosanorum, ditionis Comitum, de quo Mathæus Vvestmonasteriensis, & Petrus monachus Vallissarnaij, solo vbere & amœno situm ad Tarnem fluuium, sub Archiepiscopatu & Tolosano Parlamento. Locus iste antiquitùs nuncupabatur Mons Aureolus, vbi vetustissima Abbatia B. Martini nomine, à S. Theodardi, aut Audardi Archiepiscopi Narbonensis, parentibus condita, vti in vitâ eius scribitur, à sepulturâ quoque Sancti Theodardi nomen sortita est. Circa Abbatiam, paulatim villa adereuit, cuius Abbas erat toparcha, dicia Podium Aureoli, vel Mons aureolus, in cuius viciniâ incolæ nouam vrbem construere cœperunt, Alfonso Comite Tolosæ, & filio Raimundo S. Ægidij Comite locum assignantibus, nuncupatum Montalbani, cuius donationis vetus instrumentum Latino idiomate datum anno
1144. mense Octobri Catellus in Occitanicis suis refert lib. 2. extátque adhuc in codice sacramentali publici tabularij ciuitatis. Constat autem ex perantiquo vrbis cartulario, post excessum Alfonsi Comitis, Abbatem S. Theodardi querelam suam expostuisse apud eumdem Raimundum, quòd nouâ vrbe fundatâ, in eam migrassent ciues Montis aureoli, qui ei subiacebant, vnde iuribus suis fraudabatur: quamobrem concessit Raimundus, vt mediâ parte iurisdictionis, dominij & omnium libertatum, atque immunitatum Abbas S. Theodardi potiretur apud Montalbanum: insuperque adiecit toparchiam Insulæ Madidæ, cuius donationis tenor ex archetypis tabulis, inseritur Tractatui de Franco Allodio domini Gallandij. IN NOMINE *Domini. Ego Raymundus Comes Tolosæ, Dux Narbonæ, Marchio Prouinciæ, per me, & omnes meos, per bonam fidem, & sine omni engano, laudo, & concedo, dimitto & reddo Domino Deo, & monasterio Sancti Audardi & tibi Amelio eiusdem loci Abbati, & omnibus monachis eiusdem loci, præsentibus, & futuris omnem medietatem totius Montisalbani, scilicet de omni dominio, de omnibus iustitiis, de oblitis, de leddis, de aquis, & de omnibus rendis, & de omnibus quæ pertinent ad dominium Montisalbani, nunc, & imperpetuum, foris meum Stagile, quod ibi retinui, & adhuc retineo. Terras autem quas extra ambitum, & clausuram Montisalbani, ante eiusdem villæ constructionem, Abbas possidebat, integrè laudo, & concedo eas, prædicto Abbati, eiusdem monastery monachis, homines vero qui iamdudum eiusdem monasterij, atque Abbatis terras possidebant, & in prædictâ villâ Montisalbani manent, concedo & laudo, vt eas seruiant Abbati, secundùm modum terrarum. Item dono & concedo omnem medietatem Insulæ Amatæ, scilicet de omni dominio, de omnibus iustitiis, & de oblitis, & de leddis, & de omnibus ren[illegible]is, & de omnibus quæ pertinent ad dominum Insulæ Amatæ. Dono etiam medietatem*

tem de omnibus meis terris, & de dominiis terrarum quæ continentur inter Tarnum & Auerionem, scilicet de Bretenor & Delgius, & de omnibus terris meis quæ sunt iuxta Insulam Amatam. Item dono & concedo medietatem vtrorumque supradictorum fluuiorum, & vtrarumque riparum, & accessus earum. Ecclesias verò quæ in locis supradictis ædificatæ erunt, plenariè & integrè cùm omnibus iuribus Ecclesiasticis laudo, & concedo prædicto Abbati, atque ipsius monasterij monachis nunc, & in perpetuum. Insuper etiam constituo, & concedo totum monasterium S. Audardi, cùm omnibus suis iuribus liberum & immune, & quittum ab omni meo seruitio, & meorum successorum nunc & imperpetuum. Hæc omnia suprascripta, ego Raymundus Comes dono & concedo, vt imperpetuum firma, & illibata permaneant apud præfatum monasterium S. Audardi, nihil mihi retinens, vel posteris meis. Concedo etiam vt homines quos Abbas adduxerit, vel venerint ad habitandum in veteri villâ, sint liberi & immunes ab omni meo seruitio per quindecim annos. Totum hoc donum, & hanc concordiam, sicut supradictum est, suscepit Abbas Amelius, de prædicto Comite Raymundo, ipso concedente & confirmante bono fine, & bonâ pace, per se, & per omnes suos monachos in villâ de Biterris. Videntes & confirmatores huius finis, & concordiæ sunt Rogerius Biterrensis, Sicardus Vicecomes Lautragen. Sicarus de Lautrico, Guillermus de Brugariis, Petrus Guillelmi Tolosæ. Testes sunt hi, Bertrandus Episcopus Biterrensis, Berrandus Duze, Richardus de Islâ, Raymundus Guillelmi Tolosa, Bernardus Aldomberti, & Raymundus Sauareni. Facta est carta ista mense Maio, Feriâ vi. regnante Lodoico Rege, anno ab Incarnatione Domini 1149. *MCXLIX. Pontius Vitalis Scriba Comitis scripsit.* Sequioribus sæclis cùm eadem dynastia in controuersiam deduceretur, placito Parlamenti Tolosani 12. Septembris anni 1633. Episcopo adiudicata est, quâ etiamnum potitur. Raimundo autem Albigeosium partes fouente, S. Theodardi cœnobium diripit, Abbatem carceri mandat, & tria castella quæ erant iurisdictionis Montalbanensis inuadit, referente Catello; sed à S. Ludouico deuictus, Albertus tunc Abbas expositâ querelâ, interuenientibúsque Episcopo Albiensi Durando, & Pontio de Villanouâ milite, compositio inita est Albertum inter & Raimundum, in villâ de Gaillaco mense Octobri 1231. 1231. quâ donatio iurium Regalium in vrbe anni 1149. superiùs relata confirmatur, excepto quòd media pars iurisdictionis Montalbani, ad quartam redacta est, nullâ autem factâ mentione restitutionis, Raimundus fatetur se feudi titulo possidere castrum de Toluio; ex quo coniicitur illud detinuisse Raimundum ex tribus quæ inuaserat. Alfoosus S. Ludouici frater, & Ioanna Tolosana vxor haoc pactionem ratam habuêre Iunio mense 1270. apud Armazancas secus Aquasmortuas, 1270. inde à Rege Philippo Audace 1276. & à Philippo Valesio mense Iulio 1328. à Carolo VII. 1442. & Ludouico XI. Regibus. Iis ergo honorum titulis ornata Abbatia S. Theodardi in Episcopalem Sedem erigitur à Ioanne XXII. Pontifice anno 1317. diplomate dato Auenione 7. Cal. Iulij, vt testatur Cap. Saluator Extrauag. Comm. de præbendis & dignitat. vbi corrupta est lectio Theodori, pro Theodardi: & iterum confirmat Pontificatus anno 4. c. ad cuiuslibet, quibus capitib. Montalbanum vocat locum insignem, vbertate multiplici rerum, & hominum exuberantem, intra limites diœcesis Cadurcensis constitutum: à cuius iurisdictione, & Bituricensis prouinciæ ipsum eximit, & subiicit Tolosanæ, quam eodem tempore ex Episcopali, sedem Metropoliticam instituit, Cathedralis autem Montalbanensis exemptio talis est tenoris ex diplomate tabularij eiusdem Ecclesiæ, apud Crucium in Episcopis Cadurcensibus relato:

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Nuper ex certis, manifestis, & rationabilibus causis, monasterium de Montealbano Ordinis S. Benedicti, tunc Cadurcensis diœcesis in Ecclesiam ereximus Cathedralem, certam sibi assignatam diœcesim à Tolosanâ quondam diœcesi decidendam, ipsimque sic erectam Ecclesiam cùm suis Capitulo & diœcesi, ab omni iurisdictione, potestate, & subiectione quacunque Bituricensis, & Narbonensis Archiepiscoporum, ac Cadurcensis, & quondam Tolosani Episcoporum, Capitulorum, & etiam Abbatum, atque Conuentuum, & Ordinariorum

» quorumlibet aliorum Ecclesiastico- A » rum, quibus quomodolibet fuerat huc » usque subiecta, perpetuò eximentes, » prout hoc latiùs in nostris literis aliis » inde confectis continetur. Verùm » quia præfatum quondam monaste- » rium de Montealbano in certis annuis » censibus, & aliis quibusdam præsta- » tionibus, & seruitiis, Cadurcensi Ec- » clesiæ, & monasterio Casæ Dei dicti » Ordinis, Claromontensis diœcesis, » cui cùm membris suis pleno iure sube- » rat, tenebatur. Nos ex noui & debi- » ti prærogatiuâ honoris, præfatam de » Montealbano Ecclesiam, plenâ quo- » ad hoc gaudere libertate volentes, B » ipsam cùm omnibus membris suis, in- » fra constituendam sibi diœcesim con- » sistentibus, quoad Archiepiscopos, » & Episcopos memoratos, & Ecclesias » ac Capitula eorumdem, necnon & » cùm membris eisdem vbilibet consi- » stentibus, quoad præfatum monaste- » rium Casæ Dei & Abbatem, & con- » uentum eiusdem ab omni censu, præ- » statione, seruitio, subiectione, & obe- » dientiâ qualibet, de consilio Fratrum » nostrorum, & Apostolicæ plenitudi- » ne potestatis prorsus absoluimus, & » totaliter liberamus, iura superiorita- » tis & quælibet alia ad prædictum mo- C » nasterium Casæ Dei spectantia, in di- » ctam de Montealbano Ecclesiam » transferentes, & omnia illa & singula » penes eam volentes plenè, & integra- » liter perpetuò remanere. Nulli ergo » omnino hominum, &c. Datum Aue- » nione 3. Cal. Augusti, Pontificatus » nostri anno 1. Limites diœcesis nouæ insuper distinxit Summus Pontifex, ex parte Tolosanæ iusto ampliores, qui recensentur in fragmento bullæ Apostolicæ, apud eumdem Crucium, è quâ hæc transcripsimus. IOANNES *Episcopus seruus seruorum Dei, &c. volumus & decernimus auctoritate, con-* D *silio, ac ex certâ nostrâ scientia, vt ciuitas & diœcesis Montisalbani prælatæ, à dictæ diœcesi Cadurcensi per infrascriptos limites, seu terminos in perpetuum distinguatur, seu etiam terminetur: videlicet ex parte orientali ex quâ descendunt flumina dictæ villæ, à ponte dicto de Calmo supra flumen Tesconis, sicut ostenditur per rectam lineam ad cacumen montis vocati de Bellsole propè Ecclesiam S. Michaelis, & inde per rectam lineam ad viam publicam, per quam itur de Montalbano versùs primam vineam, in fine vineæ appellatæ vulgariter vinea longa, quæ est Petri Gastandi ciuis Montisalbani, & abinde per rectam lineam vsque ad biuium per quod itur de Montealbano ad locum vocatum ad Essercos: & per aliam ad viam vocatam de Leuiac: ac deinde per rectam lineam ad quoddam biuium quod est vltra boriam Pontij Molnery, per quod itur de Montealbano versùs castrum de Bruniquello: & ex altâ magnâ viâ, ex quâ nascitur alia parua via à parte dextrâ, per quam itur ad Podium Nicherij ex transuerso: ac per rectam lineam vsque ad Pontem mortui riui vltra domum Leprosorum Montisalbani, rectâ viâ, satis prope situatum: indéque per rectam lineam vsque ad Pontem dictum Nigrasauma, procedendo vltra per rectam lineam, vsque ad viam publicam, per quam itur de Montealbano versùs Moysacum, ad locum dictum de Geuarenos; vbi est quoddam iter paruum inter vineas Toseti de Colonis ex vnâ parte, & Pontij de Cequinsaco ex alterâ, procedendo per rectam lineam vsque ad flumen Tarni, in fronte boriæ hæredum de Iunengores, quæ est in Tolosano, ex parte alterâ prædicti fluminis Tarni situata est. Nihilominus infrascripta loca, castra, seu villæ, ac redditus in dictâ quondam Tolosana diœcesi existentia, videlicet de villâ Bramerià, de Curuo riuo, de Verlhaco, de monte Gualhardo, de S. Vrcicio, de monte Duransano, de S. Sebastiano, de monte Valento, de Rupe Maurâ, de Causanis Basitæ, S. Petri de Canalibus, de Diopantalâ, de Montogio, de Gensaco, de Vreneto Castello, de Pulchro videre, de Vigorono, de Casalibus, de S. Ioanne de Calcasaco, de Bellomonte Guarij, de Mayrinsaco, de Feudoas, de Sonderiis, de Gualmeriis, de Guausaco, ac de Altaripâ, necnon de Varenis, Dessensaco, & de Glatens Ecclesiæ: monasteria quoque seu Prioratus de Bellapertica, de monte Lugauno, de monte Valento, de Villamuro, de S. Leufario, S. Saluatoris de castro Sarraceno, Monialium S. Amani de Bosanis, & de Barsello, ac Ecclesiæ Mesenchis, de Conchis, de Peregrino, de Foncl yrones, de Tauriaco, de Aleyraco, de Labaressis, de Borno, de Monsonaco, de Neyeo, de Orgolio, S. Ioannis de prædicto castro Sarraceni, de Grandobono, de Barchis, de Monsaco, de Villa-Dei, de Cathaialenchis, de Montenerrio, de Affrinnano, de Brial, de Larinhaco,*

de Pauperdut, de Culluris, de S. Sacerdote, de Ageuillâ, de Penuillâ, de Gargaudilar, de Arreseto, du Cugomonte, de Cordosâ, de Fayolis, de Muscy, de Fagugeto & de Grilaco, de Reynerij, ac de Vinosâ Ecclesiæ, cuius quidem Ecclesiæ de Vinosâ præfatum Montisalbani Episcopum qui est, & pro tempore fuerit, medietatem decimarum ex nunc, & in perpetuum decernimus percipere & habere, totali residuo ipsius Ecclesiæ Rectori, qui est, & pro tempore fuerit integraliter remanente, territorio etiam, seu decimario de Fenayrolis, de S. Martiali de Mesenchis, de Pinu, de Fonte Latronasiâ, Cugol Canta, & de Grasacâ, ac Bertrandi Agassa prope S. Vrcicium, & hospitale de Faudoas, & Ecclesiæ de Sancto Porquerio, & de Monte Bestone, de Fago, & de Bressollis, cùm territorio, seu decimario de Gassaranis, nunc vsque de dictâ quondam diœcesi Tolosanâ cùm aliis, infra dictos limites à parte Caturcensis diœcesis positos existentibus, ac omnibus aliis Ecclesitis, parochiis, Capellaniis, decimis, seu decimariis, iuribus, & pertinentiis earumdem, monasteriis quoque ac prioratibus, hospitalibus sæcularibus & regularibus, ac iurisdictionibus omnibus consistentibus infra limites, seu terminos Ecclesiarum, parochiarum, & decimariorum prædictorum sint ex nunc, & esse debeant imperpetuum diœcesis Montisalbani, ac ipsi Ecclesiæ de Montealbano in suam diœcesim deputamus, & assignamus, ipsámque diœcesim taliter limitatam Episcopus Montalbanensis qui est, & qui pro tempore fuerit ordinario Episcopali iure subiicimus, eámque ab omni iurisdictione, dominio, & potestate Archiepiscopi Tolosani, & Episcopi Cadurcensis in totum eximimus, & in perpetuum liberamus. Volentes atque decernentes, vt quicunque iura, redditus, & prouentus quondam Tolosanus, & dictus Cadurcensis inibi habuerunt hactenus, & habere ac percipere debuerunt, in quibuscunque consistant, quocumque nomine censeantur, cedant, & accrescant Episcopali mensæ Montisalbani: eáque omnia & singula quæ ad prædictum quondam Tolosanum Episcopum anteà, vt prædicitur, pertinebant, pro summâ quatuor millium librarum dictæ monetæ, de summâ quinque millium librarum prædictarum, quam per alias nostras literas eidem Ecclesiæ Montisalbani assignarì decreuimus, vt profertur ex nunc

A *in Episcopalem mensam Montisalbani, & Episcopatum prælibatos transferimus, & etiam assignamus eisdem illa eadem quæ subibat, & subire debebat pro illis dictus quondam Tolosanus Episcopus, onera subituros, exceptâ iurisdictione temporali, seu temporalitate, si quam fortè quondam Tolosanus Episcopus in prædictis villis & locis, eorúmve territoriis, ante diuisionem prædictam habebat, quam prædictæ Tolosanæ Ecclesiæ volumus ex certâ scientiâ nostrâ integraliter remanere, ac fructibus, redditibus, prouentibus dumtaxat Ecclesiarum de S. Pocquerio, de Monte Gersonio,* B *de Fago, & de Bressalio cùm territorio, seu decimario de Gasseranis prædictarum, prout ad quendam Tolosanum prædictum Episcopum ante pertinebant: quæ Capitulo, seu Collegio Ecclesiæ S. Stephani de Tescone Montisalbani quam de nouo in Collegiatam ereximus, pro mille libris dictæ monetæ, per alias nostras certi tenoris literas duximus assignandas. Cæterùm ne præfatæ Ecclesiæ Montisalbani, de præfatâ summâ quinque millium librarum quam sibi, vt prædictum est, per alias nostras literas mandauimus assignari, ex eo videlicet, quòd de redditibus & prouenti-* C *bus in suâ diœcesi situatis, & pro prædictâ summâ quinque millium librarum prædictarum æstimatis, ad communem valorem mille librarum eiusdem monetæ, præfatæ Collegiatæ Ecclesiæ mandauimus assignari, aliquid subtrahatur, sed eas potiùs integras, & sine diminutione percipiat fructus, redditus, & prouentus infrascriptos, spectantes olim ad quondam Abbatem ipsius loci de Montealbano, videlicet medietatem reddituum totius decimarij vinorum tam in portionibus, quàm agreriis decimarij Montisalbani: reddiuus quoque fœni omnium pratorum, ac Insulæ Madidæ cùm per-* D *tinentiis suis, & boariæ cùm terris, vineis ac nemoribus, ac illos quos habebat idem quoque Abbas apud motam Ecclesiarum de Falqueriis, & de S. Hilario, cùm omnibus iuribus & locis de Vernhâ, ac medietatis furni dela Portâ de Tesco, & omnes redditus Prioratus de Villemuro dictæ quondam Tolosanæ diœcesis, quem per alias nostras literas mensæ ipsius Episcopi duximus vniendum necnon redditus omnes tabulæ Montisalbani, cùm omni iurisdictione quam quondam monasterium ipsius loci habere consueuit, tam in eadem villâ Montis-*

albani, quàm in villâ Madidâ, & omnibus aliis pertinentiis eorum, & omnium aliorum locorum dicti quondam monasterij, vbicunque, & in quibuscunque consistentium, siue in oblijs, siue in laudimiis, siue in pedagiis, seu leudis, ac incursibus & confiscationibus, siue in terris, totam etiam temporalitatem, & iurisdictionem, ac dominium, quam & quod habebat dictus quondam Abbas, & prædecessores ipsius, tam in superiùs expressatis locis, seu rebus, quàm aliis omnibus quæ nunc habet, ac illi quorum redditus sunt Capitulo, seu Conuentui ipsius loci assignati, quos redditus, duntaxat eidem Capitulo, seu Conuentui volumus remanere prædictis mensæ, & Ecclesiæ Montisalbani pro eisdem mille libris prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ assignatis, in complementum dictarum quinque millium librarum, de consilio, & auctoritate prædictis, ac ex certâ scientiâ nostrâ in perpetuum deputamus, & etiam assignamus, &c. Datum Auenione 8. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno 2.
Vrbs igitur à Cadurcensi Episcopatu sic auulsa, partim in Aquitaniâ ad Cadurcos, partim ad limites Galliæ Narbonẽsis superioris sita est: in tres diuiditur partes, in Vetus Montalbanum, in Villam nouam, & Villam Borboniam; cuius Cathedralis S. Martino dicata est, in quâ B. Theodardus in corpore dicitur requiescere: ibidem Familiæ religiosæ institutæ sunt anno 1268. Fratres Minores à Vicecomitibus Montisclari, Prædicatores à Vicecomitibus de Bruniquel, Carmelitæ, Augustiniani, S. Claræ Moniales ab Alfonso S. Ludouici fratre: habet verò in suâ diœcesi vnam tantùm Abbatiam;

Bellæperticæ O C.
Belleperche.

Parochias 86. quorum quatuor vnitæ sunt Capitulo; Archipresbyteratus duos de Bellomonte, & de Rocamaurâ: eadem diœcesis incurrit in alias ab Oriente & Septentrione in Cadurcensem & Lactorensem, à Meridie in Tolosanam & Lombariensem, ab Occidente in Vasconiam, sola vrbs Montalbani in prouinciâ Cadurcensi posita est: reliquæ partes diœcesis in Occitaniâ & Aquitaniâ. Episcopus sedem habet in Conuentibus & Ordinibus Occitaniæ, quia maxima pars huius diœcesis in hâc prouinciâ sita est. Hæc verò ciuitas in quâ erant quinque parochiæ, amœno & feraci loco gaudet, sed hæreseos labe infecta, loco naturâ & arte munito nimis confisa, ab anno 1562. penè semper Regibus Christianissimis fuit rebellis. Catalogus Episcoporum Montalbanensium sequens est, quorum seriem illustriss. Petrus de Bertier hodiernus Episcopus, vir doctus, ex variis scriptis, præcipuè archiuis Capituli & Episcopatus diligenter deprompsit, cùm anteà pauci tãtùm qui in eâ Sede floruissent Præsules notarentur; nec defuerunt nobis scribentibus, regesta Pontificia & Acta Consistorialia Romanæ Curiæ, ex quibus aliquorum notitiam eruere licuit.

1. Bertrandus de Podio I. ex sancti Theodardi Abbate, primus à Ioanne XXII. ascitus est Episcopus Montalbanensis anno 1317. vt habetur in lib. prouisionum Prælatorum: Cathedram rexit per tres annos, quamuis non consecratus, quòd permissum illi fuit Bullâ eiusdem Ioannis Pontificis Maximi, qui Berengarium Episcopum Tusculanum delegauit ad consecrandum eum, vt legitur in Extrauagante, Capitulo ad « cuiuslibet, de Præbendis & Dignitati- « bus, vbi de hoc Antistite loquens Pa- « pa his encomiis eum afficit: *Ad te prædicti Monasterij Abbatem, quem litterarum scientiâ præditum, vitæ & morum honestate decorum, discretionis & consilij maturitate conspicuum, in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum, nobis & Fratribus nostris placida tua conuersatio continuata diu apud Sedem Apostolicam approbauit, direximus oculos mentis nostræ; quibus pensatis, de personâ tuâ nobis, & eisdem Fratribus, ob tuorum exigentiam meritorum acceptâ, de Fratrum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, eidem Ecclesiæ Montisalbani prouidimus, præficientes eidem Ecclesiæ in Pastorem, tibique curam illius in spiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo per venerabilem fratrem nostrum Berengarium Episcopum Tusculanum munus consecrationis impendi.* In Ecclesiæ Montalbanensis archiuio aliud eiusdem Pontificis diploma reperitur, quo iam ab anno 1. Pontif. 3. Calend. Iulij Ber-

DV PVY. 1317.

trandus dicitur Episcopus institutus, & dispensatus, vt diœcesim administraret etiam nondum inauguratus, quod per triennium peregit, vt dictum est.

Cardaillac Comme cy-dessus.

2. Gvillelmvs de Cardaillac i. ex antiquâ prosapiâ in Cadurcis, Bertrando domino de Cardaillaco & Bieulâ, Sanctique Cyricij, dynastâ, ex Aleyde de Petrâ vxore secundâ genitus, Bertrandi Episcopi Montalbanensis patruus, eligitur 1319. 13. Februarij, quemadmodum colligitur ex Actis Consistorialibus Curiæ Romanæ. Iste lites quæ intercedebant inter Capitula Cathedralis B & S Stephani de Tescon composuit; ac pro sedis suæ iurisdictione iurgia plura exorta sunt inter eum, & regios iudices, sed tandem transactione sopita: Viguerium constituit Ioannem 1335. Begonis 1335. vt Episcopi nomine ius redderet: testamento hæredem statuit Bernardum Hugonem de Cardaillaco fratrem suum 1354.

3. Iacobvs i. Episcopus Montalbanensis 1357. 24. Decemb. posteà 1359. Vapincensis 1359. ex libro Prouisionum Prælatorum Vaticani.

4. Bernardvs anno 1359. ex iisdem Actis Consistorialibus.

Cardaillac.

5. Bertrandvs de Cardaillac ii. Bertrandi 5. Baronis de Cardaillac & de Bieule, fratris Guillelmi decessoris, ex Ermengardi de Lautrec, Sicardi Vicecomitis filiâ natus, successit patruo, testamenti codicillos edidit apud Montempessulanum ex archetypis documentis anni 1360. 1360. quibus Pontif. Max. hæredem nominauit. Frater hic fuit Ioannis Patriarchæ Alexandrini, Archiepiscopi Tolosani.

6. Arnaldvs Patriarcha Alexandrinus Administrator perpetuus Ecclesiæ Montisalbani recensetur in 1366. archiuis Cathedralis 1366. ex instrumento domus publicæ. Quidam putāt eum ex gēte de Cardaillaco ortum fuisse: sed in stemmate domus nouissimè edito secundùm fidem tabularum, inter Antistites huiusce familiæ non comparet; nam qui Patriarcha erat, nominatur Ioannes de Cardaillaco Archiepiscopus Tolosanus.

Chalais.

7. Petrvs de Chalais i. Abbas anteà de Coronâ Engolismensi, ex sanguine de Chalesio prognatus, creatur an. 1368. die Octob. 18. ex 1368. Actis Consistorialibus citatis: fuerat Legatus ad Imp. Carolum iv. Testamentum condidit 13. Nouemb. 1379. quo legauit Curiæ Romanæ mille florenos illi ab eâ debitos: Clementi 7. Auenioni sedenti, quem Gallia Pont. Max. agnoscebat, quingentos florenos pro bello Insubrico: Ecclesiæ verò suæ pedum pastorale, mitram, annulum & Capellam: voluitque corpus suum sepeliri ante altare B. Mariæ, cui dicit se votum fuisse à natiuitate: codicillorum verò originale in tabulario Montalbanensis Capituli repertum, hîc ad verbum exscribi curauimus.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Nouerint vniuersi « quod anno à Natiuitate eiusdem « M. CCC. LXXIX. die 13 mensis No- « 1379. uembris Indict. 2. Pontificatus san- « ctissimi in Christo Patris & domini « nostri, Domini Clementis diuinâ pro- « C uidentiâ Papæ vii. anno 2. apud « Montemalbanum, in mei Notarij & « testium infrascriptorum præsentiâ, ad « hoc vocatorum & rogatorum, perso- « sonaliter constitutus Reuerendus in « Christo Pater, & dominus noster Petrus miseratione diuinâ Episcopus « Montisalbani, licet æger corpore, tamen Dei gratiâ sanus mente, vtendo « vt dicebat gratiis tam per sanctissimum in Christo Patrem Dominum « Vrbanum Papam v. quàm præstantissimum in Christo Patrem domi « num Gregorium Papam xi. sibi factis, quarum tenores inferiùs descri « D buntur, & aliàs meliori modo & for « mâ, quibus de iure seu consuetudine « potest exprimi, siue dici, muniens se « signo sanctæ Crucis · sic dicendo, in « nomine Patris, & Filij, & Spiritus « sancti, amen, testamentum suum, seu « vltimam voluntatem fecit & condidit « formâ & modo contentis in quadam « papiri schedulâ, cuius tenor sequitur hic formâ. *In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen; & gloriosæ virginis Mariæ matris suæ, & totius Collegij supernorum: quia tanta est conditionis humanæ miseria, &c. Ego Petrus*

diuinâ misericordiâ Montisalbani Episcopus indignus, Iesu Christi misericordiâ sanus mente, licet æger corpore, cupiens ordinatione testamentariâ preuenire obitum meum, vtendo gratiis testandi mihi factis, primâ per sanctissimum in Christo Patrem dominum Vrbanum bonæ memoriæ, quæ fuit plena liberè testandi de omnibus bonis quæ habebam, tempore promotionis meæ ad Ecclesiam Montisalbani, secundâ in formâ communi & sanctiss. in Christo Patre & domino nostro Gregorio diuinâ prouidentiâ Papâ XI. & tertiâ ab eodem domino Gregorio, quod possem dare monasterio de Coronâ Engolismensis diœcesis B mille libras Turenensium paruorum, per eorum litteras Apostolicas, quarum tenores inferius describuntur: & aliàs meliori modo & formâ quibus de iure seu de consuetudine, ac de æquitate Canonicâ potest exprimi, siue dici, testamentum solemne, siue nuncupatiuum condo, dispono, & ordino in hunc modum: In primis animam meam peccatricem quanto deuotiùs possum commendo Iesu Christo Redemptori & Saluatori nostro, & beatiss. & gloriosiss. virgini Mariæ matri suæ, B. Augustino, & toti Collegio supernorum & volo sepeliri, & eligo sepulturam meam in Ecclesiâ meâ Cathe- C dralì Montisalbani ante altare B. Mariæ, cui fui oblatus antequam nascerer, & quia multa bona habui à Romanâ Curiâ, tempore quo fui in Legatione ad dominum Carolum Imperatorem Romanum, ideò lego sibi, & promitto mille florenos currentes Auenion. in quibus mihi tenetur ex mutuo, sicut apparet per bullam super hoc confectam. Item lego domino meo Papæ pro guerrâ Lombardiæ 500. florenos currentes, & supplice sibi humiliter & deuotè, quòd dignetur approbare hoc meum testamentum, quia benè informatus de administrationibus quas gessit tempore meo, & de vni- D uersis bonis per me administratis, considero quòd pro maiori parte contenta in hoc testamento sunt potiùs restitutiones quàm legata, & si quid habeo de proprio, confiteor quòd non sunt de bonis Ecclesiæ meæ, quia non habui expensas meas de ipsa, postquam fui Episcopus, imò exquisiui ea ex donatione domini Imperatoris prædicti. Item lego Ecclesiæ meæ Cathedrali crossam meam, & baculum pastoralem, & mithram cùm annulo pontificali, & pectorale, & Capellam nigram, sub tali conditione quòd

A aliquo modo alienari non possint. Sed quòd stent semper in Ecclesia prædicta ad vsum successorum meorum. Item lego successori meo omnia supellectilia mea, & melius Pontificale meum, & missale, & pulchriorem calicem, & turibulum argenteum, cùm naueta, & duas ampullas argenti, & chrismariũ meũ, & melius annulũ meum cùm saphiro, & rogo eum, quòd omnia bona dimittat in Eccl. si alibi transferretur, & quòd dignetur esse executor ipsius testamenti realiter. In omnibus verò aliis bonis meis, quæ pauca erunt, solutis prædictis, & facta sepultura mea facio & constituo hæredes meos Capellanos capellæ Ecclesiæ S. Benedicti in Ecclesia mea Montisalbani, & eorum Capellanias; considerando quod malè & pessimè sunt dotati, & quòd multa bona habuis etiam à domino Bertrando prædecessore meo, qui instituit eos heredes, & nihil profuit eis: & supplico dominis meis Albanensi & S. Angeli Cardinalibus, & domino Petro Archiepiscopo Arelatensi Camerario domini nostri Papæ, domino Ioanni Patriarchæ Alexandrino, & Archiepiscopo Tolosano, & domino Ioanni Agenen. quòd dignetur saltem nominis esse executor mei test. Item facio executores meos dominos Montarsinum de Aula Priorem maiorem Ecclesiæ meæ Montisalbani, Arnaldum Andrea Decanum Engolismensis, Heliam Obseruens Archidiaconum Petragoricensem, Heliam Iacobi Priorem de Longauilla, Arnaldum de Taulaiaco Priorem S. Licery, Bertrandum de Campaginhaco Canonicum Petragoricensem, Petrum de Cruce, & Petrum de Leno Canonicos S. Stephani Montisalbani, & familiares meos. Et volo quòd dictus dominus Helias Iacobi Prior de Longauilla, simul cùm vno aliò de aliis executoribus meis, aut duobus ipsorum, possint exequi voluntatem & ordinationem suam, aliis executoribus minimè requisitis; & volo quòd dictus Petrus de Cruce, de mandato dicti Prioris de Longauilla simul cùm vno alio de aliis conexecutoribus meis, aut duobus ipsorum, exequatur, & administret præmissa: & volo quod dictus dominus Prior similiter possit augmentare numerum Capellanorum Capellaniarum S. Benedicti prædictorum, & dictis Capellanis distribuere, & assignare de bonis meis prædictis, iuxta facultatem bonorum meorum prædictorum, & prout eis videbitur faciendum; & quod ponantur in hoc præsenti

publico testamento clausulæ necessariæ, vtiles & expedientes, & volo quod hoc sit meum vltimum testamentum, & mea vltima voluntas, & valeat omnibus melioribus modis quibus melius potuerit, & requiro vos magistrum Durandum de Archiâ Notarium authoritate Apostolicâ publicum, & habitatorem Montisalbani, quatenus ex vestro officio publico, de omnibus & singulis præmissis mihi conficiatis publicum instrumentum, & rogo vos dominum Heliam Iacobi Briorem de Longauillâ, Ioannem Andreæ, Petrum de Reuo, Petrum de Cruce Canonicos Sancti Stephani de Tescone Montisalbani, magistrum Bernardum Tira magistrum in Medicinâ, Petrum de Tallo Canonicum Ecclesiæ Engolismensis, Guillelmum Tornera, Guillelmum Fayardi, Petrum Giraldi Presbyteros, Robertum de Aulâ, Petrum Iacobi, Guillelmum de Lacu, Ioannem de Musaco, & Ioannem de Pichiato, quatenus de hoc præsenti meo testamento velitis esse testes. Acta fuerunt hæc anno, die, mense, indictione, pontificatu & loco prædictis, præsentibus Heliâ Iacobi Priore Prioratus Conuentualis de Villalonguâ Ordinis Cluniacensis, diœcesis Rotomagensis, venerabilibus viris magistro Bernardo Germani, &c.

Robert. 8. BERTRANDVS ROBERT III. 1380. 26. Ianuarij recognouit pro alio
1380. Bertrando ex libro Prouisionum Prælatorum; reperiuntur eius nomine instrumenta data vsque ad an. 1401. & Capituli S. Stephani Tesconis statuta confirmat. Eodem anno 1401. testamento legat 25. libras Capitulo, vt pedum Pastorale restaurari curet.

9. GERARDVS I. Pontifex Montalbanensis electus inuenitur an.
1403. 1403. 13. Octobris in Actis Consistorialibus, de eo silent dypticha Montalbanensis Cathedralis.

10. RAIMONDVS DE BARRO
de Bar. regebat Eccl[illegible]siam anno 1406. sacra-
Vn croissant, & vn lambel. mento se obstrinxit seruandi quæcunque antecessores Episcopi iura, priuilegia, & pacta inierant cùm c[illegible]uibus
1406. Montalbanensibus, vt liquet ex sequenti diplomate Montalbanensis archiuij, in quo iusiurandi series tali pacto exponitur: ANTE cœmeterium Ecclesiæ S. Orentij Mõtisalbani, cùm Reuerendus in Christo Pater dominus Ramundus de Baro, permissione diuinâ Episcopus Montisalbani nouiter electus, veniens nouiter in Montalbanum, & in possessionem Episcopatus tanquam verus Episcopus intrare vellet in sede Episcopali, & ante quàm dominus Episcopus dictæ ciuitatis debeat intrare dictam ciuitatem, in primo suo aduentu teneatur iurare, de tenendo & seruando priuilegia, vsagia, franchisias, libertates & consuetudines dictæ ciuitatis, prout sui prædecessores consueuerunt iurare: sciendúmque est, veniente nouiter dicto domino Episcopo, & existente ante dictum Cœmeterium dictæ Ecclesiæ S. Orentij dicti loci, venerunt ibidem ante ipsum dominum Episcopum honorabiles viri dominus Iordanus de Montegraltione Licentiatus in Decretis, Bernardus de Furno Baccalaureus in vtróque Iure, Guillermus de Engilbaudo, Guillermus de Pinols, Petrus de Petrâ, Ramundus Seguerij, Ioannes Grationis senior, Petrus Vitalis, & Hugo Bausserij Consules anni præsentis, dicti loci Montisalbani, qui pro seipsis, & pro dicto Consulatu & Vniuersitate Montisalbani, humiliter supplicarunt dicto do[illegible]ino Episcopo, & ipsum requisiuerunt, qu[illegible]enus antequàm intraret dictam ciuitatem, promitteret eisdem dominis Consulibus medio iuramento tenere, seruare, & custodire eisdem, & dictis ciuibus, dicta priuilegia, vsagia, consuetudines, franchisias & libertates, per dominos nostros Reges Frãcorum, & Episcopos Montisalbani eiusdem ciuitatis & Vniuersitatis, & habitatores eiusdem cõcessa, prout alij domini Episcopi, seu prædecessores iurare hactenus cõsueuerũt: qui quidem dominus Episcopus coram sacrosanctis Dei Euangelijs, & sacrâ Maiestate Dei ibidem proposuerunt, etiam ipse volens, vt dixit, toto posse suo tenere, seruare, & custodire dicta priuilegia & libe[illegible]tates, prout consuetum erat per dictos præ[illegible]cessores suos gratis, & suâ spontè, pro seipso, & pro successoribus suis Episcopis Montisalbani; mandauit & promisit, in animam suam iurando, ad modum Episcopalem ponendo manum suam dextram supra pectus, [illegible] dominis Consulibus præsentibus, & me Notario etiam pro dictâ ciuitate, & eius Vniuersitate, & pro aliis omnibus & sin-

„ gulis, quorum intereſt, intererit, aut A
„ intereſſe poterit in futurum, ſtipulan-
„ tis, etiam tenere, ſeruare, cuſtodire
„ benè & fideliter dicta priuilegia, vſa-
„ gia, conſuetudines, franchiſias, & li-
„ bertates, viâ, modo & formâ, & prout
„ dicti ſui prędeceſſores conſueuerunt,
„ hactenus iurarunt ſeruare, tenere, &
„ cuſtodire, ea nullo modo infringere,
„ nec diminuere, ſed potiùs augmen-
„ tare iuxta poſſe, de quibus etiam dicti
„ domini Conſules petierant inſtru-
„ mentum. Teſtes dominus Ioannes
„ Garidij Licentiatus in Legibus, nobi-
„ lis Robertus de Bar domicellus, Bar-
„ tholomæus Seguini, Bernardus de B
„ Orgelio, Michael Mancipij Burgen-
„ ſis, Stephanus de S. Baucio, Bertran-
„ dus Garidij Baccalaureus in Legibus,
„ Guillermus Ademarij, Ioannes Mar-
„ telli, Ioannes de Merlanis, Otho-
„ nus Seguerij, Stephanus Moſſeti, Bar-
„ tholomæus de Peyſieto, Bertrandus
„ de Liuonne, Magiſtri Guillermi,
„ Ioannes Conſueuerij, Henricus Ste-
„ phani Notarius, Guillermus Cauſſada-
„ Palhenus, Ioannes Forandi, Arnal-
„ dus Bardini, & alij plures habitatores
„ Mõtisalbani. Nonnulla ordinauit pro
1417. Capitulo S. Stephani Teſconis 1417. literis datis in domo habitationis ſuæ: C in ſigillo apparet imago B. Mariæ à lateribus ſanctorum Martini & Theodardi, patronorum Eccleſiæ Montalbanenſis, inferiùs Epiſcopi genuflexi effigies proſtat cùm teſſeris familiæ: conſtat autem ex bullâ Martini V. datâ an. 1421. fuiſſe Conſeruatorem Iudicem Eccleſiæ Albienſis.

11. GERALDVS II. anno 1424. de eo tantùm eius Vicarij Generalis ſtatuta quædam inueniuntur ſub illius nomine, quo firmantur regulæ Capituli S. Stephani.

12. PETRVS II. nominatur in D
1416. archiuis Notariorum anno 1416.

13. BERNARDVS DE LA ROCHE ſ. hanc Eccleſiam rexit 1431. eodem anno menſe Ianuario, in æde S. Saluatoris Caſtriſaraceni ſocietatem Confratrum S. Mauri inſtituit. Hic Carolo 7. Regi pergratus fuit, & eius mandato multis legationibus egregiè functus eſt, tam extra, quàm intra regnum, vti teſtantur antiquæ litteræ ſcriptæ Biturigi 25. Auguſti 1440. debellatis Anglis in Vaſconiâ

LA ROCHE.

Rex-victor apud Montalbanum hoſpitium habuit in vnâ duarum ædium Epiſcopalium, quæ erat intra vrbis mœnia ſita, eique diploma conceſſit die 19. Ianuarij 1442. quo domus 1442. Pontificiæ emortui mancipij iusobtinuit, ex autographo fragmentum exſcripſimus, vbi Rex his verbis vtitur: *Hinc eſt, quòd nos conſiderantes præmiſſa, & quòd etiam redeuntes cum exercitu noſtro à partibus noſtris Vaſconiæ, & Aquitaniæ, perſonaliter hoſpitati in ipsâ domo, & per ipſum Conſiliarium noſtrum honorificè recepti fuimus, & inde, prout decens erat, huiuſmodi requeſtæ ſuæ fauorabiliter annuentes, dicto Epiſcopo Montiſalbani de gratiâ ſpeciali concedimus, vt ipſe & ſui ſucceſſores Epiſcopi domum teneant, & pacificè poſſideant, ſine inquietatione, & moleſtiâ quacumque, ſicut antiquum patrimonium ipſius Eccleſiæ:* Hoc quondam palatium Epiſcopale, nunc partim verſum eſt in domum publicam vrbis, partim in templum Sectariorum, vnde lis interceſſit inter Annam de Murouetteri Epiſcopum, & vrbis Syndicum, ac Senatuſconſulto Toloſano cautum, vt ablatam poſſeſſionem domus recuperaret. Bernardus etiam ab eodem Carolo 7. confirmationem obtinuit prædicto an. 1442. omnium tranſactionum & priuilegiorum, quæ tum Comites Toloſani, tum anteceſſores Reges Montalbanenſi Eccleſiæ conceſſerant. Denique teſtamentum edidit Lutetiæ menſe Septembri 1445. quod reperitur in archiuis Capituli Cathedralis, cui legat centum 1445. aureos, Collegiali autem 60. vt orent pro animæ ſalute; apud Minoritas Pariſiis ſepulturam delegit. Hoc teſtamento ſe aſſerit ex Cabellicenſi Antiſtite factum Montalbanenſem, nec tamen idcirco reponendus, vt videtur, in indiculo Præſulum Cabellicenſium Bernardus iſte, qui iam Montalbani ſedebat 1431. cùm Ioannes de Rupe, in omnibus melioris notæ Cabellicenſis archiuij catalogis ita cognominatus ſit, & in Actis Conſiſtorialibus dicatur ex Bethleemitano Præſule creatus Cabellicenſis 1433. cùm tunc temporis præeſſet Sedi Montalbanenſi Bernardus, fatis functus anno 1445.

14. AIMERICVS DE RVPEMORELLO, Abbas cuiuſdam monaſterij

RVPEMORELLO.

sterij Ordinis Cluniacensis nominatur Episcopus 1445. 7. Idus Ianuarij, successor Bernardi, vt habent Regesta Vaticani, in chirographis publicis recensetur 1446. & in bullâ Nicolai 5. Pontificis: decessit 1449.
1446.

ROSERGIO.
15. BERNARDVS DE ROSERGIO, II. Tolosanus, & Academiæ publicus Professor in Iure Ciuili & Canonico, ex Cancellario & Præposito Ecclesiæ Tolosanæ electus Vasatensis Episcopus, huc transfertur 1450. 5. Idus Ianuarij, cùm postulatus fuisset à Capitulo Montalbanensi. Possessionem
1450. adipiscitur 2. Aprilis 1450. cuius electionem ratam habuit Nicolaus 5. Papa. Iterum traductus ad Archiepiscopatum Tolosanum 1452. 3. Nonas Ianuarij: erat vir doctissimus, multáque scripsit opera, quorum elenchum inserit Nicolaus Bertrandus in Gestis Tolosanorum.

ESTAMPES. D'azur à 2. girons d'or mis en cheuron: au chef d'argent chargé de trois couronnes Ducales de gueulle.
16. GVILLELMVS D'ESTAMPES, II. Cubicularius & Subdiaconus Nicolai v. Papæ, & Ecclesiæ Pictauensis Subdecanus, filius Roberti de Stampis domini de Salebris, & de la Ferté-Imbaut, ex Iaquetâ Rolland, fratrem habuit Robertum stirpis dominorum de la Ferté Imbaut & de Valançay propagatorem, Marescallum & Senescallum Borbonij, Ioannem Carcassonensem, & alium cognominē Niuernensem Episcopum:
1452. electus 1452. 3. Nonas Ianuarij in Registro Vaticano: possessionem iniit 2. Aprilis eiusdem anni, translatus ad Condomiensem Episcopatum 1455. de quo meminit Historia MS. Episcoporum Vasconiæ, quæ extat in bibliothecâ Domus professæ Tolosanæ Patrum Societatis Iesu. Ex eadem gente Stampensi Achilles Cardinalis de Valançay, & Leonorius d'Estampes ex Carnotensi Antistite, Remensis Archiepiscopus.

LABBATVT.
17. IOANNES DE LABATVT, I. ex domo de Batuto de Montrosier in Rutenensi prouinciâ: possessionem
1455. nanciscitur 1455. mense Decemb. & anno 1466 die 10. Augusti in feudum dedit ditionem (quæ Islemade olim Insula amata, aliàs Insula madida vocabatur, fortè quia vicina est Tarnensi fluuio) Noteto Seguierio Iudici maiori, inde Senescallo Caturcensi.

MONTALAMBERT. De gueulle, à la croix ancrée d'argent.
18. IOANNES DE MONTALAMBERT, II. nobilis Picto, S. Martini de Campis Parisiensis, Ordinis Cluniacensis Prior, B. Gildasij in pago Bituricensi, & Gimontij Abbas Commendatarius, Cameræ Computorum Ducis Aquitaniæ primarius Præses, in Iure Canonico Licentiatus ad hanc sedem ascendit 1470. 1470.
confirmatus 23. Augusti à Bertrando de Rosergio Archiepiscopo Tolosano suo Metropolitâ, vt testantur archetypæ tabulæ in scriniis Capituli, quæ produnt electionem factam fuisse per scrutinium; in archiuis vrbis Montalbanensis visitur epistola Pauli 2. summi Pontificis eiusdem anni 1470. ad populum Montalbanensem, quâ iubet vt eundem Ioannem recipiat, eique obedientiam præstet. Addit Pontifex eodem anno sede vacante eum elegisse per mortem Ioannis, quamuis nominatus fuisset à Capitulo & confirmatus ab Archiepiscopo Tolosano. Obiit 1483 4. Ianuarij, 1483.
de quo Martinus Marrier in Historiâ Regalis monasterij S. Martini.

AMBOISE.
19. GEORGIVS D'AMBOISE Petri domini de Chaumont, ex Annâ de Bueil filius, in Pontificem assumptus 1484. per obitum Ioannis, & cessionem alterius Ioannis de Duburgierge Cantoris Rutenensis postulati 1485. 17. Decemb. vt refertur in 1485.
Actis Curiæ Romanæ: Capella Tolos. his vtitur verbis in Decisionibus. Ego « anno 1474. tunc Officialis & Vicarius domini de Leone (Archiepiscopi « Tolosani) cognoui de causâ electionis Episcopatus Montalbani inter « Georgium de Ambasiâ, & Eleemosynarium eiusdem Ecclesiæ. Pro Georgio etiam Innocentius 8. Papa 1484. anno 1. Pontificatus 16. Calend. Ianuarij scribit ciuibus Montalbanensibus, vt eum admittant Antistitem, cuius exemplar extat in publico vrbis tabulario, quam ingressus est solemniter 10. die Maij 1489. A Carolo 8. & Ludouico XII. Regibus, qui eum magnoperè diligebant summi momenti negotiis præpositus, ad Sedem Narbonensem, dein Rotomagensem transfertur, creatus & Cardinalis ac Legatus in Galliâ. De eo plura in

Archiepiscopis Rotomagensibus, A in Historiâ Regis Caroli 8.

Oriole. D'azur à la fasce ondée d'argent à trois vols d'or liez de mesme.

20. Ioannes Doriole, iii. Petri de Auriolâ Franciæ Cancellarij sub Ludouico xi. filius, ex Archidiacono Narbonensi, & Sigilli publici in Occitania Custode, ac Senatoris Tolosani defungente Magistratu altero, qui ad Episcopos spectat, Georgij resignatione fit Præsul & possessor
1491. 11. Aprilis 1491. Ludouico de Ambasiâ Episcopo Albiensi præsente, iuramento se obstrinxit coram Consulibus ante pontem Tarni, obseruaturum se religiosè cuncta ciuitatis priuilegia, quod continetur in monumentis publicis, ceu codice sacramentali. Litem mouit in Capitulum S. Stephani Tesconis, quòd ab Episcopi se iurisdictione tum spirituali, tum temporali subduxerat, priuilegiis olim datis à Nicolao v. & deinde Pio 2. Pontif. Max. quibus S. Saturnini apud Tolosates, & Moyssiaci Abbates huic Capitulo Iudices Conseruatores præficiebantur; nihilominus Senatusconsulto Tolosano euicit, & exinde statuta plura condidit pro cultu diuino, & morum reformatione, placito Parlamenti Tolosani confirmata, quibus disciplinam Ecclesiasticam collapsam inter Canonicos studuit reuocare; iis paruêre nonnulli, ac cæteri tanquam ex abusiuâ sententiâ prouocarunt, iterúmque aliâ sententiâ insuper damnati sunt. Alterius quoque generis mouit controuersiam 1501. pro iuribus feudorum in Canonicos Cathedralis suæ, & B. Stephani: necnon S. Claræ Moniales. Testamentum condidit 3.
1518. Februarij 1518. quod in archiuis publicis vrbis seruatur, ex quo apparet eum fuisse ditissimum: Ecclesiæ suæ multa legauit & Capitulo Montalbanensi, geminis campanis turrim Cathedralis, æreo pulpito chorum, & candelabro maiore ornauit; quinque sacellis Ecclesiam suam, & alio Clarissarum templum decorauit, Capitulo donat 13. libras fundo acquitendo, eâ lege, vt obitus tredecim pro eius animæ salute decantarent: eodem onere astrinxit Capitulum alind Collegiale, & concedit decimas quas emerat in terrâ de Bagatapud Cadurcos. Maiorem prætereà calicem Cathedralis Canonicis legat, vrceolos, candelabra quatuor, Missale argento obtectum, quæ donaria marcas argẽti 40. continebant, mithrã & casulam vt inseruiant ea successoribus, quibus tamen non liceat sine cautione quidquam transferre: geminam suppellectilem stromatum iis quoque concedit, aliam successoribus Præsulibus: capsam argenteam fieri curauit pro corpore S. Theodardi, ex testamenti verbis huiusmodi: *Item volo & ordino quod capsa, siue Reliquiarium per me factum de puro argento, in quo fuit repositum corpus beatissimi Theodardi patroni mei, perpetuò remaneat ad vsum dicti sancti, & in Sacristiâ Ecclesiæ meæ in armario ad hoc deputato: & quod successores mei habeant & teneant vnam clauem, reliquam verò Capitulum.* Ordinat quoque Nosocomium pro pestis morbo laborantibus, quod fieri inchoauerat, perficiatur, & ad hoc tria millia librarum cessit, eligit atque sepulturam in sacello quod erexerat adlatus maioris altaris. Hæredem instituit Antonium d'Oriole filium maiorem natu Ioannis d'Oriole Equitis: executores nominat Antonium fratrem Cadurcensem Canonicum, Iacobum de Durfurt ex sorore nepotem, Ioannem de Auriolâ Dominum de Gramat, Raimundum de Varezâ Abbatem Albaterræ, & Ioannem de Durfort itidem nepotem, & Canonicum Cadurcensem. Porrò domini de Cabrerez huius Episcopi bona possident matrimonio inito cùm eius nepte, vt ferunt domesticæ tabulæ.

Oriole.

21. Antonius d'Oriole superioris nepos ex fratre, idémque Cadurcensis Canonicus, & ex eius resignatione successor deligitur anno ætatis 28. bullâ Leonis x. Papæ 1516. 1516.
Idibus Iulij quæ extat in armario Montalbanensi, seruatâ tamen mediâ parte prouentus Episcopalis, collatione Canonicatuum, Episcopali palatio, & iure diuinis officiis fungendi ad libitum; sed vllo Episcopali munere functum fuisse non reperitur, at paucis sanè diebus sedisse constat ex sequenti.

Des Prez. D'or à trois bandes de gueulle, au chef d'a-

22. Ioannes des Prez iv. ex illustri familiâ dominorum de Montpezat in Cadurcis oriundus, Hugonis, Caroli 7. Regis Cambella-

zur, chargé de trois estoilles d'or.

ni filius, castri de Montepesato do- A
minus erat temporalis, fundator & Decanus Collegiatæ basilicæ eiusdem loci in diœcesi Cadurcensi, cuius Capellanias sex instituit anno 1520. ex tabularum autographo in cartula-
1519. ris Montispesati. Anno autem 1519. Cathedram Montalbanensem occupabat, castrum de Piquecos propè Montalbanum construxit ad fluuium de Laueron, quò sæpe domicilium habuit, & nunc est dominij hodiernæ gentis de Montepesato: ibi quoque commorabatur Ludouicus XIII. dum Montalbanum obsidione cingeret 1621. Statuta synodalia edidit pro B
diœcesi 1521. quæ 1526. vulgauit typis excusa: & alia pro Cathedrali, cuius Canonici hoc eodem anno, ex sancti Benedicti monachis sæculares fiunt
1522. eo permittente: an. 1522. Ioannes Aurelianensis Archiepiscopus Tolosanus ciuitatem suam ingreditur cùm Episcopis Mirapicensi, Vaurensi, ac ipsómet Montalbanensi. Illius Præsulis tempore Capitulum S. Stephani ad Tesconem à Clemente 7. confirmatione acceptâ anno 1523. diplomatum Nicolai V. & Pij 2. quibus ab Episcopi omnimodâ iurisdictione fiebat immune, Ioannes appellationem C
persecutus est, & decreto Senatus Tolosani 1533. Episcopi iurisdictio confirmatur, & Capitulum multâ 50. librarum punitur, quæ omnia testantur exemplaria cartarij Ecclesiæ Montalbanensis. Episcopatum possedit vs-
1539. que ad an. 1539. & humatur in Capellâ templi de Montepesato.

DE LETTES

23. Ioannes de Lettes aliàs de Pratis, V. ex dominis de Puissalicon in Occitaniâ, parentes habuit Antonium & Blancam de Pratis, neptem Ioannis Episcopi: è quibus dynastis propagata D
est familia, quæ est eadem de Mont-
1540. pezat. Ex Abbate Moyssaci successit anno 1540. Vicarius Ioannis de Pratis Episcopi 1519. Non fuit consecratus, quantùm coniecturâ licet assequi, quia suo tempore Vicarium generalem habuit Petrum de Bisqueriis Episcopum Nicopolensem Suffraganeum, qui variis in Ecclesiis sacros ordines ministrauit, ex quibus aliqui coniiciunt Ioannem Administratorem tantùm Episcopatus fuisse, quod ex sequentibus improbatur:

nam cùm eâ tempestate Clericorum mores in his regionibus, præcipuè impudicitiâ notarentur; *Tolosæ*, inquit
Thuanus anno 1551. Hist. lib. 8. *ante* 1551.
triennium VI. Cal. Nouemb. Senatusconsultum factum fuerat, quo impudicitia Sacerdotum grauibus admodùm & ignominiosis pœnis coercebatur, Regiis Magistratibus potestate factà in eos animaduertendi, quòd Iudices Ecclesiastici conniuere, & huiusmodi criminum castigationem negligere dicerentur: rem Ordo sacer grauissimè tulit, querimoniáque ab Episcopo Montalbanensi de Senatusconsulto ad Regem, qui tum Ambosiæ erat, delata, tandem peruicit, vt sanctioris consilij decreto illud reuocaretur, & tanquam contra sancta decreta, & Ecclesiastica priuilegia factum induceretur: negotiúmque datum Petro Altoclaro Libellorum Supplicum Magistro, vt decretum regium executioni mandaret, & iniurias Sacerdotibus acceptas publicè sarciret: id actum 3. Calendas Maias hoc anno. Cùm ergo delectus sit Ioannes vt nomine totius Cleri apud Regem peroraret, inde credibile est, virum eloquentem & ingenio præditum fuisse, & iam sacris initiatum; quam dignitatem posteà sacrilegio duplici prophanauit, nam consignato Episcopatu nepoti Iacobo Desprez, & Abbatiâ de Moyssaco Cardinali Guysiæ dimissâ, vt priuatam ruri vitam ageret, in fundo proprio de Beauuais iuxta Montalbanum, vicinam nobilem puellam in coniugem non modò assumpsit, sed Geneuam quoque deduxit apostata factus, quò inops subitâ morte miserrimè periit, post Ecclesiam spoliatam bonis, pretiosis rebus, & ornamentis: non tamen à fide alienum fuisse credibile est, saltem publicè dum adhuc Episcopatu fungeretur, cùm triennio antequam hæresis Montalbani sæuiret, hoc est an-
no 1560. iam infulis nuntium misis- 1560.
set ab anno 1557.

DES PREZ

24. Iacobvs des Prez II. Antonij Franciæ Marescalli & Proregis Occitaniæ filius, inter liberos natu minor, frater Melchioris domini de Montpezat, patruo successit 1557. Abbatiâ Loci-Dei apud Cadurcos, Stellæ, Pictauensis diœcesis, & Nobiliaci, potitus, vir ferocis animi, pro fide tamen Catholicâ quantùm potuit zelo flagrare videri appetens, sed

non secundùm scientiam Dei, eam A non Episcopali dignitate, quâ nunquam consecratus dicitur, nec literis, quibus carebat, sed armis & militibus quibus ad vltimum vsque vitæ spiritum præfuit, Ecclesiam tutari voluit, & hæreseos enascentis incrementa in
1562. suâ diœcesi annis 1560. & 1562. extirpare totis viribus est aggressus. Cùm enim 1560. Montalbani paululùm primò grassari cœpisset hæresis, vbi Nouatores furtim conuenticula habebant: sequente anno ferè omnes inuasit, vnde per vim eiectis Ecclesiasticis, & melioris notæ Catholicis, statim basilicas, sacella, & quæcunque B ad Ecclesiam spectabant diripuêre, vt ex archiuis vrbis comprobatur, & libris Sectariorum, nouem parochias Consulatus vrbis vastatas & direptas: nempe S. Michaëlis, quæ erat parochialis antiquæ vrbis de Pechauriolo, S. Stephani, S. Iacobi, Gassatræ, Albifolij, du Fau, de Leuiac, S. Martialis, & de Falquenis, quæ tres postremæ sunt iurisdictionis Cadurcensis Episcopi, quanquam patronatus, Montalbanensis iuris sit, sicut & S. Petri Campiredonij, & de Montalzat apud Cadurcos. Sectarij ergo in vrbe potiores rebellarunt, Eccle C sias ac Monasteria diripuerunt, Cleri bona inuasêre, & Catholicos rapinâ, vulneribus, cædibúsque, & probris è propriis domibus expulêre, necnon instrumenta publica Ecclesiæ igne combussêre. Ex Catholicorum partibus non minore furore actum in rebelles Sectarios ab ipso Iacobo de Pratis, quem manuscripta asserunt, bello Montalbanenses vexauisse, maximè cùm anno 1562. à Monlucio per menses plures vrbs obsidione cincta est; quos enim hæreticos intercipiebat Iacobus, eos vir ferox plerúmque procumbentes pede suffocabat, for- D tè vlturus iniuriam quam se credebat à Montalbanensibus accepisse, quòd durante obsidione ipsum cùm Cardinale Strozio depictum publicè ex propugnaculo ciuitatis suspendissent; sic ex vtrâque parte sæuitum est, & cùm omnes pietatē & religionem obtenderent, plures, iniurias priuatas vlciscebantur. Denique Iacobus cùm armatus inter Bellofortium & Montempezatum incederet, ab hæreticis è Caussadâ oppido insidiis oppressus, cùm diu vitam ferro propugnasset, & eam spe decem millium nummorum redimere tentasset, à quodam milite perfidè enecatus est anno 1589. cor- 1589.
pus Montempezatum delatum, ibi terræ conditur in Ecclesiâ. Dum viueret 1558. legitur emphiteutici dominij iura percepisse ex sententiâ Senescalli ciuitatis; necnon ex vrbis publicis instrumentis, consensisse 3. Augusti 1579. in castello suo de Piquecos, postulantibus Consulibus gymnasium construi: Henricus autem 3. statuit mense Octobri Professores subditos Episcopo, tum ab eo, tum à Consulibus eligi.

25. Henricus des Prez des Prez.
Marchio de Montpezat, nepos Iacobi, fauente Henrico Lotharingo Duce Meduanæ, vterino fratre occiso in obsidione Montalbanensi 1621. nominatur Antistes, quanquam à Pontifice Max. bullas nunquam acceperit: námque Episcopatui cessit non 1595.
consecratus 1595.

26. Annas de Mvrvieil Mvrvieil.
Henrici consobrini resignatione, or- Ecartelé au
tus ex antiquâ domo Baronum de 1. & 4. d'azur à vn
Murouetera propè Biterras, an. 1595. chateau
à Duce Meduanæ tunc à fœderatis, d'argent
vt vocabant, electo Coronæ Gallicæ au 2. & 3.
Præfecto Generali Præsul designa- d'azur au
tur, contradicente Henrico 4. Re- croissant
ge, qui Marescalli Matignonis filium d'argent.
nominauit, nihilominus cùm eodem anno Meduanius in gratiam Regis rediisset Episcopatum Annæ seruauit, qui anno 1601. Sedis possessionem 1601.
adeptus est. Sub eius Pontificatu Montalbanensis Ecclesia, ob bella ciuilia multa passa est: cùm enim Catholica religio ab anno 1561. ab vrbe exulasset, sub Annâ ter restituitur: primùm quidem anno 1600. 20. Augusti. Secundò eadem die anno 1623. per Petrum Seguierium dominum d'Autry, Libellorum supplicum Magistrum, ac sacri Consistorij Comitem, nunc Franciæ Cancellarium, Ecclesiasticis pulsis, & in vrbem reuocatis, in Ecclesiâ D. Iacobi, destructo templo S. Ludouici diuina officia celebrata sunt: Sedit verò Annas in oppido de Montech vsque ad annum 1629. quo Montalbanum in potestatem Regis fuit redactum: eodem anno Ioannes Armandus Plessius Cardinalis Richelius, ciuitatem ingressus

1629. 20. quoque Augusti 1619. Catholi- A
cam religionem profligatam erexit,
& sequente die, assistentibus Archi-
episcopis Tolosano & Burdegalensi,
necnon Antistitibus Montalbanensi,
Albiensi, Riuensi, Valentinensi, Ca-
durcensi, Appamiensi, Duce Mon-
moranciaco, & Bassompetrâ Equi-
tum Tribunis, multisque aliis nobili-
bus, sacrificium Missæ solemniter ce-
lebrauit, in loco basilicæ S. Iacobi,
quæ postmodum restaurata, nunc pa-
rochiali titulo gaudet. Et in memo-
riam perpetuam singulis annis, die
prædicto 20. Augusti publica fit pro-
cessio ab omnibus vrbis Ordinibus, B
quâ solemnes agunt Deo gratias.
Tunc Societatis Iesu Patres & Capu-
cini introducti fuêre in vrbem, vt
missione generali plebem ad cultum
Dei excitarent: Ducis verò Esperno-
nis liberalitate posteà iidem Capuci-
ni ad Tarnim fluuium cœnobium
1631. condidêre. Anno autem 1631. Iusti-
tiæ Præfectus, cui executio Edicto-
rum regiorum pacis in Aquitaniâ
commissa fuerat, Ecclesiasticis bona
quoque & iura restituit. Posteà
anno 1632. Franciscani fundo anti-
quo repetito, nouum monasterium
construxêre, Religiosæ Sanctæ Cla- C
ræ desertum cœnobium eodem tem-
pore repetunt, Carmelitæ Patres se-
quente anno, ac moniales Carmelitæ
1635. in vrbem admittuntur Vrsulinæ
1639. Quod autem spectat ad ciuilem
gubernationem, Electionis societas
vt vocant, statuitur 1631. Præsidialis
1632. sedes 1632. & Quæstorum Conuentus
1635. Interim cùm iura Episcopatus,
Annas de Muruieil, per tot bellorum
incendia dissipata inuestigasset, Sena-
tusconsulto Tolosano 13. Septemb.
1633. mediâ parte iurisdictionis & feu-
di potitur in vrbe, Rege aliam obti-
nente. Tandem octogenario maior D
& Abbas S. Iacobi Biterrensis, Mon-
talbani excessit è viuis Decanus Epis-
1652. coporum Galliæ 8. Septemb. 1652.

DE BERTIER. D'or au taureau effarouché de gueulle, chargé de cinq estoilles d'argent, posées en bande

27. PETRVS DE BERTIER II.
ex Abbate Loeirestaurati diœcesis
Suessionensis, Theologiæ Doctore
Sorbonico, & Archidiacono Tolosa-
no, natus ex nobili familiâ Berteriâ
Tolosanâ, filius Ioannis in Senatu
Præsidis, & Franciscæ de Masencal,
natæ Ioannis de Masencal Principis
eiusdem Senatus; nepos etiam Ioan-
nis de Bertier Episcopi Riuensis, Can-
cellarij Margaretæ Reginæ Ducissæ
Valesij; denique gentis eiusdem Phi-
lippus Berterius dominus de Montra-
be, Præses Tolosanus, vir doctus, pa-
rens Ioannis Berterij eiusdem Parla-
menti Tolosani primarij Præsidis. Pe-
trus verò cùm in scholis Sorbonicis
magna ingenij specimina edidisset,
Licentiatorum primus, laureâ Do-
ctoris honestatus, à Rege Ludoui-
co XIII. cui elegantissimis con-
cionibus potissimùm innotuit, an-
nos tantùm natus 26. Coadiutor
nominatur 1634. Annæ de Muro- 1634.
ueteri, præsertim vt operam nauaret
in diœcesi ab hæreticis corruptâ, & ad
religionem orthodoxam eos reduce-
ret, quod Ecclesiæ bono studiosè præ-
stitit: consecratur autem sub titulo
Episcopi Vticensis Coadiutor, Tolo-
sæ in basilicâ Metropolitanâ die 30.
Augusti 1636. à fratre patruele Ioan- 1636.
ne-Ludouico de Bertier Riuensi,
Henrico de Sponde Appamiensi, &
Carolo Iacobo de Leberon Valenti-
no Episcopis. Anno 1638. interfuit
Conuentui Ordinum Occitaniæ Car-
cassonæ habito, in iisque electus est,
vt Regi codicem querimoniarum
prouinciæ offerret, túncque oratio-
nem elegantem habuit mense Aprili
1639 Regi gratissimam. Anno sequēti
in Cathedrali Ecclesiâ toto Quadra-
gesimæ tempore pias, doctásque con-
ciones habuit. Idem mēse Iulio 1643. 1643.
deligitur à celebri Sorbonæ Colle-
gio, Ludouico XIII. iusta soluenti,
vt ei oratione funebri parentaret:
quo etiam munere laudatissimè fun-
ctus est in æde S. Genouefæ 1645. in
exequiis Francisci Cardinalis Rupi-
fucaldij, ac 13. Nouemb. 1646. in fe-
rali pompâ Armandi Mallij Bresæi
Ducis Fronsaci, Admiralis, ac mari-
timarum classium Præfecti, Regis de-
creto in æde Cathedrali Deiparæ Vir-
ginis celebratâ: Carcassonæ, in fune-
re Caroli Monchahj Archiepiscopi
Tolosani, & in sacro Remensi Ludo-
uicum XIV. Regem an. 1654. lucu- 1654.
lento sermone salutauit. Nec minùs
sollicitus de iis omnibus quæ ad Ec-
clesiæ suæ spectant ornamentum, cu-
rauit etiam vt Montalbanensium Præ-
sulum exacta series colligeretur ex ve-
teribus Actis Capituli, aliisque monu-
mentis, cùm crederet Pastoralis offi-
cij sui esse, vt decessorum Antistitum

memoriâ quam ciuilia bella & Segreges ferè deleuerant, renouaret: cui id acceptum lubenti animo referimus, & debebit posteritas, cùm anteà penè ignota iaceret Montalbanensium Episcoporum successio.

NAMVRCENSES EPISCOPI.

Namvr. sur la Meuse & la Sambre, d'or au lion de sable bandé de gueulle.

Namvrcvm oppidum, nobilis Comitatus in Belgio caput, Sambræ fluuio impositum ad læuam Mosæ ripam, quam Heuterus Nemetocennam Cæsaris fuisse autumat, naturâ & arce munitissima vrbs est, in loco edito sita, & mœnibus tempore Maximiliani cincta. Hîc Consilij Prouincialis Curia, & Episcopalis sedes à Leodiensi Episcopatu auulsa 1559. quæ Archiepiscopatui Cameracensi subest. Ecclesia maior S. Albano dicata, olim cùm Canonicis à Valone Episcopo Leodiensi, & Alberto Comite erigitur 1047. In eâ diœcesi cuius mensæ Episcopali vnitum est monasterium Bronij, comprehenduntur Abbatiæ.

Gemblaci *Gemblours* O. B.

Valcvriæ *Vualcour* O. B.

Andenæ *fœm. Andenne.*

Rameiæ *Rameige* O. C.

Villarii *Villers* O. C.

Floreffiæ *Florenne* O. P.

Episcopi huius diœcesis sic se habent ex Miræo, Guillelmo Gazæo in Historiâ Ecclesiasticâ Belgij, & aliis schedis collecti.

Havet. 1. Antonivs Havet Attrebas, Ordinis sancti Dominici, sacræ Theologiæ Doctor, Mariæ Hungariæ Reginæ, Caroli v. Imperatoris sororis, apud Belgas rerum Administratricis, à Confessionibus, & eiusdem
1562. Concionator, designatus est Episcopus Namurcensis anno 1562. adiit possessionem 7. Martij, consecratus ipso sanctissimæ Trinitatis festo. Interfuit Concilio Tridentino sub Pio 4. diœcesanam synodum celebrauit anno 1570. mense Iulio, sedit annos 16. & ampliùs: obiit anno 1578. in 1578.
Choro Ecclesiæ suæ Cathedralis tumulatus habet hoc epitaphium.

D. O. M. Æ. S.

Frigida quid mæsto referunt hæc marmora luctu?
Præsulis eximij membra sepulta tegunt.
Dogmate Cæsareos sacro imbuit ille decores
Regiáq; intrepidà corda superba fide.
Ille Namurcensem primus gestare Thiaram,
Et sacri meruit sceptra tenere gregis:
Ille tibi decus æternum laudémque Namurcum
Eloquij peperit dexteritate sui.
Ergo age cùm lachrymis dic talia verba sepulto,
Sit tibi sydereâ Præsul in arce locus.
Obiit anno 1578. vltimâ Nouembris.

Vvallon chapelle. 2. Franciscvs a Vvallon-chapelle i. Audomarensis, ex Guardiano Conuentus Niuellensis Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantiâ prouinciæ Flandriæ, electus in Namurcensem Præsulem anno 1579. 1579.
5. Maij, inauguratur 10. Augusti 1580. à Laurentio Metsio Episcopo Boscoducensi, in basilicâ Franciscanorum Namurcensium, Hispaniæ Regi, & Ioanni Austriaco Belgij Gubernatori pergratus: præfuit annos non omnino 12. migrauit è vita an. 1592. 17. Fe- 1592.
bruarij in D. Albani æde sepultus.

Davs. 3. Ioannes Dave' i. Namurcensis, Theologiæ Licentiatus, & Iuris vtriúsque Doctor, ex Præposito Cathedralis S. Albani, & magni Cōsilij Mechliniensis Senatore, ad Namurcensem euectus est Cathedram anno 1593. consecratus Antuerpiæ à Læuino Torrentio suo Metropolitâ anno 1594. 18. Septemb. exceptus in Ca- 1594.
thedrali 23. Octobris sequentis: fato cessit 3. Martij 1595. conditus in choro basilicæ cùm hac inscriptione: *Reuerendissimo, amplissimóque viro domino D. Ioanni Dauæo Namurcensi, S. Theologiæ Licentiato, & vtriúsque Iuris Doctori clarissimo, primùm huius Eccle-*

fiæ Canonico & Præposito, tum Consiliorum Prouincialis Namurcensis, & supremi Mechliniensis Consiliario, necnon Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Virginis Namurcensis Abbati sæculari, ac demum tertio huius Ecclesiæ S. Albini Episcopo ac Pastori meritissimo, bonis omnibus, & primariis quibusuis viris amicissimo, Petrus Radu huius item Ecclesiæ Canonicus & Archidiaconus, & in Abbatiali dignitate successor, domino suo colendissimo de præmortui facultatibus, testamento obsignatus executor erigi curauit: Vixit annos 64. obijt 5. Nonas Martij 1595.

BLASÆVS.

4. IACOBVS BLASÆVS Flander Brugensis, Ordinis S. Francisci, Ecclesiastes facundissimus, ex Prouinciali prouinciæ S. Andreæ ad hanc sedem promotus 11. Maij 1596. con-
1596. secratur Bruxellis 23. Nouemb. 1597. à Nuncio Sedis Apostolicæ in basilicâ B. Elisabethæ, ibidem in exequiis Philippi 2. Hispaniarum Regis apud S. Gudilam funebrem habuit orationem 1598. 31. Decembris. Ad hunc dedit Clemens 8 Pontifex Max. breue Apostolicum quo populi Namurcensis in fide Catholicâ sinceritas comprobatur. Sedit annos 3. & penè medium: inde ad Audomarensem
1600. Cathedram euocatur anno 1600. ibidem in senectute bonâ quieuit 1618.

BVISSERET.

5. FRANCISCVS BVISSERET II. Montensis in Hannoniâ, Iurium Doctor, ex Decano Metropolitanæ Cameracensis, electus Namurcensis Præsul anno 1601 sacratus Montibus
1602. anno 1602. 10. Februarij à Guillelmo de Berghes Cameracensi Antistite, assistentibus Tornacensi & Attrebatensi Episcopis: vrbem paulò mox festiuâ inaugurationis pompâ inuehitur: eleuat super altare corpus B. Mariæ Ogniacensis: sedit autem Namurci annos circiter 13 tandem ascendit ad Cameracensem Archiepiscopatum anno 1614. ipso in limine gubernationis Valencenis emoritur 2. Maij
1615. anno 1615. cuius vitam scripsit Nicolaus Guisius.

DAVVIN.

6. IOANNES DAVVINVS II. nobili Namurceâ stirpe progenitus, Theologiæ Licentiatus, ex Archidiacono Cathedralis D. Albani Namurcensis, in Antistitem eiusdem ab Alberto Belgàrum Principe nominatur anno 1614. consecratus an. 1615. 1615.
à Francisco Vanderburchio Cameracensi Antistite. Sanctorum suæ diœcesis Officia propria euulgauit anno 1619. viuere desiit 1629.

DES BOIS. D'azur à neuf besans d'or 333

7. ENGELBERTVS DES BOIS, ex Archidiacono Cameracensi, Præpositus B. Petri Insulensis nominatur Episcopus 29. Octobris 1629. consecratus Namurci 7. Iunij 1630. Diœcesanam synodum congregauit atque 1630.
vitâ functus est an. 1651. mense Iulio.

VACHTENDONCK.

8. IOANNES DE VACHTENDONCK III. ex familiâ Baronum, & liberorum dominorum de Vachtendonck, primus Consiliarius Ecclesiasticus magni Consilij Belgici, posteà ad Catholicæ Maiestatis sanctius Consilium euocatus, designatur Episcopus Namurcensis 10. No- 1651.
uembris anno 1651.

NANNETENSES EPISCOPI.

NANTES. en haute Bretagne sur la Loire & l'Ardre.

NANNETVM Condouicum caput superioris Britanniæ, ad ostia Ligeris fluminis in Aquitanicum labentis Oceanum, post cursum circiter centum octoginta leucarum à fonte in Velaunis, quantus alij Galliæ flumini non datur: ciuitas Nannetum in Notitiâ Imperij, ac Prouinciarum & ciuitatum Galliæ perantiquâ, cuius populi Nannetes Ptolemæo, vrbs Nannetica Greg. Turon. Oportuno situ iacet propter commoditatem portus in Ligeri, ad quem ex Oceano æstu accedentis maris adpellunt naues ex Hispaniâ, Angliâ, Germaniâ atque aliis regionibus. Non est adeò ampla, sed munita muris, turribus, propugnaculis, fuitque quondam firmissimum vallum aduersus Aquitanos, Pictauenses, & Andinos. Frequens olim ibi fuit Ducum domicilium, atque vna ex antiquissimis non solùm Aremoricæ, sed & totius Galliæ ciuitatibus, quàm meritò alterum Britanniæ ocellum indigitat Bertrandus Argentræus in Historiâ: diu suos habuit

» quorumlibet aliorum Ecclesiastico-
» rum, quibus quomodolibet fuerat hue
» usque subiecta, perpetuò eximentes,
» prout hoc latiùs in nostris literis aliis
» inde confectis continetur. Verùm
» quia præfatum quondam monaste-
» rium de Montealbano in certis annuis
» censibus, & aliis quibusdam præsta-
» tionibus, & seruitiis, Cadurcensi Ec-
» clesiæ, & monasterio Casæ Dei dicti
» Ordinis, Claromontensis diœcesis,
» cui cùm membris suis pleno iure sube-
» rat, tenebatur. Nos ex noui & debi-
» ti prærogatiuâ honoris, præfatam de
» Montealbano Ecclesiam, plenâ quo-
» ad hoc gaudere libertate volentes,
» ipsam cùm omnibus membris suis, in-
» fra constituendam sibi diœcesim con-
» sistentibus, quoad Archiepiscopos,
» & Episcopos memoratos, & Ecclesias
» ac Capitula eorumdem, necnon &
» cùm membris eisdem vbilibet consi-
» stentibus, quoad præfatum monaste-
» rium Casæ Dei & Abbatem, & con-
» uentum eiusdem ab omni censu, præ-
» statione, seruitio, subiectione, & obe-
» dientiâ qualibet, de consilio Fratrum
» nostrorum, & Apostolicæ plenitudi-
» ne potestatis prorsus absoluimus, &
» totaliter liberamus, iura superiorita-
» tis & quælibet alia ad prædictum mo-
» nasterium Casæ Dei spectantia, in di-
» ctam de Montealbano Ecclesiam
» transferentes, & omnia illa & singula
» penes eam volentes plenè, & integra-
» liter perpetuò remanere. Nemo ergo
» omnino hominum, &c. Datum Aue-
» nione 3. Cal. Augusti, Pontificatus
» nostri anno 1. Limites diœcesis nouæ
insuper distinxit Summus Pontifex, ex
parte Tolosanæ iusto ampliores, qui
recensentur in fragmento bullæ Apo-
stolicæ, apud eumdem Crucium, è
quâ hæc transcripsimus. IOANNES
Episcopus seruus seruorum Dei, &c.
volumus & decernimus auctoritate, con-
silio, ac ex certa nostra scientia, vt ciui-
tas & diœcesis Montisalbani præfatæ,
à dictæ diœcesi Cadurcensi per [illegible] pro-
prios limites, seu terminos in perpetuum
distinguatur, seu etiam terminetur: vide-
licet ex parte orientali ex quâ d[illegible]n-
dunt flumina dictæ villæ, à ponte dicto
de Calmo supra flumen Tesconis, sicut
ostenditur per re[illegible]am lineam ad cacumen
montis vocati de Bellosole propè Eccle-
siam S. Mi[illegible]aelis, & inde per rectam
lineam ad viam publicam, per quam itur
de Montealbano versùs primam vi-

A *neam, in fine vineæ appellatæ vulgariter*
vinea longa, quæ est Petri Gaslandi ci-
uis Montisalbani, & abinde per rectam
lineam vsque ad biuium per quod itur
de Montealbano ad locum vocatum ad
Effercos: & per aliam ad viam voca-
tam de Leuiat: ac deinde per rectam li-
neam ad quoddam biuium quod est vltra
boriam Pontij Molinerij, per quod itur
de Montealbano versùs castrum de Bru-
niquello: & ex aliâ magnâ viâ, ex quâ
nascitur alia parua via à parte dextrâ,
per quam itur ad Podium Nichery ex
transuerso: ac per rectam lineam vsque
ad Pontem mortui riui vltra domum Le-
B *prosorum Montisalbani, rectâ viâ, satis*
prope situatum: indéque per rectam li-
neam vsque ad Pontem dictum Nigra-
sauma, procedendo vltra per rectam li-
neam, vsque ad viam publicam, per
quam itur de Montealbano versùs Moy-
sacum, ad locum dictum de Giuarenos;
vbi est quoddam iter paruum inter vi-
neas Toseti de Colonis ex vnâ parte, &
Pontij de Cequinsaco ex alterâ, proce-
dendo per rectam lineam vsque ad flu-
men Tarni, in fronte boriæ hæredum de
Iuuengores, quæ est in Tolosano, ex par-
te alterâ prædicti fluminis Tarni situata
est. Nihilominus infrascripta loca, ca-
C *stra, seu villæ, ac redditus in dictâ quon-*
dam Tolosanâ diœcesi existentia, videli-
cet de villâ Brameriâ, de Curuo riuo, de
Verlhaco, de monte Gualhardo, de S.
Vrcicio, de monte Duransano, de S. Se-
bastiano, de monte Valento, de Rupe
Maurâ, de Causanis Basilitæ, S. Pe-
tri de Canalibus, de Diopantalâ, de
Montogio, de Gensaco, de Vreneto Ca-
stello, de Pulchro videre, de Vigorono,
de Casalibus, de S. Ioanne de Caltasa-
co, de Bellomonte Gu[illegible]ij, de Mayrin-
saco, de Feudoas, de Sonderiis, de Gual-
meriis, de Guausaco, ac de Altaripâ,
necnon de Varenis, Desspensaco, & de
D *Glatens Ecclesiæ: monasteria quoque seu*
Prioratus de Bellapertic[illegible], de monte Lu-
ganno, de monte Valento, de Villamu-
ro, de S. Leufario, S. Saluatoris de ca-
stro Sarraceno, Monialium S. Aniani de
Bosanis, & de Barsello, ac Ecclesiæ Me-
seuchis, de Conchis, de Peregrino, de Fon-
cleyrones, de Tauriaco, de Aleyraco, de
Labaressis, de Bornio, de Monsonaco,
de Noyco, de Orgolio, S. Ioannis de
prædicto castro Sarraceni, de Grandobo-
no, de Barchis, de Monfaco, de Villa-
Dei, de Cathatalenchis, de Montenerrio,
de Affrinnano, de Brial, de Larinhaco,

de Pauperdus, de Cullaris, de S. Sacerdote, de Ageuilla, de Penuilla, de Gargaudilar, de Arrefeto, du Cugomonte, de Cordosa, de Fayola, de Musy, de Fagugeto & de Grilaco, de Reynerij, ac de Vinosa Ecclesiæ, cuius quidem Ecclesiæ de Vinosa præfatum Montisalbani Episcopum qui est, & pro tempore fuerit, medietatem decimarum ex nunc, & in perpetuum decernimus percipere & habere, totali residuo ipsius Ecclesiæ Rectori, qui est, & pro tempore fuerit integraliter remanente, territorio etiam, seu decimario de Fenayrolis, de S. Martiali de Mesenchis, de Pinu, de Fonte Latronasia, Cugol Canta, & de Grasaca, ac Bertrandi Agassa prope S. Vrcicium, & hospitale de Faudoas, & Ecclesiæ de Sancto Porquerio, & de Monte Bestone, de Fago, & de Bressollis, cùm territorio, seu decimario de Gassaranis, nunc vsque de dicta quondam diœcesi Tolosana cùm aliis, infra dictos limites à parte Caturcensis diœcesis positos existentibus, ac omnibus aliis Ecclesiis, parochiis, Capellaniis, decimis, seu decimariis, iuribus, & pertinentiis earumdem, monasteriis quoque ac prioratibus, hospitalibus sæcularibus & regularibus, ac iurisdictionibus omnibus consistentibus infra limites, seu terminos Ecclesiarum, parochiarum, & decimariorum prædictorum sint ex nunc, & esse debeant imperpetuum diœcesis Montisalbani, ac ipsi Ecclesiæ de Montealbano in suam diœcesim deputamus, & assignamus, ipsámque diœcesim taliter limitatam Episcopus Montalbanensis qui est, & qui pro tempore fuerit ordinario Episcopali iure subiicimus, eámque ab omni iurisdictione, dominio, & potestate Archiepiscopi Tolosani, & Episcopi Cadurcensis in totum eximimus, & in perpetuum liberamus. Volentes atque decernentes, vt quicunque iura, redditus, & prouentus quondam Tolosanus, & dictus Cadurcensis inibi habuerunt hactenus, & habere ac percipere debuerunt, in quibuscunque consistant, quocumque nomine censeantur, cedant, & accrescant Episcopali mensæ Montisalbani: eáque omnia & singula quæ ad prædictum quondam Tolosanum Episcopum anteà, vt prædicitur, pertinebant, pro summa quatuor millium librarum dictæ monetæ, de summa quinque millium librarum prædictarum, quam per alias nostras literas eidem Ecclesiæ Montisalbani assignari decreuimus, vt profertur ex nunc

A in Episcopalem mensam Montisalbani, & Episcopatum prælibatos transferimus, & etiam assignamus eisdem illa eadem quæ subibat, & subire debebat pro illis dictus quondam Tolosanus Episcopus, onera subituros, exceptâ iurisdictione temporali, seu temporalitate, si quam fortè quondam Tolosanus Episcopus in prædictis villis & locis, eorumve territoriis, ante diuisionem prædictam habebat, quam prædictæ Tolosanæ Ecclesiæ volumus ex certa scientia nostra integraliter remanere, ac fructibus, redditibus, prouentibus dumtaxat Ecclesiarum de S. Pocquerio, de Monte Gersonio, B de Fago, & de Bressolio cùm territorio, seu decimario de Gasseranis prædictarum, prout ad quendam Tolosanum prædictum Episcopum antè pertinebant: quæ Capitulo, seu Collegio Ecclesiæ S. Stephani de Tescone Montisalbani quam de nouo in Collegiatam ereximus, pro mille libris dictæ monetæ, per alias nostras certi tenoris literas duximus assignandas. Cæterùm ne præfatæ Ecclesiæ Montisalbani, de præfatâ summâ quinque millium librarum quam sibi, vt prædictum est, per alias nostras literas mandauimus assignari, ex eo videlicet, quòd de redditibus & prouenti- C bus in suâ diœcesi situatis, & pro prædictâ summâ quinque millium librarum prædictarum æstimatis, ad communem valorem mille librarum eiusdem monetæ, præfatæ Collegiatæ Ecclesiæ mandauimus assignari, aliquid subtrahatur, sed eas potiùs integras, & sine diminutione percipiat fructus, redditus, & prouentus infrascriptos, spectantes olim ad quondam Abbatem ipsius loci de Montealbano, videlicet medietatem redditnum totius decimarij vinorum tam in portionibus, quàm agreriis decimarij Montisalbani: redditus quoque fœni omnium D pratorum, ac Insulæ Madidæ cùm pertinentiis suis, & boariæ cùm terris, vineis ac nemoribus, ac illos quos habebat idem quoque Abbas apud motam Ecclesiarum de Falgueriis, & de S. Hilario, cùm omnibus iuribus & locis de Vernhia, ac medietatis furni dela Portæ de Tesco, & omnes redditus Prioratus de Villemuro dictæ quondam Tolosanæ diœcesis, quem per alias nostras literas mensæ ipsius Episcopi duximus vniendum necnon redditus omnes tabulæ Montisalbani, cùm omni iurisdictione quam quondam monasterium ipsius loci habere consueuit, tam in eadem villa Montis-

albani, quàm in villa Madidâ, & omnibus aliis pertinentiis eorum, & omnium aliorum locorum dicti quondam monasterij, vbicunque, & in quibuscunque consistentium, siue in oblius, siue in laudiniis, siue in pedagiis, seu leudis, ac incursibus & confiscationibus, siue in terris, totam etiam temporalitatem, & iurisdictionem, ac dominium, quam & quod habebat dictus quondam Abbas, & prædecessores ipsius, tam in superiùs expressatis locis, seu rebus, quàm aliis omnibus quæ nunc habet, ac illi quorum redditus sunt Capitulo, seu Conuentui ipsius loci assignati, quos redditus, duntaxat eidem Capitulo, seu Conuentui volumus remanere prædictis mensæ, & Ecclesiæ Montisalbani pro eisdem mille libris prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ assignatis, in complementum dictarum quinque millium librarum, de consilio, & auctoritate prædictis, ac ex certâ scientiâ nostrâ in perpetuum deputamus, & etiam assignamus, &c. Datum Auenione 8. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno 2. Vrbs igitur à Cadurcensi Episcopatu sic auulsa, partim in Aquitaniâ ad Cadurcos, partim ad limites Galliæ Narbonẽsis superioris sita est: in tres diuiditur partes, in Vetus Montalbanum, in Villam nouam, & Villam Borboniam; cuius Cathedralis S. Martino dicata est, in quâ B. Theodardus in corpore dicitur requiescere: ibidem Familiæ religiosæ institutæ sunt anno 1268. Fratres Minores à Vicecomitibus Montisclari, Prædicatores à Vicecomitibus de Bruniquel, Carmelitæ, Augustiniani, S. Claræ Moniales ab Alfonso S. Ludouici fratre: habet verò in suâ diœcesi vnam tantùm Abbatiam;

BELLÆPERTICÆ O C.
Belleperche.

Parochias 86. quorum quatuor vnitæ sunt Capitulo; Archipresbyteratus duos de Bellomonte; & de Rocamaurâ: eadem diœcesis incurrit in alias ab Oriente & Septentrione in Cadurcensem & Lactorensem, à Meridie in Tolosanam & Lombariensem, ab Occidente in Vasconiam, sola vrbs Montalbani in prouinciâ Cadurcensi posita est: reliquæ partes diœcesis in Occitaniâ & Aquitaniâ. Episcopus sedem habet in Conuentibus & Ordinibus Occitaniæ, quia maxima pars huius diœcesis in hâc prouinciâ sita est. Hæc verò ciuitas in quâ erant quinque parochiæ, amœno & feraci loco gaudet, sed hæreseos labe infecta, loco naturâ & arte munito nimis confisa, ab anno 1562. penè semper Regibus Christianissimis fuit rebellis. Catalogus Episcoporum Montalbanensium sequens est, quorum seriem illustriss. Petrus de Bertier hodiernus Episcopus, vir doctus, ex variis scriptis, præcipuè archiuis Capituli & Episcopatus diligenter deprompsit, cùm anteà pauci tãtùm qui in eâ Sede floruissent Præsules notarentur; nec defuerunt nobis scribentibus, regesta Pontificia & Acta Consistorialia Romanæ Curiæ, ex quibus aliquorum notitiam eruere licuit.

1. BERTRANDVS DE PODIO I. ex sancti Theodardi Abbate, primus à Ioanne XXII. ascitus est Episcopus Montalbanensis anno 1317. vt habetur in lib. prouisionum Prælatorum: Cathedram rexit per tres annos, quamuis non consecratus, quòd permissum illi fuit Bullâ eiusdem Ioannis Pontificis Maximi, qui Berengarium Episcopum Tusculanum delegauit ad consecrandum eum, vt legitur in Extrauagante, Capitulo ad « cuiuslibet, de Præbendis & Dignitatibus, vbi de hoc Antistite loquens Papa his encomiis eum afficit: *Ad te prædicti Monasterij Abbatem, quem litterarum scientiâ præditum, vitæ & morum honestate decorum, discretionis & consilij maturitate conspicuum, in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum, nobis & Fratribus nostris placida tua conuersatio continuata diu apud Sedem Apostolicam approbauit, direximus oculos mentis nostræ; quibus pensatis, de personâ tuâ nobis, & eisdem Fratribus, ob tuorum exigentiam meritorum acceptâ, de Fratrum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, eidem Ecclesiæ Montisalbani prouidimus, præficientes eidem Ecclesiæ in Pastorem, tibique curam illius in spiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo per venerabilem fratrem nostrum Berengarium Episcopum Tusculanum munus consecrationis impendi.* In Ecclesiæ Montalbanensis archiuio aliud eiusdem Pontificis diploma reperitur, quo iam ab anno 1. Pontif. 3. Calend. Iulij Ber-

DV PVY. 1317.

trandus dicitur Episcopus institutus, & dispensatus, vt diœcesim administraret etiam nondum inauguratus, quod per triennium peregit, vt dictum est.

Cardaillac comme cy-dessus. 2. GVILLELMVS DE CARDAILLAC I. ex avitâ prosapiâ in Cadurcis, Bertrando domino de Cardaillaco & Bieulâ, Sanctique Cyricij, dynastâ, ex Aleyde de Perrâ vxore secundâ genitus, Bertrandi Episcopi Montalbanensis patruus, eligitur 1319. 13. Februarij, quemadmodum colligitur ex Actis Consistorialibus Curiæ Romanæ. Iste lites quæ intercedebant inter Capitula Cathedralis & S Stephani de Tescon composuit; ac pro sedis suæ iurisdictione iurgia plura exorta sunt inter eum, & regios iudices, sed randem transactione sopita: Viguierium construit Ioannem
1335. Begonis 1335. vt Episcopi nomine ius redderet: testamenro hæredem statuit Bernardum Hugonem de Cardaillaco fratrem suum 1354.

3. IACOBVS I. Episcopus Montalbanensis 1357. 24. Decemb. posteà
1359. Vapincensis 1359. ex libro Prouisionum Prælatorum Vaticani.

4. BERNARDVS anno 1359. ex iisdem Actis Consistorialibus.

Cardaillac. 5. BERTRANDVS DE CARDAILLAC II. Bertrandi 5. Baronis de Cardaillac & de Bieule, fratris Guillelmi decessoris, ex Ermengardi de Lautrec, Sicardi Vicecomitis filiâ natus, successit patruo, testamenti codicillos edidit apud Montempessulanum ex archetypis documentis anni
1360. 1360. quibus Pontif. Max. hæredem nominauit. Frater hic fuit Ioannis Patriarchæ Alexandrini, Archiepiscopi Tolosani.

6. ARNALDVS Patriarcha Alexandrinus Administrator perpetuus Ecclesiæ Montisalbani recensetur in
1366. archiuis Cathedralis 1366. ex instrumento domus publicæ. Quidam putârunt eum ex gēte de Cardaillaco ortum fuisse: sed in stemmate domus nouissimè edito secundùm fidem tabularum, inter Antistites huiusce familiæ non comparet; nam qui Patriarcha erat, nominatur Ioannes de Cardaillaco Archiepiscopus Tolosanus.

7. PETRVS DE CHALAIS I. Chalais. Abbas anteà de Coronâ Engolismensi, ex sanguine de Chalesio prognatus, creatur an. 1368. die Octob. 18. ex 1368. Actis Consistorialibus citatis: fuerat Legatus ad Imp. Carolum IV. Testamentum condidit 13. Nouemb. 1379. quo legauit Curiæ Romanæ mille florenos illi ab eâ debitos: Clementi 7. Auenioni sedenti, quem Gallia Pont. Max. agnoscebat, quingentos florenos pro bello Insubrico: Ecclesiæ verò suæ pedum pastorale, mitram, annulum & Capellam: voluitque corpus suum sepeliri ante altare B. Mariæ, cui dicit se votum fuisse à natiuitate: codicillorum verò originale in tabulario Montalbanensis Capituli repertum, hîc ad verbum exscribi curauimus.

IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi, amen. Nouerint vniuersi " quod anno à Natiuitate eiusdem " M. CCC. LXXIX. die 13 mensis No- " 1379.
uembris Indict. 2. Pontificatus san- " ctissimi in Christo Patris & domini " nostri, Domini Clementis diuinâ pro- " uidentiâ Papæ VII. anno 2. apud " Montemalbanum, in mei Notarij & " testium infrascriptorum præsentiâ, ad " hoc vocatorum & rogatorum, perso- " naliter constitutus Reuerendus in " Christo Pater, & dominus noster Pe- " trus miseratione diuinâ Episcopus " Montisalbani, licet æger corpore, ta- " men Dei gratiâ sanus mente, vtendo " vt dicebat gratiis tam per sanctissi- " mum in Christo Patrem Dominum " Vrbanum Papam V. quàm præstan- " tissimum in Christo Patrem domi- " num Gregorium Papam XI. sibi fa- " ctis, quarum tenores inferiùs describi " bunrur, & aliás meliori modo & for " mâ, quibus de iure seu consuetudine " potest exprimi, siue dici, muniens se " signo sanctæ Crucis sic dicen do, In " nomine Patris, & Filij, & Spiritus " sancti, amen, testamentum suum, seu " vltimam voluntatem fecit & condidit " formâ & modo contentis in quadam " papiri schedulâ, cuius tenor sequi- " tur hic formâ. IN *nomine Domini nostri Iesu Christi, amen; & gloriosæ virginis Mariæ matris suæ, & totius Collegij supernorum: quia tanta est conditionis humanæ miseria, &c. Ego Petrus*

publico testamento clausulæ necessariæ, vtiles & expedientes, & volo quod hoc sit meum vltimum testamentum, & mea vltima voluntas, & valeat omnibus melioribus modis quibus melius potuerit, & requiro vos magistrum Durandum de Archiâ Notarium authoritate Apostolicâ publicum, & habitatorem Montisalbani, quatenus ex vestro officio publico, de omnibus & singulis præmissis mihi conficiatis publicum instrumentum, & rogo vos dominum Heliam Iacobi Rectorem de Longauillâ, Ioannem Andreæ, Petrum de Reno, Petrum de Cruce Canonicos Sancti Stephani de Tescone Montisalbani, magistrum Bernardum Tira magistrum in Medicinâ, Petrum de Tacto Canonicum Ecclesiæ Engolismensis, Guillelmum Tornesa, Guillelmum Fayardi, Petrum Giraldi Presbyteros, Robertum de Aulâ, Petrum Iacobi, Guillelmum de Lacu, Ioannem de Musaco, & Ioannem de Pichiato, quatenus de hoc præsenti meo testamento velitis esse testes. Acta fuerunt hæc anno, die, mense, indictione, pontificatu & loco prædictis, præsentibus Heliâ Iacobi Priore Prioratus Conuentualis de Villalongâ Ordinis Cluniacensis, diœcesis Rotomagensis, venerabilibus viris magistro Bernardo Germani, &c.

ROBERT. 8. BERTRANDVS ROBERT III.
1380. 26. Ianuarij recognouit pro alio
1380. Bertrando ex libro Prouisionum Prę-
latorum; reperiuntur eius nomine in-
strumenta data vsque ad an. 1401. &
Capituli S. Stephani Tesconis statuta
confirmat. Eodem anno 1401. testa-
mento legat 25. libras Capitulo, vt
pedum Pastorale restaurari curet.

9. GERARDVS I. Pontifex
Montalbanensis electus inuenitur an.
1403. 1403. 13. Octobris in Actis Consisto-
rialibus, de eo silent dypticha Mon-
talbanensis Cathedralis.

10. RAIMONDVS DE BARRO
DE BAR. regebat Ecclesiam anno 1406. sacra-
Vn croissant & vn lambel. mento se obstrinxit seruandi quæcun-
que antecessores Episcopi iura, priui-
legia, & pacta inierant cum ciuibus
1406. Montalbanensibus, vt liquet ex se-
quenti diplomate Montalbanensis
archiuij, in quo iusiurandi series tali
pacto exponitur: ANTE cœmeterium Ecclesiæ S. Orentij Mõtisalbani, cùm Reuerendus in Christo Pater dominus Ramundus de Baro, permissione diuinâ Episcopus Montisalbani nouiter electus, veniens nouiter in Montalbanum, & in possessionem Episcopatus tanquam verus Episcopus intrare vellet in sede Episcopali, & ante quàm dominus Episcopus dictæ ciuitatis debeat intrare dictam ciuitatem, in primo suo aduentu teneatur iurare, de tenendo & seruando priuilegia, vsagia, franchisias, libertates & consuetudines dictæ ciuitatis, prout sui prædecessores consueuerunt iurare: sciendúmque est, veniente nouiter dicto domino Episcopo, & existente ante dictum Cœmeterium dictæ Ecclesiæ S. Orentij dicti loci, venerunt ibidem ante ipsum dominum Episcopum honorabiles viri dominus Iordanus de Montegraltione Licentiatus in Decretis, Bernardus de Furno Baccalaureus in vtróque Iurę, Guillermus de Engilbaudo, Guillermus de Pinols, Petrus de Petrâ, Ramundus Seguerij, Ioannes Grationis senior, Petrus Vitalis, & Hugo Bausserij Consules anni præsentis, dicti loci Montisalbani, qui pro se ipsis, & pro dicto Consulatu & Vniuersitate Montisalbani, humiliter supplicarunt dicto domino Episcopo, & ipsum requisiuerunt, quatenus antequàm intraret dictam ciuitatem, promitteret eisdem dominis Consulibus medio iuramento tenere, seruare, & custodire eisdem, & dictis ciuibus, dicta priuilegia, vsagia, consuetudines, franchisias & libertates, per dominos nostros Reges Frãcorum, & Episcopos Montisalbani eiusdem ciuitatis & Vniuersitatis, & habitatores eiusdem cõcessa, prout alij domini Episcopi, seu prædecessores iurare hactenus cõsueuerũt: qui quidem dominus Episcopus coram sacrosanctis Dei Euangeliis, & sacrâ Maiestate Dei ibidem proposuerunt, etiam ipse volens, vt dixit, toto posse suo tenere, seruare, & custodire dicta priuilegia & libertates, prout consuetum erat per dictos prædecessores suos gratis, & suâ spontè, pro seipso, & pro successoribus suis Episcopis Montisalbani, mandauit & promisit, in animam suam iurando, ad modum Episcopalem ponendo manum suam dextram supra pectus, suis dictis dominis Consulibus præsentibus, & me Notario etiam pro dictâ ciuitate, & eius Vniuersitate, & pro aliis omnibus & sin-

» gulis, quorum intereſt, intererit, aut A
» intereſſe poterit in futurum, ſtipulan-
» tis, etiam tenere, ſeruare, cuſtodire
» benè & fideliter dicta priuilegia, vſa-
» gia, conſuetudines, franchiſias, & li-
» bertates, viâ, modo & formâ, & prout
» dicti ſui prędeceſſores conſueuerunt,
» hactenus iurarunt ſeruare, tenere, &
» cuſtodire, ea nullo modo infringere,
» nec diminuere, ſed potiùs augmen-
» tare iuxta poſſe, de quibus etiam dicti
» domini Conſules petierant inſtru-
» mentum. Teſtes dominus Ioannes
» Garidij Licentiatus in Legibus, nobi-
» lis Robertus de Bardomitellus, Bar-
» tholomæus Seguini, Bernardus de B
» Orgelio, Michael Mancipij Burgen-
» ſis, Stephanus de S. Baucio, Bertran-
» dus Garidij Baccalaureus in Legibus,
» Guillermus Ademarij, Ioannes Mar-
» telli, Ioannes de Merlanis, Otho-
» nus Seguerij, Stephanus Moſſeti, Bar-
» tholomæus de Peyſieto, Bertrandus
» de Liuonne, Magiſtri Guillermi,
» Ioannes Conſueuerij, Henricus Ste-
» phani Notarius, Guillermus Cauſſada-
» Palhenus, Ioannes Forandi, Arnal-
» dus Bardini, & alij plures habitatores
» Mõtiſalbani. Nonnulla ordinauit pro
1417. Capitulo S. Stephani Teſconis 1417. literis datis in domo habitationis ſuæ: C in ſigillo apparet imago B. Mariæ à lateribus ſanctorum Martini & Theodardi, patronorum Eccleſiæ Montalbanenſis, inferiùs Epiſcopi genuflexi effigies proſtat cùm teſſeris familiæ: conſtat autem ex bullâ Martini v. datâ an. 1421. fuiſſe Conſeruatorem Iudicem Eccleſiæ Albienſis.

11. Geraldvs II. anno 1424. de eo tantùm eius Vicarij Generalis ſtatuta quædam inueniuntur ſub illius nomine, quo firmantur regulæ Capituli S. Stephani.

12. Petrvs II. nominatur in D
1426. archiuis Notariorum anno 1426.

13. Bernardvs de la Roche II. hanc Eccleſiam rexit 1431. eodem anno menſe Ianuario, in æde S. Saluatoris Caſtriſaraceniсi ſocietatem Confratrum S. Mauri inſtituit. Hic Carolo 7. Regi pergratus fuit, & eius mandato multis legationibus egregiè functus eſt, tam extra, quàm intra regnum, vti teſtantur antiquæ litteræ ſcriptæ Biturigi 25. Auguſti 1440. debellatis Anglis in Vaſconiâ

La Roche.

Rex-victor apud Montalbanum hoſpitium habuit in vnâ duarum ædium Epiſcopalium, quæ erat intra vrbis mœnia ſita, eique diploma conceſſit die 19. Ianuarij 1442. quo domus 1442.
Pontificiæ emortui mancipij ius obtinuit, ex autographo fragmentum exſcripſimus, vbi Rex his verbis vtitur: *Hinc eſt, quòd nos conſiderantes præmiſſa, & quòd etiam redeuntes cum exercitu noſtro à partibus noſtris Vaſconiæ, & Aquitaniæ, perſonaliter hoſpitati in ipſâ domo, & per ipſum Conſiliarium noſtrum honorificè recepti fuimus, & inde, prout decens erat, huiuſmodi requeſtæ ſuæ fauorabiliter annuentes, dicto Epiſcopo Montiſalbani de gratiâ ſpeciali concedimus, vt ipſe & ſui ſucceſſores Epiſcopi domum teneant, & pacificè poſſideant, ſine inquietatione, & moleſtiâ quacumque, ſicut antiquum patrimonium ipſius Eccleſiæ:* Hoc quondam palatium Epiſcopale, nunc partim verſum eſt in domum publicam vrbis, partim in templum Sectariorum, vnde lis interceſſit inter Annam de Murouceti Epiſcopum, & vrbis Syndicum, ac Senatuſconſulto Toloſano cautum, vt ablatam poſſeſſionem domus recuperaret. Bernardus etiam ab eodem Carolo 7. confirmationem obtinuit prædicto an. 1442. omnium tranſactionum & priuilegiorum, quæ tum Comites Toloſani, tum anteceſſores Reges Montalbanenſi Eccleſiæ conceſſerant. Denique teſtamentum edidit Lutetiæ menſe Septembri 1445. quod reperitur in archiuis Capituli Cathedralis, cui legat centum 1445.
aureos, Collegiali autem 60. vt orent pro animæ ſalute; apud Minoritas Pariſiis ſepulturam delegit. Hoc teſtamento ſe aſſerit ex Cabellicenſi Antiſtite factum Montalbanenſem, nec tamen idcirco reponendus, vt videtur, in indiculo Præſulum Cabellicenſium Bernardus iſte, qui iam Montalbani ſedebat 1431. cùm Ioannes de Rupe, in omnibus melioris notæ Cabellicenſis archiuij catalogis ita cognominatus ſit, & in Actis Conſiſtorialibus dicatur ex Bethleemitano Præſule creatus Cabellicenſis 1433. cùm tunc temporis præeſſet Sedi Montalbanenſi Bernardus, fatis functus anno 1445.

14. Aimericvs de Rvpemorello, Abbas cuiuſdam monaſterij

Rupimorello.

ſterij Ordinis Cluniacenſis nomina-tur Epiſcopus 1445. 7. Idus Ianuarij, ſucceſſor Bernardi, vt habent Re-

1446. geſta Vaticani, in chirographis pu-blicis recenſetur 1446. & in bullâ Nicolai 5. Pontificis: deceſſit 1449.

ROSER-GIO. 15. BERNARDVS DE ROSERGIO, II. Toloſanus, & Academiæ publicus Profeſſor in Iure Ciuili & Canonico, ex Cancellario & Præpoſito Eccleſiæ Toloſanæ electus Vaſatenſis Epiſco-pus, huc transfertur 1450. 5. Idus Ian-uarij, cùm poſtulatus fuiſſet à Capi-tulo Montalbanenſi. Poſſeſſionem

1450. adipiſcitur 2. Aprilis 1450. cuius ele- B ctionem ratam habuit Nicolaus 5. Pa-pa. Iterum traductus ad Archiepiſ-copatum Toloſanum 1452. 3. Nonas Ianuarij: erat vir doctiſſimus, multá-que ſcripſit opera, quorum elen-chum inſerit Nicolaus Bertrandus in Geſtis Toloſanorum.

ESTAMPES. D'azur à 2. girons d'or mis en cheuron: au chef d'argent chargé de trois couronnes Ducales de gueulle.

16. GVILLELMVS D'ESTAMPES, II. Cubicularius & Subdiaconus Ni-colai v. Papæ, & Eccleſiæ Pictauen-ſis Subdecanus, filius Roberti de Stampis domini de Salebris, & de la Ferté-Imbaut, ex Iaquetâ Rolland, fratrem habuit Robertum ſtirpis do- C minorum de la Ferté Imbaut & de Valançay propagatorem, Mareſcal-lum & Seneſcallum Borbonij, Ioan-nem Carcaſſonenſem, & alium co-gnominê Niuernenſem Epiſcopum:

1452. electus 1452. 3. Nonas Ianuarij in Regiſtro Vaticano: poſſeſſionem iniit 2. Aprilis eiuſdem anni, tranſlatus ad Condomienſem Epiſcopatum 1455. de quo meminit Hiſtoria MS. Epiſ-coporum Vaſconiæ, quæ extat in bi-bliothecâ Domus profeſſæ Toloſanæ Patrum Societatis Ieſu. Ex eadem gente Stampenſi Achilles Cardinalis de Valançay, & Leonorius d'Eſtam- D pes ex Carnotenſi Antiſtite, Remen-ſis Archiepiſcopus.

LABBATVT. 17. IOANNES DE LABATVT, I. ex domo de Batuto de Montroſier in Rutenenſi prouinciâ: poſſeſſionem

1455. nanciſcitur 1455. menſe Decemb. & anno 1466 die 10. Augusti in feu-dum dedit ditionem (quæ Iſlemade olim Inſula amata, aliàs Inſula madida vocabatur, fortè quia vicina eſt Tar-nenſi fluuio) Noteto Seguierio Iudi-A[illegible]i maiori, inde Seneſcallo Caturcenſi.

MONTALAMBERT. De gueulle, à la croix ancrée d'argent.

18. IOANNES DE MONTA-LAMBERT, II nobilis Picto, S. Martini de Campis Pariſienſis, Ordi-nis Cluniacenſis Prior, B. Gildaſij in pago Bituricenſi, & Gimontij Abbas Commendatarius, Cameræ Compu-torum Ducis Aquitaniæ primarius Præſes, in Iure Canonico Licentia-tus ad hanc ſedem âſcendit 1470. confirmatus 23. Auguſti à Bertrando 1470. de Roſergio Archiepiſcopo Toloſa-no ſuo Metropolitâ, vt teſtantur ar-chetypæ tabulæ in ſcriniis Capituli, quæ produnt electionem factam fuiſ-ſe per ſcrutinium; in archiuis vrbis Montalbanenſis viſitur epiſtola Pauli 2. ſummi Pontificis eiuſdem anni 1470. ad populum Montalbanenſem, quâ iubet vt eundem Ioannem reci-piat, eíque obedientiam præſtet. Addit Pontifex eodem anno ſede va-cante eum elegiſſe per mortem Ioan-nis, quamuis nominatus fuiſſet à Ca-pitulo & confirmatus ab Archiepiſco-po Toloſano. Obiit 1483 4. Ianuarij, 1483. de quo Martinus Marrier in Hiſtoriâ Regalis monaſterij S. Martini.

AMBOISE. 19. GEORGIVS D'AMBOISE Petri domini de Chaumont, ex Annâ de Bueil filius, in Pontificem aſſum-ptus 1484. per obitum Ioannis, & ceſſionem alterius Ioannis de Dubur-gierge Cantoris Rutenenſis poſtu-lati 1485. 17. Decemb. vt refertur in 1485. Actis Curiæ Romanæ: Capella Toloſ. his vtitur verbis in Deciſionibus: Ego « anno 1474. tunc Officialis & Vica- « rius domini de Leone (Archiepiſcopi « Toloſani) cognoui de causâ electio- « nis Epiſcopatus Montalbani inter « Georgium de Ambaſiâ, & Eleemoſy- « narium eiuſdem Eccleſiæ. Pro Geor- « gio etiam Innocentius 8. Papa 1484. anno 1. Pontificatus 16. Calend. Ia-nuarij ſcribit ciuibus Montalbanenſi-bus, vt eum admittant Antiſtitem, cu-ius exemplar extat in publico vrbis tabulario, quam ingreſſus eſt ſolem-niter 10. die Maij 1489. A Carolo 8. & Ludouico XII. Regibus, qui eum magnoperè diligebant ſummi mo-menti negotiis præpoſitus, ad Sedem Narbonenſem, dein Rotomagenſem transfertur, creatus & Cardinalis ac Legatus in Galliâ. De eo plura in

Archiepiscopis Rotomagensibus, & A in Historiâ Regis Caroli 8.

ORIOLE. D'azurà la fasce ondée d'argent à trois vols d'or liez de mesme.

20. IOANNES DORIOLE, III. Petri de Auriolâ Franciæ Cancellarij sub Ludouico XI. filius, ex Archidiacono Narbonensi, & Sigilli publici in Occitania Custode, ac Senatoris Tolosani defungente Magistratu altero, qui ad Episcopos spectat, Georgij resignatione fit Præsul & possessor
1492. 13. Aprilis 1492. Ludouico de Ambasiâ Episcopo Albiensi præsente, iuramento se obstrinxit coram Consulibus ante pontem Tarni, obseruaturum se religiosè cuncta ciuitatis priui- B legia, quod continetur in monumentis publicis, seu codice sacramentali. Litem mouit in Capitulum S. Stephani Tesconis, quòd ab Episcopi se iurisdictione tum spirituali, tum temporali subduxerat, priuilegiis olim datis à Nicolao V. & deinde Pio 2. Pontif. Max. quibus S. Saturnini apud Tolosates, & Moyssiaci Abbates huic Capitulo Iudices Conseruatores præficiebantur; nihilominus Senatusconsultò Tolosano eam euicit, & exinde statuta plura condidit pro cultu diuino, & morum reformatione, placito Parlamenti Tolosani confirmata, quibus C disciplinam Ecclesiasticam collapsam inter Canonicos studuit reuocare; iis paruêre nonnulli, ac cæteri tanquam ex abusiuâ sententiâ prouocarunt, iterúmque aliâ sententiâ insuper damnati sunt. Alterius quoque generis mouit controuersiam 1501. pro iuribus feudorum in Canonicos Cathedralis suæ, & B. Stephani: necnon S. Claræ Moniales. Testamentum condidit 3.
1518. Februarij 1518. quod in archiuis publicis vrbis seruatur, ex quo apparet eum fuisse ditissimum: Ecclesiæ suæ multa legauit & Capitulo Montalbanensi, geminis campanis turrim Ca- D thedralis, æreo pulpito chorum, & candelabro maiore ornauit; quinque sacellis Ecclesiam suam, & alio Clarissarum templum decorauit, Capitulo donat 13. libras fundo acquirendo, eâ lege, vt obitus tredecim pro eius animæ salute decantarent: eodem onere astrinxit Capitulum aliud Collegiale, & concedit decimas quas emerat in terrâ de Bagat apud Cadurcos. Maiorem prætereà calicem Cathedralis Canonicis legat, vrceolos, candelabra quatuor, Missale argento obtectum, quæ donaria marcas argêti 40. continebant, mithrâ & casulam vt inseruiant ea successoribus, quibus tamen non liceat sine cautione quidquam transferre: geminam suppellectilem stromatum iis quoque concedit, aliam successoribus Præsulibus: capsam argenteam fieri curauit pro corpore S. Theodardi, ex testamenti verbis huiusmodi: *Item volo & ordino quod capsa, siue Reliquiarium per me factum de puro argento, in quo fuit repositum corpus beatissimi Theodardi patroni mei, perpetuò remaneat ad vsum dicti sancti, & in Sacristiâ Ecclesiæ meæ in armario ad hoc deputato: & quod successores mei habeant & teneant vnam clauem, reliqum verò Capitulum.* Ordinat quoque Nosocomium pro pestis morbo laborantibus, quod fieri inchoauerat, perficiatur, & ad hoc tria millia librarum cessit, eligit atque sepulturam in sacello quod erexerat adlatus maioris altaris. Hæredem instituit Antonium d'Oriole filium maiorem natu Ioannis d'Oriole Equitis: executores nominat Antonium fratrem Cadurcensem Canonicum, Iacobum de Durfort ex sorore nepotem, Ioannem de Auriolâ Dominum de Gramat, Raimondum de Varezâ Abbatem Albaterræ, & Ioannem de Durfort itidem nepotem, & Canonicum Cadurcensem. Porrò domini de Cabrerez huius Episcopi bona possident matrimonio inito cum eius nepte, vt ferunt domesticæ tabulæ.

ORIOLE.

21. ANTONIVS D'ORIOLE superioris nepos ex fratre, idémque Cadurcensis Canonicus, & ex eius resignatione successor deligitur anno ætatis 28. bullâ Leonis X. Papæ 1516. 1516 Idibus Iulij quæ extat in armario Montalbanensi, seruatâ tamen mediâ parte prouentus Episcopalis, collatione Canonicatuum, Episcopali palatio, & iure diuinis officiis fungendi ad libitum; sed vllo Episcopali munere functum fuisse non reperitur, at paucis sanè diebus sedisse constat ex sequenti.

DES PREZ. D'or à trois bandes de gueulle au chef d'a-

22. IOANNES DES PREZ IV. ex illustri familiâ dominorum de Montpezat in Cadurcis oriundus, Hugonis, Caroli 7. Regis Cambella-

zur, chargé de trois estoilles d'or. ni filius, castri de Montepesato domi- A
nus erat temporalis, fundator &
Decanus Collegiatæ basilicæ eiusdem loci in diœcesi Cadurcensi, cuius Capellanias sex instituit anno 1520. ex tabularum autographo in cartula-
1519. riis Montispelati. Anno autem 1519. Cathedram Montalbanensem occupabat, castrum de Piquecos propè Montalbanum construxit ad fluuium de Laueron, quò sæpe domicilium habuit, & nunc est dominij hodiernæ gentis de Montepesato: ibi quoque commorabatur Ludouicus XIII. dum Montalbanum obsidione cingeret 1621. Statuta synodalia edidit pro B
diœcesi 1521. quæ 1526. vulgauit typis excusa: & alia pro Cathedrali, cuius Canonici hoc eodem anno, ex sancti Benedicti monachis sæculares fiunt
1522. eo permittente: an. 1522. Ioannes Aurelianensis Archiepiscopus Tolosanus ciuitatem suam ingreditur cùm Episcopis Mirapicensi, Vaurensi, ac ipsómet Montalbanensi. Illius Præsulis tempore Capitulum S. Stephani ad Tesconem à Clemente 7. confirmatione acceptâ anno 1523. diplomatum Nicolai V. & Pij 2. quibus ab Episcopi omnimodâ iurisdictione fiebat immune, Ioannes appellationem C
persecutus est, & decreto Senatus Tolosani 1533. Episcopi iurisdictio confirmatur, & Capitulum multâ 50. librarum punitur, quæ omnia testantur exemplaria cartarij Ecclesiæ Montalbanensis. Episcopatum possedit vs-
1539. que ad an. 1539. & humatur in Capellâ templi de Montepesato.

DE LETTES. 23. IOANNES DE LETTES aliàs DE PRATIS, V. ex dominis de Puissalicon in Occitaniâ, parentes habuit Antonium & Blancam de Pratis, neptem Ioannis Episcopi: è quibus dynastis propagata D
est familia, quæ est eadem de Mont-
1540. pezat. Ex Abbate Moyssaci succedit anno 1540 Vicarius Ioannis de Pratis Episcopi 1529. Non fuit consecratus, quantùm coniecturâ licet assequi, quia suo tempore Vicarium generalem habuit Petrum de Bisqueriis Episcopum Nicopolensem Suffraganeum, qui variis in Ecclesiis sacros ordines ministrauit, ex quibus aliqui coniiciunt Ioannem Administratorem tantùm Episcopatus fuisse, quod ex sequentibus improbatur:

nam cùm eâ tempestate Clericorum mores in his regionibus, præcipuè impudicitia notarentur; *Tolosæ*, inquit Thuanus anno 1551. Hist. lib. 8. *ante* 1551.
triennium VI. *Cal. Nouemb. Senatusconsultum factum fuerat, quo impudicitia Sacerdotum grauibus admodùm & ignominiosis pœnis coercebatur, Regiis Magistratibus potestate factâ in eos animaduertendi, quòd Iudices Ecclesiastici conniuere, & huiusmodi criminum castigationem negligere dicerentur: rem Ordo sacer grauissimè tulit, querimoniáque ab Episcopo Montalbanensi de Senatusconsulto ad Regem, qui tum Ambosiæ erat, delata, tandem peruicit, vt sanctioris consilij decreto illud reuocaretur, & tanquam contra sancta decreta, & Ecclesiastica priuilegia factum induceretur: negotiúmque datum Petro Altoclaro Libellorum Supplicum Magistro, vt decretum regium executioni mandaret, & iniurias Sacerdotibus acceptas publicè sarciret: id actum 3. Calendas Maias hoc anno.* Cùm ergo delectus sit Ioannes vt nomine totius Cleri apud Regem peroraret, inde credibile est, virum eloquentem & ingenio præditum fuisse, & iam sacris initiatum; quam dignitatem postea sacrilegio duplici prophanauit, nam consignato Episcopatu nepoti Iacobo Desprez, & Abbatiâ de Moyssaco Cardinali Guysiæ dimissâ, vt priuatam ruri vitam ageret, in fundo proprio de Beauuais iuxta Montalbanum, vicinam nobilem puellam in coniugem non modò assumpsit, sed Geneuam quoque deduxit apostata factus, quò inops subitâ morte miserrimè periit, post Ecclesiam spoliatam bonis, pretiosis rebus, & ornamentis: non tamen à fide alienum fuisse credibile est, saltem publicè dum adhuc Episcopatu fungeretur, cùm triennio antequam hæresis Montalbani sæuiret, hoc est anno 1560. iam infulis nuntium misisset ab anno 1557. 1560.

DES PREZ. 24. IACOBVS DES PREZ II. Antonij Franciæ Marescalli & Proregis Occitaniæ filius, inter liberos natu minor, frater Melchioris domini de Montpezat, patruo successit 1557. Abbatiâ Loci-Dei apud Cadurcos, Stellæ, Pictauensis diœcesis, & Nobiliaci, potitus, vir ferocis animi, pro fide tamen Catholicâ quantùm potuit zelo flagrare videri appetens, sed

non secundùm scientiam Dei, eam non Episcopali dignitate, quâ nunquam consecratus dicitur, nec literis, quibus carebat, sed armis & militibus quibus ad vltimum vsque vitæ spiritum præfuit, Ecclesiam rutari voluit, & hæreseos enascentis incrementa in
1561. suâ diœcesi annis 1560. & 1562. extirpare totis viribus est aggressus. Cùm enim 1560. Montalbani paululùm primò grassari cœpisset hæresis, vbi Nouatores furtim conuenticula habebant: sequente anno ferè omnes inuasit, vnde per vim eiectis Ecclesiasticis, & melioris notæ Catholicis, statim basilicas, sacella, & quæcunque ad Ecclesiam spectabant diripuêre, vt ex archiuis vrbis comprobatur, & libris Sectariorum, nouem parochias Consulatus vrbis vastatas & direptas: nempe S. Michaëlis, quæ erat parochialis antiquæ vrbis de Peehauriolo, S. Stephani, S. Iacobi, Gassaræ, Albifolij, du Fau, de Leuiac, S. Martialis, & de Falqueriis, quæ tres postremæ sunt iurisdictionis Cadurcensis Episcopi, quanquam patronatus, Montalbanensis iuris sit, sicut & S. Petri Campiredonij, & de Montalzat apud Cadurcos. Sectarij ergo in vrbe potiores rebellarunt, Ecclesias ac Monasteria diripuerunt, Cleri bona inuasêre, & Catholicos rapinâ, vulneribus, cædibúsque, & probris è propriis domibus expulêre, necnon instrumenta publica Ecclesiæ igne combussêre. Ex Catholicorum partibus non minore furore actum in rebelles Sectarios ab ipso Iacobo de Praris, quem manuscripta asserunt, bello Montalbanenses vexauisse, maximè cùm anno 1562. à Monlucio per menses plures vrbs obsidione cincta est; quos enim hæreticos intercipiebat Iacobus, eos vir ferox plerúmque procumbentes pede suffocabat, fortè vlturus iniuriam quam se credebat à Montalbanensibus accepisse, quòd durante obsidione ipsum cùm Cardinale Strozio depictum publicè ex propugnaculo ciuitatis suspendissent; sic ex vtráque parte sæuitum est, & cùm omnes pietatē & religionem obtenderent, plures, iniurias priuatas vlciscebantur. Denique Iacobus cùm armatus inter Bellofortium & Montempezatum incederet, ab hæreticis è Caussadâ oppido insidiis oppressus, cùm diu vitam ferro propugnasset, & eam spe decem millium nummorum redimere tentasset, à quodam milite perfidè enecatus est anno 1589. corpus Montempezatum delatum, ibi terræ conditur in Ecclesiâ. Dum viueret 1558. legitur emphiteutici dominij iura percepisse ex sententiâ Senescalli ciuitatis; necnon ex vrbis publicis instrumentis, consensisse 3. Augusti 1579. in castello suo de Piquecos, postulantibus Consulibus gymnasium constrni: Henricus autem 3. statuit mense Octobri Professores subditos Episcopo, tum ab eo, tum à Consulibus eligi. 1589.

25. HENRICVS DES PREZ Marchio de Montpezat, nepos Iacobi, fauente Henrico Lotharingo Duce Meduanæ, vterino fratre occiso in obsidione Montalbanensi 1621. nominatur Antistes, quanquam à Pontifice Max. bullas nunquam acceperit: námque Episcopatui cessit non consecratus 1595. DES PREZ. 1595.

26. ANNAS DE MVRVIEIL Henrici consobrini resignatione, ortus ex antiquâ domo Baronum de Murouereri propè Biterras, an. 1595. à Duce Meduanæ tunc à fœderatis, vt vocabant, electo Coronæ Gallicæ Præfecto Generali Præsul designatur, contradicente Henrico 4. Rege, qui Marescalli Matignonis filium nominauit, nihilominus cùm eodem anno Meduanius in gratiam Regis rediisset Episcopatum Annæ seruauit, qui anno 1601. Sedis possessionem adeptus est. Sub eius Pontificatu Montalbanensis Ecclesia, ob bella ciuilia multa passa est: cùm enim Catholica religio ab anno 1561. ab vrbe exulasset, sub Annâ ter restituitur: primùm quidem anno 1600. 20. Augusti. Secundò eadem die anno 1623. per Petrum Seguierium dominum d'Autry, Libellorum supplicum Magistrum, ac sacri Consistorij Comitem, nunc Franciæ Cancellarium, Ecclesiasticis pulsis, & in vrbem reuocatis, in Ecclesiâ D. Iacobi, destructo templo S. Ludouici diuina officia celebrata sunt. Sedit verò Annas in oppido de Montech vsque ad annum 1629. quo Montalbanum in potestatem Regis fuit redactum: eodem anno Ioannes Armandus Plessius Cardinalis Richelius, ciuitatem ingressus

MVRVIEIL. Ecartelé au 1. & 4 d'azur a vn chateau d'argent au 2. & 3. d'azur au croissant d'argent.

1601

1629. 20. quoque Augusti 1629. Catholi- A
cam religionem profligatam erexit,
& sequente die, assistentibus Archi-
episcopis Tolosano & Burdegalensi,
necnon Antistitibus Montalbanensi,
Albiensi, Riuensi, Valentinensi, Ca-
durcensi, Appamiensi, Duce Mon-
morantiaco, & Bassompetrâ Equi-
tum Tribunis, multisque aliis nobili-
bus, sacrificium Missæ solemniter ce-
lebrauit, in loco basilicæ S. Iacobi,
quæ postmodum restaurata, nunc pa-
rochiali titulo gaudet. Et in memo-
riam perpetuam singulis annis, die
prædicto 20. Augusti publica fit pro-
cessio ab omnibus vrbis Ordinibus, B
quâ solemnes agunt Deo gratias.
Tunc Societatis Iesu Patres & Capu-
cini introducti fuêre in vrbem, vt
missione generali plebem ad cultum
Dei excitarent: Ducis verò Esperno-
nis liberalitate postea iidem Capuci-
ni ad Tarnim fluuium cœnobium
1631. condidêre. Anno autem 1631. Iusti-
tiæ Præfectus, cui executio Edicto-
rum regiorum pacis in Aquitaniâ
commissa fuerat, Ecclesiasticis bona
quoque & iura restituit. Posteà
anno 1632. Franciscani fundo anti-
quo repetito, nouum monasterium
construxêre, Religiosæ Sanctæ Cla- C
ræ desertum cœnobium eodem tem-
pore repetunt, Carmelitæ Patres se-
quente anno, ac moniales Carmelitæ
1635. in vrbem admittuntur Vrsulinæ
1639. Quod autem spectat ad ciuilem
gubernationem, Electionis societas
vt vocant, statuitur 1631. Præsidialis
1632. sedes 1632. & Quæstorum Conuentus
1635. Interim cùm iura Episcopatus,
Annas de Muruieil, per tot bellorum
incendia dissipata inuestigasset, Sena-
tusconsulto Tolosano 13. Septemb.
1633. mediâ parte iurisdictionis & feu-
di potitur in vrbe, Rege aliam obti-
nente. Tandem octogenario maior D
& Abbas S. Iacobi Biterrensis, Mon-
talbani excessit è viuis Decanus Epis-
1652. coporum Galliæ 8. Septemb. 1652.

DE BERTIER. D'or au taureau effarouché de gueulle, chargé de cinq estoilles d'argent, posées en bande.

27. PETRVS DE BERTIER II.
ex Abbate Locirestaurati diœcesis
Suessionensis, Theologiæ Doctore
Sorbonico, & Archidiacono Tolosa-
no, natus ex nobili familiâ Berteriâ
Tolosanâ, filius Ioannis in Senatu
Præsidis, & Franciscæ de Masencal,
natæ Ioannis de Masencal Principis
eiusdem Senatus; nepos etiam Ioan-
nis de Bertier Episcopi Riuensis, Can-
cellarij Margaretæ Reginæ Ducissæ
Valesij; denique gentis eiusdem Phi-
lippus Berterius dominus de Monrra-
be, Præses Tolosanus, vir doctus, pa-
rens Ioannis Berterij eiusdem Parla-
menti Tolosani primarij Præsidis. Pe-
trus verò cùm in scholis Sorbonicis
magna ingenij specimina edidisset,
Licentiatorum primus, laureâ Do-
ctoris honestatus, à Rege Ludoui-
co XIII. cui elegantissimis con-
cionibus potissimùm innotuit, an-
nos tantùm natus 26. Coadiutor
nominatur 1634. Annæ de Muro- 1634.
neteri, præsertim vt operam nauaret
in diœcesi ab hæreticis corruptâ, & ad
religionem orthodoxam eos reduce-
ret, quod Ecclesiæ bono studiosè præ-
stitit: consecratur autem sub titulo
Episcopi Vticensis Coadiutor, Tolo-
sæ in basilicâ Metropolitanâ die 30.
Augusti 1636. à fratre patruele Ioan- 1636.
ne Ludouico de Bertier Riuensi,
Henrico de Sponde Appamiensi, &
Carolo Iacobo de Leberon Valenti-
no Episcopis. Anno 1638. interfuit
Conuentui Ordinum Occitaniæ Car-
cassonæ habito, in iisque electus est,
vt Regi codicem querimoniarum
prouinciæ offerret, tuncque oratio-
nem elegantem habuit mense Aprili
1639 Regi gratissimam. Anno sequēti
in Cathedrali Ecclesiâ toto Quadra-
gesimæ tempore pias, doctásque con-
ciones habuit. Idem mēse Iulio 1643. 1643.
deligitur à celebri Sorbonæ Colle-
gio, Ludouico XIII. iusta soluenti,
vt ei oratione funebri parentaret:
quo etiam munere laudatissimè fun-
ctus est in æde S. Genouefæ 1645. in
exequiis Francisci Cardinalis Rupi-
fucaldij, ac 13. Nouemb. 1646. in fe-
rali pompâ Armandi Mallij Bresæi
Ducis Fronsaci, Admiralis, ac mari-
timarum classium Præfecti, Regis de-
creto in æde Cathedrali Deiparæ Vir-
ginis celebratâ: Carcassonæ, in fune-
re Caroli Monchahj Archiepiscopi
Tolosani, & in sacro Remensi Ludo-
uicum XIV. Regem an. 1654. lucu- 1654.
lento sermone salutauit. Nec minùs
sollicitus de iis omnibus quæ ad Ec-
clesiæ suæ spectant ornamentum, cu-
rauit etiam vt Montalbanensium Præ-
sulum exacta series colligeretur ex ve-
teribus Actis Capituli, aliisque monu-
mentis, cùm crederet Pastoralis offi-
cij sui esse, vt decessorum Antistitum

memoriā quam ciuilia bella & Segre- A
ges ferè deleuerant, renouaret: cui id
acceptum lubenti animo referimus,
& debebit posteritas, cùm anteà pe-
nè ignota iaceret Montalbanensium
Episcoporum successio.

NAMVRCENSES EPISCOPI.

NAMVR. sur la Meuse & la Sambre, d'or au lion de sable bandé de gueulle.

NAMVRCVM oppidum,
nobilis Comitatus in Bel-
gio caput, Sambræ fluuio B
impositum ad læuam Mo-
sæ ripam, quam Heuterus Nemeto-
cennam Cæsaris fuisse autumat, natu-
râ & arce munitissima vrbs est, in loco
edito sita, & mœnibus tempore Ma-
ximiliani cincta. Hîc Consilij Pro-
uincialis Curia, & Episcopalis sedes
à Leodiensi Episcopatu auulsa 1559.
quæ Archiepiscopatui Cameracensi
subest. Ecclesia maior S. Albano di-
cata, olim cùm Canonicis à Valone
Episcopo Leodiensi, & Alberto Co-
mite erigitur 1047. In eâ diœcesi cu-
ius mensæ Episcopali vnitum est mo-
nasterium Bronij, comprebenduntur C
Abbatiæ.

GEMBLACI *Gemblours* O B.

VALCVRIÆ *Vualcour* O. B.

ANDENÆ *fœm. Andenne.*

RAMEIÆ *Rameige* O. C.

VILLARII *Villers* O. C.

FLOREFIÆ *Florenne* O. P.

Episcopi huius diœcesis sic se habent D
ex Miræo, Guillelmo Gazæo in Hi-
storiâ Ecclesiasticâ Belgij, & aliis
schedis collecti.

HAVET.

1. ANTONIVS HAVET Attre-
bas, Ordinis sancti Dominici, sacræ
Theologiæ Doctor, Mariæ Hunga-
riæ Reginæ, Caroli v. Imperatoris
sorori, apud Belgas rerum Admini-
1561. stratrici, à Confessionibus, & eiusdem
Concionator, designatus est Episco-
pus Namurcensis anno 1562. adiit
possessionem 7. Martij, consecratus
ipso sanctissimæ Trinitatis festo. In-
terfuit Concilio Tridentino sub Pio
4. diœcesanam synodum celebrauit
anno 1570. mense Iulio, sedit annos
16. & ampliùs: obiit anno 1578. in 1578.
Choro Ecclesiæ suæ Cathedralis tu-
mulatus habet hoc epitaphium.

D. O. M. Æ. S.

Frigida quid mœsto referunt hæc marmora luctu?
Præsulis eximij membra sepulta tegunt.
Dogmate Cæsareos sacro imbuit ille decores
Regiáq; intrepidâ corda superba fide.
Ille Namurcensem primus gestare Thiaram,
Et sacri meruit sceptra tenere gregis:
Ille tibi decus æternum laudémque Namurcum
Eloquij peperit dexteritate sui.
Ergo age cùm lachrymis dic talia verba sepulto,
Sit tibi sydereâ Præsul in arce locus:
Obiit anno 1578. vltimâ Nouembris.

2. FRANCISCVS A VVALLON- VVALLON
CHAPELLE 1. Audomarensis, ex CHAPELLE.
Guardiano Conuentus Niuellensis
Ordinis Fratrum Minorum de Obser-
uantiâ prouinciæ Flandriæ, electus in
Namurcensem Præsulem anno 1579. 1579.
5. Maij, inauguratur 10. Augusti 1580.
à Laurentio Metsio Episcopo Bosco-
ducensi, in basilicâ Franciscanorum
Namurcensium, Hispaniæ Regi, &
Ioanni Austriaco Belgij Gubernatori
pergratus: præfuit annos non omni-
no 12. migrauit è vita an. 1592. 17. Fe- 1592.
bruarij in D. Albani æde sepultus.

3. IOANNES DAVE' 1. Namur- DAVE.
censis, Theologiæ Licentiatus, & Iu-
ris vtriúsque Doctor, ex Præposito
Cathedralis S. Albani, & magni Cōsi-
lij Mechliniensis Senatore, ad Namur-
censem euectus est Cathedram anno
1593. consecratus Antuerpiæ à Læui-
no Torrentio suo Metropolitâ anno
1594. 18. Septemb. exceptus in Ca- 1594.
thedrali 23. Octobris sequentis: fato
cessit 3. Martij 1595. conditus in cho-
ro basilicæ cùm hâc inscriptione: *Re-*
uerendissimo, amplissimóque viro domino
D. Ioanni Dauæo Namurcensi, S. Theo-
logiæ Licentiato, & vtriúsque Iuris
Doctori clarissimo, primùm huius Eccle-

siæ Canonico & Præposito, tum Consi- A
liorum Prouincialis Namurcensis, &
supremi Mechliniensis Consiliario, nec-
non Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Vir-
ginis Namurcensis Abbati sæculari; ac
demùm tertio huius Ecclesiæ S. Albini
Episcopo ac Pastori meritissimo, bonis om-
nibus, & primariis quibusuis viris ami-
cissimo, Petrus Radu huius item Eccle-
siæ Canonicus & Archidiaconus, & in
Abbatiali dignitate successor, domino
suo colendissimo de præmortui facultati-
bus, testamento obsignatus executor erigi
curauit: Vixit annos 64. obijt 5. No-
nas Martij 1595.

B

BLASÆVS. 4. IACOBVS BLASÆVS Flan-
der Brugensis, Ordinis S. Francisci,
Ecclesiastes facundissimus, ex Pro-
uinciali prouinciæ S. Andreæ ad hanc
sedem promotus 11. Maij 1596. con-
1596. secratur Bruxellis 23. Nouemb. 1597.
à Nuncio Sedis Apostolicæ in basilicâ
B. Elisabethæ, ibidem in exequiis
Philippi 2. Hispaniarum Regis apud
S. Gudilam funebrem habuit oratio-
nem 1598. 31. Decembris. Ad hanc
dedit Clemens 8 Pontifex Max. bre-
ue Apostolicum quo populi Namur-
censis in fide Catholicâ sinceritas
comprobatur Sedit annos 3. & penè C
medium: inde ad Audomarensem
1600. Cathedram euocatur anno 1600. ibi-
dem in senectute bonâ quieuit 1618.

BVISSERET. 5. FRANCISCVS BVISSERET
II. Montensis in Hannoniâ, Iurium
Doctor, ex Decano Metropolitanæ
Cameracensis, electus Namurcensis
Præsul anno 1601 sacratus Montibus
1602. anno 1602. 10. Februarij à Guillelmo
de Berghes Cameracensi Antistite,
assistentibus Tornacensi & Attreba-
tensi Episcopis: vrbem paulòmox
festiuâ inaugurationis pompâ inuehi-
tur: eleuat super altare corpus B. Ma- D
riæ Ogniacensis: sedit autem Namur-
ci annos circiter 13 tandem ascendit
ad Cameracensem Archiepiscopa-
tum anno 1614. ipso in limine guber-
nationis Valencenis emoritur 2. Maij
1615. anno 1615. cuius vitam scripsit Nico-
laus Guisius.

DAVVIN. 6. IOANNES DAVVINVS II.
nobili Namurceâ stirpe progenitus,
Theologiæ Licentiatus, ex Archidia-
cono Cathedralis D. Albani Namur-
censis, in Antistitem eiusdem ab

A Alberto Belgarum Principe nomina-
tur anno 1614. consecratus an. 1615. 1615.
à Francisco Vanderburchio Camera-
censi Antistite. Sanctorum suæ diœ-
cesis Officia propria euulgauit anno
1619. viuere desiit 1629.

7. ENGELBERTVS DES BOIS, DES BOIS.
ex Archidiacono Cameracensi, Præ D'azur a
positus B. Petri Insulensis nominatur neuf be-
Episcopus 29. Octobris 1629. con- sans d'or
secratus Namurci 7. Iunij 1630. Diœ- 3 3 3
cesanam synodum congregauit atque 1630.
vitâ functus est an. 1651. mense Iulio.

B 8. IOANNES DE VACHTEN-
DONCK III. ex familiâ Baronum, VACHTEN-DONCK.
& liberorum dominorum de Vach-
tendonck, primus Consiliarius Ec-
clesiasticus magni Consilij Belgici,
postcà ad Catholicæ Maiestatis san-
ctius Consilium euocatus, designa-
tur Episcopus Namurcensis 10. No- 1651.
uembris anno 1651.

NANNETENSES EPISCOPI.

C

NANNETVM Condoui- NANTES.
cum caput superioris en haute
Britanniæ, ad ostia Li- Bretagne
geris fluminis in Aqui- sur la Loire
tanicum labentis O- & l'Ardre.
ceanum, post cursum circiter cen-
tum octoginta leucarum à fonte in
Velaunis, quantus alij Galliæ flumini
non datur: ciuitas Nannetum in No-
titiâ Imperij, ac Prouinciarum & ci-
uitatum Galliæ perantiquâ, cuius po-
puli Nannetes Ptolemæo, vrbs Nan-
netica Greg. Turon. Oportuno situ
iacet propter commoditatem portus
D in Ligeri, ad quem ex Oceano æstu
accedentis maris adpellunt naues ex
Hispaniâ, Angliâ, Germaniâ atque
aliis regionibus. Non est adeò ampla,
sed munita muris, turribus, propu-
gnaculis, fuitque quondam firmissi-
mum vallum aduersùs Aquitanos, Pi-
ctauenses, & Andinos. Frequens
olim ibi fuit Ducum domicilium, at-
que vna ex antiquissimis non solùm
Aremoricæ, sed & tertius Galliæ ciui-
tatibus, quàm meritò alterum Britan-
niæ ocellum indigitat Bertrandus Ar-
gentræus in Historiâ: diu suos habuit

Comites, posteà transiit in ditionem A Britanniæ Ducum, eámque magni semper nominis fuisse fidem faciunt Historiæ huius prouinciæ. Sedes Nannetica, vt dicitur à Leone 4. can. non Furem. 7. quæst. 1. Archipræsulem agnoscens Turonensem, & S. Petrum tutelarem Ecclesiæ patronum, constituitur sub Redonensi Parlamento, in quo Nannetensis Præsul est Consiliarius. Capitulum constat Decano, Archidiaconis duobus Nannetensi, & de la Mée, Cantore, Thesaurario, Scholastico, Pœnitentiario, atque viginti Canonicatibus. Episcopum in solemni ciuitatis ingressu B pro more comitantur quatuor nobiles Barones Aremoricæ, Radesij, Pontiscastri, Ancenisij, & de Castrobrienij. At vrbs ipsa gaudet Academiâ, Camerâ Computorum, Sede Prætorianâ & aliis iurisdictionibus: In eâ autem diœcesi numerantur Abbatiæ:

ALBACORONA O. B. *Blanchecouronne.*

CALMA *la Chaume* O. B.

S. GILDASII *in Nemore* O. B. *Saint Gildas aux Bois.*

PORNIDIVM *Pornid* O. A. C

GENESTONIVM *Geneston* O. A.

BVZAIVM *Buzay* O. C.

MILLERAIVM *Melleray* O. C.

VILLANOVA *Ville-neuue* O. C.

Episcopi præfuerunt hâc serie, quam accuratiorem exhiberemus, si ex Ecclesiæ archiuis eam licuisset eruere; de iis scripsêre indiculum doctus vir, & Senator Redonensis Parlamenti Bertrandus Argentræus: atque modernus Historicus Episcoporum & Sanctorum Aremoricæ. D

1. S. CLARVS.

2. ENNIVS.

3. S. SIMILIANVS vel Similinus, qui memoratur in Martyrologio Romano Vsuardi, & Adonis, ad diem 16. Iunij.

4. EVEMERVS, vel Emmelius.

5. MARCVS.

6. ARISIVS cuius nomen tantùm in Ecclesiasticis tabulis reperitur.

7. DESIDERIVS ex Archidiacono.

8. LEO.

9. EVSEBIVS, subscripsit Concilio Turonico 1. præside Perpetuo Episcopo anno 461. 461.

10. NVNECHIVS adfuit Concilio Vehetensi anno 465. de quo hæc scribit Gregorius Turonensis Miraculorum D. Martini lib 4. cap. 27. 465. *Adueniente festo B. Martini Nonnichius Nannetícorum Pontifex ad basilicam Sancti aduenit, exhibens secum puerum membris dissolutum nomine Baudegisillum. Celebratis igitur solemniis Sancti, hunc artubus restitutis reduxit incolumem.*

11. CARMVDVS.

12. CLEMANVS.

13. EPIPHANIVS subscriptus habetur canonibus Synodi Aurelianensis 1. anno 511. 511.

14. MARSVS.

15. EVMERIVS chirographo firmat acta Concilij Aurelianensis 2. an. 533. tertij 538. per Marcellianum Presbyterum, & 539. Troianus Episcopus Santonensis per eum à suis Diaconibus consultus, ei rescribit de puero, qui an baptizatus esset, nesciebat; cuius epistolæ exemplar extat apud Sirmondum tomo 1. Item Synodo Aurelianensi 4. subscripsit 541. hoc autem epitaphio celebratur à Venantio Fortunato lib. 4. carm. 1. 533. 541.

Quamuis cuncta auido rapiantur ab orbe volatu
Attamen extendit vita beata diem.
Nec damnum de fine capit, cui gloria viuit,
Æternúmque locum missus ad astra tenet.
Hoc igitur tumulo requiescit EVEMERVS *almo,*
Per quem Pontificum surgit opimus honor.
Stemmate deductum fulgens ab origine culmen
Et meritis priscos crescere facit auos.
Emicuit populis geminum memorabile donum,
Inde gradu, index, hinc pietate pater.
Dulcis in eloquio, placidus moderamine sacro

In cuius

In cuius sensu perdidit ira locum.
Alterius motus patienti pectore vicit,
Vt lenitas læsit, hoc grauitate tulit.
Si quis ab externis properauit sedibus hospes,
Mox apud hunc proprios sensit habere lares.
Hic habitare volens patriis rudis exul ab oris,
Oblitus veterem, huius amore, patrem.
Gaudens arripit probris, se cernere flentem,
Alterius lachrymas mox facit esse suas.
Partitus cùm ventre vices, pietate magistrâ,
Vnde tulit luctus, mox ibi vota dedit.
B *Pauperibus diues censum transfudit egenus,*
Ante bonus tribuit, quam paterentur opem.
Semina iactauit centeno pingues fructu,
Cui modò de reditu messis adulta placet.
Vnica cura fuit, cunctos vt viseret ægros,
Ipse quibus medicus vixit & ipse cibus.
Extulit Ecclesiæ culmen, quod reddidit vnum,
Venit ad hæredem quod cumularet, opus.
Felix ille abiit, Felicem in Sede reliquit,
Hæredis meritis viuit in orbe Pater. C

16. FELIX illustre nomen habet inter Episcopos Nannetenses gloriâ sanctitatis, patriâ erat Biturix, præ-
567. fuitque Ecclesiæ suæ an. 567 regnante Chariberto Rege; hoc anno subscriptus reperitur actis Concilij Turon. 2. & epistolæ S. Radegundis apud Gregorium Turon. tum Concilio Parisiensi 4. 573. Ad Episcoparum coniugatus assumitur, sed sponsam postea dimisit ornatus infulâ, fuitque familiaris Gregorij Turon. Episcopi, vt ipse ait cap. 78. lib. de Gloriâ Confessorum: quem tamen Gregorius publicâ & vehementi querimoniâ afficit, cap. 5. lib. 5. Historiæ Franc. cùm ait: » Eo tempore Felix Nanneticæ vrbis » Episcopus literas mihi scripsit plenas » opprobriis, scribens etiam fratrem » meum ob hoc interfectum, eo quòd » ipse cupidus Episcopatus, Episcopum » interfecisset. Sed vt hæc scriberet, » villam Ecclesiæ concupiuit, quam » cùm dare nollem, euomuit in me ple- » nus furore opprobria mille, cui ali- » quando ego respondi: Si te habuisset » Massilia Sacerdotem, nunquam naues

A oleum, aut reliquas species detulis- « sent, nisi tantùm cartam, quò maio- « rem oportunitatem scribendi ad bo- « nos infamandos haberes, sed pauper- « tas cartæ finem imponit verbositati: « immensæ enim erat cupiditatis atque « iactantiæ. Tametsi verò parùm æquus « ei fuisse videatur Gregorius, nihilominus impensè laudatur à Venantio Fortunato variis carminibus, quibus celebratur, tanquam Episcopus summæ dignitatis, splendore virtutum, nobilitate generis, doctrinâ, liberalitate in egenos, in tuendo aduersùs errores grege, summâ denique integritate & morum innocentiâ præditus: sic eum canit carmine 3. libri 3.

Fida salus patriæ, FELIX spe, nomine, corde,
Ordo Sacerdotum, quo radiante, micat.
Restituis terris, quod publica iura petebant,
Temporibus nostris gaudia prisca ferens.
Vox procerum, lumen generis, defensio plebis,
Naufragium prohibes, hic vbi portus ades.
C *Author Apostolicus, qui iura Britannica vincens,*
Tutus in aduersis, spe crucis, arma fugas.
Viue decus patriæ, fidei lux, auctor honoris,
Splendor Pontificum, noster & orbis amor.

Refert Gregorius lib. 4. Hist. cap. 4. « Felicem summæ fuisse auctoritatis, & « Chanaonis Britannorum Comitis, « qui tres fratres peremerat, vim atque « tyrannidem à capite Macliaui germa- « ni sui propulsasse, ac præsenti eripuis- « se neci. Præterea opinione virtutis D claruisse testis locuples idem Gregorius lib. 5. cap. 31. cùm ad Britannos destinatus est Legatus vt pacem sollicitaret: Britanni, inquit, eo anno « (quarto Childeberti) valde infesti « circa vrbem fuêre Nanneticam atque « Redonicam. Qui immensam aufe- « rentes prædam, agros peruadunt, vi- « neas à fructibus vacuant, & captiuos « abducunt. Ad quos cùm Felix Epis- « copus Legationem misisset, emenda- « re promittentes, nihil de promissis « implere voluerunt. Porrò quemad- « modum in Felice Episcopo cùm ge-

neris claritudine virtus præluxit, ita A. & munificentia, quâ celeberrimum templum beatis Apostolis Petro & Paulo apud Nannetes suos extruxit, ad cuius dicandi solemnitatem accersiit vicinos Episcopos. Poëmate ceremoniam consecrandæ huius basilicæ venustè expressit Fortunatus lib. 3. carm. 4. quod hîc iuuat apponere.

Cùm Salomon coleret generosi Encænia templi,
Israeliticos fecit adesse viros.
Leuitas, proceres, pueros, iuuenésque senésque,
Vndique certatim regia pompa trahit.
Mactantur vituli, tauri iugulantur ad B aras,
Et populi in votis gaudia cædis erant.
Nunc verò adsurgit ritu placitura beato,
Tempore decurso, iustior ara Deo.
Prospera quæ populis Felix modò festa ministrant,
Exuperant rebus gesta priora nouis.
Conuocat egregios sacra ad solemnia patres,
Quò fiat vera salus, & fugit vmbra vetus.
Docti claue Petri cœlos aperire petenti,
Ac monitis Pauli noscere claustra poli.
Ne lupus intret oues, nec morbus vulneret agnos, C
Hinc sunt custodes, inde medella gregis.
Quorum vox refluens, populo, de fonte salutis
Vt bibat aure fidem, porrigit ore salem.
Inter quos medios, Martini sede Sacerdos
Euphronius fulget, Metropolita sacer.
Plaudens in sanctâ Fratrum coëunte coronâ,
Et sua membra videns, fortior extat apex.
Lætius inde caput, quia sunt sua viscera secum, D
Ecclesiæ iuncto corpore crescit honor.
Domitianus, item Victorius, ambo columnæ,
Spes in vtrisque manens pro regionis ope.
Domnulus hinc fulget meritis; Maracharius inde,
Iure Sacerdotij cultor vterque Dei.
En spectas, veniat quæ nunc memoranda per æuum
Votis plena piis fulget in orbe dies.
In quâ promeruit sua gaudia cernere Pastor,
Officióque sacro, reddere vota Deo.
Tempore qui longo aduentu pendebat in isto,
Despiciens aliud, hoc erat omnis amor;
Omnia tuta timens, suspecto in tramite vitæ,
Ne prius iret, iter, quàm daret ista Deo.
Sæpius occultans, suspiria lassa trahebat,
Cederet vt dominus hoc properare decus.
Anxius incerto curarum fasce laborans,
Dum votum spectat, pondera tempus erant.
Sed iam festus adest, soluatur sarcina curæ,
Lætitiæ cumulus triste repellat onus.
Prospera dans populis, & gaudia larga, per vrbem
Felix felici cùm grege, Pastor, age.
Hinc te Pontifices circundant, inde ministri;
Cingit te totum, hinc honor, inde fauor.
Clerus & ecce choris resonat, plebs inde choralis,
Quisque tuum votum, quà valet arte canit.
Tarda fuère tibi, quia sit mora semper amanti,
Res sublimis enim tarda, sed ampla venit.
Nunc Domini laudes, inter tua classica, canta,
Et Trinitatis opem, machina trina sonet.
Adde medullata in templis holocausta sacerdos,
Quo diuturna mices, hostia pura, Deo.

Est etiam carmine 5. eiusdem libri elegans encomium basilicæ Nannetensis, quod inserere non indignum existimauimus.

Munere Felicis cœli cape Gallia fruges,
Pontificísque tui vota beata cole.
Cuius castus amor dedit hanc in honore superno,
Ecclesiæ nuptæ dote pereñe, domum.
Vertice sublimi patet aulæ forma triformis,
Nomine Apostolico, sanctificata Deo.
Quantum inter sanctos meritum supereminet illis,
Celsius hæc tantum culmina culmen habent.
In medio turritus apex super ardua tendit,
Quadratúmque leuans crista rotundat opus.

Altius vt stupeas arce ascendente per arcus
Instar montis agens ædis acumen habet.
Illic expositos fucis animantibus artus,
Viuere picturas, arte restante, putes.
Sol vagus, vt dederit per stannea tecta colorem,
Lactea lux resilit, cùm rubor inde ferit.
Ire, redire vides, radio crispante, figuras,
Atque lacunar agit, quod maris vnda solet.
Fulgorem astrorum meditantur tecta metallo,
Et splendore suo culmina sydus habent.
Luna coronato quoties radiauerit ortu,
Alterum ab æde sacrà surgit ad astra iubar.
Si nocte inspiciat hæc prætereundo viator,
Et terram stellas credet habere suas.
Tota capit radios patulis oculata fenestris,
Et quod mireris hic foris, intus habes.
Tempore quo redeunt tenebræ, mihi dicere fas sit,
Mundus habet noctem, detinet aula diem.
Dextera pars templi meritis præfulgat Hilari,
Compare Martino consociante gradum.
Gallia sic proprios dum fundit vbique patronos,
Quos hic terra tegit, lumina mundus habet.
Altera Ferreoli pars est, qui vulnere ferri,
Munere martyrij gemma superba nitet.
Obtulit hic Felix, vt sit magis ipse Sacerdos,
Christe tuum templum, qui tibi templa dedit.

Eius laudes quoque extulit poemate 6. lib. 3. Fortunatus suo more venustè admodum, vbi sic cecinit:

Illuxit festiua dies, me gaudia cogunt,
Vt quod plebs poterat, solus amore loquar.
Vltima quamuis sit regio Armoricus in orbe,
Felicis meritis cernitur esse prior.
Miserunt similes Oriens, & Gallia sortes,
Ille micat radiis solis, & ista tuis.
Nam splendore nouo sua munera quisque ministrat,
Tu fers Oceano lumen, & ille rubro.
Denique si sensus clarà pro lampade fulget,

A *Ingenium vestrum luminis instar habet*
Maxima progenies titulis ornata vetustis,
Cuius & à proauis gloria celsa tonat.
Nam quicunque potens Aquitanica rura subegit,
Extitit ille tuo sanguine, luce, parens.
Germinis antiqui venerabile culmen, in orbe,
Laudibus in cuius militat omne decus.
Flos generis, tutor patriæ, correctio plebis,
Eloquij flumen, fons salis, vnda loquax.
Semita doctrinæ, ius causæ, terminus iræ,
B *Ingenium ad cuius huc noua Roma venit.*
Illic quod poterat per plures illa docere,
Te consenta suo Gallia tute, places.
Ornamenta geris gemino fulgentia dono,
Et te concelebrant, hinc opus, inde genus.
Sed qui terrenâ de nobilitate nitebas,
Ecclesiam nunc spe nobiliore regis.
Cuius ad ornatum bone cultor iugiter instas,
Vt tam multa Deo splendida dona dares.
Nupsisti Ecclesiæ, fœlicia vota iugasti
C *Hanc qui matronam dote potente reples.*
Cuius in amplexu ducis sine crimine vitam,
Altera nec mulier corde recepta fuit.
Hanc oculis, animo retines & corde pudico,
Vnde tibi nupsit, castior inde manet.
Illa tibi prolem peperit, sed corpore virgo,
Et populum gremio fudit amata tuo.
Ecce tuos natos diuinà ex coniuge sumptos,
Et modò te gaudet, quos patris vmbra tegit.
D *Proque salute gregis, Pastor, per compita curris,*
Exclusoque lupo tota tenetur ouis.
Insidiatores remoues vigil arte, Britannos,
Nullius arma valent, quod tua lingua facit.
Tu quoque ieiunis cibus es, tu panis egenis,
Quæ sibi quisque cupit, hic sua vota videt.
Diuitias proprias in pauperis ore recondis,
Largas mendici ventre reponis opes.

Tempore quo veniet Christus, tunc omnia vobis,
Iudicis in facie sacculus iste feret.
Sit tibi fixa salus numerosos ampla per annos
Perpetuo Felix, nomine, mente, fide.

Ei scribit pariter poema de Paschate Resurrectionis Domini, l 3 c. 7. commendans c. 8. eius magnificentiam, cùm opere arduo aggressus est fluuium, scilicet vt ciuibus suis prodesset, præcipiti cursu aliorsum deflectere, quod aliqui interpretantur de Ligeri: de his versibus Felici inscriptis vide Fortunati opera, & obseruationes Brouueri. Is autem Pontifex anno 7. Childeberti Regis vitâ defungitur, quemadmodum docent Gregorij Turon Hist. Fran. l. 6. c. 15 eiusmodi verba. Audiuimus enim eo anno in Narbonensem vrbem inguinarium morbum grauiter desæuire, ita vt nullum esset spatium, cùm homo correptus fuisset ab eo. Felix verò Episcopus Nanneticæ ciuitatis, in hanc valetudinem corruens, grauiter ægrotare cœpit. Tunc vocatis ad se Episcopis, qui propinqui erant, supplicat vt consensum, quem in Burgundionem nepotem suum fecerat, suis subscriptionibus roborarent Quod cùm factum fuisset, eum ad me dirigunt. Erat tunc temporis Burgundio quasi aonorum 25. Qui veniens, rogat vt accedens vsque Nannetas, Episcopum eum in locum auunculi, qui adhuc superstes erat, tonsoratum consecrare deberem. Quod ego abnui, quia Canonibus non conuenire cognoui. Consilium tamen præbui, dicens: habemus scriptum in Canonibus, fili, non posse quemquam ad Episcopatum accedere, nisi priùs Ecclesiasticos gradus regulariter sortiatur. Tu ergo, dilectissime, reuertere illuc, & pete, vt ipse te qui elegit, debeat tonsorare. Cúmque Presbyterij honorem acceperis, ad Ecclesiam assiduus esto. Et cùm eum Deus migrare voluerit, tunc facilè Episcopalem gradum ascendes. At ille regressus, consilium acceptum adimplere dissimulauit, eò quòd Felix Episcopus ab incommodo leuiùs agere videretur. Sed postquam febris discessit, tibiæ eius ab humore pusulas emiserunr. Tunc cantharedarum cataplasmam nimiùm validam ponens, computrescentibus tibiis, anno Episcopatus sui 33. ætatis 70. vitam finiuit: cui Nonnichius consobrinus, Rege ordinante successit.

17. NONNICHIVS Episcopatum adipiscitur post obitum Felicis teste Gregorio, qui l. 8. cap. 43. anno XII. eiusdem Regis vexatus memoratur ab Antestio, quem Guntramnus Rex Andegauos delegauerat, falsâ insimulatione, quâ multis datis muneribus abscedere cogitur.

18. EVPHRONIVS.

19. LEOBARDVS subscripsit
vltimus Præsulum Synodo Remensi 630.
anno 630.

20. TAVRINVS.

21. HAIRCO.

22. S. PASCHARIVS.

23. SALAPPIVS, eius vice Chad-
do Archidiaconus signum apposuit
Concilio Cabilonensi 650. ac paulò 650.
post 658. Nannetis Concilium cele-
bratur iussu Romani Pont. vt auctor
est Flodoardus l. 2. c. 8.

24. AGATHEVS.

25. AMITHO.

26. DEOMARVS.

27. ODILARDVS sedit imperante Carolo Magno.

28. ALMANNVS.

29. TRVTGARVS.

30. GVNHARDVS à Normannis
in templo maioris Ecclesiæ Naone-
tensis inter Clericos impiè trucidatus
est anno 843. die festo S. Ioannis Ba- 843.
ptistæ: vetus fragmentum codicis
Monasterij S Sergij Andegauensis sic
scribit: ANNO ab Incarnatione Saluatoris DCCCXLIII. Normannorum ferox natio numerosâ classe aduecti, Ligerim fluuium qui inter nouam Britãniam & vltimos Aquitaniæ fines in Occiduum mergitur Oceanum, ingrediuotur. Demum dato classibus zephiro ad vrbem Naoneticam, impiissimo Lamberto crebro exploratore præcognitam, celeri carbasorum volatu, pariter remorum im-

» pulsu contendunt. Quam mox nau- A
» bus egressi vndique vallant, & sine
» mora nullo propugnatore capiunt,
» vastant, diripiunt. Alij quippe scalis
» murum subeunt, alij oppilatum olim
» aditum offendentes infringunt & pe-
» netrant. Porrò ciuitatis Episcopus
» vocabulo Guihardus, vir innocens,
» & omni pietate repletus, Clerus om-
» nis cùm monachis qui ex vicino cœ-
» nobio, cuius vocabulum est Antrum,
» quod antefati amnis icti fero gurgite
» vndique cingitur, ad vrbem copiosum
» Ecclesiæ thesaurum habentes confu-
» gerant, cúmque reliquâ vulgi multi-
» tudine, quos vel metus hostis incluse- B
» rat, vel Præcursoris quæ inerat Nati-
» uitas, non solùm ex vicinis regiuni-
» bus & vicis, sed etiam ex procul posi-
» tis vrbibus attraxerat: cernentes intra
» mœnia hostem, certatim cuncti ad
» Templum Apostolorum Petri & Pau-
» li, quod in vrbe nobilius & pulchrius
» erat, vtpote ignari certaminis, con-
» currerunt, obseratísque ostiis ædis,
» solum quod supererat cœlitus auxi-
» lium anxiè flagitabant. At gentiles
» effractis ostiis, fenestrísque propul-
» sis, Templum feraliter irrumpunt,
» imbellem pariter & inermem multi- C
» tudinem gladio feriunt, tantáque cru-
» delitate in Christi sæuiunt gregem, vt
» præter quos sine captinandi, siue di-
» strahendi gratiâ in naues transtule-
» runt, omnem multitudinem Sacerdo-
» tum, Clericorum, atque laicorum
» cùm prædicto Antistite intra Eccle-
» siam gladio sternerent. Monacho-
» rum verò quosdam extra, alios intra
» Ecclesiam, plerósque autem super
» ipsam templi aram instar hostiæ truci-
» dant: reliquos verò noctis crepuscu-
» lo secum abducunt, clasśique impo-
» nunt. Quis, proh dolor! illius diei
» dolorem explicare, quis explicando à D
» lachrimis valeat temperare? quando
» mortuarum matrum cruorem pro
» lacte suggentes pendebant ad vbera
» nati: quando Sanctorum sanguine ho-
» stili mucrone fuso templi pauimenta
» madent, altaria sacra innocentium
» cruore oblita fluunt. Post hæc erasis
» omnibus opibus, cùm gregibus capti-
» uorum vtriúsque ordinis & ætatis ad
» naues remeant. Ad quorum postmo-
» dum redemptionem plurimùm à cla-
» dis superstitibus collatum est.

31. Actardus prosapiâ nobilis,
ex Turonensis Ecclesiæ Presbytero,
vocatur ad Cathedram Nanneticam
regnante Carolo Caluo; iste cùm eius
beneficio prouectus fuisset ad infulas
refragante Nomenojo Duce Britan-
nicæ gentis, eius nefando molimine
sedem inuasit Gislardus Leone 4.
Pont. Max. qui anno 849. ad eum- 84.
dem scribens, vt illum inuasorem tue-
ri desineret, ita loquitur Can. non
Furem 7. Quæst. 1. *Non furem & la-
tronem, qualem Gislardum sentimus esse
in Namnetica sede, qui viuentes quod
non licuit, locum non timuit vsurpare,
pro cuiuscumque muneris donis vltra de-
bes defendere.* Vnde in epistolâ Nico-
lai Papæ ad Salomonem Brittonum
Regem anno 865. legere est verba 865.
ista: De Gislardo & Actardo Episco- «
pis, de quibus scripsisti, multo aliter, «
quàm tua referebat epistola, in scri- «
nio nostro reperimus. Licet non be- «
nè faciat Actardus, quia denuo con- «
secrat quos Gislardus in eo gradu di- «
gnoscitur ordinasse: tamen Actardus «
inuenitur ante Gislardũ Episcopatus «
officium suscepisse. Denique sanctissi «
mus Leo Papa Nomenojo scribens, «
inter cætera præcipuum virum Actar- «
dum appellat, & hunc sanum sapere, «
& sanum docere, viuere ac perma- «
nere denuntiat: Gislardum verò tan- «
quam prædicti Actardi sedulum in- «
uasorem denotat. Eodem tempore «
reperitur Actardus in transactione
cùm Roberto Comite mense Maio in
Bleso castro 865 & in electione Ele-
ctranni Redonensis Præsulis 866. hoc 866.
anno interfuit Concilio Suessionensi
3. à cuius Synodi Patribus Romam le-
gatus missus est, vt liquet ex illorum
epistolâ tomo 3. Concil. ad Nicolaum
Pontif. vbi de Britonum feritate in
Sedem Namneticam à quâ pulsus erat
Episcopus, sic conquestus est: Ve- «
stram non latere beatitudinis excel- «
lentiam nouimus, diœcesim Turoni- «
cam austeritate Brittonum diutinò à «
suâ Metropoli diuulsam, penitúsque «
discissam: ita vt, sicut idem Turoni- «
cus Metropolitanus Herardus, pari- «
térque Namneticus Actardus fre- «
quenti indagine, necnon etiam in «
præmissâ Suessionicâ Synodo euidẽti «
atque multiplici stylo pariter & ser- «
mone nobis intimauère, licet nobis «
multis præcedentibus indiciis hæc ea- «
dem non possent latere, iam vicenus, «
& eò licet paululùm adsit annus, «

» quo tyrannicâ feritate resumptâ, A nec comprouincialia cùm Turonico Metropolitano celebrent Concilia, nec in Episcoporum consecrationibus ad eundem quicquam respiciant, illi quoque Sedi nullo pacto se subdant. Sed neque ad generalitatis nostræ Synodum, si quando Apostolatus vestri auctoritas nostram fraternitatem pro quibuslibet emergentibus, vel imminentibus negotiis aggregandam decernit, illorum præsentiam, Legatos, litteras, cùm infra sinum occiduæ Galliæ commorentur, & nec iuga montium, nec marinum pelagus, sed neque grauis intercapedo terra- B rum conuiulare prohibeat, nostræ vnanimitati quemquam habere meruimus. Vnde fit, vt nullus cultus religionis inter eos, nullus disciplinæ vigor haberi possit in illis: quoniam cùm sint barbari, feritate nimiâ tumidi, nullis sacris institutis obediunt, nullis præceptionibus sanctorum Patrum se subdunt: sed pro libitu insipientiæ, maleuolentiæque suæ cuncta peragunt. Frequentibus iidem apicibus matris & Magistræ sanctæ Sedis Romanæ, decessorúmque vestrorum admoniti, & vt feritate depositâ, quia sunt nomine tenus Christiani, Apo- C stolicis, atque canonicis decretis se subderent, sunt vocati, sicut euidenti indicio in archiuis sanctæ Rom. Ecclesiæ, si placet, valet reperire. Sed quidam illorum nec sibi legi, nec passi sunt audire; neque vllo pacto à cœpto prauitatis suæ repressi sunt itinere. Hinc fit, quòd hactenus parochiam Namneticam à muro eiusdem vrbis præsignato fratri nostro Actardo subreptam habeant: sed & res omnes eiusdem sedis obstinatâ peruasione detineant.

» Et post alia subdit: A præsenti Sy- D nodo fratrem & Consacerdotem nostrum Actardum vestræ paternitatis aspectibus pertractauimus destinandum. Cui petimus, humiliterque deposcimus, vt sanctæ benignitatis vestræ sublimitas aurem pietatis clementer accommodet, eique solitæ manum mansuetudinis porrigat. Videlicet vt rebus omnibus, id est Sede, in quâ spes nulla recuperandi sibi est, cùm parochiis exspoliatus, pietatis vestræ adminiculo adiuuetur; & sicut expulsus penitus à propriâ Sede veriúsque gentis Normannorum & Britto- A num feritate, & continuâ persecutione, censurâ vestri moderaminis releuetur. Deinde Synodo adstitit Tricassinæ anno 867. testis quoque in de- 867. positione Ebonis Remensis Antistitis, tum Romam à Carolo Caluo Rege & Synodo iterum destinatus; vacantem pro eo Ecclesiam petit Carolus, desertá Sede Nanneticâ, vt indicat hic locus epistolæ eius ad Nicolaum Pont. *Actardum Namneticæ quondam sedis venerabilem Episcopum, exilium, vincla, mare, dura pericula passum, sed gratiâ Dei liberatum, Normannis nimiùm Brittonibusque vicinum,* B *ac perinde ciuitas sibi commissa, olim florentissima, nunc exusta, & funditus dirata, redacta per decennium cernitur in eremum, fidelem legatum nostrum vestræ sanctissimæ paternitati dirigimus, quod litteræ nostræ minus habent pro tempore, & per spatium vobis placent verbo tenus significandum. Cui quia nulla manet spes in propriâ, si annuit & fauet vigilantissima vestræ discretionis sollertia, voluntate, & mente promptissimâ optamus, vacantis sedis constituatur in cathedra, quò possit iniuncta sibi & ordinata peragere ministeria, quóque valeat vtilitatibus Ecclesiasticis, & ob-* C *sequiis parere nostris. Qui Romæ destinauit aliquas facere moras, vt aduentantibus Brittonibus possit coram positus eos conuincens, suæ, Ecclesiarúmque vicinarum ab eis perpetrata pandere detrimenta.* Actardus verò epistolas à Synodo apud Trecas habitâ, Romam deferens, Nicolaum mortuum, & eius loco subrogatum Hadrianum inuenit, cui & litteras obtulit, ad quas idem Pontifex Hadrianus duas rescripsit præfatæ Synodo, in quarum vndecimâ tom. 3. Concil. ad Ecclesiam vacantem, etiamsi Metropoleos fulgeat dignitate, euehi mandat, ac D propter afflictionis solatium Pallij vsum impertitur, quemadmodum disertè testatur his verbis: « Apostolicæ Sedi causam venerabilis fratris nostri Actardi, Namneticæ quondam vrbis Episcopi, seu tribulationes exposuistis: simul etiam hunc mirificè commendantes, quo illi à tantâ Sede subueniretur, vnanimiter ac magnoperè postulastis: sed quia idem Reuerendus Antistes, vt vestra relatio manifestat, à propriâ Ecclesiâ, diutino iam tempore, Paganorum persecutione propulsus, hac, illácque peregrè pro-

» ficiſcitur, huc atque illuc multis iam fessus ærumnis vagabundus incidit, valde dolemus, & ei fraternâ vincti caritate compatimur. Illud sanè præcipuè flentes, quòd tantæ scientiæ, tantæque morum probitatis viro sub huiuſcemodi prætextu vacante, maximum diſpendium dominicis ouibus generetur: dum ſcilicet vtilitas, quæ per hunc Eccleſiæ Chriſti prouenire poterat, tantis iam temporibus excludatur. Quâ de re ſecuti prædeceſſorum Patrum inſtituta, & Apoſtolicæ ſedis exempla Pontificum, præcipuéque B. Papæ Gregorij, qui circa huiuſmodi, quæ B nos nunc erga præfatum Antiſtitem Deo fauente ſtatuimus, ſæpe ſtatuiſſe dignoſcitur, decernimus hunc ſanctiſſimum crebrò iam dictum fratrem noſtrum, & Coepiſcopum Actardum, Eccleſiæ, quæ fortè ſuo fuerit viduata rectore, penitùs incardinari: quatenùs in eâ conſtitutus, & officia Epiſcopalia, quæ per impoſitionem manus accepit, exerceat, & paſtorale miniſterium ſolemniter agens, oues dominicas ſapientiæ ſibi diuinitùs attributæ ſale condiat, & de hac lucrum conditori ſuo ſine quolibet impedimento reportet. Si tamen eius Eccle- C ſia, vt ipſius, & Metropolitani proprij, ac literarum veſtrarum circumſtantia innuit, funditus diruta, & per nonnulla curricula iam in ſolitudinem redacta eſſe dinoſcitur: Paganis videlicet non ſolùm tranſitum, ſed etiam ſtationem ibidem facientibus, ac per hoc depopulatis vndique locis habitatore carentibus, ſublatis etiam à Bittonibus ſibi quæ remanſerunt rebus. Nec ei minorem quàm ſua fuerat dari volumus: cùm, licet hoc minimè poſtulet, ne videlicet alicuius ambitionis famâ notetur, etiamſi Metropolis fortaſſis obtulerit, conueniat D conſequi potiorem. Nimirum qui inter cætera virtutum ſuarum inſignia, barbarorum rabiem ſæpe perpeſſus, Chriſtúmque confeſſus, iam nunc Deo, iure dicere debeat, ſecundùm molritudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Pro cuius rei obtinendo prorſus effectu, dilecto filio noſtro Carolo glorioſo Regi preces direximus: Et vt noſtram multis erga vos in opportunitatibus eſſe beneuolentiam, ita veſtra erga

A hunc fratrem, cui manum porrigimus, vobis quoque manum porrigentibus, donec quod decreuimus effectum capiat, promptiſſima pareſcat induſtria. Siquidem & nos illius multiplici miſeriæ, & diuturnæ peregrinationi, atque continuo mœrori compatientes, decus illi Pallij ſolo miſerationis affectu contulimus. Quod non aliter illi, nec cuilibet abſque Metropolitis concederemus, niſi multoties hunc exilia, mare, viocula paſſum, etiam ad capitalem ſententiam frequenter tractum fuiſſe comperiſſemus: & niſi hoc ipſe ſuis tantis, ac talibus detrimentis, B quin potiùs meritis, pro celerrimæ conſolationis ſolatio meruiſſet, vt ſcilicet habeat pro exilio & catenâ Pallij ornamenta; non ad Eccleſiæ, cui incardinatus eſt, perpetuum inſtitutum, ſed ad ſuum ſpecialem, certíque temporis vſum» epiſt. 12. ad Carolum Caluum Regem idem indicat Hadrianus 2. regiæ Majeſtati commendans Actardum cùm ait: *Non ducimus tantum virum & Eccleſiæ Chriſti perneceſſarium, debere tantis inuolui miſeriis, vel tantis grauari, cùm ſit etiam ætatis maturitate maceratus incommodis: præſertim cùm & ſcientiâ non con-* C *temnendâ polleat, & hunc veſtri regni Eccleſiarum Præſulum relatio non paruipendenda commendet.* Scribit pariter ad Hincmarum Remenſem, & Herardum Turonenſem Archiepiſcopos, vt ipſi Monaſterium in eius diœceſi concedatur; Pallio demum inſignitus eſt diplomate dato menſe Februario 5. Cal. Martias: narrátque Hincmarus epiſt. apud Flodoardum l. 3. c. 21. delectum fuiſſe iudicem in causâ Hincmari Laudunenſis iunioris: poſt hæc traducitur ad Metropolim Turonenſem retento iure Namneticæ Eccleſiæ anno 871. vt videre 871.
D eſt tomo 1. Archiepiſcoporum.

32. Ermengarivs ex Archidiacono anno 870.

33. Landrannvs anno 889. 889.
obiit 5. Februarij 897. ſepultus in æde Sanctorum Martyrum Donatiani & Rogatiani.

34. Gorgôcivs ſtatim ab electione denaſcitur.

35. Fvlcherivs, vel Fvlcricvs;

qui ab Alano Principe obtinuit Ab- A batiolam S. Andreæ; castellúmque aduersùs Normannorum insultus erexit: iacet ad S. Donatianum.

36. Isaias.

37. Adalardvs viuebat an-
907. no 907.

38. Hostionvs Episcopus S. Pauli Leonensis, administrauit & Nannetensem Ecclesiam.

39. Vvaltherivs cuius tempore vrbs expugnata fuit à Rollone B Normannorum Duce.

Bretagne. 40. Vvarochvs de Bretagne Alani Ducis & Iudithæ filius
981. circa anno 981. frater Hoëlis Comitis Nannetensis post cuius fatum abdicauit Episcopatum.

Bretagne. 41. Ivdicael de Bretagne frater Conani Ducis Armoricæ.

42. Hvgo.

43. Hervisivs, aut Hervevs.

C

44. Vvalthervs II. nobilis Redonensis, fauore Gaufridi Cathedram obtinuit Hierosolymámque: profectus studiis militaribus potiùs intentus, quàm pastorali curæ animum intendit.

45. Ayrardvs.

Bretagne. D'hemines. 46. Qviriacvs, aut Verecvs de Bretagne Ducis Alani cognomine Fergentij germanus, probat donationem loci de Calmâ monasterio Rothonensi ad extruendam Abbatiam 1055. inde adfuit Sacro Phi- D
1059. lippi Regis anno 1059. nominatur etiam in cartâ S. Mariæ Nannetensis 1075 & in donatione factâ cœnobio Kemperlegiensi 1076.

Bretagne. 47. Benedictvs de Bretagne frater Vuereci, qui ex monacho professo Abbas Kemperlegiensis, simul Nannetensem Ecclesiam obti-
1096. nuit an. 1088. & 1096. is cùm in regimine pastorali vixisset annis circiter triginta, eiurato Episcopatu rediit ad suum Monasterium, quò piè migrauit ad meliorem vitam: vide tomum 3. vbi de Kemperlegiensi Abbatiâ egimus.

48. Bricciivs inuenitur in antiquo codice cartarum Episcoporum Nannetensium, & in instrumento priuilegiorum Abbatiæ S. Meuennij, præsens in exequiis Alani Ducis apud Rothouum cum aliis Præsulibus Armoricæ 1119. quo anno subscri- 1119.
psit documento dedicationis maioris aræ Roncereij monasterij Andegaui. Nannetis ipso sedente celebrata est Synodus 1125. huius fit mentio l. 2. c. 6. vitæ S. Bernardi: defungitur anno 1140. in Chronico Albiniano 1134.

49. Iterivs decessit anno 1147.

50. Bernardvs I. ex Canonico Monachus Claræuallensis, & ex Religioso Episcopus, interest tralationi S. Florentij Salmuriensis 6. Nonas Maij 1159. de quo meminit vita S. 1159.
Bernardi l. 2. c. 7. & 8. inter viuos esse desiit anno 1169. ex Roberto de Monte.

51. Robertvs I. ex Archidiacono creatur iuxta hæc verba Roberti de Monte in Appendice ad Sigebertum, sub an. 1170. *Ad Natale fuit Rex Henricus in Britanniâ apud Nannetes. Robertus Archidiaconus Nannetensis consensu Regis factus est Episcopus Nannetensis post Bernardum auunculum suum*: nominatur in fœdere Ludouici Franciæ, & Henrici Angliæ Regum: cuius obitum notat anno 1184. Robertus idem de Monte. *Obiit* 1184.
Robertus Episcopus Nannetensis, vir magnæ honestatis, & amicus noster, cùm rediret de Ierosolymâ.

52. Artvrvs anno 1187.

53. Mavricivs de Blason Blason.
nobilis Brito, postcà tralatus ad Episcopatum Pictauiensem petente Clero, ab Innocentio 3. Pontifice Max. 1198. anno 1. Pontificatus. 1198.

54. Goffridvs ex Thesaurario S. Petri Nannetensis 1200. & 1209. fatis eripitur anno 1216. humatus in Cathedrali.

55. Stephanvs magnæ probitatis

tatis Episcopus, tempore Petri Mau-
1224. cleri Britanniæ Ducis 1224. delegatus ad Pontificem, pro iure tutando Ecclesiasticorum aduersùs eumdem Ducem. Decessit 1226. 10. Octob. humatúsque in æde maiori.

CHASTEAV-BRIANT. 56. CLEMENS DE CHASTEAV-BRIANT ex Cantore Nannetensi, & Andegauensi.

57. HENRICVS I. regnante S.
1230. Ludouico, interiit 1230. Argentræo, aliis 1234. tumulatus in Abbatiâ Melleteij.

58. GVIDO Episcopus in Apuliâ electus ab Imperatore hanc Sedem Nannetensem administrandam suscepit anno 1236. apud Albericum in Chronico, qui eum Patriarcham Hierosolymitanum vocitat.

1238. 59. DANIEL, I. anno 1238. probat statuta Capitularia.

60. ROBERTVS II. qui etiam euectus est ad Patriarchatum Hierosolymitanum.

61. GALERANVS ex Decano Turonensi causarum Ecclesiæ Patronus vulgò nominatus, sedit tempore Ioannis I. Britanniæ Ducis.

62. IACOBVS ex Decano Tu-
1260. ronensi, anno 1260. mense Iunio probat donationem factam monasterio de Calmâ 100. solidorum, à Margaritâ Montisacuti & Ganapiæ dominâ, obiit anno 1270.

DE VERN. 63. GVILLELMVS DE VERN, I. fato fungitur die 18. Octob. anno 1286.

64. MAVRVS dedicauit Eccle-
1288. siam Busaij anno 1288. moritúrque anno sequenti.

65. DVRANDVS excessitè viuis anno 1294. humatus in Choro Cathedralis iuxta maiorem aram.

CALESTRIA. 66. HENRICVS DE CALESTRIA II. Trecorensis, cuius tempore fundatur in vrbe Conuentus Franciscanorum à Guillelmo de Rieux & Annâ de Machecoul coniugibus, teste Gon-

A zagâ in Historiâ Seraphicâ; deuixit anno 1304. 1304.

VIGER. 67. DANIEL VIGER, II. Armoricus, Turonis à Metropolitano munus vnctionis suscepit anno 1305. Dominicâ post festum S. Mauritii, Cathedralem plurimis bonis & variâ supellectili sacrâ exornauit: cuius Decanum voluit iisdem gaudere priuilegiis & honoribus, quibus Turonensis: Cantorem, Capicerium, insupérque septem præbendas fundauit: illius nomine circumferuntur decreta Episcopalia quæ Ioannes Papa 22. posteà
B comprobauit: epitaphium habet in templo maiore hisce verbis insculptum. *Anno Domini 1337. die Veneris 12. mensis Februarij Reuerendus Pater ac Dominus Daniel Vigerij, de Guimenejo Nannetensis diœcesis oriundus, Episcopus Nannetensis, qui per triginta & duos annos cum dimidio rexit laudabiliter Ecclesiam Nannetensem. Cuius anima in pace cùm sanctis Angelis requiescat.* 1337.

68. BARNABAS præfuit 1338. ex Actis Consistorialibus Vaticani.

C SALAHADIN. 69. OLIVARIUS DE SALAHADIN, I. obiit 17. Aug. 1354. iacet in Cathedralis Capellâ B. Magdalenæ. 1354.

PAYNEL. 70. ROBERTVS PAYNEL III. ex Episcopo Trecorensi 1357. 17. Aprilis Ecclesiam hanc regendam suscepit ex tabulariis Vaticani: Caroli Blesensis amicissimus, cuius interitum in pugnâ d'Auray adeò acerbè tulit, vt paulò post desiderio pij Principis mortem oppetierit 1364. sepultúsque in Cathedrali ante altare S. Eutropij. 1364.

D DE LANGRES. 71. SIMON DE LANGRES Dominicanus, è Conuentu Lingonensi, Ordinis sui Generalis, interest fœderi pacis inter Philippum Franciæ, & Eduardum Angliæ Reges 1360 in vico Britiniaco pagi Carnotensis apud Froissartum l. 1. c. 211. vbi dicitur Clericus magnæ prudentiæ: quædam huius Præsulis decreta extant Synodalia, defunctus die 7. Iunij 1375. apud Antoninum tit. 23. & Ioannem Michaelem Pium l. 2. de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum 1375.

aliis 1382. quiescit in Choro eorum-A demDominicanorum iuxta Euangelium: ei à nonnullis subijcitur.

72. Olivarivs II. qui interiit 1383.

Mon-streLaix. 73. Ioannes de Monstrelaix I. Rainaldi filius, ex Vennetensi Antistite ad hanc Ecclesiam translatus, nominatur in dedicatione
1391. Capellæ Collegij Nauarræ Parisiensis: extinctus 12. Septemb. 1391. humatur in Cathedralis Capellâ Sancti Guillelmi.

Rochefort. 74. Bonabivs, vel Bonabas de Rochefort, præcedentis vterinus frater, Mariâ d'Ancenis matre, Bonabâ de Rupeforti parente genitus, iurauit clientelam Duci 1396. instituitque Sacristiam in suâ
1398. Cathedrali; defecit 1398. die 8. Aug. in Cathedrali terræ mandatus.

du Parron. 75. Bertrandvs du Parron Vasco, Eleemosynarius anteà Ioannæ Nauarræ Britonum Ducissæ sedit an. 1404. & decreta diœcesana promulgauit, necnon decessorum Antistitum statuta confirmauit Nannetis die C Iouis post festum Pentecostes 1405. in alterâ Synodo 1406. & apud Ro-
1408. chambernardi 1408. Iunij 6. item aliis diplomatibus ratas habuit antecessorum constitutiones anno 1410. 23. Octob. transiit demum ad Trecorensem Episcopatum.

le Barbu. 76. Henricvs le Barbv III. ex familiâ Armoricensi de Quilio, monachus & Abbas B. Mariæ de Precibus Ord. Cisterciensis, Doctor Theologus, ac Cancellarius Ducis, euehitur ad Sedem Venneticam, indéque ad Nannetensem, Ioannis cognomento Magnanimi Ducis Legatus ad D Carolum VI. Regem, Præsul eruditione, atque singulari rerum peritiâ clarus, pro Sede Apostolicâ Nuncius in Armoricâ, iacet in Cathedrali.

Chasteaugiron. 77. Ioannes de Chasteaugiron, dictus de Malestroit II. clarâ Britonum prosapiâ satus, ex Ducis Nomophylace, & Præside Computorum, ac Briocensi Antistite
1419. factus Nãnetẽsis sedit 1419. iuramentum præstat Duci Bethfordiæ Anglo, Regenti vt dicebatur Franciæ 1427. basilicam suam pretiosis ornamentis, & fundationibus instruxit, mortuus 1443. 14. Septemb. quiescit in naui suæ Cathedralis sub laminâ cupreâ.

78. Gvillelmvs de Malestroit II. Ioannis nepos ex fratre Ioanne de Chasteaugiron domino de Malestroit, & Mariâ de Quintin coniuge, successit 1443. qui cùm Duci Arturo fidelitatis hominium profiteri renueret, Francisco item II. eamobrem infensus, Episcopatui nuncium dare coactus est, B cùm prius interfuisset synodo prouinciali 16. Iulij 1448. in refectorio Ecclesiæ Andegauensis habitæ: de eo passim loquitur Historia Armoricæ prouinciæ. Cessit in manu Pontificis Pij 2. in fauorem Almarici sequentis, factus ipse Archiepiscopus Thessalonicensis anno 1462. Malestroit. 1448.

79. Almaricvs d'Acigne' filius Ioannis de Acigneio domini de Landâ & Catharinæ de Malestricto sororis Guillelmi, ex Episcopo Vennetensi, resignatione auunculi, cùm anno 1462. mense Septemb. possessionem Episcopatus Nannetici, absque Francisci Ducis beneplacito adipisci niteretur, per Tanneguidum de Castello eius Cambellanum prohibitus est, temporali suo custodiâ fisci Principis obsignato; sed eò profiliit Antistes atrociter lacessitus, vt ditiones Ducis in Episcopatu anathemati subdiderit, quo quidem facto 1472. per Ducem exilio proscriptus, ac profugus in domo de Chessail à se extructâ iræ eius se subduxit, ibidémque fatis fungitur 1477. tumulatus in Cathedralis Capellâ S. Clari. Acigne'. 1472.

80. Iacobvs Delbiest II. ex Scholastico Nannetensi, Ioanne domino de Touaré & Ioannâ du Chastelier parentibus editus, nominatur à Capitulo 1477. at quatuor menses tantummodò sedit. Delbiest.

81. Petrvs dv Chaffavt Decretorum Doctor, vitæ probitate ac merito ad infulas huius Eccl. euocatur inuitus, hoc scilicet pacto, vt grauissima controuersia quæ Ecclesiam turbis miscebat, in negotio sacramenti clientelaris Episcoporum Duci Chaffavt.

præstando ad pacem componeretur, A quod die 27. Decemb. anno 1477.
1488. transactum est: obiit verò 1488. mense Nouembri, sepultúsque in Capellâ S. Felicis.

ESPINAY. 82. ROBERTVS D'ESPINAY IV. filius Ricardi domini d'Espinay & Beatricis de Montauban, frater Andreæ Cardinalis Archiepiscopi Burdegalensis, ex Episcopo Lascurrensi ad hanc sedem peruenit, ac viuere desiit
1493. 1493. iussu Annæ Ducissæ temporali Episcopatus custodiæ dominij Armoricensis tradito.

B

ESPINAY. 83. IOANNES D'ESPINAY III. superioris frater, ex Mirapicensi Episcopo sedit anno 1497.

GVEGVEN. 84. GVILLELMVS GVEGVEN III. Abbas S. Saluatoris Rotonensis, & Prior Leonij, natione Brito ex pago Lambalæ, arcanis negotijs sub Duce Francisco 2. adhibitus, cui fuerat à secretis, eiúsque nomine Legatus ad Ludouicum XI. & Carolum 8. Reges, fit gradatim Secretarius Ducis, inde Cameræ Computorum Præses, & Procancellariâ Britannicæ prouinciæ donatus à Rege: ex Archidiacono item Nannetensi creatur Præsul nominante Capitulo, post excessum Petri du Chaffant, deprecante apud Pontificem pro eius prouisione Duce Armoricensi, qui patrocinium susceperat, reiectâ postulatione Cardinalis de Fuxo, & Ludouici Protonotarij de Rohano, ipsius Ducis consanguineorum: sed præualente gratiâ Roberti d'Espinay & germani sui, cui Pontifices fauebant, post eorum obitum ab Annâ Ducissâ iterum designatur Præsul Guillelmus, & tandem
1498. possessionem pacificè adiit 1498. In Cathedrali tres missas per hebdomadam decantandas censu attributo fundauit, Capellam S. Magdalenæ suis extruxit sumptibus, instaurauit palatium Episcopale, ac cùm spectatâ laude Ecclesiam administrasset, defunctus est 23. Nouemb. 1506. videtur eius sepulchrum è marmore in ædis S. Petri Capellâ B. Magdalenæ.

GVIBE'. 85. ROBERTVS GVIBE' V. Vitriacensis Brito, Cardinalis tit. S. Anastasiæ, Abbas S. Melanij Redonensis, parentes habuit Adenetum Guibé, & Oliuam Landais sororem Petri illius Aremoricæ Thesaurarij, qui ex humili genere ad impotentis fortunæ fastigium prouectus est: Et iste quidem non obscuris animi dotibus præditus, ex Trecorensi Præsule fit Redonensis, ac deinum Nannetensis, tandem purpurâ Cardinalitiâ insignitus tit. S. Anastasiæ à Iulio 2. an. 1505. Reginâ Annâ Britanniæ Ducissâ deprecante, annos tantùm natus 1505.
18. postcà verò interfuit indictioni Synodi Lateranensis vltimæ contra Pisanan. an. 1511. de eo Guiciardinus lib. 9 Orator Ludouici XII. ad Iulium 2. destinatus, Principis gratiâ excidit, quasi Pontificiæ magis, quàm Gallorum causæ fauisset, quapropter Ecclesiasticis redditibus priuatus quos in Galliâ opulentos possidebat, summâ rei familiaris penuriâ laborauit, à Purpuratorum cœtu munificè subleuatus, in hac instabilis fortunæ calamitate fato correptus Romæ interiit 5. Idus Nouemb. 1513. & in basilicâ S. 1513.
Iuonis Brittonum sepulchro conditus est.

HAMON. 86. FRANCISCVS HAMON, C frater Andreæ Præsulis Vennetēsis, è familiâ de Bouuet, Roberti ex sorore nepos, auunculo subrogatur. Concilio Lateranensi interest sub Leone X. sess. 8. obiit 1532.

ACIGNE'. 87. LVDOVICVS D'ACIGNE' Abbas B. Mariæ de Reliquiis Ord. Cisterciēsis, Prior Leonij, & Comburni, Guillelmi domini de la Rochejagu ex Franciscâ Pean filius, eligitur 1532. iucundum ingressum fecit in vrbem 1541. 6. Nouemb. decessit 1542. 1532.
15. Februarij apud castrum Fontenaium, humatus in choro Ecclesiæ D Boni Nuncij Dominicanorum apud Redones.

LORRAINE. 88. IOANNES DE LORRAINE IV. Cardinalis S. Onuphrij, Administrator Ecclesiæ Nannetensis 1542. & 1550. de eo in Narbonensibus vide plura superiùs.

CREQVY. 89. ANTONIVS DE CREQVY Ioannis domini de Canaples & Mariæ d'Acigné filius, ex Abbate S. Iuliani Turonensis, & Cancellario Militiæ S. Michaelis nominatur Nannetensis

1552. ab Henrico 2. 1552. inauguratus 1554. inde Ambianensis Præsul & Cardinalis.

DV BEC. 90. PHILIPPVS DV BEC I. sancti Mauricij Andegauensis Decanus, Caroli domini de Vardes & Margaretæ de Beauuilliers filius, ex Venetensi Antistite fit Nannetensis 1566. adfuit Concilio Turonensi, & Sacro Henrici 4. apud Carnutum
1594 1594. posteà Archiepiscopus Remensis.

BOVRGNEVF. 91. CAROLVS DE BOVRGNEVF, Renato domino de Cusé, Senatus Armoricensis Principe ex Loisiâ Marquer parentibus ortus, Ioannis primi Præsidis in eodem Parlamento germanus, ex Maclouiensi Præsule Nannetensis Cathedræ possessor 1. Maij 1599. præfuit Cleri nomine Comitiis
1614. Britanniæ in vrbe suâ 1614. interfuitque cœtui Cleri Parisiensi 1615. basilicam maiorem aulæis exornauit, sub ipso Oratorij Iesu Presbyteri in collegio S. Clementis stabiliuntur 1617. quibus bibliothecam legauit. Electus autem vt Regi codices Comitiorum
1617. offerret, Carnuti decessit anno 1617. mensis Iulij 17. sepultus in Abbatiâ S. Petri in Valle. De hoc Antistite notanda sunt verba Guillelmi Maclouiensis Episcopi in præfatione Ritualis editi an. 1617. Carolus, ait, omnium scientiarum tum diuinarum, tum humanarum peritissimus, pietatis ac vitæ sanctimoniæ, cæterarúmque virtutum cultor studiosissimus, de suâ diœcesi, de totâ Gallicanâ Ecclesiâ, cuius nostro tempore lumen fuit, benè meritus, quem Deus eripuit huic regno, vt eum in æternitatis sede, beatitate donatum collocaret. Eo demortuo HENRICVS DE BOVRGNEVF Ioannis domini de Cusé & Renatæ Thuanæ filius, Caroli ex fratre nepos ad hanc sedem nominatus, post aliquot annos nondum consecratus ∞s suum cessit sequenti.

COSPEAN. 92. PHILIPPVS COSPEAN II. ex Adurensi Episcopo, designatur Nannetensis schedulâ Ludouici XIII. mense Ianuario 1621. prouisus diplomate Apostolico Gregorij XV. Pontificis, possessionem adeptus est 17.
1622. Martij 1622. Eo sedente stabiliuntur in vrbe Benedictinæ moniales de Caluario 2. Februarij 1623. Vrsulanæ 30. Martij 1627. Filiæ Visitationis & S. Elisabethæ. Laudauit funebri oratione 1627. Mariam Borboniam Dumbarum Principem, Montispenserij Ducissam, Gastonis à Franciâ Aurelianensis Ducis primam vxorem, & 1630. 22. Decembris Armandum Borbonium Principem de Conti, è regiâ stirpe Condeâ sacro baptismatis fonte abluit. Translatus ad Episcopatum Lexouiensem.

BEAVVAV. D'argent a quatre lions cantonez de gueuile, armez, lampassez & couronez d'or a vn baston d'azur pery en bande.

93. GABRIEL DE BEAVVAV ex Abbate B. Mariæ de Turpenaio in Turonibus, Ludouico domino de Riuarennes, ex vetustâ & nobili prosapiâ Andinâ de Beauuau, & Carlotâ de Brillouet matre ortus est: nominante Ludouico XIII. consecratur Parisiis 23. Maij anno 1636. in æde 1636.
Cartusianorum à Leonorio d'Estampes Carnotensi, Francisco Ademaro sancti Pauli Tricastinensis, & Dionysio Cobon Nemausensi Episcopis: interfuit Comitiis Cleri Gallicani Meduntæ anno 1641. Cæterùm ex familiâ suâ floruit Ioannes de Bellaualle Episcopus Andegauensis de quo alibi: necnon Isabellis de Bellaualle domina Rupis ad Oyonem; & Champigniaci, vxor Ioãnis Borbonij Comitis Vindocinensis, ad quam hodiéque maternam originem refert Rex Christianissimus Ludouicus XIV.

DECANI NANNETENSES.

DECANATVS dignitas circiter annũ Domini 1300. au- 1300.
ctoritate Danielis Episcopi & Capituli instituitur, ad exemplar Turonensis, sub collatione Summi Pontificis: cui assignata est præbenda cùm fructibus in parochiâ de Coyron. Series autem sic se habet.

Petrus d'Auigné primus Decanus.

Guillelmus Paris.

Philippus Medicis 1409. 1409.

Ægidius de la Riuiere.

Ioannes du Chaffault eiusdem generis Petrus Nannetensis Episcopus.

1467. *Ivo du Plessis* 1467.

Pregentius de Moussy 1484.

Guillelmus Harcher.

Philippus de Morte.

1359. *Ioannes de Pledran* 1539. nepos Maturini Dolensis Episcopi, cùm quo iacet sub marmoreo tumulo in Ecclesiâ Dolensi.

Mathurinus de la Garenne.

Ioannes le Frere admissus 26. Decembris 1544.

1556. *Rigaldus de S. Marsal* 1556.

Ioannes de la Tousche ex dominis de la Tousche Limosiniere 1559.

1564. *Antonius de S. Marsal* 1564.

Tristanus Guillemier 1581.

1602. *Stephanus Louytre* 1602. Doctor Sorbonicus, egregius Concionaror, commendatus epistolis Cardinalis Bellarmini, & Suaresij.

1649. *Claudius Bernard de la Turmeliere* anno 1649.

NEMAVSENSES EPISCOPI.

Nismes au bas Languedoc, vers la source du Vistre.

D'or à vne palme ou est attaché vn crocodile à deux chaines d'azur.

VOLCARVM Arecomicorum Nemausus, Romanorum monumentis & inscriptionibus clara ciuitas sub Archiepiscopatu Narbonensi, & Parlamento Tolosano in Occitanâ regione, nota est Ptolemæo l. 2. c. 10. Melæ l. 2. c. 5. Plinio l. 3. c. 4. Suetonio in Tiberio l. 2. c. 13. Antonino in Itinerario, Ausonio in descriptione Burdigalæ, & Straboni cùm de illâ sic ait: » Caput Arecomicorum est Nemausus, longè » inferior Narbone, si peregrinam ne» gotiantium turbam spectes, siue Rem» publicam multò præstantio r. Nam » vigintiquatuor habet pagos popula» rium præstantes viris, quibus & Latij » ius. Ita vt Nemausi inuenias Roma» nos qui ædilitatis & quæsturæ hono» rem sint consequuti, eámque ob cau» sam gens ea cùm Præfectis Româ mis» sis, nihil habet negotij. Eius funda- A menta à Nemauso Herculis filio iacta fuisse tradunt; sed de hoc non constat: Stephanus de Vrbibus, Nemausum Italiæ vrbem vocitat, nempe vt interpretantur, quod ab Italis, hoc est Romanis incoleretur, quemadmodum antiquus liber bibliothecæ Episcopalis tradit: Nemausus Gothiæ vrbs, quæ Septimania est, appellatur, quia videlicet à Gothis vsque ad Caroli Martelli principatum possideretur, quæ & alibi Gothorum regia vocitatur. In antiquis numismatis Colonia Augusta scribitur, quam ab Augusto ex Ægypto reduce hic addu- B ctam suspicantur, Nemausi enim numus visitur, cui Crocodilus palmæ arbori alligatus, laureáque corona (quæ sunt hodie vrbis sigillum & insignia) insculpta sunt, cùm hoc lemmate Col. Nem. id est Colonia Nemausus, in Ægyptiaci triumphi indicium. Quod autem nobilissima esset Romanorum Colonia, vel ex eo liquet, quòd Strabo asserat, multos Nemauso Romam iuisse, vt Magistratum postularent, itaut Nemausenses summis Matris Romæ priuilegiis fruerentur. Hanc vrbem dissertatione de Antiquitatibus Nemausensibus Iaco- C bus Grasserus Basileensis descripsit verbis istis. *Romani tantopere ob aëris, terræ & maris bonitatem Nemauso delectabantur, vt ad Romæ simulacrum nouam coloniam ædificarint. Aër serenus, æstate quidem à caniculâ incensus, sed Ethesiarum flamine iucundus, ver floreum, æstas fructuum ditissima, Autumnus rarissimus vuis, pomis puniceis, suauissimis ficis & oleis superbissimus: hyems nullo frigore horrida, sed perpetuum quoddam ver spirans, inter nectareas delicias incolarum animos, & corpora reficit; mare perpetuò pisculentum, venationes & aucupia vberrima, fontes* D *saluberrimi, thermæ admirabiles, quæ vel Baias Æsculapio sacras æquarent. Vestiga diligentiùs priscum vrbis situm, assurgit septem gemina collium veneranda series, quam mœnia incluserunt, cæsis in formam laterum saxis. Aduenam Amphitheatrum stupefaciet, reliquiis insignium operum ruderibus, quorum venerabilem conspectum Gothi Romanæ maiestatis irati hostes nobis inuiderunt, arbitrantis oculos distrahentibus. Ex maximis, & ferreis quasi albis saxis, quæ polita, marmor referrent, tantâ industriâ ædificatum, vt nescias num ingeniorum,*

an corporum plusquam humanas illas virgi mirari debeas. Crederes Palladem Gigantibus architectonicam monstrasse. Figura totius molis oualis est, sexaginta insignes in ordinem arcus efficiens, quorum quilibet crassitie decem, distantiâ verò vnius ad alterum duodecim pedum, magnum vrbi decus addit. Fuit olim quasi in medio vrbis, hodie mœnia despicit, quà Monspelium itur: Tantâ saxorum mole, vt diximus, extructum est hoc Amphitheatrum, vt diù à Gothis, arcis, & munitissimi propugnaculi loco, cui etiam turrim imposuerunt, habitum fuerit. Pinnæ quibus saxa præminent ad malos regendos, integræ B *sunt, pauci gradus deuoluti, arcus omnes & fornices ruinæ inexpertes: Orchestra tantum ædificiis in arenâ à Gallis extructis ante paucos annos cessit. Caueæ quibus Leones, aliæque ad munera feræ detinebantur, muris intectæ sunt. Post Amphitheatrum secundum locum hodie habet domus quadrata, seu Capitolium, vt vocant, ædificium magnificentissimum, pulcherrimâ columnarum serie suffultum, & circa tectum exquisitissimis sculpturis exornatum, vt affirment, vix hodie sculptores inueniri, qui in tenerrimo gypso præstent, quod illi durissimo saxo ingeniosissimè & felicissimè expresserunt. Templum Dianæ magnificentissimum fuisse* C *præter rudera, quæ haud vulgaria, cultus diuæ arguit. Fons etiam Dianæ, qui propè illius templum ex durissimo saxo, tanto gurgite scaturit, vt quandoque vrbi inundationem minetur, vt ex epigrammate constat, quod in Collegio à Francisco I. fundato ad portam extat, quo sumptu fuerit ornatus, ex pauimentis tessellatis, si aliquantulum ibi terram foderis, colliges. Quarto ab vrbe lapide Aquæductus superat, opus ingenti structurâ mirabile, cui par nec Germania, Italia, aut Hispania habet, vulgò pons Gari vocatur, integit enim* D *fluuium tribus arcuum ordinibus, adeò vt inferior pons, qui peruius, infimas, secundus, medias, tertius, cui aquæductus incumbit, supremas montium partes pluribus arcubus coniungat.* Hactenus Grassæus. Hæc ciuitas quam speciosam & operosam vocat Theodulfus Aurelianensis, amplissima olim fuit, vt testantur rudera, quam etiam perhibent septicollem fuisse adinstar Romæ, elegantes ædes habet, plateásque. In eâ Senescalliæ nobilis sedes cùm Prætorio & Collegio regali.

A Diœcesis vicinas habet Monspeliensem, Vceticensem, & Mimatensem: Cathedralis Ecclesia Deiparæ consecrata est, numerantúrque Abbatiæ.

S. ÆGIDII *nunc secularis* O. B. *Saint Gilles.*

PSALMODII *Psalmodi* O. B.

SANDRACENSIS *Sendras* O. B.

SALVA *Saune* O. B.

FRANCÆVALLES O. C. *Franquevaux.*

Præsulum indicem Catellus lib. 5. historiæ Occitanicæ intexuit, quem auctiorem damus adiuti MSS. tabularij Capitularis, aliisve schedis quas collegit, & nobis humaniter communicauit Nicolaus Hallay Præpositus Ecclesiæ Nemausensis.

1. CROCVS, quem animaduertit Sirmondus fuisse Nemausensem Antistitem Notis ad ep. 6. lib. 7. Sidonij Apollinaris, vbi cùm Simplicio collegâ Episcopatu suo eiectus feritate Gothorum recensetur.

2. SEDATVS Synodo Agathensi interfuit anno 506. 506.

3. PELAGIVS chirographum apposuit canonibus Concilij 3. Toletani 588. & Narbonensis 589.

4. RAMISSARIVS subscriptus habetur in actis synodi Toletanæ 4. 642. anno 642.

5. AREGIVS Vasco an. 673. tempore Vuambæ Regis Toletani iniustè expulsus, incentore Hilderico 673. Comite Nemausensi, qui partibus Pauli Ducis aduersabatur pro Vuambâ, vt habetur in Historiâ à Iuliano eiusdem sedis Toleti Archiepiscopo perscriptâ, cuius hæc sunt verba: *Hic criminis caput dum per diuersos ignem suæ infidelitatis accenderet, Nemausensis vrbis Episcopum beatæ vitæ Aregium ad perfidiæ notam trahere nitebatur, quem casto ore constantique corde repugnantem, suis consiliis cernens, & ordinis, & loci dignitate priuatum, pondere vinculorum onustum, in Franciæ finibus Francorum manibus dedit illudendum.*

6. Ranimirvs, ex Abbate, Hil- A derici factione in sedem Aregij intrusus, ita enim prosequitur Iulianus in historiâ Vuambæ: *Dein in sublati Pontificis locum perfidiæ suæ sociam Ranimirum inducit Episcopum, in cuius electione nullus ordo attenditur, nulla Principis vel Metropolitani definitio præstolatur. Sed erecto quodam mentis superbæ fastigio, contra interdicta maiorum, ab externæ gentis duobus tantùm Episcopis ordinatur. Peracto temeritatis tantæ prouectu, trium horum hominum semina virulenta perfidiæ, Ildericus scilicet, Gumildus, & Ranimirus terminos sibimet suæ coniurationis statuunt, & à loco vbi* B *vocabulum fertur Mons Carmeli vsque in Nemausum, terram Galliæ dimidiunt, suæque coniurationi adsciscunt.* De illo vide Rodericum historiæ Hispan. lib. 2. c. 2.

7. Palladas.

8. Gregorivs cuius memoria eruitur ex perantiquis scripturis Capituli.

9. Vintericvs, vel Vvintering vs, adstitit Concilio Narbonensi sub Daniele Archiepiscopo
788. anno 788. C

10. Christianvs ex tabulario Nemausensis Ecclesiæ in priuilegio dato anno XL. gloriosissimi Domini nostri Caroli: ei Ludouicus dedit Abbatiam S. Ægidij, sic enim legitur in memoriali Episcoporum, vel codice pensionum Episcopalium perscripto an. 1170. consecratus fuerat die festo S. Andreæ, vt patet ex cartâ tabularij Nemausensis, quâ Gilbertus Episcopus coram regiis officiariis conquestus est, quòd cùm iste Præsul Christianus basilicæ suæ legasset Ecclesias & decimarias S. Andreæ D de Costebalaio & S. Mariæ de la Garne iuxta Nemausum, quibus à triginta & amplius annis fruebatur pacificè Cathedralis Ecclesia, nihilominus tamen ab aliquo tempore iniquâ detentione occupabantur.

11. Isnardvs, cui Nicolaus Papa huius nominis primus concessit quædam monasteria, vt scribitur in memoriali Episcoporum.

12. Gilbertvs anno 3. regnante Odone, coram Rege qui aduenerat cùm magno comitatu Episcoporum & Baronum, postulat sibi & Ecclesiæ Nemausensi restitui ea quæ Bligardis fœmina dederat, & quæ Genesius abstulerat in loco de Bisac, scilicet villam Troiadem cùm Ecclesiis, villam Caderillam, villam Bisagam cùm Ecclesiâ fundatâ in honore B. Mariæ cùm mancipus vtriúsque sexus, subscriptis Raimundo Comite pagi de Bisac, Allidulfo Vicecomite Raimundi. Cùm ergo Raimondus Comes pro restitutione ac iuridico examine partium, diploma pollicitus fuisset, Rex Odo Comitem acriter obiurgauit, quòd litem non disceptasset, vt fusiùs continetur in cartâ datâ anno 3. eiusdem Odonis. In iisdem scriniis habetur aliud documentum hoc exordio: *Gilbertus Episcopus coram Bertranno Vicecomite à nouem mensibus Gisalfredo & Cantario Vicariis, & cæteris iudicibus ante castrum Arenæ in mallo publico queritur & postulat pro recuperatione villæ de Bisaco. Anno 1. quo Carolus Rex assumpsit Imperium.* In præfatis archiuis Capituli extat documentum acquisitionis Gilberti in valle Natatoriâ prædicti loci de Bisaco, scilicet Ecclesiarum & vicorum de Nage, Solorgues, Combalio, & Pedroymacus, quas comparauit ab Inguilino & Arguimbergâ coniuge, sub datâ die Lunæ 3. Idus Nouemb anno 2. post obitum Caroli Imperatoris. Interfuit Concilio in Ecclesiâ B. Mariæ de Portu, villâ diœcesis Nemausensis, inter ciuitates Magalonam & Nemausum anno 886. Vrbs erat in quâ 886.
duæ existebant Ecclesiæ parochiales, scilicet B. Mariæ vna, & altera S. Petri inter ciuitatem Lucelli, & fluuium Vidurli diœcesis Nemausensis, vbi terminatur dicta diœcesis: eo tempore erat portus maris Mediterranei; necdum stabat ciuitas Aquarum mortuarum, quæ similiter fuit ædificata tempore Regis S. Ludouici, quia tunc erat ibi maris portus: distat nunc pelagus ab eadem ciuitate Aquarum mortuarum milliario & amplius, & tractu temporis ampliori spatio distabit. Dictæ Ecclesiæ B. Mariæ de Portu, & S. Petri de Portu, seu iura earumdem, vnitæ sunt Capitulo Psalmodiensi, vt ab eodem dependentes ante sæcularisationem, & adhuc hoc tempore annotantur & denominan-

tur in libris receptæ decimarum diœcesis Nemausensis & adiacent terris loci de Marcillanicis dominij Marchionis de Caluisson vbi commoratur, & terris ciuitatis de Lunello, in quâ residet dominus de Portibus, sic vulgò vocatus, quia possidet mansum de Portibus, vbi erat ea ciuitas nunc funditùs euersa, & solo adæquata, translatíque ciues passim ad oppidum de Lunello & de Marcillanicis; quod Catellum fugit in suâ Historiâ. Cæ-
879. terùm Ioannes VIII. Pont. an. 879. scribit epist. 191. ad Archiepiscopos Arelatensem, Narbonensem & Aquensem, vt ab iniquâ monasterij vsurpatione remoueatur Gilbertus: *Veracium, inquit, relatione comperimus Gibertum Nemausensem venerabilem Episcopum, quod quoddam monasterium nostrum, quod super eundem Episcopum acquisiuimus, ipse Gibertus temerè inuaserit, omnésque res ipsius monasterij per suos homines distribuerit, & illius monachos inde contra sacras Regulas omninò expulerit. Quod tantum nobis displicuit, quantum, sicut ipse nobiscum aduertis, calcatâ reuerentiâ venerandorum Canonum, contra priuilegium Apostolicæ sedis eum fecisse non ambigis. Quapropter fraternitati tuæ dirigimus, vt vice nostrâ cùm confratribus, & Coepiscopis nostris iunctus, eundem Nemausensem Episcopum ad commune colloquium conuocetis, & ex auctoritate nostrâ conueniatis, vt ab omni inuasione ipsius monasterij tam se quàm suos remoueat, & vlterius nec res eius, nec monachos illic Domino famulantes molestare præsumat: Quòd si ipse surdâ aure per vos monita nostra audierit, illum à ministerio Sacerdotali excommunicando suspende.* Se-
890. debat adhuc anno 890. ex instrumento confecto die 16. Nouembris.

13. Vvicbertvs conuenit ad synodum Magalonensem apud Iunca-
894. rias anno 894. vt constat ex tomo 3. Conciliorum.

14. Agilardvs, qui & Anglardvs in veteri cartophilacio Episcopatus, nominatur in duobus donationum exemplaribus factis Capitulo die Dominicâ 3. Non. Aprilis anno 8. regnante Odone, & anno 4. regnante Carolo Rege post obitum Odonis.

15. Hvcbertvs, cui Sergius Pontifex Maximus cessit quædam monasteria ex memoriali Episcoporum: reperitur adscriptus variis in tabulis Capituli, nempe acquisitione terrarum Campaniæ, quæ toparchia leucâ vel circiter Nemauso distans cùm iurisdictione, dominio Capituli adcreuit, Hucberto, inquit autographum, Episcopo præsidente: mentio illius extat in alterâ donatione Reperti pro terrâ de Costebalaine 6. Idus Aprilis anno 25. regni Caroli: in donatione Floderici, vbi cognominatur Hucbertus Episcopus Senior anno 26. Caroli post obitum Odonis. De eo item in aliis documentis emptionis terrarum de la Garigne & de Signan, quæ Campaniensi terræ contiguæ erant 17. Cal. Maij anno 19. regnante Carolo. In aliâ cessione terræ in loco de Bouilargues 4. Cal. Octobris anno 29. Caroli: denique in actu cessionis factæ Capitulo per Didimum Archidiaconum pro latifundiis in pago Vallisnatatoriæ, iuxta basilicam sanctorum Cosmæ & Damiani 6. Cal. Maij, anno 20. Caroli, in quibus postremis monumentis Hucbertus nuncupatur simpliciter, sine cognomento Senioris.

16. Reinardvs, cui Ioannes Papa dedit Ecclesiam de Valle Franciscâ nunc diœcesis Mimatensis. Reperitur eius nomen in actu perantiquo donationis Remardi & vxoris Godæ, factæ Capitulo Cathedralis 2. Idus Maij anno 3. regnante Rodulfo Rege; inscriptus est pariter alteri originali Benedicti & Godæ 6. Cal. Iulij anno 3. quo Ludouicus cœpit regnare post obitum Regis Rodulfi; necnon in tabulâ Bertildæ cedentis locum de Solorques Capitulo, die Sabbathi 13. Cal. Nouemb. anno 3. eiusdem Ludouici: demum in donatione Adafredi presbyteri mense Octobri anno 5. de quibus Episcopis Reinardo ac Begone silet Catellus, vt & cæteri alij.

17. Bego memoratur in actis Ecclesiæ Nemausensis vnâ cùm Capitulo suo 8. Idus Maij anno 7. regnante Ludouico post obitum Radulfi, subscriptis Begone, Baldegando Archidiacono, & Ricardo presbyrero Scriba. In eundem modum incipit titulus alter: Bego gratiâ Dei Nemausensis

» ſenſis Epiſcopus, Atho Præpoſitus, & A
» cæteri Canonici die Iouis 9. Cal. Ian-
» uarij anno 9. regni Ludouici poſt obi-
» tum Radulfi.

ANDVSE. 18. BERNARDVS D'ANDVSE I. frater Petri Anduſienſis, nobiliſſimi toparchæ, caſtrum S. Marcelli Epiſcopatui donauit, & enuntiatur iam Epiſcopus in tabulâ donationis Pontij Clerici die Lunæ 4. Idus Martij anno 11. regni Ludouici Regis: coniectura eſt ante exceſſum Begonis Epiſcopalem ſedem iniiſſe, námque in veteri titulo Capituli donationis terrarum de Redeſſan, Bernardus iſte recenſe- B tur Epiſcopus Nemauſenſis die Sabathi 5. Cal. Martij anno 7. regnante Ludouico Rege poſt obitum Radulfi: & in cartophilacio Nemauſenſis Eccleſiæ, Begonis extat tabula citata anno 11. eiuſdem Ludouici ſubſcripta. In eius gratiam Berta Comitiſſa, & Raimundus Comes Capitulo legarunt terras in pago Daimargues quæ regio ab aliquibus ſæculis recedente mari patuerat; eſt autem inter B. Mariam de Portu & mare iuxta S. Laurentium, & Abbatiam Pſalmodienſem, quæ à Franciſco I. Rege in oppidum Aquarummortuarum tra- C ducta eſt. Nominatur idem Bernardus in documento Bertæ Comitiſſæ ac Raimundi filij, quo legant Capitulo territoria ſita apud Aimargnes, & Cailar in littorariâ, Armaſſanicus, &
» Seilano, eâ lege, vt ſi Capitulum poſ-
» ſeſſione careret, hæredes fruerentur,
» quibus deficientibus, eas dimittunt
» ipſi poteſtati de Nemanſo. Actum
» die Sabathi 7. Idus Septembris anno
» 7. quo cœpit regnare Lotharius Rex.
Eſt & aliud Bertæ Comitiſſæ vbi me-
» moratur Bernardus, ſcriptum die Ve-
» neris 15 Septemb. anno 11. Lotharij:
» item in fundatione anniuerſarij Pon- D
» tij Leuitæ anno 30. Lotharij. Demum in titulo ſubſcripſit cùm Pontio Præpoſito, Bernardo Archidiacono, Rainaldo Clauiculari die Martis 17. Cal. Aprilis, regnante Lothario. In archiuis cartarum Arelatenſis Capituli Anno Archiepiſcopus dedit illi de alode S. Stephani, in Comitatu Vſetico in loco Galzignano cùm Eccleſiâ S. Cæſarij, & ab eodem Bernardo accepit ſolidos 300. denariorum Arelate, menſe Auguſto, anno 48. Conradi Regis.

19. FROTERIVS I. qui monaſterium S. Saluatoris conſtruxit; reperitur in actis ab anno 4. regni Hugonis, ad annum vſque eius obitus 997. item anno 10. Roberti Regis. 997.

20. ADALMVS cuius extat mentio in titulis ab anno 1004. ad 1008. 1008. de his duobus Præſulibus nulla memoria extat in vulgatis catalogis.

21. FROTERIVS D'ANDVSE II. Bernardo Anduſienſi toparchâ progenitus, qui in omnibus documentis Capituli, & in Memoriali Epiſcoporum Froterius, & non Frontinus, vt habet index Catelli, vocitatur: in monumento Nemauſenſis Eccleſiæ ita ſubſcriptum eſt diploma. *Pontius Præpoſitus cùm conſenſu Froterij ſenioris Epiſcopi die Mercurij Id. Aprilis anno 25. quo Robertus Rex regnare cœpit. Signum Froterius Epiſcopus Senior, S. Pontius Præpoſitus, Pontius Molacano, S. Pontius Cerucla, S. Felicius, S. Petrus Archidiaconus, S. Bernardus Decanus, S. Ermedrannus Clauicularis, S. Stephanus, S. Froterius, S. Aldebertus, S. Rodulfus, Reynaldus Presbyter ſcripſit*: Et alibi in inſtrumento Ermengardis Vicecomitiſſæ:
pro terris in territorio S. Stephani de «
Aluerno, in valle Anagiâ, quas dona- «
uit Eccleſiæ Nemauſenſi: teſtes præ- «
ſentes; Froterius veter Epiſcopus, Eſ- «
mirannus, Petrus de Talaferro, Ber- «
nardus Agullono, Bernardo, Ber- «
tranno, Vuilelmo Sabenco, Vuilel- «
mo de Clarenſiaco, Giraldo de Ber- «
uis. Extat & in ſcriniis donatio Pon- «
tij Canonici coram eodem Froterio «
Epiſcopo ſeniore; denominatus in ti- «
tulo ceſſionis per Berengarium factæ, terrarum in loco dicto Airaſmaiores anno 18. Roberti Regis.

ANDVSE. De gueulle a trois eſtoilles d'or, deux en chef & vne en pointe.

22. GIRALDVS D'ANDVSE ANDVSE. Bernardi Anduſiæ domini natus, ſedit ad anno 1022. ex memoriali Epiſcopa- 1022. tus, viſitur in archiuis donatio Berengarij facta Capitulo de villâ Reo in eodem pago data, inquit, ſcheda, vige- «
ſimo quarto, quo Robertus Rex re- «
gnare cœpit, Giraldo Epiſcopo præ- «
ſidente: de illo nulla mentio apud «
Catellum.

23. FROTERIVS III. recenſetur in donatione Bernardi & Ponciæ vxo-

» ris, assensu filiorum, Petro Abbate
» S. Bandilij, Pontio Raymundo, &
» Guillelmo, Froterio Episcopo, feriâ
» 4. 11. Cal. Aug. regnante Henrico
» Rege; & in alterâ eiusdem archiuij,
» feriâ 2 6. Calend. Aug Cùm Canonicis suis & Poncio Salomonis concordiam fecit super morte Poncij Guillelmi Canonici, feriâ 3. mense Aprili, regnante Henrico: nominatur in diuisione decimariæ locorum de Garue, & des Marguerites Kal. Iulij, feriâ 4 regnante eodem Henrico, interfuisse narratur Concilio Tolosanô
1056. 1056. apud Baronium; eique scribit Greg. 7. Papa lib. 2. epist. 68. vt desistat iniurias monasterio S. Ægidij inferre.

Ermengavd. 24. Petrvs Ermengavdi I. floruit anno 1080.

25. Bertrandvs I. ex memoriali Episcopatus basilica Nemausensis consecratur ab Vrbano 2. 1095.
1095. post excessum Dalmatij, Narbonensem Archiepiscopatum adipiscitur 1096. notant verò Fragmentum hist. Franciæ, & Helgaudus Floriacensis monachus, ab eodem Pontifice Concilium Nemausi celebratum fuisse.

26. Raimvndvs Gvillelmvs I. Præsul inauguratur 1098. de-
1112. functus anno 1112.

27. Ioannes I. vir magnæ sanctitatis 1113. pactum iniit cùm Abbate S. Ægidij pro iuribus Episcopalibus 1118. ex archiuis Nemausensibus: illius memoriam seruant quoque tabulæ Archiepiscopij Narbonensis 1125. quo eodem anno transegit cùm Abbate Psalmodiensi, & aliud documentum Arnaldi Archipræsulis 1132. ex hâc
1134. mortali vitâ migrauit 1134. humatus in Ecclesiâ S. Seruandi iuxta muros Toletanæ ciuitatis.

28. Gvillelmvs I. consecratus anno 1134. obiit 1141. funeratus in Ecclesiâ Cathedrali iuxta sepulchrum S. Guillelmi Episcopi ex memoriali Episcopatus confecto anno 1171. at in actu Capitulari anni 1468. statuitur de cætero celebrandum esse festum S. Guillelmi & S. Baudilij, tanquam Apostolorum Nemausensium: hunc Guillelmum interpretantur quidam B. Guillelmum de Desertis, qui Saracenos Nemauso eiecit.

29. Aldebertvs d'Vzez frater Raimundi Vceticensis, sacratus Romæ ab Innocentio 2. Papâ 1141. die S. Thomæ; testis in hominio Raimundi de Baucio Raimundo Arela- 1141.
tensi Archiepiscopo 1152. ex pancartâ libri nigri Archiepiscopatus, & 1154. in actis Curiæ. Dedit ei Innocentius Pont. Monasteria Sendracense, & S. Saluatoris de Ponte, posteáque Hadrianus Papa 4. ei confirmauit omnia priuilegia, imprimis diploma Ludouici, quo obtinuerat immunitatem pro terris, dominiis, leudis, & aliis immunitatibus 1156. nominatur in cartâ Ruthenensis Ecclesiæ 1172. interfuitque Concilio Albiensi 1176. contra 1176.
hæreticos ex hist. Petri Monachi Vallium Sarnaij. Abbas Saluæ in suâ diœcesi ab eo pariter omnium iurium Monasterij confirmationem accepit 1177. vti ab ipso Abbas Casædei Ecclesiam S. Iuliani nunc dirutam, & S. Baudilij extra muros Prioratus à Casadei pendentis, regnante Ludouico Rege qni erat Hierosolymis, ait vetus membrana.

Vzez. De gueulle à la bande de 3. pieces d'or.

30. Ainardvs de Montredon anno 1177. cui Episcopo tecognouit Raymundus Rayno quasdam 1177.
res ex archiuio Episcopali.

Montredon.

31. Gvillelmvs de Langvisel II. ortu Nemausensis, præfuit 1195. & 1207. in tabulis publicis vrbis Monspeliensis.

Langvisel.

32. Arnaldvs, præsens in Concilio Vaurensi an. 1212. ei Simon Comes Montisfortis donanit terram & toparchiam de Milhau 6. Idus Februarij anno 1214. autographo in ar- 1214.
chiuis regiis Thesaurariæ Nemausensis asseruato; illud donum firmatur Arnaldo per Amalricum Ducem Narbonæ 1220. aliis codicillis apud Carcassonam, Rege idem probante: sed nec omittenda est scheda quæ ex veteri cartophilacio euulgatur: *In nomine Domini nostri Iesu Christi: Anno Incarnationis eiusdem M. CC. XXV. 17. Kalendas Aprilis. Notum sit omnibus hominibus præsentem paginam inspecturis, quod ego Raimundus de Rochafolio*

iuro tactis sacrosanctis Euangeliis pa- A
rere vniuersis & singulis mandatis domi-
ni Romanæ sancti Angeli Diaconi
Card Apostolicæ Sedis Legati, super illis
omnibus pro quibus sum vel fui excom-
municatus per Legatum, vel Legatos Ec-
clesiæ Romanæ, vel delegatum, seu dele-
gatos eorum, aut etiam per Iudicem seu
Iudices ordinarios, vel etiam ipso iure.
Item iuro tactis sacrosanctis Euange-
liis, quòd ego parebo similiter omnibus
mandatis domini Regis Franciæ, & om-
nimodæ voluntati ipsius absque condi-
tione aliquâ, super eo quòd faui & au-
xilium præstiti Raimundo quondam Co-
miti Tholozano, aut ...... Raimundo fi- B
lio eius, vel T. quem vocant Vicecomi-
tem, & Comiti Fuxi, & aliis qui Eccle-
siam impugnabant, seu Comiti Montis-
fortis: & vt omnia suprascripta à me
inuiolabiliter obseruentur, castra infrà
scripta reddo & trado in manibus ve-
stris, domini P. Archiepiscopi Narbo-
nensis, recipientis ea pro antedictis domi-
no Cardinale, & domino Rege Fran-
ciæ, videlicet castrum de Rocafolio, Ca-
strum de Pausis & Castrum de Vala-
rangâ in ditione Nemausensi, & Ca-
strum de Blanchaforte in ditione Mima-
tensi, Castrum de Castlucium in ditione
Rutenensi. Ita scilicet quòd ea nostra C
faciatis custodire expensis, de quibus vo-
bis & illis, qui ea custodient, satisfaciam
plenariè in omnibus secundùm vestræ be-
neplacitum voluntatis. Promitto insuper
iureiurando prædicto, quod faciam om-
nes homines supradictorum castrorum,
vel etiam totius terræ meæ iurare fideli-
tatem sæpedicto domino Regi; & domi-
no Cardinali, pro custodiâ ipsorum ca-
strorum, & pro adimplendis omnibus su-
pradictis, ad cognitionem & mandatum
vestrum si volueritis, aut videritis expe-
dire. Promitto præterea, quod dicta ca-
stra vobis vel his qui ea pro nobis custo-
dient, non subtraham, vel subtrahi fa- D
ciam aliquo dolo, vel fraude. Immò si
aliquo casu ea substrahi vel amitti con-
tigerit, ad ea recuperanda & restituen-
da vobis modis omnibus quibuscumque
potuero, vos iuuabo. Quod si fortè non
obseruauero omnia supradicta & singula,
volo quòd iam dicta castra, & alia to-
ta terra mea domino Regi fratri sint
commissa. Acta sunt hæc apud Narbo-
nam in stari domini Archiepiscopi, in
præsentiâ dominorum Episcoporum A.
Dei gratiâ Nemausensis, B. Magalonen-
sis, ... Agathensis, B. Biterrensis, R. Ele-
A *nensis; B. Abbatum de Grassa, & B.*
Fontisfrigidi: Magistri Guillelmi &
Stephani Archidiaconorum, Ysarni Præ-
centoris & P. Archipresbyteri Narbo-
nensis, Stoardi Archidiaconi Magalo-
nensis, & G. & Pontij Archipresbyte-
rorum Nemausensium, & Andusiensis,
Raimundi de Bruguerià militis & Rai-
mundi Polymi scriptoris domini Nemau-
sensis. Et ad maiorem firmitatem ego
dominus Raimundus de Rochafolio si-
gillum meum prædictis apposui. Testis
in cartâ compositionis inter Priorem
S. Saturnini de Portu factæ ab Hu-
gone Arâusicano Antistite 1229. quo 1229.
B eodem anno 17. Cal. Februarij dele-
ctus est arbiter in concordiâ vrbis
Massiliensis pro iurisdictione, cùm
Vgoneto de Baucio, Barralâ vxore,
Gilberto & Barrali filiis, coram Ro-
mano S. Angeli Diacono Cardinali,
Apostulicæ Sedis Legato, ex tabulis
publicis: confirmauit Girardo de
Ponte Ecclesiam S. Marcelli, cuius
erat dominus Episcopus. Moritur
anno 1242. vt in vetusto libro memo- 1242.
riali Episcopatus adnotatur his ver-
bis: *Anno Domini 1242. obiit dominus*
Arnaldus, qui sepultus fuit cùm reue-
rentià in Ecclesià B. Mariæ Auellinæ
C *ciuitatis, quæ dicitur in terrà Laboris,*
& posteà adportatus fuit in Ecclesiam
Nemausensem: obiit siquidem in ciuita-
te prædictà in quà captiuus detinebatur
à Frederico Imperatore: cui dedit Comes
Tolosanus Macellanum.

33. RAIMVNDVS II. vixit vs-
que ad annum 1261 prout docent acta 1261.
quamplurima Episcopatus, Capituli,
& Thesaurariæ: hominium terrarum
Montispesati commutauit ex iisdem
membranis: interfuerat Synodis Va-
lentinæ 1248. Albiensi 1254. & Mon-
speliensi 1258. ex MS. codicibus.

D
34. AMALRICVS Raimundo
suffectus, ex hac vitâ discessit 1272. 1272.
cui dedit Rex Ludouicus villam Ve-
nussiæ, & ea quæ sunt in planteriis
iuxta bastidam Episcopi, aut propè:
ædificauit altare S. Agnetis in Ecclesiâ
Cathedrali, & sub ipso requiescit eius
cadauer: huius ac decessoris nullam
notitiam habuit Catellus.

35. PETRVS GAVCELIN II.
ex stirpe dominorum de Lunel, vt ali- GAVCELIN.
qui conjiciunt: cuius tempore flore-

bant in Galliâ tres eiusdem cognomi- A nis Gaucelini, vt patet ex codicillis testamenti cuiusdam toparchæ Gancelini, qui eis dona legauit, inter cætera Prioratum S. Nicolai de Campagnac inter Nemausum & Vceticam, ad dotationem xenodochij pro peregrinis: inter mortales esse desiit Petrus die 10. Maij an. 1280. vt refert
1280. Necrologium Monasterij S. Andreæ secus Auenionem.

Languisel. 36. Bertrandvs de Langvisel, II. origine Nemausensis, frater Bertrandi Arelatensis Archiepiscopi, nepos Andreæ de Languisello Præpositi Cathedralis Nemausensis: huius extat mentio in archiuis capitularibus Arelatensis Metropolis, ad quem extat bulla Bonifacij Papæ, quâ delegatur cùm Massiliensi Præsule in negotio Episcopi Vapincensis
1296. apud S. Bonetum 1296. 10. Calend. Decemb. sedit annos 44. cùm multis tribulationibus quas passus est propter Episcopium, & ab omnibus laudabiliter cùm Dei adiutorio euasit, ac post mortem ipsius dicitur multa fecisse miracula, sicuti tradit vetus memoriale Episcoporum; piè au-
1323. tem decessit 1323. 6. Idus Ianuarij circa mediam noctem, sepultúsque in Cathedrali à parte sinistrâ maioris altaris.

Vernovo 37. Armandvs de Vernovo creatur Episcopus 1324. 1. Martij ex registris Vaticani.

38. Bernardvs II. ex Actis Consistorialibus; eius nomen eruitur ad annum 1324. 12. Iulij.

39. Gerardvs recensetur in libro prouisionum Prælatorum Vati-
1331. cani 1331. 2. Aprilis.

40. Gvillelmvs ex Religioso Ordine ad hanc sedem subuectus 1336. 29. Aprilis.

Gvirardi. 41. Aymericvs Gvirardi electus 1337. 10. Decemb. ex citatis Actis Consist. defunctus Româ re-
1340. diens anno 1340. fortè dimisso Episcopatu, nam in iisdem archiuis Vaticani memoratur.

De Dvex. 42. Bertrandvs de Devx III. ex familiâ de Deucio, promouetur ad Episcopatum 1342. 17. Iunij ex citato libro Obligationum: fatis fungitur 1348. mense Iulio, in oppido de 1348.
Monteflasconis in Italiâ, elatúsque Nemausi, sepelitur in parte vnâ magni altaris.

Dvex. 43. Pavlvs de Devcio electus & confirmatus an. 1348. obiit in partibus Italiæ consecratus, non tamen adeptâ possessione, etenim in registris Vaticani notatur Episcopus Electus.

Dvex. 44. Iacobvs de Devx II. B ex Priore de Sumenâ, ante adeptas infulas Canonicus Regularis Nemausensis, successit Paulo anno 1348. 27. Nouembris, ex reg. Vaticani, & Episcopatum tenuit per medium annum.

Blandiac. 45. Ioannes de Blandiaco II. Cardinalis tituli S. Marci, posteà Sabinensis, Bertrandi Deuci Archiepiscopi Ebredunensis & Cardinalis, Sanctæque Rom. Eccl. Cancellarij nepos, quem aliqui de Bransaco, & Petrum nomine indigitant vulgatæ tabulæ, cùm tamen in Actis C Consistorialibus Ioannes appelletur. Ex Iuris vtriúsque Doctore Episcopus creatur 1350. ex tabulis Nemau- 1350.
sensibus: rexit Ecclesiam suam per duodecim annos, ornatus purpurâ ab Innocentio VI. 1361. ante 13. Calend. Octob. inde fit Sabinēsis Præsul 1372. Lutetiam delegatus est ab Vrbano V. Pontifice cùm Cardinali Aiscelino an. 1366. Auenione morte corripitur 8. Idus Iulij 1379. cùm Pseudopontificis Clementis VII. partes sectaretur: eius ossa in templo S. Desiderij sub lapide ante aram principem, sine pompâ & epitaphio, vti codicillis testa- D menti iusserat, funerata sunt: de quo Vghellus in Sabinensibus Episcopis, Ciaconius, & cæteri alij scriptores.

Pone vn Cerf au pied droit leué.

D'Evx. 46. Gavcelinvs de D'Evx extructâ Nemausi Sancto Nicolao basilicâ electus, inauguratur à Raimundo de Canillac Cardinali Prænestino, assistentibus Episcopis Auenionensi, Tarraconensi & Cæsaraugustano; traducitur ab Vrbano V. ad Magalonensem Cathedram 1366. ex 1366.
archiuis Vaticani, vt supra diximus.

Gasc. 47. Ioannes Gasc II.

An.Ch. aliàs Gasqvi, ex Abbate Anianæ in Occitaniâ, Ecclesiam Nemausensem suscepit administrãdam an. 1366. ex iisdem tabulis Vaticani, quam rexit per quinque annos.

Vzes. 48. Ioannes d'Vzes IV. promotus ad hunc Episcopatum an. 1372. 4. Decemb. ex lib. Obligat. eo sedente statutum fuit à Capitulo, vt in posterum electio Prioris claustralis
1372. annualis esset eodem an. 1372. ex archiuis Capitularibus.

Authon. 49. Segvinvs d'Avthon nobilis Santo, Patriarcha Anthiochenus, & Administrator huius Ecclesiæ 1380. 10. Iulij notatur in Actis Consistorial. Vaticani, administrauit per sex annos; hic mendosè in aliquibus elenchis vocatur de Antonello. Fuit & Turonensis Metropolita.

Bonnavar. 50. Bernardvs de Bonnavar II. Lemouicensis diœcesis, hanc eandem sedem rexit 1383. 4. Nouembris ex registris Vaticani, sedit annis sex cuius extant in archiuio
1388. Nemausensi prouisionum literæ ab ipso datæ 1388. 16. Augusti.

Girardi. 51. Petrvs Girardi III. Lugdunensis, Administrator fuit Nemausensis per tres annos, Cardinalis cognomento Aniciensis, siue Podiensis.

Les Covrs 52. Ægidivs de les Covrs, dictus de Cvrtibvs, oriundus è loco de Alesto huius diœcesis, sublectus Episcopus 1. Iulij 1395. in tabulis Capitularibus, vel vt habent Acta
1391. Consistorialia successit Bernardo 1391. 20. Iulij: posteà præstat iusiurandum Regi, & anno 1400. collationem dedit Prioratus de Brouzet; in veteribus documentis dicitur vir magnæ litteraturæ; viuebat adhuc an. 1416. ex actis feudataris ipsi exhibitis.

Habert. 53. Nicolavs Habert ex Vestiario Ecclesiæ Nemausensis creatus est Pontifex post obitum Ægidij
1418. 1418. erat Prior de Caluissone, rexitque hanc sedem 10. annis, minus aliquot mensibus.

Delphinis. 54. Leonardvs de Delphinis Ianuensis, Archidiaconus Posqueriarum in Ecclesiâ Nemausensi, magnæ probitatis & prudentiæ Episcopus, turrim magnam in loco Amilhani construi curauit suis sumptibus: multa statuta condidit pia, & populo vtilissima pro moribus: codicillis testamenti Capitulum hæredem designauit, ac defunctus est 5. Augusti 1438. 1438.

Champeavx. 55. Gvillelmvs de Champeavx II.

Destovteville. 56. Gvillelmvs Destovteville III. Cardinalis, renunciatus est Administrator Nemausensis in Commendam anno 1440. eóque titulo omnimodam iurisdictionem sibi vindicat in Episcopatu, vt ex actu Capitulari compertum est in hæc verba; *Anno Domini 1449. 9. Martij per promotionem reuerendissimi Cardinalis Administratoris ad Ecclesiam Lodouensem, vacat Ecclesia Nemausensis, & cùm custodia bonorum & iurium Episcopalium spectet de iure communi ad Capitulum, facti sunt Vicarij generales domini de Burgo & Besanguet.* De hoc Cardinali plura superiùs in Rotomagensibus. 1449.

Floreav. 57. Gavfridvs Floreav Abbas sanctorum Crispini & Crispiniani Suessionensis, Ordinis S. Benedicti, electus à Capitulo, atque etiam per cessionem commendæ Cardinalis Andegauensis renunciatus Episcopus 1450. 7. Idus Ianuarij, quemadmodum produnt Acta Consistorialia, possessionem sumpsit 22. Aprilis 1450 competitorem habuit Alanum de Coëtiuy Cardinalem Auenionensem à Papâ in Commendam de Ecclesiâ Nemausensi prouisum, spretâ electione Capituli, sub eo nimirum pacto, quò Cardinalis d'Estoteuillâ eâ potitus fuisset per annos circiter nouem: at verò Senatusconsulto Parlamenti Tolosani, cuius summa extat apud Molinæum, Tractatu de Stylo Parlamenti, post duos annos litigij, ab Episcopatu eiectus est, sicuti indicant documenta Ecclesiæ Cathedralis. 1450.

De Castro. 58. Ioannes de Castro, V. Archiepiscopus Viennensis, huc translatus memoratur anno 1453. 11.

Calend. Decemb. ex libris prouisionum Prælatorum Vaticani notitia eius habetur Antistitis, diptychis Nemansensibus hactenus incomperta.

VILLEQVIER. De gueulle à la Croix fleuronnée d'or accompagnée de 12. billettes de mesme.

59. ROBERTVS DE VILLEQVIER ex dominis de Villequier in Bailliuiâ Calidibecci in Normanniâ, deligitur Episcopus à Capitulo, vacante Sede, vt aiunt Acta Capitularia, per promotionem Gaufridi Floreau ad Catalaunensem: apprehendit possessionem 8. Maij 1463. præstat
1463. iusiurandum Capitulo ante altare S. Honesti, vt in iisdem archiuis habetur: insuper Regi clientelæ iusiurandum soluit 1. Iunij sequentis eiusdem anni, cuius instrumentum in armario hominiorum Thesaurariæ asseruatur. Fa-
1481. to fungitur 1481. ex Actis Consist.

BLOSSET.

60. STEPHANVS DE BLOSSET Archidiaconus de Algiâ in Ecclesiâ Lexouiensi, nobilis Normannus, post obitum Roberti, Subdiaconus hanc Cathedram consequutus est 1481. 10. Septemb. in archiuis Vaticani, conuentui Capitulantium præfuit 1. Ianuarij 1482 indéque post aliquot men-
1482. ses transfertur ad Lexouiensem 1482. 12. Aug. vt docent libri Obligationum Vaticani.

CAVLERS.

61. IACOBVS DE CAVLERS, II. Bituricensis, electus 1482. eodem die 12. Aug. ex Actis Consistorialibus memoratis, per migrationem Stephani ad Lexouiensem, in possessionem inductus, iuramentum fecit Capitulo 10. Decemb. 1482. clausit diem po-
1496. stremum 1496.

BRIÇONNET.

62. G[illegible]ELMVS BRIÇONNET IV. [illegible]dinalis Maclouiensis, designato Antistite Nemausensi scrutiniis Capituli anno 1496. Præposito Falcone, iste Cardinalis vi[illegible]ctâ, spretóque Capitulo de hoc Episcopatu Romæ prouisus est, sed ortâ inde graui controuersiâ litigium habetur
1515. ad annum vsque 1515. enimverò plurimis Senatus Tolosani placitis res ventilata, ad vltimum in Parlamento Burdegalensi diiudicandæ liti præposito, per compromissum cùm Electo Episcopo contentio dirimitur, quâ mediante pacificus possessor extitit Guillelmus, vti habent acta Capitularia; de eo in Narbonensibus Archiepiscopis plura.

BRIÇONNET.

63. MICHAEL BRIÇONNET Guillelmi Senatoris Parisiensis ex Ioannâ Brinon filius, Abbas S. Guillelmi de Desertis, & Vicarius Generalis Narbonensis, Guillelmi Cardinalis patrui resignatione designatur Antistes 1517. Eo sedente, Francisco 1517.
1. Rege, ac Michaelis eiusdem Episcopi rogatu sæcularisatur Ecclesia Cathedralis B. Mariæ Nemausensis Ordinis S. Augustini, diplomate Pauli 3. dato Romæ anno 1539. 4. Cal. Ian- 1539.
uarij, quod executioni demandatur 1540. 17. Nouembris, literis in tabulario Nemausensis Ecclesiæ asseruatis, quas prolixioris styli causâ omisimus. Inde ex permutatione cùm Bernardo Delbenio ad Episcopatum Lodouensem transfertur an. 1560. vbi obiit 1574. ætatis anno 97.

DELBENE.

64. BERNARDVS DELBENE III. nobilis Florentinus, ex Episcopo Lodouensi nominatione Francisci 2. ad Nemausensem sedem transiit anno 1560. vnus ex Præsulibus qui in- 1560.
terfuêre Concilio Tridentino: erat patruus Alfonsi huius nominis primi, Episcopi & domini Albiensis.

CAVALESI.

65. RAIMVNDVS CAVALESI II. ex Ordine Dominicanorum Episcopus renunciatur, præerátque anno 1577. adfuit cœtui Præsulum Gallicanorum Melodunensi 1580. & Comitiis Blesensibus regni pro Senescalliâ 1588.
Bellicadri anno 1588.

VALERNOD. D'azur au croissant d'argent, au chef d'or chargé de trois roses de gueulle.

66. PETRVS DE VALERNOD IV. Ioanne de Valernod & Franciscâ de Luc parentibus ortus 25. Maij 1551. ex maiore Archidiacono Carcassonensi consecratur Nemausensis Antistes 24. Februarij 1598. designatur autem Præsul Vceticensis regiâ schedulâ Ludouici 13. Cùm infulas magnâ prudentiæ & pietatis laude sustinuisset, moritur in loco de S. Valier apud Delphinates 12. Septembris an- 1625.
ni 1625. sepultus ibidem in tumulo gentilio, vbi habet hoc epitaphium.

D. O. M. & B. M.

Reuerendissimi, clarissimique D. D.
PETRI DE VALERNOD
Episcopi & Comitis NEMAVSEN-

SIS, in vtrôque Regis Galliarum Christianissimi consilio Consiliarij; Epitaphium Anagrammaticum. Petrus de Valernod Episcopus & Comes Nemausensis: Vale Pastor noster penes Dominum ouis cupidus esse.

Assidet huic tumulo Præses venerandus in æuum
Qui pietate viris, religione Deo,
Relligione Deo placuit, virtutis amator,
Qui summus summis, qui sibi paruus erat.
Sollicitúsque potens, insignis, castus, adorans,
Curâ, doctrinâ, sanguine, mente, Deum.
B *Dura nimis tulit, impia abhorruit, ædificauit*
Sacrilegâ passim diruta templa manu.
Nemausi occiderat superi venerentia cultus,
Et decus, & priscæ religionis amor.
Rarus & incertâ errabat statione sacerdos,
Nec dabat authori debita sacra suo.
At dum ter denos Antistes præfuit annos,
Bisque octo vsque adeo lustra peracta sibi,
Edocuit, statuit, firmauit, fecit, adauxit,
Ignaros, cultum, pectora, sacra, gregem:
C *Diuitias, laudes, terram, dedit, expulit, odit*
Vana, Deum, cælum, spreuit, amauit, habet.
Ergo velis superest tibi dicamus, vale noster
Esse penes Dominum pastor ouis cupidus.
P. C. nobilis Ioannes de Valernod ex fratre nepos Idibus Septembris 1625.

SAINT BONNET TOIRAS. Ecartelé au 1. & 4. d'or à 3. fers de cheual de gueulle, aux clouz d'or qui est Montferrier, au 2. & 3. de gueulle à vn Lion d'or qui est saint Bonnet.

66. CLAVDIVS DE SAINT BONNET DE TOIRAS, Aimari domini de Toiras & de Restencleyres, ex Franciscâ de Claret de saint
D Felix quartus natu filius, frater verò Ioannis Toirasij fortissimi Equitum Tribuni, Aruerniæ Proregis, & exercituum in Italiâ præfecti. Iste Canonicus & maior Archidiaconus Monspeliensis anno 1610. interest Comitiis generalibus Parisiensibus, ex Abbate S. Ægidij in suâ diœcesi, & Longuillaris diœcesis Bononiensis, Priore Longipōtis iuxta Parisios, Regis item in sanctiore Consistorio Consiliario, & Agente generali Cleri Gallicani Coadiutor superioris designatus ante
A annum 1621. eodem adfuit cœtui Cleri Burdigalensi, Episcopalem Cathedram adeptus obitu Petri de Valernod, aliis Parisiensibus Comitiis adstitit 1626. 1626.

COHON. D'azur à vne fasce d'or, & vn Soleil de mesme en chef, & en pointe 3. estoilles d'or rangées en fasce.

67. ANTHYMVS-DIONYSIVS COHON Andegauensis Credonicus, nunc Abbas Troncheti in Aremoricâ, Flarani in Nouempopulaniâ, & S. Leodegarij in Pictonibus: ex Præposito de Masangé in Cathedrali Carnotensi, & Regio Concionatore nominatus die 19. Nouemb. 1633. consecratur Lutetiæ in capellâ palatij Archiepis-
B copalis Parisiensis à Ioanne Iauberto de Barraut Archiepiscopo & Principe Arelatensi, adstantibus Gaspardo de Daillon Albiensi & Nicolao Grillié Vasatēsi Episcopis 29. Octob. 1634. ac 1634.
die festo Omnium Sanctorum Regi iuramentum clientelæ præstitit. Interest cœtui Cleri Parisiis habito 1635. & Meduntæ 1641 Funebri oratione in exequiis Ludouici Iusti mense Augusto 1643. in æde parochiali S. Ger- 1643.
mani Autissiodorensis eleganter parentauit, translatus inde ad Dolensem Episcopatum 1644.

DOVVRIER. D'azur au cheuron d'argent chargé de sept merlettes de sable, accompagné des 3 gerbes d'or de 3. espics chacune liées de mesme à 2.

C 68. HECTOR DOVVRIER Tolosas, ex Dolensi Episcopo transfertur ad Nemausensem, factâ permutatione cùm Anthymo Dionysio Cohon tunc Nemausensi, quam probauit nominatio regia die 19. Februarij an. 1644. atque Innocentius X. qui bullas expediri iussit die 2. Maij eiusdem anni. Præstat fidelitatis iuramentum Ludouico XIV. Parisiis in Capellâ Palatij Cardinalis die 28. Octobris 1644. fit Consiliarius Epis- 1644.
copalis in Parlamento Tolosano per literas regias maiori sigillo munitas 4. Octobris eiusdem anni, mediante de-
D missione Anthymi Dionysij Cohon tunc Nemausensis Episcopi, nullâ tamen adeptâ possessione. Recipitur personaliter dictus Hector tanquam Consiliarius Episcopalis in eodem Senatu Tolosano die 23. Decembris an. 1644. & ciuitatem Nemausensem ingreditur die 13. Februarij 1645. non 1645.
indicto ingressu, obstante hæresi quæ multo maiorem populi non solùm vrbis, sed etiam totius diœcesis partem inficit, cùm numeroso tamen equitatu & magno plebis concursu. Ab anno 1621. quo hæretici Cathedralem

Ecclesiam tertiùm funditùs euerte- A
runt celebrabatur diuinum officium in loco tam arcto, vt vix quartam populi Catholici partem continere possit, sed tandem sumptibus totius diœcesis cœpit ædificari noua Cathedralis Ecclesia sedente Anthymo Dionysio, quæ priores amplitudine æquat aut superat, perficitur sedente Hectore, qui processionaliter eam inuehitur
1646. 18. Martij 1646. & in eâ primam Missam celebrat. Anno verò 1650. die 4. Septemb. violatur Episcopalis dignitas per ingressum seditiosorum hominum hæreticorum numero ferè quingentorum, præsente, & eos du- B
cente vno ex quatuor Ministris in palatium Episcopale, vbi quinque ex domesticis Præsulis atrociter vulnerantur, sicut instrumentis super hoc confectis amplissimè declaratur: vnde habito tam Capituli, quàm præcipuorum Catholicorum consilio, secessit Episcopus cùm suo Capitulo in Bellicadrum die 11. Septembris 1650. quæ vrbs est quidem sub Archiepiscopatu Arelatensi, Nemausi tamen proxima, eiúsque eiues omnes Catholici, in cuius oppidi Ecclesiâ Collegiali spatio circiter decem mensium peragebantur diuina officia C
1630. Nemausi celebrari solita, dum ciuitas intereà cessat à diuinis; tandem 13. Iunij an. 1651. redit in vrbem suam Hector cùm Capitulo, post multas legationes ad eum factas, acceptâ quæ placuit Regi satisfactione tunc multiplici bello occupato, & in minoribus adhuc annis constituto, qualem temporum conditionem semper aucupati sunt Nouatores. Sub finem anni 1652. Fratres Capucini domum vendunt quam intra Nemausum habitabant, in quâ diuina officia celebrabant, à quâ pecuniâ agrum emunt propè, sed extra portam ciuitatis, D
quæ vulgò Coronæ porta appellatur, in quo monasterium ædificant, non-
1653. dum tamen ad perfectionem adductum. Patres quoque Carmelitæ anno 1653. per emptionem ædis vicinæ monasterium parant.

PRÆPOSITI
ECCLESIÆ
NEMAVSENSIS

ANSEMIRVS Præpositus, de quo vetus tabula emptionis 4. Calend. Decemb. anno 15 regni Caroli Regis post obitum Odonis; & alia 10. Cal. Augusti anno 28. regnante Carolo Rege post obitum eiusdem B
Odonis.

Atho.

Pontius 1. regnante Lothario.

Rotbaldus anno 31. Lotharij.

Pontius 2. anno 13. Roberti Regis, ex actu memorato sub Pontificatu Froterij Andusiensis.

Bertrandus regnante Henrico.

Petrus Guigo 1. 1096. qui cùm Co- 1096.
mite Raimundo paciscitur, pro desponsandâ Cathedrali basilicâ, idcirco C
largitus est 500. solidos auri, Dux autem cessit terram de Bellegarde ex documentis Nemausensibus.

Petrus Bernardi 2. 1092. 1119. 1116. fuit in Capiscolius eiusdem Ecclesiæ.

Petrus de Vezenobrio 3. anno 1150.

Ebrardus 1163. 1163.

Pontius de Boisson 3. 1241. & 1248.

Guillelmus de Sala 1. 1260. 1282. 1282.

Bremundus de Nagis 1290. 1298. & 1299.

D
Andreas de Languisel 1. 1302. patruus Cardinalis de Languisello Archiepiscopi Arelatensis, & Bertrandi Præsulis Nemausensis.

Stephanus Marquesi 1306. & 1312. 1312.

Ioannes Fredols 1320.

Andreas de Languisel 2. 1331.

Bernardus Fulci 1345. 1 1345.

Guillelmus Texeri 2. 1349. 1358.

Pontius d'Holargue 4. 1362. in re- 1362.
cognitione factâ Regi.

Michael

Michael Sarlando 1400.

Artaldus de Peretiâ 1413.

1450. *Petrus Vignier* 4.1450.constrûi curauit pontem Bastidæ.

N. Faucon electus Episcopus 1496.

1517. *Robertus de La Croix* 1517. erat etiam tempore sæcularisationis anno 1539.

Franciscus de Lestrange 1545.

1556. *N. Dalemar* 1556.

N. Goy.

N. Bessjerier 1596.

1601. *Petrus de la Croix* 5. 1601.

Robertus Clauel 1. 1618.

1630. *Robertus de la Croix* 2 1630.

Gabriel de Beauuau, nunc Episcopus Nannetensis.

1655. *Nicolaus Hellay* Præpositus Nemausensis ac Prior B. Mariæ Vallis-viridis de Posqueriis anno 1655.

NICIENSES EPISCOPI COMITES DRAPI.

Nice sur la mer, piés du Paillon.

INTER Italicas vrbes Niceam, vel Niciam connumerat Ptolemæus in radicibus Alpium Maritimarum in capite Prouinciæ, non longè à faucibus fluuij Vari positam, qui Galliam ab Italiâ disterminat, antiquitùs Bellanda vocata, in dominio Comitis Prouinciæ cùm toto suo Episcopatu. Conditam D ferunt à Massiliensibus propè Cemeliam vel Cemelenensem perantiquam vrbem, Prætoris sedem, notam Ptolemæo, Antonino, Plinio, aliísve auctoribus. Hæc semota à mari, & à Longobardis vastata, ciues eius Niciam in orâ maris, tutissimóque loco sitam demigrantes, vnam ex duabus constituerunt ciuitatem, cùm anteâ à S. Leone primo Papâ Cemelenensis Ecclesia Niciensi vnita fuisset, iuxta hæc verba epist. 4. Hilari Papæ, ad Leontium, Veranum, & Victurum

A Episcopos: *Habeat Pontificium frater & Coëpiscopus noster Ingenuus prouinciæ suæ: & custodiis omnibus quæ super Ecclesiis Cemelenensis ciuitatis, vel castelli Nicaensis, sanctæ memoriæ decessoris mei definiuit auctoritas, nihil Ecclesiarum iuri noceat, quod in altera memoratarum à prædicto fratre, ad excludendam cupiditatem, quemadmodum perhibuit ambitionis alienæ, proximè est Episcopus consecratus: sed statutæ correctionis forma permaneat, vt ad vnius Antistitis regimen, prædicta loca reuertantur, quæ in duos diuidi non decuit Sacerdotes.* Vnde nec mirabitur lector, si de Niciâ ali-B qua dicantur, quæ propriè ad Cimeliam pertinere videntur: cuius quidem nec nomen aliter retentum, quàm ex denominatione Ecclesiæ B. Dei Genitricis: & vix aliquæ nobilissimorum ædificiorum illius inter rudera spectantur reliquiæ, præter quàm ampli cuiusdam amphitheatri, & antiqui aquæductus. Ager Niciensis ob collium amœnitatem, soli vbertatem, cœlíque clementiam, fœcundissimus, & dignus, vt ab omnibus inuideatur. Massiliensibus suis conditoribus diu paruit, posteà Burgundionibus Regibus subdita, & Prouinciæ Comitibus, C à quibus ad Sabaudiæ Duces transiit anno salutis 1401. in quâ Senatus supremi Sedes, & loco atque arte visitur arx munitissima, Ligustico mari imminens & minans, à quâ non longè abest Ecclesia Cathedralis diuæ Reparatæ sacra, sub Archiepiscopatu Ebredunensi. Christianam fidem vnà cùm Cemeliensibus à S. Nazario suscepisse narrant Nicienses, & acta ipsius testantur Celsum, ipsius comitem & in Euangelij promulgatione adiutorem habuisse, quem Mediolanenses, ac Ianuenses inter præcipuos diuos suos patronos venerantur. Nicenses verò, D Cemeliensium successores, veluti ciuem suum adorant, & colunt: à S. Nazario itaque Cimeliæ, & Niciæ disseminata fides tam benè adoleuit, vt post annum salutis 330. Nicienses proprium habuerint Episcopum Sanctum Bassum, Cimelienses Sanctum Pontium. Valerianus Cimeliensis fuit Episcopus, subscripsitque Concilio Reiensi an. 439. & Amantius Niciensis Episcopus inter Antistites Galliæ Legatos missos ad Aquileiense Concilium anno 381. Posteà eorumdem Sedes Episcopales vnitæ

Cimelis, dite Nostre Dame de Cimies.

fuerunt. Et Magnus vtriúsque Episc. copus inscribitur canonibus Synodi Aurelianensis 5. anno 549. Cathedralis basilica, vt diximus, sanctæ Reparatæ Virgini & Martyri dicata est, structurâ antiquâ & decenti, suo cùm Organo pneumatico, choro, campanili, ac sacrario necessariis ad diuina peragenda instrumentis abundè referto. Hîc honoricè asseruantur S. Vincentij martyris ossa. Sacris in hac basilicâ ministrantium numerus supra viginti: in primis sunt Canonici quatuordecim, olim Regulares, è quibus quinque dignitate eminent, quorum primus est Præpositus. In ciuitate præter Cathedralem tres sunt parochiales Ecclesiæ; & recensentur virorum cœnobia nouem, duo monialium, & aliquæ laicorum fraternitates, duóque xenodochia. Hactenus Vghellus: Diœcesis satis ampla est continens sub se viginti oppida, & Comitatum Drapi in territorio Niciæ ac Villæfranchæ, vbi portus: at Abbatiam habet.

S. Pontii *Niciensis*.
S. *Pons de Nice*.

Episcopi verò in eâ Sede floruêre sequentes, è Cathedralis tabulario, Actis Consistorialibus Vaticani, Chronologicâ Historiâ Pedemontij, & ex Tomo iv. Italiæ Sacræ, quam nuper accuratè scripsit doctus Abbas Vghellus in seriem digesti.

1. S. Bassus Episcopatum iniit sub Decio Imperat. ac martyrium illustre consummauit. Valerianus successor, homil. 16. ad Nicienses inquit: » Si cognouissetis quantum nobis ciuis » Martyris virtus præstitit, à laudibus » Dei nunquam linguæ studium, nun» quam oris cessaret officium. Eius vitam fusiùs exscripsit Vghellus ex Actis ipsius MS. celebratúrque festum Nonis Decembris, eodem die memoratur in Martyrologiis Romano & Niciensi; sepultus Niciæ.

2. S. Pontius Cemelenensis Episcopus & Martyr, quia à Pontifice Pontiano baptizatus, Marcum patrem idola colentem, duósque deinde Philippos Cęsares ad Christi fidem perduxisse narratur. Claudi Præsidis iussu sub Valeriano, & Gallieno Imperatoribus, nobilissimi agonis cursum confecit. Eius corpus eo loco à fidelibus reconditum, vbi deinde nobilis Abbatia nomini eiusdem dicata, à Carolo Magno extructa, & magnificè dotata fuit, quæ adhuc apud Nicienses extat. Sacra deinde Pontij pignora in Galliam Narbonensem ad monasterium Tomeriarum, inter Pezennatum & Carcassonam, deportata sunt: quod successu temporis à Ioanne 22. Pontifice Maximo Episcopali infulâ donatur, cui in tanti Martyris venerandam memoriam tituli S. Pontij Tomeriarum nomen inditum. Porrò S. Pontij festus dies habetur 14. Maij in Martyrologio Romano, quem Petrus de Natalibus Niciensem Episcopum vocat. Acta eius habentur apud Boninum Mombritium, & Surium.

3. Amantius in Concilio Aquileiensi anno 381. 381.

4. S. Valerius, vel Valerianus Cemeliensis, Cemelenensis, siue Cemelæ Episcopus, totidem enim nominibus ciuitas illa propè Nicæam legitur: ex Monacho Lirinensi insignis sanctitatis, euchitur ad Episcopatum: illius dies festus colitur 23. Iulij apud Lirinenses, de quo Ferrarius in Catalogo: firmauit chirographo canones Concil. Reiensis an. 439. 439.
vt habetur tomo 1. Concil. & sub an. 455. epistola generalis ad Episcopos inuitandos in causâ Lirinensis insulæ missa sic loquitur: *Ideò causam quæ inter sanctum Episcopum Theodorum, & S. Valerianum, & S. Maximum Episcopos, atque Abbatem Faustum, necnon reliquos fratres insulæ Lerinensis acciderat, absque dubio omnes nos, qui in Christo vnum sumus, differre non possumus, nisi id agamus, qualiter curetur & abstergatur.* Fuisse virum doctum docent eius Homiliæ, nouissimè ex Bibliothecâ monasterij S. Galli in Germaniâ in lucem editæ.

5. S. Auxianus de quo mentio in vulgatis diptychis anno 458. 458.

6. Magnus Cemelensis & Nicæensis Episcopi nomine per Aëtium presbyterum Concilio Aurelianensi 5. subscripsit anno 549. quia Hilarus 549.
Papa constituerat castellum Nicaense

&c ciuitatem Cemelenensem ad vnius A
Episcopi regimen reuerti sub an. 465.
epist. 4. memoratâ.

7. CATVLINVS, Concilio 2.
585. Matisconensi interfuit anno 585. Circa hac tempora florebat S. Hospitius apud Niceam inclusus, cuius meminit Paulus Diaconus lib. 3. Hist. Longobardorum, & Aimoinus de Gestis Francorum, qui ait Hospitium vixisse sub anno Domini 560. & Chronologia Lerinensis.

8. B. SYACRIVS, vel STACRVS ex genere Caroli Magni Im- B
peratoris, Pipinique fuit progenitus ex eius vitâ: iste Carolus ad partes Prouinciarium, disponente Deo, perueniens, vt infideles ex iis locis expelleret, & ipsam gentem ad fidem catholicam reduceret; cùm venisset ad fines Cimelienses, & Nicienses, ope diuinâ, eam destruxit & effugauit. Duxerat idem Carolus secum dilectum Syacrium nepotem suum Comitem Briensem, qui inueniens in districtu Cimelæ Ecclesiam, in quâ S. Pontij martyris corpus venerabatur, monasticam regulam sectare gestiens, à patruo Carolo, vt inibi sibi mona- C
sterium ædificaretur, instantissimis precibus obtinuit. In quo postmodum B. Syacrius virtutibus, ac miraculis plurimis effulsit: ad cuius petitionem idem Imperator Comitatum Cimeliensem sibi, & monachis præsentibus & futuris imperpetuum in præfato cœnobio Deo militantibus, ad quotidiana onera supportanda benignè largitus est. Anno verò Christi
777. 777. Adriano 1. Papâ sedente, Syacrius è monasterio extractus ad Episcoparum Niciæ assumptus fuit, in quo per decem omnino annos laudabiliter & sanctè vixit, ac migrauit ad Domi- D
num die 23. Maij. Corpus eius sepulturæ delatum est in æde prædictâ S. Pontij, in quâ primus monachorum Abbas fuerat. Hæc habet Vghellus ex Chronol. Lerinensi MS. & monumentis cœnobij S. Pontij Niciensis. Porrò trecentos penè annos post Syacrium, Niciensium Episcoporum nomina & acta exciderunt.

9. ANDREAS Niciensem rege-
1050. bat Ecclesiam anno 1050. quo donationem monasterij S. Verani factam Abbatiæ Lerinensi suâ manu firmauit, vt habetur in Chronologiâ Lerinensi.

10. RAIMVNDVS.

11. ISOARDVS, non Isoandus, vixit anno 1108. ex veteribus docu- 1108.
mentis.

12. PETRVS I. ad quem scribit Callistus 2. anno 1120. in gratiam Lerinensis Abbatiæ, & Honorius 2. apud Chronologiam Lerinensem. Innocentius verò II. hoc illi diplomate iura suæ Ecclesiæ confirmat an. 1137. 1137.
quod his verbis exscriptum est ab exemplari. *INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Petro Niciensi Episcopo, eiusque successoribus canonicè promouendis in perpetuum. In officij nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti, & vtilitatibus salubriter, auxiliante Domino, prouidere. Dignum námque & honestati esse cognoscitur, vt qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas à prauorum hominum nequitiâ tueamur, & B. Petri atq; Apostolicæ sedis patrocinio muniamus, & Niciensem Ecclesiam, cui Domino auctore praeesse dignosceris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ priuilegio roboramus, statuentes vt ordo canonicus, qui secundùm B. Augustini Regulam tuo laudabili studio est in Niciensi Ecclesiâ Dei gratiâ institutus, ibidem futuris temporibus inrefragabiliter obseruetur, & decedentibus Clericis, qui inpræsentiarum in eo Domino famulantur, nullus eis, nisi regularem vitam professus Canonicus subrogetur: obeunte quoque te nunc eiusdem loci Episcopo, nemo ibi præter regularis, Episcopus præponatur, qui eidem Ecclesiæ operante Domino praeesse valeat & prodesse. Decernimus etiam vt quæcumque bona, quascumque possessiones eadem Ecclesia inpræsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum & Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis permittente Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus inperpetuum, & illibata seruentur, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subiunximus: Ecclesiam videlicet S. Mariæ de Clausio: Ecclesiam S. Laurentij de Illontiâ: Ecclesiam S. Mariæ de Pilâ; Ecclesiam S. Teclæ; &*

castrum quod vocatur Drapum: Ecclesiam S. Mariæ Villæ-Veteris: monasterium S. Pontij cùm Ecclesiis ad ipsum pertinentibus, quæ in Niciensi Episcopatu, Episcopale legitimè pertinere dignoscitur: Ecclesiam S. Mariæ de Oliuo, Ecclesiam S. Hospitij. Nulli ergo hominum liceat &c. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, ego Guillelmus Prænestinus Episcopus, ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in Via latâ, Grisogonus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu, Anselmus Presbyter Cardin. tit. S. Laurentij in Lucinâ, Lutefredus presbyter Cardin. tit. Vestinæ, Lucas presbyter Card. tit. SS. Ioannis & Pauli. Datum Pisis per manum Almerici Sanctæ Romanæ Eccl. Diaconi Cardinalis & Cancellarij 4. Cal. Aprilis, Indictione 14. Incarnationis Dominicæ
1137. *anno M. C. XXXVII. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ 2. anno septimo.*

13. ARNALDVS anno 1154. interfuit morti Lamberti Episcopi Venciensis cùm Petro Antipolitano Præsule.

1166. 14. RAYMVNDVS II. anno 1165. & 1166.

15. IOANNES I. 1197.

16. SANCIVS 1212.

17. ANTEPELICANVS fuit Ni-
1215. ciensis Episcopus anno 1215. cuius meminit Augustinus Episcopus Nebiensis in Historiâ Genuensi, & Ludouicus ab Ecclesiâ in Historiâ Pedemontanâ.

18. M. solâ initiali litterâ notus ex tabulis anno 1238.

19. HENRICVS de quo nihil præter nomen obseruatur in diptychis.

Boni. 20. PETRVS BONVS II. 1261.

21. RAIMVNDVS III. defun-
1317. ctus anno 1317. temporibus Ioannis 22. ex Registro Vaticani.

22. GVILLELMVS I. Ordinis Minorum insignis Theologus, Apostolicæ Sedis Pœnitentiarius, Raymundo datus est successor in Niciensi Ecclesiâ à Ioanne 22. anno 1317. 8. Calend. Maij: munus consecrationis obtinuit à Nicolao Episcopo Ostiensi, vt in regesto Vaticano habetur, de quo Vuadinghus tomo 3. Annal. Minoritarum.

23. ROSTAGNVS anno 1322. die 21. Maij notatur in lib. Obligat. 1322.
cuius Ordinis Religiosus fuerit, non exprimitur.

24. IOANNES II. Niciensis Ecclesiæ electus Episcopus ex Ordine religioso, memoratur in iisdem libris Obligat. anno 1329. die 20. Iunij. De eo item mentio anno 1333. in archiuis Niciæ.

25. GVILLELMVS AMESINI Amesini.
II. apud eosdem Obligationum libros notatur electus Niciensis anno 1335. 1335.
die 7. Iunij, quo solitum pensum sacro Senatui promisit se soluturum. Idem Guillelmus Auenionensi Concilio adfuit anno 1337. cui præsedit Guasbertus Arelatensis Archiepiscopus, quo anno Carmelitæ in vrbem inducti.

26. PHILIPPVS GASTONIVS Gastoni.
ex Episcopo Sedunensi huc translatus anno 1342.

27. PETRVS III. natione Sardus præficitur à Pontifice anno 1348. 1348.
6. Nouembris, de quo mentionem fieri reperimus in lib. Obligat. Prælatorum Vaticani ad annum vsque 1354. die 26. Nouembris, & in Niciensi tabulario 1355.

28. LAVRENTIVS proximè successit Petro, qui anno 1360. in Ecclesiâ maiori S. Honorati Insulæ Lerinensis, vbi Quadragesimæ tempore moratus fuerat, quinque altaria consecrauit, Guillelmi Abbatis temporibus, varias ibi recondens reliquias, vt legitur in Chronologiâ eiusdem Insulæ.

29. ROCCASALVA quidam memoratur inter Episcopos huius Sedis anno 1374. à Salutiensi Episcopo 1374.
in suâ Chronologiâ.

30. IOANNES DE TORNAFORTI III. aut TORNAFORTIS Tornaforti.

Ordinis S. Benedicti monachus, & Abbas Sancti Pontij, inde Lerinensis, Niciensis Episcopus electus
1382. est anno 1382. quo die 15. Septembris Capellam intra arcem turris Lerinensis dedicauit ad honorem diuini nominis sub inuocatione sanctæ & salutiferæ Crucis: refert Nostradamus in Historiâ interfuisse Comitiis Generalibus Prouinciæ conuocatis apud Aquas-Sextias à Ludouico Comite mense Augusto 1390.

1406. 31. Franciscvs I. anno 1406.

32. Ludovicvs I. eodem anno 1406. adnotatur in scriniis Ecclesiæ.

Barle. 33. Ioannes Barle IV. oriundus de Burgo in Bressiâ, Episcopus Niciensis, ad Ecclesiam Sancti Papuli in Galliâ translatus est à Mar-
1418. tino 5. anno 1418. ex libro prouis. Prælatorum, omissus à Fran. Augustino ab Ecclesiâ.

Clementis. 34. Antonivs Clementis, seu de Regiaco, Ordinis Mi. vir doctus, & in Sacrâ Theologiâ Baccalaureus ad Niciensem Cathedram sublimatur à Martino v. anno 1418. 3. Idus Augusti: Quatuor ferè annos hanc Ecclesiam laudabiliter rexit: translatus deinde ab eodem Pontifice ad Bellicensem Ecclesiam anno 1422. vt liquet ex lib. Obligat. & prouis. Prælatorum.

Chissy. 35. Aymo de Chissiaco monachus Ordinis S. Benedicti, Cas-
1422. sani Prior, anno 1422. die 4. Maij Niciensem Ecclesiam regere incœpit: doctrinâ æquè ac prudentiâ, generisque nobilitate conspicuus. Aiunt illum ex dominis Lainaci Prouanæ familiæ antiquæ in Pedemontio ortum, Episcopatum tenuisse ad annum vsque 1428., nuntiúmque remisisse, ac ætatem produxisse ad an. 1460. fuisse & Vicarium Generalem Felicis v. in ciuitate & diœcesi Lugdunensi, Sede vacante. De eo tamen in lib. Obligationum non habetur memoria vltra 1428. quo anno ibidem dicitur defunctus.

Bardat. 36 Lvdovicvs Bardatvs, II. Ordinis Benedictini monachus, & Abbas S. Pontij Niciensis, Episcopus hilari animo est salutatus 6 Idus Mar-
tij 1428. à Martino v Pontifice ex eo- 1428.
dem libro. Quanto tamen tempore hanc Ecclesiam gubernasset, in eodem non exprimitur. Reponunt alij anno 1446. Aymonem quendam Prouanum, qui certè idem fuit cùm superiori de Chissiaco.

Chicesi. 37. Bartholomævs Chicesi, vel Cvetvs anno 1445. inter Episcopos recensetur: subscriptus habetur codicillis Ludouici Ducis Sabaudiæ, quibus agnoscit se habere sudarium quod anteà in Ecclesiâ de Lireyo seruabatur, Parisiis 6. Februarij 1464. longissimo tempore Niciensem rexit Ecclesiam, consecrauit XI. No-
uemb 1467. altare Ecclesiæ Brenodij 1467.
apud Bugesios. Memoratur in inuestituris à Blancâ Sabaudiæ Ducissâ factis ad fauorem Comitibus castri Montis anno 1490. obiit anno 1501. die 2. Iulij.

Ferrari. 38. Bonifacivs Ferrerivs, Bugellensis, Episcopus Eporediensis & Cardinalis, huius Ecclesiæ Admi-
nistrator 1501. ex cartis Consist. Vati- 1501.
cani: interfuit Synodo Lateranensi, de quo vide Ciaconium.

L'Oriol. D'azur à vne tour d'argent à vn auant mur de mesme. 39. Ioannes de l'Oriol v. Protonotarius Apostolicus, Canonicus S. Pauli Gebennensis, Lugdunensis, ac Viennæ, Prior Commendatarius de Neuuille, & de Brous, Præpositus B. Mariæ de Burgo, Abbas S. Pontij, Iacobi domini de Challes, & Mariæ de Virieu filius, Niciensis Episcopus fuit anno 1504.

Ferrari. 40. Avgvstinvs Ferrerivs, Bonifacij superioris germanus die 19.
Nouemb 1506 electus Episcopus Ni- 1506.
ciensis, posteà Vercellensis anno 1511. Abbas S. Saluatoris loci Casalis Vallionis, Sanctorum Stephani Eporediensis, & Vercellæ, Iulij 2. Papæ Cubicularius.

Azarovis. 41. Hieronymvs de Azarevis, I. nobilis Mediolanensis, Mirandulæ Præpositus, & Abbas Bremensis: Niciensem Ecclesiam assequutus est per obitum Ioannis Stephani Ferrerij Cardinalis huius Eccle-
siæ Administratoris anno 1511. die 18. 1511.

Nouemb. Concilio Lateranensi interfuit. Eo Præsule anno 1537. in hac vrbe conuenerunt Paulus 3. Pontifex, Carolus 5. Imperator, Franciscus 1. Galliæ Rex, de pace diu, multúmque, differentes, quæ cùm nulla posset sanciri, induciæ triennales pactæ fuerunt. Vixit Hieronymus ad an. vsque 1542. diémque suum extra Romanam Curiam obiit. Eodem anno Episcopus Salutiensis in suo catalogo duos Hieronymos Anzagos fuisse refert Nicienses Episcopos, habétque Nicolaum quendam & Philippum inter eos intercessisse an. 1518. & 1519. sed isti Nizienses in Romaniâ fuerunt Episcopi, non Nicienses, vnúsque extitit Hieronymus de Arzago, non duo, qui ab anno 1511. ad an. vsque 1542. Niciensis Episcopus fuit, nuncupatus de Mirandulâ, cùm illius oppidi Præpositus fuisset, qui maius templum columnis exornauit; in eo enim legitur in marmore ibidem ad parietem exposita inscriptio. *Hieronymus ex Capitaneis de Arsago Mediol. Patrit. Episc. Niciæ Templum hoc incuriâ penè collapsum pilis communiuit* MDXXI.

42. HIERONYMVS DE CAPITEFERREO, II. seu RECENATVS, aut de Recenatis, Alphonsi Neapolitani eiuis, & aulæ Romanæ Aduocati Consistorialis, ex Bernardinâ Capoferreâ nobili Romanâ filius, Romæ natus, excelsi animi vir, sub Clemente 7. Paulóque III. ad maximas res euocatus, Thesaurarius Apostolicus, & ad Regem Galliæ Nuncius: in demortui Anzagi locum Niciensem Episcopatum consequitur anno 1542. die 6. Februarij. Ex Datario paulò post, hoc est anno 1544. Diaconus Cardinalis S. Georgij creatus est ab eodem Paulo, vulgò Cardinalis Capoferreus nuncupatus. Æmiliæ Legatus fuit, aliísque muneribus functus is Præsul Romæ decessit anno 1559. Calendis Octobris, in æde S. Mariæ de Pace tumulatur: Ecclesiam Niciensem rexit annis tantùm paucis, eámque cùm regressu resignauit ad fauorem Ioanni Baptistæ Prouanæ.

43. IOANNES-BAPTISTA PROVANA ex dominis Lainiaci, Francisci Senatoris, & Mariæ de Alladio filius, ex Protonotario Apostolico, Canonico & Thesaurario Taurinensis Ecclesiæ, magnóque Sabaudiæ Ducis Eleemosynario, Episcopus Niciensis electus est, obiítque ante annum 1548. 1548.

44. FRANCISCVS LAMBERTVS II. Camberiacensis nobilis Sabaudus, frater Petri Maurianensis Episcopi, & Casertensis per cessionem Card. Capiferrei, cui per regressum ob mortem Ioannis Baptistæ Prouanæ, Niciensis Ecclesia redierat, Episcopus declaratus est à Paulo 3. anno 1548. die 18. Ianuarij, vt habent Acta Consist. Tridentinæ synodo interfuit, 35. annos eam optimè rexit, mortalitatem expleuit 1583. 1583.

45. IOANNES-LVDOVICVS PALLAVICINVS filius Iulij Cæsaris ex Marchionibus Ceuæ, Marsicanus Episcopus, huc translatus die 7. Nouemb. 1583. constitutiones synodales in aulâ palatij Episcopalis Niciæ confecit 9. Maij 1590. Issiæ obiit laudatæ vitæ Præsul an. 1598.

46. FRANCISCVS ROSINVS III. à Cercenasco, MARTINENGVS nuncupatus, Ordinis Fratr. Minorum Minister prouincialis, concionator egregius, Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis erat à Confessionibus & Eleemosynis, quando ad Niciensem Sedem euocatur à Clemente 8. Pont. Max. die 23. Octobris anno 1600. per 1600. plures annos eam moderatus Ecclesiam, edidit suæ diœcesis synodalia decreta 1620. mortuus sub Gregorio 15. anno 1622.

47. PETRVS-FRANCISCVS MALETTVS Vercellensis, Canonicus Regularis Lateranensis, eiusdémque Congregationis S. Andreæ Generalis Abbas, à Gregorio XV. Papâ anno 1622. Niciensis Episcopus ad- 1622. lectus: deuixit anno 1634. scripsit vitam B. Amedei Sabaudiæ Ducis.

48. IACOMINVS MARENGVS Montisregalensis, anteà Salutiensis Episcopus, ad hanc Cathedram translatus est ab Vrbano 8. anno 1634. die 18. Decemb. Extrema clausit anno 1644. De eo vide Vghellum in Cata- 1644. logo Salutiensium Præsulum.

PAILLETIS. Couppé, le chef de ... la pointe fasfée de ... de six pieces.

49. DESIDERIVS DE PAILLETIS Vercellensis, Caonicus Regularis Lateranensis, ex Abbate S. Andreæ eiusdem vrbis, Iacomini vacantem Ecclesiam obtinuit ab Innocennto x. Pont. Max. 12. Decembris 1644.

NIVERNENSES EPISCOPI.

Nivers ou Nivernois sur la Loire.

EST Niuernum prouinciæ suæ Caput, opportuno loco positum, Nouiodunum scilicet oppidum Aeduorum ad ripas Ligeris, inquit Cæsar lib. 7. cap. 10. hodie à Niueri fluuio qui sese ad vrbis mœnia immiscet, Niueris nuncupata est, quæ apud Fredegarium Scholasticum Neuernum, antiquissimum castrum, & Neuernis in Chronico Aurissiodorensi, quasi media inter Luteriam & Lugdunum, & quâ Augustoduno itur Lutetiam apud Antoninum. In Notitiâ Honorij Augusti temporibus conditâ, deest hic Episcopatus sub prouinciâ Senoniâ, quæ legitur in alio codice Thuano Ciuitas Neuernensium: adnotandum interim est eam differre à Nouioduno, seu Noioduno Equestrium, in Prouinciâ Maximâ Sequanorum, vti scribitur in vulgatis Notitiis. Ad ripam Ligeris dextram sita, vbi pons viginti arcuum constitutus visitur, nondum recepto Elaucre amni. Regio ista etiam Icaunâ irrigatur, pluribus oppidis, atque in primis Ducatu nobilitatur, qui Gonzagæ celeberrimæ apud Italos genti Ducum Mantuæ paret. Vrbs è Borboniensi tractu aduentātibus magnificum ostentat aspectum, propter turrium & mœnium celsitatem, nulla habens suburbia, ambitu suo parochias vndecim complectitur. Episcopalis autem basilica, quæ subest Metropoli Senonensi, amplæ & insignis structuræ, choro affabrè ædificato, olim Geruasio & Prothasio dicata erat; nunc sanctum Cyricum Tutelarem iam à tempore Caroli Calui agnoscit. In eâ extant magno sumptu è marmore sculpta chorographia Principum Niuernensium: habet prætereà 36. Canonicos, cùm Decano, Maiore Archidiacono, Thesaurario, Cantore, Archidiacono Decisæ, Sacristâ, & Scholastico: octo Archipresbyteratus, nempe Vallium Niuernij, S. Petri de Monasterio, Premeriaci, Lurciburgi, Decisæ, Molinij Engilberti, Castellionis, & de Thiengiis, cùm 270. parochiis, 42. Prioratibus, 5. Collegiatis Ecclesiis, & 3. Præceptoriis Ordinis Melitensis. Episcopus verò toparcha Premeriaci, Vrziaci, & de Parziaco, in solemni ingressu apud Niuernum deuehi solet à Baronibus de Druy, Poyseux, Cours les Barres, & Giury, Episcopatus feudatariis. In superiori vrbis parte eminent arx, & Ducale palatium Principum, qui ibidem Rationum Cameram habent: sunt & monasteria Dominicanorum, Franciscanorum, Capucinorum, Minimorum, Patrum Societatis Iesu, Sororum Visitationis: in diœcesi recensentur Abbatiæ istæ:

S. MARTINI O. A.
S. Martin de Neuers.

S. MARIÆ *fœmin.* O. B.
Nostre Dame de Neuers.

BELLAVALLIS *Bellevaux* O. P.

Episcoporum autem seriem texuêre Vuido Coquillæus patriæ Historiæ eruditus Scriptor, & Michael Cotignon Ecclesiæ Niuernensis, Canonicus & Archipresbyter; à quibus, & ex aliis monumentis, actibúsque publicis, non antea editis sequentem nostrum confecimus Catalogum.

1. TAVRICIANVS subscriptus habetur canonibus Concilij Epaonensis anno Christi 517. in vulgaris indicibus statuitur S. Austremonius primus Episcopus; quem sequitur Euotius, sed magis fortasse Niueduoensium, quàm Neuerocosium Præsulem interpretantur. 517.

2. RVSTICVS probat Acta Synodi Aurelianensis 3. anno 538. 538.

3. AREGIVS, vel ARIDIVS signum apposuit Synodo Aurelianensis 5. 549. & Parisiensis 2. 555.

4. ÆOLADIVS interfuit Concilio Lugdunensi 2. apud Sirmondum anno 567. quiescitque in basilicâ S. Stepha- 567.

ni Niuernensis retrò altare, his versibus inscriptis:

Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu,
Corpus in hoc tumulo quod venereris habet.
Præsul Æoladius huius quondam Pater vrbis,
Aduentum gaudens sustinet hic Domini.

5. AGRICOLA, Alexiæ in Burgundiâ natus floruit regnante Guntramno Burgundionum Principe: ad-
581. fuit hic Concilio Matisconensi 1. 581. Lugdunensi 3. 583. Matisconensi 2. 585. Eius festum 26. Februarij celebratur in Ecclesiâ S. Vincentij in vrbe, quæ de suo nomine nuncupatur, vbi & conditus est.

6. RAVRACVS, fuit vnus Episcoporum qui calculo probauêre
650. acta Concilij Cabilonensis anno 650. Extat eius epistola ad Desiderium Cadurcensem, tomo 1. Historicorum Franciæ Scriptorum his verbis: *DOMNO semper suo, atque Apostolico Præsuli Desiderio Episcopo, Rauracius peccator. Cùm humillimo salutationis officio, commendo Apostolatui vestro seruulos vestros Nummolum Presbyterum, & Garimundum, quos ad vrbem vestram, & ad hospitiolum vestrum Gregionaco, siue Abbates descriptionem mancipiorum inquirendo direximus. Supplicamus, vt commendatos ipsos recipere dignetis: & vbi ipsis necessitas extiterit, vestro auxilio in omnibus mereantur habere; vt quod Ecclesiæ vestræ Neruernensi ex ipso agro iustissimè redhibetur, per eorum inquisitionem, vel vestro solatio perdere non debeamus. Simùlque suggerimus, vt de ipsâ Curtecellâ, vel hominibus ibi consistentibus, sub vestrâ defensione, tanquam propria familia dignetis habere receptos & commendatos: vt de iudicum infestatione (sicut & immunitas nostra ex hoc continet) liceat eis viuere cùm quiete. His obtentu precamur, vt redeuntibus famulis de vestræ fœlicitatis gaudio, literis nos subeatis lætificari. Orate pro nobis, domine semper peculiaris atque Apostolice Papa.*

7. GILBERTVS sedit anno cir-
665. citer 665. ex MS. Ecclesiæ Niuernensis.

8. S. DEODATVS ex Abbate Vallisgalilea Trithemio, creatur Episcopus; inde fit monachus in cœnobio Vogesimontis in Lotharingiâ anno 668. vbi posteà creuit oppidum de suo nomine, vulgò S. Deodati. Migrauit ad Dominum anno 679. Iunij 19. vndecimo suæ abdicationis. 668.

9. ROGVS anno 672.

10. S. ITHERIVS, cuius festum colitur 8. Iulij, in Ecclesiâ Noienni, vico natali, diœcesis Senonensis quiescere dicitur ab anno 691. habebat Ecclesiam Collegialem Soliaci ad Ligerim. 691.

11. OPPORTVNVS anno 702.

12. NECTARIVS, inuenitur in tabulis anno 726. 726.

13. VVALDO, huius nulla alia memoria occurrit, quàm nominis, quod in antiquis documentis Cathedralis reperitur.

14. RAGENFREDVS

15. HIERONYMVS sepelitur in templo S. Martini, cuius depositio recolitur in fastis eius Abbatiæ die 8. Octob. nominatur in diplomate Caroli Calui anno 1. regni, pridie Idus Ianuarias, & anno 843. 843.

16. IONAS donauit Oratorium Sauiniacense Canonicis Ecclesiæ.

17. HERIMANNVS, interfuit Concilio Turonensi 4. celebrato anno 849. & in Suessionensi 2. an. 853. 849. propter infirmitatem Vuenilon Archiepiscopo commendatus est, sic enim scribitur Canone 11. *Postmodùm Vuenilonis Senonicæ vrbis Metropolitani Episcopi Suffraganeus Niuernensis Ecclesiæ, nomine Herimannus, pro suis excessibus, quot corporali molestiâ sæpè dicebatur admittere, à sanctis Præsulibus modestè & acriter increpatus est, quòd priùs frequenter correptus, Ordini sacratissimo perseuerantiâ leuitatum adhuc iniuriam faceret: & in præsentiâ Principis, infirmitatem Pastoris nequaquam fastidientis, iniunctum est Metropolitano eius, vt adiunctis secum aliquot Episcopis, ad oppidum Niuernense accederet,*

deret, & omnia ibi negotia Ecclesiastica sapienter componeret, ipsum verò Coëpiscopum suum Hermannum apud vrbem Senonum secum haberet, donec æstiuum tempus, quod valde contrarium infirmitati illius ferebatur, pertransiret, & sic Domino annuente abstinentiâ competenti assuetum, Episcopali grauitate instructum, Apostolicis moribus informatum, Clerus & populus eum ad sedem propriam vtiliter fauente Dei gratiâ renocaret. Cùm aliis Episcopis adstitit
853. Synodo Suessionensi anno 853. eodémque anno in Vermeriensi: postquam verò conualuisset à morbo, Ecclesiæ suæ moderamini restitutus est; hoc posterius, Concilij Vermeriensis definitionis verba tomo 3. Concil. Sirmondi clarè indicant. *OMNIBVS sanctæ dilectionis fratribus, ad quorum hæc poterunt peruenire notitiam, Vuenilo Senonum, Hincmarus Remorum, Paulus Rotomagensium, Amalricus Turonum Archiepiscopi, &c. apud Vermeriam palatium iussu gloriosi Principis Karoli, anno ab Incarnatione Domini 853. indict. 1. VI Cal. Septembris, in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi synodaliter congregati, salutem. Notum fraternitati vestræ fieri volumus, quia nuper instanti anno, per præsentem primam indict. apud vrbem Suessionum X. Cal. Maij ad Synodum conuenientes, cui sacro Conuentui idem gloriosus Rex suam est dignatus exhibere præsentiam, inter cætera Ecclesiastica negotia, de venerabili fratre nostro Herimanno Niuernensis vrbis Episcopo quæstionalis est ratio nobis oblata: videlicet quia infirmitate præoccupatus, seu præpeditus corporeâ, sæpe ineptire, & quædam quæ ad naufragium rerum & facultatum Ecclesiasticarum pertinere, atque ad saluationem, ac debitam seu rationabilem dispensationem impedire poterant, nisi celeri remedio subuentum foret, agere indiscrete soleret. Cuius suggestionis certa experimentorum documenta euidentius perquirentes, aliquanta inuenimus, quæ nobis fidem fecerunt aliis quæ audieramus sensum accommodare. Vnde secundum quod in Decretalibus B. Gregorij exemplo reperimus, statuimus illi Oeconomum persuadere, qui ei suffragium, & Ecclesiæ sibi commissæ custodiam debitam & canonicam exhiberet, donec annuente Domino, isdem frater venerabilis à sua infirmitate optabiliter conualesceret. Sed quoniam intimatum est nobis, in suâ Ecclesiâ neminem posse reperiri, qui interim eundem venerabilem, partim indebitâ fortè pietate, partim reuerentiâ senioralі, secundùm modum à nobis constitutum custodire aut vellet, aut posset, consilij consultu illum hortati sumus, vt cum domno Vuenilone prænominato, scilicet reuerentissimo confratre nostro & Archiepiscopo suo maneret, illeque ei conuenienti studium impertiri curaret, & Ecclesiæ Niuernensi ea quibus indigeret visitatorio officio impenderet & ordinaret, quousque æstiuum tempus, quod huiusmodi infirmitati, quâ impediri dicebatur, valde contrarium est, pertransiret, & sæpe fatus dilectissimus ac venerabilis frater noster, vt prædiximus, à suâ infirmitate immelioraretur, & suæ potestati, suæque ipsius custodiæ, suæque Ecclesiæ dispositioni, vt est debitum, restitueretur. Quæ quoniam gratias Deo ad votum, iuxta diuinam ordinationem, vt fuerant disposita, sunt quoque perducta, & canonica habet auctoritas, vt ab vno quilibet reiectus Episcopo, non dicamus à tantis pro tempore, & ad tempus remotus secundùm quendam modum Episcopis, non recipiatur sine testimonij, aut literarum euidentissimo documento: per hos nostræ humanitatis apices, plerumque dictum venerabilem fratrem nostrum suæ ditioni & potestati, atque Episcopali custodiæ, suæque Ecclesiæ gubernationi debitè restituimus: & nos eum non morum vitiis, aut peccatis publicis, quæ censura damnat Ecclesiastica, à suâ illum Ecclesiâ aliquantulum remouisse, quod sine apertâ conuictione, vel manifestâ confessione fieri non licet, quia de re & non libet, sed corporeæ suæ infirmitati, & Ecclesiæ sibi commissæ necessitati, pietatiue consuluisse manifestissimè demonstramus. Quod vt præsentibus scilicet & futuris temporibus enucleatiùs cognoscatur, his gestis manibus propriis subterfirmare decreuimus.* De Herimanno eadem infirmitate laborante hæc subiungit Nicolaus Papa epistolâ ad Vuenilonem Archiepiscopum sub annum 862. Suggerit sancti- «
tas vestra, Herimannum Episcopum « 862.
morbum incurrisse, quo diu impeditus «
est Episcopale rectè implere officium. «
Sensus enim, vt vestra ipsa verba ponamus, aliquoties integritate priuatus, «
quædam insano simillima admittebat: «
miramur reuerentiam vestram eum ve- «

„ nire ad Synodum coëgisse: præsertim A „ cùm ipsi testem iniſano hùc similem, „ & in eadem adhuc infirmitate mane- „ re: quem, si ita grauatur, magis con- „ uenerat sanctimonium vestrum suble- „ uare, quàm pondus eius ponderi su- „ peraddere: Indicatis autem illum su- „ per quibusdam excessibus fuisse fre- „ quenter accusatum. Pro quibus, quia „ ex parte ipsius persona deest, nos vni „ parti ad alterius discrimen credere „ proculdubio non possumus, quamuis „ nec vsque adhuc qui fuerint illi exces- „ sus dixeritis, nec vtrum sanâ erat „ mente idem Antistes, nécne, cùm „ ipsos excessus perpetrabat, euidenter B „ ostenderitis. Idem porrò Herimānus scribit Clero Parisiensi de electione Æneæ Episcopi ordinandi. Sirmondus in Notis ad Caroli Calui Capitula docet, constituisse apud Ecclesiam Niuernensem Canonicos numero LX. quos stipendiis opulentis partim ex facultatibus Ecclesiæ, partim verò ex propriis prouentibus locupletauit, certas aliquot villas delegando, quas nominanim Coquillæus in Historiâ vocat Parrigniacum, Sauigniacum, Veringas & Guerigniacum; donationum exemplaria asseruantur in armariis Ecclesiæ Niuernensis. Item C moniales in æde Sancti Genesij Neuernis, duóque xenodochia à se erecta auctoritate Karoli Regis approbari obtinuit. Humatus est in basilicâ Sanct monialium Niuernensium, in capellâ D. Ioannis Euangelistæ, tumulo ex lapide, qui quatuor columnis fulcitur.

18. Raginus; cuius gesta obliuione vetustatis obliterantur.

19. Abbo regnante Carolo Caluo floruit, subscriptúsque habetur Synodo Suessionensi 3. 866. Tricassinæ D 867. Pontigonensi 876. Tricassinæ 2.

866. anno 878. Ei verò & Ecclesiæ suæ hoc priuilegium indulsit donationis Magniaci Rex Ludouicus Balbus, documentum enim vetus tabularij Cathedralis scribit in hunc modum: *IN NOMINE Domini æterni & Saluatoris nostri Iesu Christi. Ludouicus misericordiâ Dei Rex. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, quia ABBO Neuernensis Ecclesiæ venerabilis Episcopus, ad nostram accedens excellentiam, ostendit nobis præcepta genitoris nostri piæ memoriæ Caroli Imperatoris Augusti, in quibus erat insertum, qualiter idem dominus genitor noster quasdam res, & mancipia suæ proprietatis, eidem Ecclesiæ Neuernensi, quæ est constructa in honore S. Cyrici Martyris, contulerat, atque subijciendo affirmauit. Deprecatus est regiam celsitudinem nostram, quatenus ipsas res & mancipia sicut dominus genitor noster egit, præcepto nostræ auctoritatis ipsi Ecclesiæ Niuernensi concederemus: cuius precibus libenter acquiescentes, concedimus easdem res & mancipia ipsi Ecclesiæ Niuernensi cui præfatus Episcopus Abbo præesse videtur, & statuentes præcepta genitoris nostri perpetuò subiiciendo delegamus, id est Magniacum vicum vbi B. Vincentius corpore quiescit, cùm omnibus appendentiis, & aliis mansis ibidem aspicientibus, sicut in præceptis nostri continetur genitoris. Vnde altitudinis nostræ præceptum hoc fieri, illique dari iussimus, per quod præcipimus, vt memoratas res tam ipsi quàm successoribus Episcopus subiectas, ad præfatam Ecclesiam Niuernensem cùm omnibus sibi pertinentibus, sicut in præcepto suæ auctoritatis genitor noster Imperator regni Aquitanici, prædicto S. Vincentio confirmauit, quæ in pagis Autissiodorensibus, Augustodunensibus, Neuernensi, Aualensi confugerant, & ibi manere ac residere dignoscuntur, perpetualiter teneant atque possideant nemine inquietante. Volo etiam vt prædictus Episcopus Abbo, siue sui successores cùm Clero sibi commisso, memoriam domini genitoris nostri, ac nostram in suis orationibus habeant. Vt autem hæc nostræ munificentiæ auctoritas in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propriâ firmauimus, & annuli impressione assignari iussimus. Signum Hludouici gloriosissimi Regis, Vualdus Notarius ad vicem Goslent recognouit. Datum 4. Idus Septemb. Indict. XI. anno* 877. *I. regni Hludouici gloriosissimi Regis. Actum Trecas ciuitate in Dei nomine fœliciter, Amen.*

20. Gvignerivs.

21. Emmenvs, reperitur inscriptus tabulæ cartulari Niuernensis, pro Abbatiâ S. Martini, vt innuit hócce diploma ab originali desumptum: In nomine sanctæ & indiuiduæ „

» Trinitatis. Carolus Dei gratiâ Impe-
» rator Augustus. Si fidelium nostro-
» rum autem celsitudinis nostræ petitio-
» nibus accommodaremus, morem præ-
» decessorum nostrorum parentum sci-
» licet Regum & Imperatorum exerce-
» bimus. Igitur cognoscat prudentia &
» inquisitio fidelium sanctæ Ecclesiæ
» Catholicæ præsentium & futurorum,
» quia dum apud Parisius cùm Germa-
» nicis & Francis ad obsidionem sedere-
» mus contra Paganos, Emmenus vene-
» rabilis Episcopus Neuernẽsis Ecclesiæ
» in eadem militiâ nobiscum pernoctãs,
» quadam die præcepta prædecessorum
» nostrorum Imperatorum & Regum
» relegenda obtulit. in quibus contine-
» bantur immunitates sui Episcopij, &
» Abbatiæ, & curtes indominicatæ, &
» reddita beneficia ab auunculo nostro
» Carolo Imperatore, fratre patris no-
» stri Hludouici Germanorum Regis.
» Postulabat itaque prædictus Episco-
» pus, vt præceptum nostræ roboratio-
» nis & consensus priorum patrum ad-
» dere dignaremur. Nos autem si de
» maiore re postulasset, cùm illi prom-
» ptâ mente fauere ob reuerentiam sui
» Sacerdotij conabamur, adepto consi-
» lio cùm primoribus palatij nostri, pro-
» bauimus quod .... precabatur agen-
» dum; morem denique Regum & Im-
» peratorum, patres scilicet & auuncu-
» los nostros imitantes, & eorum insti-
» tuta toto animo obseruare optantes,
» constituimus præcepti constitutum
» conscriptum Neuernensi Ecclesiæ, &
» venerabili Pontifici Emmeno de Ab-
» batiâ S. Martini Neuernensis suâ, &
» de omnibus redditibus de Amfiaco
» & mallis eius, vt sunt ab antiquo; ita
» etiam ex hoc tempore omnia conser-
» uentur, de Vrsiaco, & Variniaco, &
» mallis eius ex antiquitate conseruatis,
» & hoc præceptum manu propriâ con-
» scripsimus, & annulo nostro adsignari
» rogauimus. Signum Caroli gloriosis-
» simi Imperatoris Augusti, Amalber-
» tus Notarius ad vicem Luituardi reco-
» gnoui. Datum 13. Cal. Ianuarias an-
887. » no Incarnationis Domini 887. indi-
» ctione 5. anno 6. regni Caroli Impe-
» ratoris Augusti in Italiâ, in Franciâ
» 4. in Galliâ 2. Acta Parisius in Dei no-
» mine fœliciter. Amen. Præterea do-
no accipit à Karolo Imp. Cellam S.
Reueriani in Comitatu Niuernense,
subiecto exemplari, quod è tabulario
recensetur in hæc verba: In nomine

A *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Karo-*
lus gratiâ Dei Imperator Augustus, &c.
Sit cognitum cunctis fidelibus sanctæ Dei
Ecclesiæ, tam præsentibus quàm futuris,
quoniam Vuillelmo Comite adeunte no-
stram Celsitudinem, exorati sumus ab
ipso, & deprecati, vt ad memoriam re-
duceremus inuiolatam patris sui Bernar-
di Comitis fidelitatem, & pro memoriâ
nostri nominis, & pro redemptione ani-
mæ patris sui Bernardi Comitis, Ecclesiæ
S. Cyrici, cui Emmenus præsidet Episco-
pus, Isodro Abbatiam S. Petri sitam in
Augustodunensi Comitatu, & Cellam S.
Reueriani beatissimi Martyris, sub præ-
B *cepti testamento in dispositione Episcopi*
Niuernensis subditas constituimus. Con-
silio autem adhibito cùm Consiliariis no-
stris, rememorantes cùm quantâ fidu-
ciâ, & animi virtute, & permanenti
fidelitate Bernardus gloriosus Comes
& Marchio se opposuerit contra hostes
nostros, & insidiatores, ac deuastatores
regni contra Bosonem Tyrannum &
sequaces eius, & quàm prompto ani-
mo mori in bello contra supradictos infi-
deles pro excellentia nostræ fidelitatis pu-
gnans amauerit, decentissimum reperi-
mus, vt quod filius eius Vuillelmus Co-
mes & Marchio postulabat, exequeremur.
C *Præcepto igitur propriæ auctoritatis &*
confirmationis res supradictas, Cellulam
S. Reueriani beatissimi martyris sitam
in Niuernensi Comitatu, cùm omnibus
appendiciis suis, villis, syluis, & campis,
pratis, & Ecclesiis, & mancipiis, Iso-
dro, & S. Petri Abbatiam sitam in Au-
gustodunensi Comitatu, simili modo cùm
omnibus suis redditibus sibi pertinenti-
bus Deo, & B. Cyricio martyri, & præ-
sidibus ipsius Ecclesiæ ad possidendum &
disponendum, & dominandum subiuga-
mus, vt indulgentiarum Dominus nobis,
& illi fideli nostro si in aliquo deliquit,
contra Rectores ipsius Ecclesiæ Niuer-
D *nensis, in futuro de omni excessu reatus*
dignetur esse propitius. Deinde hoc de-
cretum largitionis nostræ, vt perseueranti
auctoritate consistat, subtus propria ma-
nu signauimus, & impressione annuli no-
stri præcipimus sigillari. Signum Caroli
gloriosissimi Imperatoris Augusti. A-
malbertus Notarius ad vicem Lithuar-
di recognoui. Actum xv. Cal. Septemb.
anno 5. regnante domino Carolo Impe-
ratore in Franciâ v. in Italiâ iv. Indi-
ctione vi. fœliciter.

22. Agglarivs.

23. Franco in Episcopatum

893. succeſſit anno 893. donauit Eccleſiæ A
Niuernenſi inſulam ſuper Elauerim:
cui Rex Odo ſequens indulget pri-
uilegium, quod iis verbis exſcripſimus
» è Cathedralis pancartâ: IN NOMINE
» Domini Dei æterni & Saluatoris Ieſu
» Chriſti. Odo clementiâ Dei Rex. Si
» ea quæ inter ſe fideles loci, temporiſ-
» ve commodâ opportunitate ex rebus
» propriis, aut iure beneficij ſibi com-
» miſſis, causâ augmenti meliorationis
» iuſtè & legaliter agendum deliberaue-
» rint, noſtris confirmamus edictis. Re-
» giæ nimirùm Celſitudinis morem per-
» ſequimur, idque ad regni diuinitùs
» nobis collati tutelam perficere non B
» dubitamus. Ergo cunctorum ſanctæ
» Dei Eccleſiæ fidelium ſolertia noue-
» rit, quoniam adiens noſtræ præſen-
» tiam ſerenitatis FRANCO venerabi-
» lis Epiſcopus ſanctæ Matris Eccleſiæ
» Niuernenſis, quæ conſtructa & dedi-
» cata noſcitur in honore ac nomine
» pretioſi martyris Cyrici, humiliter pe-
» tiit vt quandam precariam quam cùm
» Raoncone fideli noſtro, cùm aſſenſu
» Fratrum Chriſto inibi militantium ex
» rebus iam dicti S. Cyrici, ſanctique
» Martini fecerat, præcepto noſtræ
» eminentiæ confirmare dignaremur.
» Sunt autem hæ res quas iam dictus C
» Franco Epiſcopus memorato Roco-
» ni dedit, in pago Matiſcenſi in villâ
» Fiſciaſco, de poteſtate S. Cyrici man-
» ſos 3. veſtitos, cùm terrâ ipsâ, ad ipſam
» poteſtatem in eadem villâ aſpiciente,
» & in villâ Circiaco manſos 2. veſtitos,
» in villâ quoque ..... de poteſtate man-
» ſos 2. apſos, & de rebus S. Geneſij
» æquè manſos 3. apſos, & in pago Ca-
» bilonenſi villâ Cacenaco de rebus S.
» Cyrici manſos 4. de ratione verò S.
» Martini in villâ Montis Eccleſiam
» cùm mancipio vno, terráque ad ipſam
» pertinente veſtitâ 1. pro hac verò re-
» rum præſtariâ poſſeſſione, conferre D
» præfatus Roco ſuprascripta matri Ec-
» cleſiæ ex rebus propriis in pago Matiſ-
» cenſi, in villâ Colonias manſum 1. &
» in Iuuiniaco manſum 1. eo iure tam
» ipſe quàm coniux eius Garna, eorúm-
» que infantes Raculphus ſcilicet &
» Tendrada, vſufructuario in ſuâ ha-
» beant vitâ, annisque omnibus in feſti-
» uitate Sancti Martini ſoluant Rectori
» ſanctæ Eccleſiæ præſcriptæ pro cenſu
» ſolid. x. póſtque eorum diſceſſum
» vtræque res melioratæ reuertantur
» cùm omni integritate ad poteſtatem

S. Cyrici. Fauentes itaque libentiſſi- «
mè precibus memorati Epiſcopi, hoc «
noſtræ ſublimitatis præceptum fieri «
iuſſimus, per quod iubemus, vt iuxta «
præſcriptionem diſpoſitionis præ- «
ſcripti Epiſcopi, dictus Roco cùm «
vxore, & nominatis infantibus, aſ- «
criptas res, ſaluo per omnia iure Ec- «
cleſiaſtico teneat, atque vſufructua- «
riò poſſideat. Et vt hoc noſtræ aucto- «
ritatis præceptum ius in Dei nomine «
per tempora ſuperuenientia ſubſiſte- «
re valeat, manu propriâ ſubterfirma- «
uimus, noſtróque annulo ſigillari iuſ- «
ſimus. Signum Odonis glorioſiſſimi «
Regis. Data 5. Idus Iulij. Indict. 12. » 894.
anno 7. regnante Odone glorioſiſſi- «
mo Rege. In quibuſdam codicibus
obſeruatur illum Synodum diœceſa-
nam congregaſſe.

24. ATTO cognominatus Coo-
perator apud Coquillæum, Archi-
diaconus anteà Eccleſiæ: memoriam
ſui ad poſteros reliquit inſtauratione
maioris templi, quam ſtucturâ qua-
dratâ abſoluit.

25. HAIMO in eadem Sede flo-
ruit an. 916. at Siguinus Comitatum 916.
Niuernenſem anno 919. gubernabat,
vt docent tabulæ Niuernenſes.

26. TEDELGRINVS præfuit
anno 928. quem Rex Rodulfus piâ li- 928.
beralitate, ad deprecationem Gofre-
di Comitis Niuernenſis hoc priuilegio
cohoneſtauit, quod ab authentico
exemplari Cathedralis num. 35. in
hunc modum eruitur. IN NOMINE
*ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Rodul-
fus gratiâ Dei Rex. Regiæ Celſitudinis
magnificentia ſolemniter exigit, vt fide-
les noſtros claros debeamus honoribus ſu-
blimare. Idcirco cognoſcat totius regni
noſtri venerabilis fidelitas, quia accedens
ad manſuetudinem noſtram Gozfredus
Comes ſatis reuerenter expetiit, vt*
TEDALGRINO *Niuernenſis Eccle-
ſiæ Præſuli, quaſdam res poteſtatis no-
ſtræ, quas ei in beneficium dederamus,
regij præcepti inſtitutione confirmaremus.
Cuius petitionibus et promptiſſimè ceſſi-
mus, quò magis eos noſtris ſeruitiis habi-
liores & promptiores eſſe cognoſcebamus.
Ideóque ad deprecatum iamdicti fidelis
noſtri, iuſſimus præfato Antiſtiti hoc re-
gale præceptum fieri, in quo conformiter
decernimus, ac decernendo firmamus, vt*

Amangias villam cum Ecclesiis duabus ad se pertinentibus, Biliacum videlicet & Monasteriolum in pago Eduense situm, & quartam partem Briennonis villæ in pago Niuernense, cùm Ecclesiis similiter duabus, quarum altera vocatur S. Genouefa, altera Cauaroca, quatenus destinatus Pontifex & successores eius diebus vitæ suæ teneant, atque possideant, eo seruato tenore, vt ex Amangiis nonas & decimas S. Symphoriano: & x. sol. den. ad refectionem Fratrum eiusdem loci per singulos annos exsoluant, vt ex Briennone S. Andreæ, eiúsque Rectoris nihilominus reddant. Vt autem hæc nostræ munificentiæ largitio firmior habeatur, & stabilis conseruetur, manu propriâ eam firmauimus & annuli nostri impressione iussimus sigillari. Signum Rodulfi serenissimi Regis: Hugo Cancellarius ad vicem Anchisi Episcopi recognouit & subscripsit. Actum Autissiodori 11. Idus Decembris, indictio-
935. *ne 6. anno 13 regnante gloriosissimo Rege Rodulfo.* Largitus est Ecclesiæ suæ vicum Tuciacensem in vicariâ Magniaci, anno XII. Ludouici Regis.

27. GAVBERTVS, cuius reperitur mentio in tabulariis Niuernensibus anno 942. & 958.

28. NOTRANNVS ex Abbate S. Petri Viui, & S. Remigij Senonensis, ac B. Petri de Bethleem aliàs de Fer-
969. rariis, obtinuit Episcopatum an. 969. constituit verò vt Canonici in commune viuerent, quibus cessit Ecclesias B. Medardi de Arciis, S. Vincentij apud Priam, & S. Stephani de Sauiniaco circiter an. 986.

29. ROCLENVS sedit anno primo Ludouici v. Carlouingæ stirpis vltimi, donauítque Canonicis Capellam Baleraij, in cuius rescriptis Præpositus, Decanus, & cæteri fratres Congregationis S. Cyrici in commune viuentes recensentur. Suspensus est à Pont. Max. quòd consecrasset Stephanum Episcopum Aniciensem cùm Dagberto Archiepiscopo Bitu-
999. ricensi apud Baronium 999. nominatur cùm Ludouico Rege, Henrico Duce Burgundiæ, & Guillelmo Comite Niuernensi.

30. GERARDVS memoratur anno 1013. in veteribus Ecclesiæ sancti Cyrici cartulariis. 1013.

31. HVGO I. cognomento Magnus, qui regnantibus Roberto & Henrico vixit, recensetúrque in cartulario Flauiniacensi anno 30. Roberti Regis à coronatione, cùm Landrico Niuernensi Comite, & Gerardo Sinemurensi: item in diplomate pro Canonicis Regularibus Vngiacensibus 1032. interest synodis Senonensi 1032.
& Trecensi 1048. ac Vercellensi in Italiâ contra Berengarium Archidiaconum Andegauensem; vnde rediens die 8. Maij ad meliorem vitam migrauit: Canonicis suæ Ecclesiæ ad sustentionem quædam bona & latifundia impertitur, assensu Ebrardi Archidiaconi, qui ea feudi beneficio possidebat; necnon Ecclesiam S. Firmini de Bussiaco, & quasdam alias ex cessione Guidonis Archidiaconi, prout notatur in archiuis Cathedralis.

32. MALGVINVS qui ius diuinum Niuernensibus dixit anno 1050. ex 1050.
documentis S. Cyrici.

33. HVGO II. nepos Gaufridi Episcopi Autissiodorensis, à quo presbyteratu initiatur, in eadem Ecclesiâ Autissiodorensi Præpositus, cùm vitâ piâ & austerâ claruisset, meritis suffragantibus deligitur Episcopus Niuernensis retentâ Præposituræ dignitate: solemni autem ritu cathedram adeptus anno 1058. sacro interfuit Philippi I. Regis 1059. quem tamen vult æra longè posteriori Coquillæus Episcopatum conscendisse
1074. die festo Omnium Sanctorum, 1074.
adstantibus Præsule Autissiodorensi, & Comite Niuernensium Guillelmo: in eâ solemnitate bona Cathedrali suæ è patrimonio erogauit; & reliquam portionem xenodochio ad vsus infirmorum, alteram verò monialibus B. Mariæ Niuernensis, ac Religiosis Diui Stephani. Sub eo Pontifice cœpit instaurari an. 1083. à Guilielmo Comite 1083.
Monasterium S. Stephani Niuernensis. Idem Hugo donauit Canonicis Ecclesiam S. Arilij cùm piscationum libertate, pro nutrimento Clericorum in vigiliâ S. Cyrici. Fundauit etiam Prioratum Lurciburgi sub inuocatione S. Geruasij an. 1088. ipsóque pon-

tificante conditur alter Prioratus S. Victoris à Guillelmo Comite, qui eum subiecit cœnobio Charitatis super Ligerim, consentiente Hugone
1085. Episcopo 25. Iunij 1085. Sepelitur in Ecclesiâ S. Stephani Niuernensis cùm Roberto Autissiodorensi Antistite, ac priùs eiurato Episcopatu habitum monachi susceepit.

Nivers. 34. Robertus de Nevers I. Guillelmi Comitis Niuernensis filius, pro remedio animæ atque antecessorum, Ecclesiæ B. Mariæ de Caritate indulget confirmationem rerum omnium Ecclesiasticarum & temporalium, quæ in suo Episcopatu ac Comitatu eidem monasterio collatæ fuerant, quod ex originali tabulâ Prioratus de Caritate liquet huius tenoris: In nomine *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Nouerit fidelium sacra posteritas, quòd dominus* Robertus *Vuillelmi Niuernorum Comitis filius, cùm utrôque esset, Præsulatus videlicet atque Comitatus honore sublimatus, pro animæ suæ remedio, antecessorúmque suorum perpetuâ salute, Deo, & S. Mariæ de Caritate, ad vsus & stipendia degentium ibidem monachorum, quidquid à fidelibus datum eisdem de rebus tam Ecclesiasticis, quàm etiam militaribus, vel mundanis fuerat, in Episcopatus, Comitatúsque sui honore, & quidquid deinceps dabitur, concessit, annuit atque laudauit, ac proinde equum vnum optimum à Priore domino Vuillenco accepit. Concessit autem prædictæ Ecclesiæ monachis mansum Charliaci, quem Hugo Supercracensis donauerat, & cætera, vt prælibatum est, quæcumque de feodo, vel honore suo tam Episcopali, quàm Comitali collata, & conferenda sunt, vt ea perenni dominio & iure irrefragabili possideant. Actum publicè apud Marchiam castrum sub præsentiâ domini Vuillenci Prioris, Ludouici quoque, atque Giraldi monachorum, testibus Seguino milite Niuernensi, Leterico de Chalento, Vidone de Chastone, Rodulo, Martino, & aliis quampluribus. Anno ab Incarnatione Domini* M. XCIV. *Philippi autem Francorum sceptra gerentis.* 1094. De hoc Præsule Coquillæus, & Cotignonus silent in Catalogis; eius quippe notitia debetur MS. schedis v. cl. Abbatis de Villalupe suprà memorati.

35. Guido substituitur in locum Roberti Niuernensis: quòd liquet ex citato documento, non Hugonis, quemadmodum affirmant vulgati catalogi: eo sedente Canonici S. Cyrici donauerunt Abbatiæ B. Laurentij basilicas sanctorum Lupi & Gildardi: Dedicationi Ecclesiæ B. Stephani Niuernensis extra muros ciuitatis interfuit an. 1097. instauratæ per Guillelmum Comitem, quámque subiecit 1097. Hugoni Abbati Cluniacensi, vt docet diploma dotationis, in analectis ad Bibliothecam Cluniacensem auctore Quercerano iam editum, quod B ad vberiorem rei notitiam hîc adiici curauimus: sic autem habet: « In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, « Patris & Filij & Spiritus sancti, ego « Vuillelmus Dei gratiâ Niuernensis « Comes, notitiæ tam præsentium quàm « futurorum, litterarum apicibus, tradere volo, ne aliquâ vetustatis abolitione in obliuionem veniat venturæ « posteritatis, qualiter monasterium, « cuius primus fundator extiterat B. « Columbanus, in honore Natiuitatis « Saluatoris nostri Iesu Christi, & B. « Mariæ semper Virginis, gloriosique « C Protomartyris Stephani, necnon & « dilecti domini discipuli sancti Ioannis « Euangelistæ, sanctorúmque Innocentium in suburbio Niuernensi, propriis « sumptibus reædificaui, possessionibus ampliaui, ornamentis etiam Ecclesiasticis decoraui, atque ab omnibus exactionibus seu consuetudinibus liberum, domno Hugoni Abbati Cluniacensi, & per eum Cluniacensi Ecclesiæ perpetuò possidendum, ordinandum, & disponendum, « cùm omnibus pertinentiis suis tradidi. « Ego enim Vuilelmus diuinæ pietatis « inspiratione compunctus ad memet- « D ipsum rediens, cæpi mentis oculum in « contemplationem rerum transeuntium infigere, & in iis quæ in huius nostri ruentis semper in deteriora sæculi « cursu fiunt, plurimùm immemorari, « &c. Insedit itaque animo, instigante « me, & exhortante domino Hugone « priùs quidem Decano, posteà verò « Niuernensi Episcopo, iam dictum « beatæ Dei genitricis, necnon & gloriosi Protomartyris Stephani monasterium iam iam dirutum, & omninò « pessundatum, funditùs reædificare & « religiosos monastici ordinis viros inibi «

» constituere, quos inter me & Deum A
» haberem mediatores, & apud supre-
» mum iudicem pro peccatis meis inde-
» fessos intercessores. Vt igitur quod
» corde conceperam in effectum pro-
» ferrem operis: primùm quidem ip-
» sum locum alti fortísque muri clausu-
» râ per circuitum ambiui: deinde nobi-
» le monasterium cùm tribus turribus
» satis pulchro venustóq; opere, quem-
» admodum ab intuentibus videri po-
» test, construxi. Claustra quoque &
» officinas, quæ fratrum numero Deo
» inibi famulantium sufficere possent,
» cùm Capellâ infirmorum ædificare cu-
» raui. Ornamenta quoque Ecclesia- B
» stica, eidem loco contuli, duas videli-
» cet cruces, vnam auream, & aliam ar-
» genteam, textúmque argenti deaura-
» tum, thuribulúmque argenteum, &
» Capsam argenteam, duo quoque pa-
» ria Candelabra de argento, cùm calice
» aureo, & tribus capis, ac vnâ Casulâ.
» Ad substantationem quoque seruo-
» rum Dei inibi commorantium, meo-
» rum vtique in cœlesti curiâ, aduoca-
» torum, dono, & concedo Deo, &
» beatæ Mariæ semper Virgini necnon
» glorioso protomartyri Stephano, cæ-
» terísque sanctis inibi veneratis & su-
» pradictis fratribus Cluniacensibus, eo- C
» rúmque successoribus, totum bur-
» gum sicuti modò pro burgo habetur,
» aut vnquam meliùs habebitur qui
» iam ex re nomen habés, Burgus sancti
» Stephani appellatur, cùm terrâ & ho-
» minibus inibi hospitatis, seu hospita-
» turis, omnibúsque consuetudinibus
» quas inibi habebam, nihil mihi peni-
» tùs in eâ retinens. Sicut enim de meis
» peccatis nullum mihi à supremo Iudi-
» ce in die extremi examinis volo reser-
» uari, sed potiùs omnia condonari, ita
» & in hoc dono nihil mihi retineo, ni-
» hil reseruo, sed totum quidquid illud
» est, quod ibi habebam, vel habere D
» poteram, si hanc donationem non fe-
» cissem, Deo & beatæ Mariæ semper
» Virgini, ac beato protomartyri Ste-
» phano & monachis eiusdem loci dono,
» & concedo: nisi quòd si fortè homi-
» nes de terrâ meâ pro tollendâ consue-
» tudine meâ, se mihi subtrahendo hanc
» terram ad habitandum delegerint,
» Prior qui eam habebit in eis consuetu-
» dines & iustitiam suam sicut in cæteris
» hominibus suis eiusdem burgi, mihi
» tamen seruiant sicut homines mei.
» De aliâ verò terrâ, vel prouinciâ qui-

cumque adueniens, hanc terram ad «
habitandum elegerit, liber sit ab omni «
meâ, meorúmque hominum iustitiâ, «
& consuetudine, monachísque tan- «
tùm seruiat, & respondeat. De cæte- «
ro sint omnes homines huius burgi «
terram inhabitantes, futuris semper «
temporibus liberi & immunes ab om- «
ni exactione, iustitiâ & consuetudine «
meâ, meorúmque hominum: & nulli «
vnquam nisi Priori, & fratribus eius- «
dem loci seruiant, vel de aliquo fore «
facto respondeant: nullíque vnquam «
hæredum, vel hominum meorum, li- «
ceat hanc à me traditam, & concessam «
libertatem, atque immunitatem in «
aliquo violare, vel supradicti burgi «
homines qualibet occasione inquieta- «
re. Liceat quoque eis mercatores & «
viatores omnes quicumque apud eos «
hospitari voluerint absq; omni cōtra- «
dictione hospitio recipere, fenestras «
& bannos macelli ad vendendum & «
emendum, sicut eis expedierit, & «
Priori placuerit, habere. Quando «
ego bannum fecero de annonâ meâ, «
vel vino, homines illius burgi non ob- «
seruent hanc conditionem, sed omni «
tempore liceat eis vendere & emere «
in omni terrâ monachorum, secun- «
dùm arbitrium Prioris. Si fortè ho- «
mines meos oportuerit ire in aliquam «
expeditionem, seu alicuius mandati «
mei executionem, homines istius bur- «
gi semper in pace remaneant. Sufficit «
enim mihi vt domini eorum monachi «
fortiter pro me apud Dominum inter- «
cedant. Si macellarij de aliâ terrâ ad «
hanc, causâ vendendi carnes aduene- «
rint, ego & domnus Hugo Niuernen- «
sis Episcopus donamus, pro Deo, & «
concedimus monachis infirmis con- «
suetudines nostras. Quòd si homines «
huius burgi duellum inter se firmaue- «
rint, in arbitrio Prioris erit facere de «
eis quod voluerit. Si cùm homine «
meo, seu cùm homine alicuius homi- «
nis mei homo istius terræ bellum fir- «
mauerit, & placitum coram me, aut «
coram Præposito, seu coram aliquo «
homine meo actum fuerit, si Prior, vel «
legatus suus interfuerit, accipiet fide- «
iussores, & iustitiam de homine suo, «
sicuti meus Prępositus accipiet de suo. «
Si verò ad placitum ex parte primi, qui «
hoc faciat, non adfuerit, Præpositus «
meus accipiet, loco Prioris, fideiusso- «
res, & iustitiam de homine ipsius: & «
mox vt eum vel ministrum eius inue- «

» nerit, inuestiet eum de iustitiâ & fide- A
» iussoribus sui hominis sicuti inuestitu-
» rus esset, si præsens in causâ fuisset. Si-
» militer & Prior faciet de homine no-
» stro, si coram eo placitauerit, & opus
» fuerit. Quòd si aliquis reus timore
» perterritus fugiens huius burgi terram
» intrauerit, ex quo pedem in eâ habue-
» rit, non sit ausus aliquis eum insequi,
» vel apprehendere, seu qualibet occa-
» sione infracturam aliquam in eadem
» terrâ facere, sed sit quasi in Ecclesiâ
» securus & liber, quantùm huius terræ
» tenet capacitas. Quotquot autem
» huius burgi fuerint habitatores, fa-
» cultatem habeant vtendi omnibus B
» opportunitatibus & aisantiis, in aquis,
» in pascuis, in syluis, in mercatis,
» & in nundinis, atque in viis, & se-
» mitis, sicut cæteri homines mei sine
» omni contradictione, tam in ciuitate
» quàm extra ciuitatem. Prætereà ego
» Vuillelmus. & ego Hugo Niuernen-
» sis Episcopus donamus huius loci
» Fratribus Cluniacensibus cursum, &
» vsum per omnes syluas nostras ad ca-
» lefaciendum, & ad ædificandum, &
» porcis eorum pastinatium; ego quo-
» que Vuillelmus Comes dono eisdem
» Monachis terram & clausum vinea-
» rum, & censum, & quidquid tene- C
» bam vltra Croam, & ad S. Benignum.
» Dono, & concedo eis, vt homines ad-
» uenæ qui hic hospitati sunt, vel hospi-
» taturi liberi sint ab omni meâ consue-
» tudine. Dono & vineas Clementis
» hæretici, & vineas de Bussiliaco, quæ
» fuerunt matris meæ, & hæreditatem
» Rainaldi de Vallano, & allodium
» quod habebam Vernaco, & terram de
» Forgiis cùm hominibus, & consuetu-
» dinibus suis. Dono etiam feudum de
» Moysiaco, qui est prope castellum
» Montis-Onesij quod est in casamen-
» tum, & quod habebam in dominio
» apud castrum Moncellum: dono eis D
» similiter allodium meum de Marcillia-
» co, in quo pars burgi videtur esse quæ
» adiacet castro, & Capellas de Mon-
» cellis, & ea quæ ad Capellas perti-
» nent. Dono etiam decimam salmo-
» num meorum. Hugo quoque de
» Montiniaco pro amore meo concessit
» eis Ecclesiam cùm curte de Luxiaco,
» & ea quæ de terrâ Ecclesiæ quolibet
» modo acquirere potuerit, quia ego li-
» berauì eum de captione Archibaldi
» Burbonensis. Engilbertus Mirepes
» cùm vxore suâ Elisabeth, & filio suo

Rainaldo concedit, & reddit molen- «
lendinum de Moysiaco cùm aquæ- «
ductu & terrâ quæ est in circuitu. Præ- «
tereà ego dedi eis allodium de Melle- «
rano, & concessi terrulam quam dedit «
Bonifacius presbyter iuxta Campum- «
vertum, apud veterem Croam, in vil- «
lâ quæ vocatur Cheuinias, iuxta Alui- «
siacum, medietatem decimæ de anno- «
nâ quæ ad hunc locum pertinebat, re- «
dimo & reddo sicut cætera. Rodul- «
phus de Essartis dedit vineam, & mo- «
dicum allodij pro me, & morte Od- «
donis Titionis apud Campum vertum. «
Dono tres ramatas in flumine proxi- «
mo quæ fuerunt Hugoni de Luper- «
ciaco. Concedo & Ecclesiam S. Pe- «
tri quæ est in suburbio Niuernensi: «
terram quoque & censum, quæ Oli- «
uarius habebat in supradicto burgo, «
dedit pro amore meo, infantibus suis «
laudantibus Gauberto, & Francone «
cùm aliis suis, ex cuius fœdo pars quæ- «
dam erat. Ego verò consuetudines «
quas ibi habebam dimitto. Super hæc «
omnia laudo, dono, concedo & con- «
firmo, vt quicumque huic nostræ «
eleemosynæ fundamento superædifi- «
care voluerit, & de iis quæ de benefi- «
cio vel fœdo nostro descendent, hu- «
ius nostri doni augmentare quantita- «
tem, liceat ei hoc facere, & Mona- «
chis absque aliquâ hæredum meorum «
contradictione recipere. Hæc autem «
omnia sicut scripta sunt dono, conce- «
do, & confirmo Deo, & B. Mariæ «
semper Virgini, gloriosóque Proto- «
martyri Stephano, cæterísque Sanctis «
in hoc loco veneratis, & domno Hu- «
goni sanctissimo Cluniacensi Abbati, «
domnóque Petro Priori, & cæteris fra- «
tribus Cluniacensibus Deo in hoc lo- «
co famulantibus, eorúmque successo- «
ribus, laudante & concedente nepote «
meo Vuillelmo, & Reginaldo Præ- «
posito, cæterísque Baronibus meis, & «
fidelibus In Dedicatione quoque hu- «
ius Ecclesiæ, quæ Idibus Decembris «
facta est, acta est solemniter hæc do- «
natio, præsentibus venerabilibus Epis- «
copis, videlicet domino Yuone Car- «
notensi, Guidone Niuernensi, Galte- «
rio Cabilonensi, Humbaldo Altissio- «
dorensi, & ante altare gloriosæ sem- «
per Virginis Mariæ, gloriosique Pro- «
tomartyris Stephani lecta est hæc «
carta, & confirmata in conuentu & «
audientiâ eorundem Episcoporum, & «
Vuillelmi nepotis mei, cæterorúmque «

qui

» qui affuerunt Clericorum & Laico- A
» rum. Igitur ego Iuo Carnotensis
» Episcopus huius sanctæ Basilicæ con-
» secrator indignus, cùm sodalibus meis
» dominis supradictis Episcopis, prece,
» iussu & voluntate domini Vuillelmi
» Comitis, huius sanctæ Basilicæ funda-
» toris & cæterorum qui affuerunt, ex-
» communicamus, & a liminibus sanctæ
» Dei Ecclesiæ sequestramus horum
» donorum calumniatores, siue rapto-
» res, seu in aliquo defraudatores, nisi
» ad emendationem & satisfactionem
» venerint. Et quicunque similiter in
» huius Ecclesiæ terrâ infracturam fece-
» rit, vel per violentiam aliquid abstule- B
» rit de iis quæ huic Ecclesiæ data sunt,
» vel iustè dabuntur, vel quæ modo
» quolibet acquisita, vel acquirenda
» sunt, maledictio illa super eum veniat
» &c. Actum anno Incarnat. dominicæ
1097. » 1097. Indict. 5. regni Philippi Regis
» Francorum 30.

36. HERVÆVS ex Canonico Autissiodorensi anno 1100. probat donationem Ecclesiæ Sancti Gildardi, & Concilio Trecensi interfuit an-
1104. no 1104.

37. HVGO III. præsens Sacro C Ludouici Crassi Regis Aurcliæ à Daimberto Senonensi Archiep. 1108. qui legauit Canonicis basilicas Deciſæ, S. Parisij de Castro & alias: mortuus 26. Februarij.

38. FROMVNDVS ex Religioso S. Martini Niuernensis ad Episcopalem Cathedram promouetur, quam
1123. rexit an. 1121. & 1123. donauit Canonicis D. Cyrici patronatum plurium Ecclesiarum, vti & S. Martino, cuius templum à fundamentis denuò instaurauit, vti refertur in tabulario Abbatiæ, quam multis beneficiis, decimis, D & Ecclesiis auxit, quas memorat Coquillæus; id probauit Papa Honorius
1129. 2. bullâ datâ 5. Cal. Maij anno 1129. item Innocentius 2. anno 1130. Exemptus è viuis Cal. Decemb vt fert Necrologium istius domus, vbi iacet ad latus sinistrum ante altare Diui Martini; cuius Martyrologij hæc sunt verba. *Obiit piæ recordationis dominus Fromundus Niuernensis Episcopus, qui vnà cùm Magistro Bernardo Ecclesiæ S. Cyrici Præcentore, cùm ipse esset Decanus eiusdem Ecclesiæ, domum istam ab Vuandalorum persecutione penitùs destructam, sancto præeunte Spiritu, reparauit: in quâ etiam religionis habitu suscepto, sub regulari tramite aliquandiu vitam suam & mores coercens, postmodum Cathedram Episcopalem in hac vrbe, diuinâ prouidente clementiâ consequi meruit, quam strenuè regere satagens, plantationem suam piâ sollicitudine fundatam, Domino incrementum dante, radicatam assiduis beneficiis rigare non destitit, ipsam possessionibus quibus potuit, ampliando: eos quos hic Domino seruiendos aggregauerat, omni diligentiâ exhortando, vt professionis suæ memores, ad æternam patriam toto mentis affectu ac desiderio festinarent, in incessu, statu, habitu, in omnibus motibus suis nihil agentes, quod fraternam caritatem & oculos diuinæ Majestatis offenderet: & sic plenus operibus bonis, & eleemosynis, dignè administrato Episcopatus sui officio, propitiâ sibi supernâ pietate, & B. Martini, cui omni deuotionis studio seruierat, subuenientibus meritis, ad cœlestem gloriam creditur peruenisse.*

39. RAIMVNDVS anno 1146. de cuius electione S. Bernardus conqueritur epist. 275. ad Eugenium Papam. 1146.

40. GAVFRIDVS, cessit Ecclesiæ suæ Niuernensi decimas parochiæ de Cheuenone, pro celebratione anniuersarij, vti notat Necrologium: viuebat adhuc an. 1159. 1159.

41. BERNARDVS DE SAINT SAVGE floruit an. 1160. quo sedente Guido Niuernensis Comes in eleemosynam dedit Episcopo, vt Premeriacum liceret propugnaculis munire cartâ datâ apud Colangias 1173. hoc eodem tempore in tabulario Niuernensi reperitur inscriptus titulo dato Vezeliaci ab ipso Comite, pro Aduocatiâ Abbatiæ S. Leonardi Corbiniacensis. Missus est in Angliam cùm Rotrodo Rotomagensi Archiepiscopo à Ludouico Iuniore, ad Henricum, pro reconciliatione S. Thomæ Cantuariensis, in cuius vitâ Bernardi fit mentio, apud Ioannem Sarisberiensem, & Rogerium de Houeden, necnon in cartâ Guidonis Comitis pro Monasterio Stephaniensi. Legauit Canonicis suis Ecclesias B. Leodegarij, de Fogeray, de Belismes, Possi, SAINT SAVGE.

gnolij, Domnimartini, & S. Perusij; atque vnà cùm Thesaurario & Sacristâ Cathedralis dotauit luminaria quæ ante primarium altare S. Cyrici diu, noctúque accenduntur, schedâ confectâ an. 1161. quæ extat in archi-
1161. uis Ecclesiæ: eius anniuersarium notatur mense Augusto.

De Patientia 42. Theobaldvs de Patientia qui interfuit Concilio Lateranensi sub Alexandro 3 anno 1179. extruxit, dotauítque Cartusiam Aponiaci tabulis anni 1185. & primum lapidem apposuit ædificationi basilicæ S. Valieræ Niuernensis, ac Cathedralem lapide sectili cooperuit:
1188. viuebat adhuc 1188. ex documentis S. Cyrici.

43. Ioannes 1. sedit anno
1190. 1190. & fundauit Ecclesiam Collegiatam S. Marcelli de Premeriaco, vbi quiescit in choro ante maius altare sub tumulo lapideo, cui superposita figura Pontificis.

44. Galtervs 1. de quo præter nomen nihil apud Coquillium.

Saint Lazare. 45. Gvillelmvs de Saint Lazare 1. inter Præsules sui temporis illustris, non minori pietate, quàm effusâ in pauperes caritate, & in suam Ecclesiam munificentiâ efflo-
1200. ruit an. 1200. cui Philippus cessit ius Regaliæ mille lib. Parisiensibus 1208. pro præbendis vacantibus in Ecclesiâ, quas Rex sibi rescripto seruauerat, ex manuscripto Niuernensis tabularij: recensetur inter Crucesignatos contra Albigenses an. 1209. apud Petrum de Vallibus c. 14. Cathedralem S. Cyrici multis bonis locupletauit, & auxit, structuram chori ex opere lapideo suis impensis affabrè admodum & ornatè ædificauit eo schemate quo nunc conspicitur. Sub eius Pontificatu statuitur panis distributio inter Ca-
1201. nonicos, & 1201. Collegiata Ecclesia Tannai dotatur. Eius eximiam & miram in pauperes caritatem, plerique omnes temporis Chronographi celebrant, paucos aut nullos sibi similes relinquentis; nam cùm dira fames per Galliam grassaretur, singulis diebus duo millia pauperum aluisse prodit auctor libri, cui nomen, Præclara Francorum Facinora, Nangius, Almaricus Biterrensis in Honorio 3. Vincentius lib. 31. c. 124. Vernerus in Fasciculo Temporum, & cæteri alij. Migrauit ad Dominum die 21. Maij 1221. sepultúsque in choro Cathedralis 1221.
tumbâ lapideâ eminenti, vbi in signum sanctitatis (Galesinius enim in Martyrologio pium eius transitum notat 5. Martij) cœnotaphium incensatur festis solemnibus. Quotannis etiam eius commemoratio celebratur cùm obituario à se fundato.

46. Gervasivs de Chasteav-nevf, Geruasij dynastæ de Castronouo in pago Timerensi, de Bresoliis, & Senonchiis, Baronis nobilissimi, & Margaretæ Donziaci, Heruæi Comitis Niuernensis natæ filius erat: ex Canonico Carnotensi, creatur Niuernensis Præsul 1222. qui multa in commodum 1222.
Ecclesiæ suæ acquisiuit; ac legauit cœnobio de Bellomer, Fontebraldensis Ordinis Monialium 20. solidos, posteà id confirmante Hugone 3. domino Castrinoui eius germano, Alienoræ Drocensis marito, anno 1224. mense Maio: de quo sic scribitur in Martyrologio Carnotensi: *pridie Cal. Martij obiit vir nobilis bonæ memoriæ Geruasius de Castronouo, Canonicus Carnotensis, posteà Episcopus Niuernensis, nepos Heruei Comitis Niuernensis, qui caput B. Mathæi Apostoli & Euangelistæ apud vrbem Constantinopolim acquisitum, & inde allatum, huic sanctæ Ecclesiæ præsentauit & dedit.*

Chasteav nevf. De . à 2. Leopards de ....

47. Rainaldvs de Nivernis 1. consecratur à Galtero Senonensi Metropolitano, recensetúrque in actis Curiæ Parisiensis, & in funere Philippi Augusti 1223. necnon in veteri registro cartarum regiarum 1224. in festo S. Ioannis Baptistæ: Turonis autem Regem Ludouicum conuenit cùm turmis militaribus, ex iure seruitij in propriâ personâ Regi debiti. Transegit cùm Capitulo Premeriaci pro decimis an. 1224. & 1225. incolis 1225.
loci vsuarium in nemoribus illius parochiæ concessit, vti docent cartæ tabularij Episcopalis: animam exhalauit 28. Iulij 1230. fundatis duobus anni- 1230.
uersariis.

De Nivernis.

48. Radvlfvs Belvacensis

Beavvais.

Romæ Episcopatum Niuernensem A
1232. administrandum suscepit anno 1232.
vt scribit Albericus in Chronico, de
cuius promotione loquuntur Decre-
„ talia tit. 6. de electione & Electi po-
„ testate cap. 53. quod incipit, Congre-
„ gato Capitulo Niuernensi · excipitur
in vrbem eodem anno 1235. obedien-
tiamque præstat Galtero Senonensi
Archiepiscopo: cuius pariter mentio
habetur in cartâ Archembaudi domi-
1237. ni de Borbonio 1237.

CORNV. 49. ROBERTVS CORNV I.
frater Galteri Senonensis & Alberici
Carnotensis Antistitis, consecratur B
in Episcopum Niuernensem anno
1240 teste eodem Alberico, cuius in-
uenitur item mentio in tabulis Niuer-
nensibus 1251.

CORNV. 50. GVILLELMVS CORNV II.
Roberti nepos, germanus Henrici
Senonensis Archipræsulis, de illo ex-
tat mentio in Actis Curiæ Parisiensis
1259. & in aliis instrumentis Episco-
1267. patus anno 1267.

CLERICVS. 51. HENRICVS CLERICVS
floruit anno 1271. quo fundati Prædi-
catores in vrbe ab Agnete Niuernen- C
si Comitissâ.

1275. 52. GALTERVS II. 1275. Ca-
thedram regebat: huius anniuersa-
rium celebratur in Ecclesiâ S. Cyrici
10. Ianuarij.

GRANDPVY. 53. GVILLELMVS DE GRAND-
PVY III. viuebat anno 1272. ex va-
riis documentis Cathedralis: notatur
eius commemoratio in Necrologio
mense Iunio.

DE CASTELL. 54. MILO DE CASTELLO re-
peritur Niuernenses infulas obtinuisse D
1278. anno 127[illegible].

55. SIMON præfuit anno 128[illegible].
qui Pontificatum vix per annum te-
nuit.

DE MARISIIS. 56. ROBERTVS DE MARI-
SIIS II. sedebat anno 1281. cele-
bratur eius memoria in obituario
mense Iulio.

DE MOLINIS. 57. REGINALDVS DE MOLI-
NIS II. iuxta Ecclesiæ Necrologium,

aliàs Ioannes appellatus, hunc Episco-
patum rexit 1282. cuius nomen inscri- 1282.
bitur obituario, mense Iulio.

58. ÆGIDIVS DE MANCLA- DE MANCLATIO.
TIO I. 1283. hoc eodem anno extant
ad eum Martini 4. Pontificis epistolæ,
in registro Vaticano MS. fortassis
ille est Egidius, in quem comprомi-
serunt Vuillelmus Episcopus Autissio-
dorensis & Robertus Comes Niuer-
nensis de dissidiis Conadæ, ex schedâ
tabularij Niuernensis 1289. 1289.

59. GILO DE CASTRORAI- DE CASTRORAIAVDI.
NAVDI I. qui Archidiaconatum Ni-
uernensem in duos diuisit documento
dato 1293. nempe in maiorem Archi-
diaconatum, & alterum Decisæ: hu-
matur in Capellâ B. Mariæ de Gratiâ
retrò chorum, in æde S. Cyrici.

60. GILO DE CASTELLO II.
vel Egidius anno 1294. reperitur in
monumentis Niuernensis Eccl.

61. BERTRANDVS DE SAINT S. SAVGE.
SAVGE I. in viuis agebat anno 1296. 1296.
qui habet anniuersarium in Cathe-
drali 15. Ianuarij.

62. IOANNES DE SAVIGNY II. SAVIGNY.
dotauit Ecclesiam B. Iuliani in basili-
câ S. Cyrici: per Bonifacium VIII.
Papam delegatus est, vt Moniales
Fontebraldensis cœnobij ad certum
numerum reuocaret, prouentibus mo-
nasterij bellorum iniuriâ multùm im-
minutis, vt patet ex autographo car-
tæ in vigiliâ S. Laurentij scriptæ anno
Domini 1297. Huius & mentio extat
in cartophilacio Niuernensi 1301. fun- 1301.
dauit autem in castris Premeriaci &
Parziaci Capellas: extinctus an. 1314.
instituto anniuersario in Cathedrali,
die 27. Ianuarij.

63. GVILLELMVS BEAVFILS BEAVFILS.
IV. ex oppido Caritatis oriundus,
probat dotationem Capellæ D. Lu-
douici in Cathedrali, Dominicâ ante
festum S. Michaëlis 1315. concordiam
fecit cùm incolis Premeriaci de vsua-
rio nemorum huius loci 1316. ex in- 1316.
strumento archiuij: decessit an. 1319.
pro cuius animâ fit anniuersarium in
Cathedrali 2. Ianuarij.

64. PETRVS BERTRAND I. BERTRAND.

Annonensis, diœcesis Viuariensis, ex A Decano Aniciensi & Cancellario I annæ Reginæ Franciæ renunciatur Antistes 1319. dein Eduensis Episcopus 1326. & Cardinalis, vbi plura de eo.

COLOMBIER. 65. PETRVS DE COLOMBIER II. appellatus BERTRAND, Bartholomæi de Columbario & Margaretæ Bertrandæ filius, qui auunculi resignatoris Eduensis Cardinalis gratiâ, cognomen Bertrandi, & insignia assumpsit; Senator Parisiensis, ex Canonico Podiensi possessionem adipiscitur, solemniter in vrbem inuectus per B Barones Episcopatus feudatarios, ex instrumento tabularij Episcopalis 22.
1337. Februarij 1337. mox Atrebatensis Episcopus, Cardinalis nominatur tit. S. Susannæ à Clemente VI. 1344. die 27. Februarij adhuc in viuis auunculo, vt obseruat Bernardus Guidonis: demum Ostiensis ac Veliternensis Episcopus creatur à Pontifice Innocentio 1353. ex quo mendum est apud Ciaconium, vbi dicitur Purpurâ insignitus 1350. cùm ex libro Obligationum constet ad eam dignitatem assumptum 1344. ex diario manuscripto an. 1355. indict. 8. nono Februarij exiit Aue C nionem, Romam proficiscens Legatus in Italiam ab Innocentio VI. in æde Vaticanâ 4. Aprilis die Paschatis anno 1355. Carolum 4. Imperatorem coronauit, teste Onuphrio; peste interiit die 5. Iulij, aliis 13. anno 1361. iacet ante altare maius Ecclesiæ Cælestinorum Columbariensis monasterij, quos fundauerat in castro suo gentilitio de Columbario, relictis hæredibus eiusdem instituti Patribus propè Auenionem.

ACCIAIOLI. 66. ALBERTVS ACCIAIOLVS nobilis Florentinus è genere Acciaiolâ, D Angeli Cardinalis affinis, ac Leonis filius, qui Episcopus Aprensis in Gallia Bononiensem sedem administrauit ab
1340. anno 1332. ad 134 . quanquam autem Vaticana regestra cp. 143. Benedicti 12. an 6. doceatque Sigonius lib. 3. de Episcopis Bononiensibus eum ad hanc Niuernensem in Galliis Ecclesiam fuisse translatum, dubitat Vghellus tomo II. an fortè idem ille sit Bertrandus Acciaiolus, quem in albo Niuernensium Pontificum Bertrandum de Fumello sequentem appellatum reperit.

FVMELIO. 67. BERTRANDVS DE FVMELLO II. eidem præfuit Ecclesiæ anno 1341. ex archiuis Niuernensibus. 1341.

MANDEVILAIN. 68. IOANNES DE MANDEVILAIN IV. gente Aruernus Claromontensis, ex Clerico Regis Caroli Pulchri, & Canonico S. Quintini factus est posteà Episcopus huius sedis, quam administrabat 1346. inde Atrebatensis Præsul.

VASCO. 69. BERTRANDVS VASCO III. floruit anno 1351. vti constat ex cartulâ pergamenâ, quando brachium S. Arigij Decisæ à tumulo leuauit 28. mensis Maij.

NEVFCHASTEL. 70. IOANNES DE NEVFCHASTEL, V. nobilis Burgundus, Theobaldi Baronis de Nouocastro & Ioannæ Cabilonensis natus, ex Canonico Eduensi Episcopus Niuernensis 1358. inter Purpuratos assumitur tituli 1358. Sanctorum Quatuor Coronatorum à Clemente 7. Pseudopontifice 1389. Benedictum XIII. Antipapam consecrauit; Auenione mortuus 1398. sepulchro conditus est in monasterio Villænouæ Cartusiensium iuxta Auenionem, vbi legitur hoc epitaphium ab Vghello in Episcopis Ostiensibus relatum: *Hic iacet reuerendissimus in Christo Pater bonæ memoriæ Dominus Ioannes miseratione diuinâ Episcopus Ostiensis, sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis de Nouocastro nuncupatus, qui obiit Auenione anno Domini 1398. 4. die Octob.*

Huic Deitas parce, quæ summâ viuis in arce,
Collustrans cælos, sis sibi dulce melos,
Et securamen, sonet omnis spiritus amen.

VILLIERS. 71. PETRVS DE VILLIERS III. ex oppidulo Villarium propè Herbiciam diœcesis Trecensis natus, religione Dominicanus, Doctor in Theologiâ, & Caroli 5. Regis à Confessionibus, Niuernensis deinde Episcopus anno 1361 dicat Capellam Collegij Nauarrici Parisiensis 1373. die Dominicâ 16. Octob. ex inscriptione; interfuitque solemni conuentui habito in Parlamento 1374. per Carolum V 1361.

Regio edicto promulgato de Regni maioritate: translatus inde ad patriæ Episcopatum an. 1375.

Dinteville. 72. PETRVS DE DINTEVILLE IV. nobilis Campanus, creatur Burgundiæ Cancellarius 1375. ex registro
1375. Diuionensi: visitat tumulum Diui Aregij 1378. quo eodem anno Minores in vrbem inducti, fundatrice Margaretâ Flandrensi Comitissâ, & Niuernij.

Colanges. 73. MAVRICIVS DE COLANGIS LE VINEVSES, Dominicanus ex Conuentu Autissiodorensi, ingreditur solemniter Ecclesiam 29. Iulij 1382. Fundauit in Cathedrali anniuersarium, vbi quiescit ad sinistram maioris altaris, & effigies sub tumulo marmoreo conspicitur inscripto hoc epitaphio: *Hic iacet dominus frater* MAVRICIVS *de Colangiis Vinosis, quondam Ordinis Fratrum Prædicatorum Autissiodorensium, qui Conuentuum Parisiensis & Senonensis fuit Lector, postmodum illustrissimorum Principum Caroli 5. & 6. Regum Franciæ Confessor, ac domini nostri Papæ Pœnitentiarius, deinde Ecclesiæ Niuernensis*
1394. *Episcopus: obiit anno 1394. die 16. mensis Ianuarij.*

Froment. 74. PHILIPPVS FROMENT I. Mauricij nepos, ex eodem Conuentu Autissiodorensi Dominicanus, Confessor Ducis Burgundiæ, Cathedram adipiscitur 1394. cui præerat adhuc 1396. 1. Septembris, vt liquet ex fide clientelari ipsi præstitâ hominij terræ Romeroni, in parochia de Chaluzy.

Dangeul. 75. ROBERTVS DE DANGEVL III. diœcesis Carnotensis, Canonicus anteà Parisiensis, Regique Carolo 6. a Secretis, per Metropolitam Senonensem inauguratur Episcopus 1401. memoratur in tabulis Niuer-
1423. nensibus 1423. & 1429. vitâ fungitur 14.. sepultus in maiore Ecclesiâ in quâ plures Missas fundauit, eminenti tumulo ex marmore, ad latus dextrum principis aræ, superpositâ ad viuum effigie, vbi legitur hoc epitaphium: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater dominus* ROBERTVS DE DANGELLO, *quondam permissione diuina huius Ecclesiæ Niuernensis Episcopus, priusque eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus, & Ecclesiarum Parisiensis, & Carnotensis Canonicus præbendatus, ac illustrissimorum Principum, dominorum Caroli Regis Franciæ, & Philippi quondam Ducis Burgundiæ Consiliarius, qui obiit anno Incarnationis Domini 1430.* 1430.
die 22. mensis Iulij, cuius anima in pace requiescat.

76. PETRVS DE POVGVE V. Pougue. Episcopatum obtinuit anno 1430. ex tabulis autem Cabilonensium Episcoporum dispungendus, quibus à nonnullis inseritur.

77. IOANNES GERMAIN VI. Germain. Theologiæ Parisiensis Doctor, Cancellarius Ordinis Velleris Aurei, transfertur ex Niuernensi ad Cabilonensem sedem anno 1436. de quo suprà in 1436.
Cabilonensibus.

78. IOANNES VIVIEN VII. Vivien. Canonicus Ecclesiæ S. Mariæ Parisiensis, post cuius assumptionem ad Præsulatum, illius præbenda fuit collata Guillelmo Quadrigario Alani Historici fratri, de quo Arnulfus Ruzæus in Regalis priuileg. Delegatus est Orator in Concilio Florentino illustrissimi Ducis Burgundiæ & Brabantiæ; habet anniuersarium in Cathedrali quod fundauit die 9. Nouembris.

79. IOANNES D'ESTAMPES Estampes. VIII. ex domino de la Ferte Imbault, Roberti Equitis & Iaquetæ Roland filius, fratres habuit Ioannem Carcassonæ, & Guillelmum Condomiensem Episcopos, ex Thesaurario Niuernensi, Præcentore Bituricensi, ac Ducis Consiliario, Archidiacono Bruxellæ & Cameracensi, Libellorúmque Supplicum Magistro, de Episcopatu prouisus est probante Rege, cui erat à Consiliis; tum confirmatur per Metropolitanum Senonensem, nonobstante controuersiâ eorum, qui bullis pontificiis, contra vsum Pragmaticæ Sanctionis, Cathedram Niuernensem ambiebant vacantem per obitum Ioannis Viuiani, codicillis da-
tis 17. Septemb. 1445. quæ extant in 1445.
tabulario Ducali Niuernensi. Eius electionem annotant quoque registra Vaticana 8. Idus Octobris eiusdem anni, inauguratus Pontifex à Ludouico de Melduno Senonensi Archiepiscopo die 2. Nouemb. sequentis;

festiuo apparatu vrbem suam inuehitur 29. Maij 1446. Ab hoc fundata est in Ecclesia Bituricensi Capella vbi spectantur gentis insignia: resignauit
1461. Episcopatum an. 1461. & obiit 1462. sepultus in Cathedrali cùm Ioanne Episcopo Carcassonensi in Capellâ S. Catharinæ, à se dotatâ; in quâ visitur epitaphium literis aureis exaratum, quod ex Gallico sic habet: *Hic iacent Reuerendi Patres in Domino, dominus Ioannes d'Estampes permissione diuinâ Episcopus Carcassonensis, Consiliarius Regis Caroli 7. & Ærarij eius Generalis, qui decessit Niuernis in palatio Episcopali 25. Ianuarij 1455. dominus* A B *IOANNES D'ESTAMPES eius germanus, Episcopus Niuernensis, & Consiliarius eiusdem Regis Caroli,*
1462. *defunctus est 24. Decembris 1462. hi condidère istam Capellam, & fundauère Missam quotidianam horâ Primæ, &c.*

FONTENAY.

80. PETRVS DE FONTENAY VI Abbas Bellæuallis, & Prior Lurciburgi in suâ diœcesi, ex dominis Turris de Vesurâ in Biturigibus, ingreditur solemniter vrbem 4. Aprilis 1461. per resignationem decessoris Ioannis Stampensis: extruxit Capellam apud Lurciburgum appellatam C de Fontenaio, in quâ plures missas
1490. fundauit. Testamenti tabulis 1490. hæredem nominat Guillelmum de Fontenaio dominum de Turre fratrem, Episcopis Niuernensibus domum suam legat Parisiis in claustro veteri S. Genouefæ, & curatorem huiúsce ordinationis adlegit Petrum de Fontenaio. Mortuus anno 1499. iacet ante aram principem S. Cyrici, vbi tale epitaphium laminæ cupreæ incisum conspicitur: *In reuerendi, atque piissimi quondam Niuernensis Præsulis Domini PETRI DE FONTENAYO, in vtróque Iure Doctoris, deflendum ab omnibus interitum:* D

Ecce Niuernæo PETRVS memoratus in orbe,
Qui FONTE à NAYO nobile nomen habet.
Præsul erat, prodesse volens, præesséque nolens,
Sic onus huic placuit, non vitiosus honor.
Sic noua fulgebat geminati gloria Iuris,
Ornabátque gradum pagina sacra suum:
Elatâ non mente fuit, miseróque popello
Porrexit largâ plurima dona manu.
Assiduè sincera Deo libamina fudit,
Contentúsque suas pastor alebat oues.
Huius in hoc fragili putrescit puluere corpus,
At pius æthereo spiritus axe viget.
Obiit die 3. Iunij anno Domini 1499. 1499.
Episcopatus sui 39. ætatis verò suæ 66.

DALMEIDA.

81. FERRANDVS DALMEIDA natione Italus, sub Alexandro VI. Pont. Max. Romæ officio præfectus, commendante Ludouico XII. eligitur, cui pergratum fecerat, quòd in eadem Curiâ Romanâ dirimendo eius matrimonio cùm Ioannâ Franciscâ Ludouici XI. filiâ industriam operam nauasset: at non confirmatus interiit anno 1500.

CLEVES. De gueu[illegible] au [illegible] carbo[illegible] pommeté & fleuronné d'[illegible] de huict paces percé d'argent.

82. PHILIPPVS DE CLEVES II. Ioannis Cliuiæ Ducis, Niuernii Comitis, & Elisabethæ Burgundæ filius, Ludouici XII. Regis consanguineus, Abbas S. Martini Niuernensis, & S. Vandregisili Fontanellensis in Neustriâ, qui electus vrbem ingreditur 1502. Episcopus item Eduensis ac 1502.
Ambianensis, obiit 1503. Maij 30. ætatis anno 36. de quo Annales Cliuiæ Vernheri Teschenmacher.

BOHIER.

83. IOANNES BOHIER IX. frater Antonij Cardinalis, vtérque natus Austremonio Barone de S. Cirgue, & Beraldâ de Prato, Antonij Cardinalis & Franciæ Cancellarij amitâ. Ex Senatore Parisiensi, & Classis Inquisitionum Præside nanciscitur possessionem 29. Octobris 1508. instaurator castri de Premeriaco: mori- 1512.
tur penultimâ die Iulij 1512.

LA PLATIERE.

84. IMBERTVS DE LA PLATIERE ex dominis des Bordes propè Niuernum, cuius familiæ Imbertus de la Platiere dominus de Bourdillon, Equitum Franciæ Tribunus, Carolo 9. Rege: nepos erat Petri de Fontenayo Episcopi, Priórque S. Eligij Parisiensis, in Senatu Consiliarius, ex Decano autem Niuernensi consecratur Antistes 9. Ianuarij 1512. à Tristando Salazario Metropolitâ: obiit
Parisiis 1518. 11. Februarij, corpus 1518.
relatum sepelitur in Cathedralis Capellâ Nostræ Dominæ de Gratia, in quâ plures missas fundauit, &

in Choro anniuersarium.

ALBRET. De gueulle 85. IACOBVS D'ALBRET I. Ioannis de Lebreto domini Aurexuallis, Comiti Drocensis ac Retelensis, Campaniæ Proregis, filius naturalis, Abbas Commendatarius B. Mariæ de Nigrolacu, & S. Baioli diœcesis Remensis, de quo monasterio prouisus est: tum Decanus Catalaunensis bullis datis Romæ vltimâ Februarij 1504. Cùm ergo ob defectum natalium fuisset legitimatus per Franciscum I. primus Episcoporum huius sedis nominatur, ac secundùm Concordata instituitur à Leone x. diplomate Apostolico anni 1518. mense Martio per obitum Imberti: interfuit Concilio Senonensis prouinciæ habito Lutetiæ 1528. & anno 15.. aduocatis Religiosis Victorini cœnobij Parisiensis, pro reformatione Diui Martini Niuernensis, decessit in domo suâ apud oppidum S. Amandi in Biturigibus 22. Februarij 1539. humatus in Choro iuxta pulpitum è latere dextro: cuius exequias curauit Maria Albreta soror Ducissa Niuernensis.

1518.

BOVRBON. 86. CAROLVS DE BOVRBON Administrator Niuernensis à Rege nominatur 1539. inde Cardinalis & Archiepiscopus Rotomagensis, vbi fusiùs de eo egimus.

1539.

SPIFAME. De gueulle à vn Aigle d'argent. 87. IACOBVS SPIFAME II. ex gente antiquâ Parisiensi, Ioannis domini de Passy & de Bisseaux ex Iaquetâ Ruzæâ quintus filius, frater Ioannis Abbatis de Victoriâ Siluanectensi; ex Libellorum supplicum Magistro, & Præside in Camerâ Inquisitionum, Ecclesiæ Parisiensis Canonico atque Academiæ Cancellario, S. Marcelli suburbani, & de Gassicurte Decano, necnon Vicario generali Caroli Cardinalis Lotharingi Archiepiscopi Remensis, & Abbate S. Pauli Senonensis super Vennam ab Henrico 2. nominatus 1547. vrbem solemniter ingreditur 14. Octob. 1548. Comitiis generalibus conuocatis à Rege apud Lutetiam adfuit 1557. Ianuarij 5. at verò ductâ vxore, vel potiùs concubinâ ascitâ 1559. apud Geneuenses hæreticos ab Ecclesiæ Catholicæ castris transfugit, ibique tanquam explorator capite truncatur 1565. die 25. Martij, quòd fortassis tanti sceleris pœnitentiâ ductus Catholicis fauere crederetur: vide Iolium Cæsarem Bulengerum lib. I. Histor. sui temporis.

1547.

SPIFAME. 88. ÆGIDIVS SPIFAME III. Iacobi nepos ex fratre Gailhardo Quæstore Franciæ generali vltra Sequanam, & Annâ de Marle, Canonicus & Officialis Niuernensis, Decanus S. Marcelli Parisiensis, ac Præpositus Chabliarum diœcesis Lingonensis in Archidiaconatu Tornodorensi: Abbas & S. Pauli Senonum, resignatione patrui cuius erat Vicarius generalis, fit Episcopus 1558. Ecclesiam adiit solemniter Kalen. Ianuarij 1561. interfuit Synodo generali Tridentinæ, defunctúsque Lutetiæ in Cathedralem defertur sepulturæ in Choro, ad latus dextrum principis aræ, cuius tumbæ insculpta hæc verba: *Hic iacet Reuerendus Pater in Domino, dominus Ægidius Spifame, dum viueret Episcopus Niuernensis, & Abbas S. Pauli Senonensis, qui obijt Parisiis 7. Aprilis 1578.* 1558.

SORBIN. 89. ARNALDVS SORBIN, dictus DE SAINTE FOY, Monterichio propè Montalbanum natus, litterarum sacrarum scientiâ longè peritissimus, quam & posteà multis scriptis illustrauit: à Georgio primùm Cardinali Armaniacêsi, Tolosano Antistite, fit Pastor oppidi S. Fidis, dein ipsiúsmet Cardinalis alumnus, & in eius contubernium ascitus, ad maiores dignitates sibi viam aperuit. Quamobrem Estensis Cardinalis, Auscensis Archiepiscopi beneficio dignitatem Theologi in eâ Metropoli consequutus, ab eodem Armaniacensi Cardinali paulò post in Ecclesiâ Tolosanâ idem munus obtinuit; adeò autem scitè & piè doctus ille Theologus populos diuinis mysteriis è sacro suggestu pauebat, vt omnes in sui admirationem protraxerit, Lutetiæque inter Concionatores primas ætatis suæ facilè tulerit; ipse ergo Carolo IX. Regi eamobrem acceptus, illius beneficio à Concionibus sacris deligitur, quod officium sub Henrico 3. & 4. laudatissimè semper obiuit. Nec quisquam Episcopali infulâ dignior visus est insigniri, Sorbino, qui inauguratus Lutetiæ in templo S. Genouefæ Montis die 22. Iulij 1578. à Petro 1578.

Gondio Episcopo Parisiensi, postea Cardinali, sacro operam nauantibus A
Iacobo Amioto Episcopo Autissiodorensi, & Nicolao Fumeo Belloua-
censi; tum Ecclesiam suam inuehitur
die 8. Octob. 1578. cuius curam gessit
totis 28. annis, pietatis, eruditionis, ac
pastoralis disciplinæ singulari exem-
plo, adeò vt à Genebrardo sacrati
Ordinis Antistite celeberrimo, inter
sæculi doctos annumeretur. Carolo
IX. funebri oratione parentauit in
eius exequiis, vti & Margaretæ à Fran-
ciâ Ducissæ Sabaudiæ, Claudiæ Lo-
tharingæ, & Henrietæ Niuernensi
1601. Ducissis 1601. Selectus est porrò vnus B
ex arbitris celeberrimæ illius Colla-
tionis apud Fontembellaquam habitæ
à Iacobo Cardinali Perronio, aduer-
sùs Philippum Mornæum anno 1600.
Hic verò ad palatij Episcopalis orna-
tum & ædificia, Niuernis, tum Vrziaci
multa impendit; vnius præbendæ Ca-
thedralis prouentus Collegio ciuita-
tis, & alterius Canonicatus de con-
sensu Capituli ad sustentationem pue-
rorum Chori in posterum constituit.
Sorbino sedente decessit 1603. mense
Maio Vidus Coquillius Romenaius,
Decisæ in Niuernensi prouinciâ na-
tus, qui magnâ fide & diligentiâ, vt C
de eo loquitur Thuanus, historiam
patriam scripsit; item accuratissimas
de Gallicanæ Ecclesiæ iuribus obser-
uationes, iúsque municipale pro-
prium interpretatus. Vitâ functus est
Sorbinus relicto sui cunctis desiderio
1606. eius cor in basilicâ Capucino-
rum quiescit, corpus autem sicuti te-
stamento cauerat, ante cathedram
Concionalem in naui, quam toties suo
insessu decorauerat, sepulchro condi-
tur, tumulo imposita est statua ex la-
pide, cui incisa hæc Epigraphe: *Hic
iacet Reuerendissimus Pater in Domino,
dominus Arnaldus Sorbin, dictus de* D
*sanctâ Fide, Episcopus Niuernensis, Re-
gum Caroli 9. Henrici 3. & 4. à Con-
cionibus, qui obiit Niuernis primâ Mar-*
1606. *tij 1606. ætatis anno 74. Episcopatus
28. orate Deum pro animâ eius.*

DV LYS. D'azur à trois chiens epaigneux d'or l'vn sur l'autre, & vne fleur de lys d'argent en chef.

90. EVSTACHIVS DV LYS I.
Petri gubernatoris Hurepensis terri-
torij, & Heliæ de S. Phale filius, ne-
pos Guillelmi, vrbis & arcis Cantellæ
apud Boios Præfecti, Francisco I. Re-
ge. Ex Eleemosynario Henrici Ma-
gni, Thesaurario Cathedralis Niuer-
nensis, & sub Arnaldo decessore Vi-
cario generali Episcopatus, quo in mu-
nere annis viginti quatuor Ecclesiasti-
cis muneribus diœcesis cùm laude
perfunctus, Comitiis Generalibus re-
gni Blesensibus, & Cleri Gallicani
Conuentibus sæpiùs interfuit, tan-
dem Episcopatu Niuernensi coho-
nestari ab Henrico 4. meruit, bullis
Pontificiis Pauli V. prouisus, consecra-
tur 1606. 19. Nouembris Meloduni
in basilicâ Collegiatâ Virginis, à Ber-
trando Deschaux Episcopo Baionen-
si, posteà Turonensi Archipræsule,
Claudio Dormy Boloniensi, & Ioan-
ne Bertier Riuensi Episcopis. Iucun-
dum ingressum fecit in vrbem 9. De-
cembris sequentis. Hic benedixit pri-
marium lapidem Ecclesiæ Minimo-
rum S. Francisci de Paulâ, quem Ca-
rolus Gonzaga & Catharina Duces
fundamentis apposuêre anno 1607. 1607.
9. Iunij, & posteà Eustachius conse-
crauit, vti & ædem sacram Capuci-
norum 1611. 19. Iunij. Imposuit quo-
que petram fundamentalem basilicæ
Collegij Soc. Iesu, iam anteà 1571.
fundati à Ludouico & Henrietâ Du-
cibus, quam posteà dicauit, quemad-
modum & Vrsulanarum benedixit
Capellam, Visitationis B. Mariæ,
Carmelinarum, ac Augustinensium
apud S. Petri monasterium, & Car-
melitarum Discalceatorum in vrbe.

DV CHERY II.

91. EVSTACHIVS DE CHE-
RY II. superioris ex sorore nepos, ex
Canonico & Thesautario Niuernen-
si, ac magno Archidiacono, Episco-
pus Philadelphiæ Coadiutor inaugu-
tur in Ecclesiâ Cathedrali S. Cyrici ab
Eustachio auunculo, assistentibus Se-
bastiano Zamet Lingonensi, & Phili-
berto de Brichanteau Laudunensi
Episcopis. Deinde illi demortuo in
Episcopatum Niuernensem successit:
interfuerat Comitiis regni Generali-
bus nondum Antistes 1614. ad Cœtum
Cleri Gallicani Parisiis item delegatus
1635. adhuc superstes commissam sibi 1635.
Ecclesiam moderatur.

OVIO-

NOVIOMENSES EPISCOPI COMITES, ET FRANCIÆ PARES.

Noyon en Picardie.

NOVIODUNUM Belgarum Cæsari, vel Noviomagus Vadicassium Ptolemæo, nunc Noviomus propè Æsiam amnem, sub Archiepiscopatu Remensi, & Parlamento Parisiensi; vetus erat castrum ætate Diui Medardi, nunc Picardiæ nobilis ciuitas, cuius Antistes Comitis ac Paris Franciæ titulo claret; Scriptor vitæ Medardi auctore, vt creditur, Fortunato, eius situm dilucidè explicat in hunc mo- » dum: Dolens vir beatus, Medardus » inquit, ciuitatis Viromandensis, quam » regendam susceperat, iam factam de- » structionem, veritúsque iterandam « Paganorum irruptionem, Nouio- » mum, quam munitionem prænomi- » nauimus, sano satis consilio Sedem » constituit Episcopalem. Est enim re- » gio illa fertilis & amœna, vineis & C » hortis abundans, multâque annonæ » culturâ, bellicosos generans homi- » nes, & in Ecclesiasticis officiis vtriús- » que sexus personas Deo generosè ser- » uientes. Est & regio ipsa syluis circun- » data & paludibus, & suâ ipsius habi- » litate, contra hostiles non parùm » munita excursus. Ipse quoque inter » geminos riuulos constitutus est No- » uiomus, ab Oriente Galliolâ, ab Oc- » cidente Margaretâ circumfluitur; » quos ambos tertius quidam suscipit, « qui Versa nominatur. Et sic pariter » circumfluentes, non longè à mœni- » bus illis in Isaram, qui magni est D » nominis, dilabuntur. Circumquá- » que ibi virent pomœria, grata ibi » planities est & amœnissima, pratís- » que & pascuis virentibus, suis non » modicùm arridet habitatoribus. Est » etiam locus ipse ab Oriente & Occi- » dente rupibus adeò vallatus & riuu- » lis, montibus quoque & vallium cu- » niculis, quo contra plurimam ho- » stium incursionem à paucis commo- » dissimè possit defendi. Succeßit autem Nouiomum Viromanduo diruto, olim vt habet Ferrarius in Topo- A graphiâ, ciuitas Episcopalis Galliæ « Belgicæ præclara & antiqua, nunc lo- « cus cùm Abbatiâ ad fluuiolum qui « in Somonam labitur, inter fanum S. » Quintini & Peronam, medius inter « Cameracum & Nouiomum. Idetiam « insinuat Carolus Bouillus cùm ait, vr- « bem Viromanduorum Vandali Pon- « tificiam Sedem sub Diuo Medardo « tum eius loci Pontifice, à quo Sedes « Nouiomum translata, funditus euer- « terunt; nam hodie Viromandia pa- « gus est exiguus, vix vlla retinens vesti- « gia antiquæ vrbis, præterquàm solius « nominis, quod hodie toti vicinæ re- B gioni in Francorum regno nobilißi- « mæ, & in Parisiorum Senatu primæ « sedet. Porrò censet Hemeræus in Augustâ Viromanduorum illustratâ, Vermandum idem esse ac Augustam Viromanduorum, quod & S. Quintini oppidum appellant, contra quod alij tradunt. Basilica maior Deiparæ Virgini sacra est, quam nobilem Ecclesiam in diplomate Apostolico vocatam legimus; structurâ insignis, ornatur duabus turribus, septem portis, ac pluribus sacellis, augustóque Canonicorum Collegio. Sunt in vrbe plurima monasteria & parochiæ cùm duabus Abbatiis, ac sequentibus in diœcesi contentis.

S. ELIGII NOVIOMENSIS O. B. *Saint Eloy de Noyon.*

S. BARTHOLOMÆI O. A. *S. Barthelemy de Noyon.*

S. BERTINI *Saint Bertin* O. B.

S. IOANNIS IN BOSCO O. B. *Saint Iean aux Bois.*

S. PRÆIECTI *Saint Prejet* O. B.

HUMOLARIUM O. B. *Humblieres.*

S. NICOLAI DE BOSCO O. B. *Saint Nicolas du Bois.*

MONS S. QUINTINI O. B. *Mont Saint Quentin.*

S. QUINTINI IN INSULA O. B. *Saint Quentin en l'Isle.*

HAMETI *de Ham* O. A.

S. ELIGII FONTIS O. A. *Saint Eloy Fontaine.*

VRSICAMPI *Orcamp* O. C.

BIACHVM *Biache fœm.* O. C. A

FERVAQVIÆ *Fervaque* O. G.

GENLIACI *Genlis* O. P.

VERMANDI *Vermand* O. P.

Episcoporum seriem quam modò dabimus, ex monumentis Ecclesiæ collegimus, partim etiam ex Annalibus quos de ciuitate, territorio, atque Episcopis Nouiomensibus, in lucem emisit Iacobus le Vasseur eiusdem Cathedralis Decanus.

EPISCOPI VIROMANDVENSES.

1. HILARIVS I. Viromandensis Ecclesiæ primus Episcopus. B

2. MARTINVS.

3. GERMANVS.

4. MAXIMINVS.

5. FOSSONIVS.

6. ÆTERNVS.

7. HILARIVS II.

8. DOMITIANVS.

9. REMEDIVS.

10. MERCVRINVS, vel MEREO. C

11. PROMOTVS.

12. SOPRONIVS, qui interfuit
subscripsítque Concilio Aurelianensi
511. 1. anno 511.

13. ALOMERVS, qui scholas iuuentuti Viromandensi bonis literis ac moribus erudiendæ aperuit, sanctúmque Medardum, si fides Fortunato, inter alios auditorem habuit.

EPISCOPI NOVIOMENSES.

14. S. MEDARDVS, sanctitatis famâ eo sæculo in primis præstans,
patre Nectardo nobili Francigenâ, D
genitrice Protagiâ Romanâ apud Salentiacum gentilitium prædium in agro Viromaodensi ortus est, germanúmque habuit S. Gildardum Rotomagensem Antistitem. Is cùm vnà Viromandensis, Nouiomēsis, ac Tornacensis esset Episcopus, ab ipso D.
520. Remigio circiter an. 520. inauguratus, Noriomum è Viromanduo sedem Episcopalem transfert, vt est in vitâ ipsius apud Surium: inde etiam Tornacensem cùm Nouiomensi Episcopatum obtinuit post Eleutherij

A Præsulis excessum; adeò vt ab hoc tempore vsque ad Simonem Viromandensem, non alios quàm Nouiomenses Episcopos habuerint Tornacenses populi. Traosiit ad Christum
Medardus 8. Iunij anni 556. aliis 560. 556.
cùm esset in extremis positus, Clotharius Rex visendi huius Pontificis causâ Nouiomum accessit, ac defunctum io prædio Regalis villæ Croiciaci trans fluuium Axonam, in aspectu Augustæ Suessionum delatum, humari honorificè curauit; eiúsque tumulum cellâ, vel paruo tugurio ad tempus cinxit, donec magnificentissimam
B ædem cœnotaphio exædificaret, Gregorij Turoneosis lib. 4. cap. 19. verba hæc sunt: *Tempore Clotharij Regis Sanctus Dei Medardus Episcopus consummato boni operis cursu, & plenus dierum, sanctitate præcipuus diem obiit. Quem Clotharius Rex cùm summo honore apud Suessionas ciuitatem sepeliuit, & basilicam super eum fabricare cœpit: quam posteà Sigibertus filius eius expleuit atque composuit. Ad cuius beatum sepulchrum vidimus vinctorum compedes atque cathenas disruptas, confractasque iacere:* Fortunatus carm. 17. lib. 2. eius vitam ac miracula fusè eoarrauit,
C vti & vitæ Medardi scriptor, quæ sub Fortunati nomine edita apud Surium. Celebre monasterium quod habet Suessione tomo Abbatiarum descripsimus. Huius memoria commendatur apud Fredegarium in Chronico, Sigebertum, Baronium in Aooalibus, & notis ad martyrologium, Annales Flandriæ, atque Ecclesiæ Nouiomensis.

15. AVGVSTINVS, qoem perperam Faustinum Meierus nominat.

16. GVNDVLFVS.

17. CHRASMARVS, cui Chilpericus Rex donat fiscum, monetam & Aduocationem, ex Ioanne Cognato in Historiâ Tornaci Gallicè scriptâ, & Miræo in codice Donationum cap. 2.

18. EBRVLFVS.

19. S. ACHARIVS ex monacho Luxouiensis mooasterij sedit circiter
an. 621. obiit 27. Nouembris, sepul- 621.
tus extra muros in Ecclesiâ Apostolo-

rum Petri & Pauli, in facello S. Georgij. Quo opitulante S. Audomarus eligitur Teroanensis ex religioso eiusdem monasterij Luxouiensis.

20. S. ELIGIVS natione Lemouix, è villâ Catalacensi ab vrbe sex millibus distante, Eucheriâ & Terragiâ parentibus satus: ille à puero sub Abbone fabro aurifice probatissimo apud Lemouicas in eâ arte adeò excelluit, vt patrocinio Thesaurarij Regis, ipsi Clothario ob suam peritiam in concinnandis ac fabricandis operibus auro gemmísque innotuerit; námque vt inquit vita Eligij auctore Audoeno Rotomagensi Antistite & eius sodali; *Factus aurifex peritissimus, atque in omni fabricandi arte doctissimus, inuenit gratiam in oculis Regis, & coram cunctis Optimatibus eius: mortuo intereà Clothario Rege Francorum, Dagobertus filius Monarchiam regni solus obtinuit, à quo Eligius tantâ familiaritate habitus est, vt plurimorum eius felicitas ingens gigneret odium, pollebat magis ac magis in vigiliis, in ieiuniis atque in caritate: fabricabat in vsum Regis vtensilia quamplurima ex auro & gemmis, flagrabat eius vbique fama in tantum, vt si qui ex Romanâ, vel Italicâ, aut Gothicâ, vel qualicumque prouinciâ Legationis fœdere, aut aliâ quacunque ex causâ, palatium Regis Francorum adire pararent, non priùs Regi occurrerent, quàm Eligium aggrederentur.* Narrat idem Audoenus, Solemniacense monasterium in rure Lemouicino exædificasse, monialium domicilium Parisiis, basilicámque in honore Apostoli Pauli, necnon S. Martialis Lemouicensis Pontificis; inter aliâ etiam opera insignia, Sanctorum thecas ex auro & gemmis fabricauit, Germani Parisiensis, S. Martini apud Turones, mausoleum D. Martyris Dionysij in Parisiensi ciuitate. Verùm ob sanctimoniam & meritum Pôtifex tandem assumitur: idem enim Audoenus subiungit hæc in eius vitâ: *Elegerunt ob meritum sanctitatis ad sacerdotale officium cunctis bonis operibus præditum S. Eligium, iam lumine Spiritus sancti irradiatum vt præesset Ecclesiæ Nouiomensi. Decesserat enim eo anno Acharius eius vrbis Antistes. Elegerunt autem cùm eo & Audoenum sodalem eius qui vocabatur Dado, vt præesset Ecclesiæ Rotomagensi. Hoc ergo*

A *modo aurificem inuitum detensum constituerunt custodem vrbium seu municipiorum, Veromanduensis scilicet, quæ est Metropolis vrbs, Tornacensis, quæ quondam fuit Regalis ciuitas: Nouiomensis & Flandrensis, Gandensis, atque Cortuntacensis. Ob hoc autem vel maximè eum his dederunt Pastorem, quod eius regionis incolæ magnâ ex parte gentilitatis errore detinerentur, vanisque superstitionibus satis dediti essent, & tanquam agrestes feræ nullius salutarem sermonem admitterent. Itaque vir beatus cùm se nullo modo ab imposito munere excutere posset, ne in vllo à Catho-* B *licâ regulâ deuiare videretur, non se permisit priùs Sacerdotem consecrari, quàm sub Clericatus normulâ, aliqua temporis curricula exegisset. Eo igitur tempore transacto, & Audoeno à partibus Transligeritanis reuerso, vtrique eo presbytero à domino Deodato Matascensis vrbis Episcopo ordinato: inito consilio pariter sub vnius diei articulo, Apostolicam benedictionem gratuitò meruerunt eo tempore, quo apud Gallias à cuncto populo Rogationes celebrabantur. Conuenientes igitur simul in ciuitate Rotomagensi 14. die mensis tertij, anno 3. Clodouei iuuenculi adhuc Regis, die Dominico ante Litanias,* C *inter cateruas populi, inter agmina Clericorum, inter choros psallentium consecrati sumus gratis ab Episcopis pariter Episcopi, ego Rotomago, ille verò Nouiomo. Atque ita Episcopatu suo suscepto, ad Sedem suam remeans, qualem se deinceps, quantúmque præstiterit, quis dignè valeat explicare. Porrò autem pastoris curâ sollicitus, lustrabat vrbes & municipia circumquaque sibi commissa. Sed Flandrenses atque Andouerpenses, Frisones quoque & Sueui, & barbari quique circa maris littora degentes, quos velut in extremis remotos nullus adhuc prædicationis vomere exararat, principio eum hostili animo & auersâ mente* D *exceperunt. Postmodùm verò cùm paulatim per gratiam Christi eis verbum Dei insinuare cœpisset, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis, conuersa est ad verum Deum & Christo subiecta. Extruxit quoque in oppido Nouiomensi ancillarum Christi monasterium, cui magnam Congregationem, & vitæ senectam institutionem adhibuit: terræ quoque redditus sufficienter delegauit, & omnia quæ essent illi necessaria solerti satis curâ prouidit.* De hâc inauguratione, Dominicâ Rogatio-

646. num 14. Maij 646. Rotomagi cùm A S. Audoeno, meminit item fragmentum de Rebus gestis Dagoberti. Interest Cōcilio Cabilonensi circa an. 650. quo tempore fundat Tornaci Abbatiam S. Martini: ad Dominum migrauit anno 663. Cal. Decembris ex veteri Calendario, cuius depositioni malè assignantur anni 659. & 665. sepelitur in Ecclesiâ S. Lupi olim à Clodoueo conditâ, quæ nunc ipsius Eligij nomine decoratur; de illo Baronius, Buzelinus in Annalibus Galloflandriæ, Molanus in Natalibus Belgicis, & alij Historici. Homiliæ eius sexdecim extant tomo 2. Bibliothecæ B Patrum, habétque Ecclesiam sui nominis Romæ propè fontem S. Georgij in Velabro.

21. Havtgarivs Legatus missus à Theodorico Rege Francorum ad vrbem Ambianensem, post mortem S. Honorati Episcopi, vt intimaret ciuibus dignum sibi eligerent Antistitem; is autem S. Saluium Pontificem designauit, ex fragmento vitæ ipsius ms. tomo 1. Historic. Franciæ Scriptorum Quercetani: prætermissus est ille Episcopus in Catalogis Nouiomensibus. C

22. S. Mommolenvs monachus Luxouiensis in Burgundiâ, Germanus Constantiensis, interfuit translationi corporis S. Eligij, & cùm monasterio S. Bertini concambium fecit pro Ecclesiarum vtilitate, priuilegio dato 6. Lotharij Regis: moritur 16.
686. Octobris 686. Buzelino lib. 2. Annalium Galloflandriæ, aliis 691. sepultus cùm S. Achario.

23. Gvndvinvs.

24. Gvarvlfvs. D

25. Framengervs sedit annis duobus.

26. Minarvs vel Nvmianvs annis 18.

27. Gvido i.

28. S. Evnchivs, vel Evvichivs 10. Septemb. in hâc Ecclesiâ, in Tornacensi die quarto eiusdem mensis illius memoria recolitur.

29. Eltsevs cui scribit Zacharias Papa anno 744. 744.

30. Adelfridvs: quanto tempore, quibúsve gestis nomen sibi parauerit, nullis proditum habemus documentis.

31. Dido.

32. Gilbertvs ex monacho & Abbate S. Amandi Elnonensis factus Episcopus obiit anno 782. sepul- 782.
túsque in suo monasterio Sanctorum Petri & Pauli; huius epitaphium tale in codice membraneo S. Amandi reperitur:

Qui pastoralis fastus ambitis honores
Cernite quàm citò gloria præterit huius honoris;
Et quàm districtum manet hunc examen honorem,
Quod tamen euasi Domino mihi subueniente,
Me Gillebertum, quem prætulit Elnonensis,
Grex sibi Pastorem, post Clerus Nouiomensis,
En vermes rodant, nec virga, nec infula prodest.

33. Pileon, vel Pleonvs, post mortem Gilberti successit, nomine tantùm cognitus.

34. Vvandelmarvs, anno 814. celebrata est Synodus Nouiomi 814.
ab Archiepiscopo Remensi Vulfario Metropolitâ, *Omnibus residentibus*, inquit Flodoardus lib. 2. Hist. cap. 18. *sententia ventilata est inter Vvendilmarum, & Rothardum Episcopos, de terminis parochiarum suarum; & requisitum ac definitum est, quòd hæc loca trans fluuium Isaram in pago Nouiomensi pertinere deberent ad parochiam Ecclesiæ Nouiomensis: id est, Vuarmæ, Vrbscampus, Trapiacus, Ierusalem, Harbandianisua, siue Ecclesia S. Leodegarij, cùm reliquis villis ad has Ecclesias conuenientibus. Cætera verò loca trans supradictum fluuium in prædicto pago omnia pertinere deberent ad parochiam Ecclesiæ Suessionicæ.*

35. Rangarivs.

36. Fikardvs, qui vnà cùm

Simeone Laudunensi donauit corpus S. Quintini anno 835. rogatu Hugonis Abbatis, ex veteri MS. 835.

37. IMMO, adfuit Conciliis Beluacensi an. 845. Patisiensi 846. Carisiacensi 848. Turonico 4. 849. ex epist. 84. Lupi Abbatis, Suessionico 3. 853. Vermeriensi eodem anno, vbi recensetur in action. 4. & 5. apud Saponarias 859. ad hunc scribit Lupus » Abbas Ferrariensis epist. 41. sanctita» tis merito sincere suspiciendo; de cuius obitu sic Annales Francorum Bertiniani ad annum 859. *Dani qui in Sequanâ morantur Nouiomum ciuitatem noctu adgressi, Immonem Episcopum cùm aliis nobilibus tam Clericis, quàm laicis capiunt, vastatâque ciuitate secum abducunt, atque in itinere interficiunt.* Sed & Flodoardus lib. 3. » Hist. c. 21. de eo loquens, Hincma» rum, ait, Remensem scripsisse Fol» cuino Morinensi, pro quodam pres» bytero ipsius ordinato, qui clamabat » iniuriam se pati ab Immone Præsule, » petitque simul reliquias Sanctorum » in Morinensi parochiâ quiescentium » sibi mitti, quia in consecratione Ec» clesiæ Dei genitricis altare ab ipso » Folcuino consecrandum. & ex ipsius » parochiæ relliquiis honorandum præ» parabat. 859.

38. RAGINELMVS, qui RAGENELINVS apud Flodoardum, aut RAINELMVS appellatur, ordinatus fuit Episcopus an. 862. in MS. codice Tornacensi: subscripsit Concilio Suessionensi an. 866. & priuilegio Solemniacensis monasterij eodem anno, sub chirographo Rainelmi Vermandensis Ecclesiæ Episcopi. Coniunxit matrimonio Balduinum à Flandriâ & Iudith am Caroli Calui Regis filiam Autisiodori 863. in cuius Regis diplomate nominatur an. 864. pro Abbatiâ S. Bauonis. Docet Flodoardus in » Hist. l. 3. c. 19. Hincmarum Remen» sem ad Ludouicum & Karlomannum » pro electione canonicâ Ecclesiæ » Tornacensi vel Nouiomensi obtinen» dâ post obitum Ragenelini Episcopi » scripsisse: item pro electione iam » factâ, quam indignè tulerant ab ipso » Archiepiscopo fuisse dispositam: eiusdem Episcopi meminit cap. 23. & 24. eiusdem libri. 862.

39. HETILO, vel HEIDILO, per Hincmarum Remensem vnctus fuit Episcopus, qui eam ob rem insimulatus fuit, quia de eo se talia au« disse dolebat, qualia de bono laico « dici non conueniret, vt videre est « apud Flodoardum c. 24. & 25. l. 3. transtulit corpus S. Eligij in Oratorium D. Benedicti, vbi nunc est sacellum domus Episcopalis: & pignora S. Eleutherij Præsulis Tornacensis, idque anno 881. Duæ eius Hedilonis Formatæ extant tomo 2. Conciliorum ad Didonem & Rodulfum Laudunenses Episcopos: notatur interfuisse Concilio Remensi an. 892. apud Flodoard. c. 6. lib. 2. 881.

40. RAVBERTVS, Sanctorum Martyrum Quintini, Victorici, & Cassiani corpora terræ condidit, vti refertur in veteri sermone de tumulatione horum Sanctorum, qui est eiusmodi: *Anno à Domini Incarnatione 893. 3. Calen. Nouemb. postquàm à paganis succensa B. Quintini Ecclesia, à fidelibus tractatum est salubriter, quatenus eorum corpora Sanctorum suis in mausoleis, reponerentur decenter. Aduenientis námque venerabilis Antistes Nouiomensis Ecclesiæ Raubertus nomine, prudenti fretus simplicitate, ac simplici decoratus mansuetudine, cùm cæteris Fratribus ibi Deo famulantibus, sæpedictorum tria carpenta Sanctorum, suis in criptis hodiernâ die suppliciter tumulauerunt.* Posteà subscripsit Concilio Trosleiano an. 909. 893.

41. AIRARDVS transfert corpus S. Gerulfi Tronchinium 8. Octobris 915. cuius excessum notat Flodoardus ad annum 932. in Chronico: *Airardus Nouiomensis Episcopus defungitur, & quidam Clericus eius vrbis qui fieri cupiebat Episcopus, Adelelmum Comitem noctu in ciuitatem latenter muro conscenso recipit.* 915.

42. VVALBERTVS ex monacho S. Petri Corbeiensis ad Episcopatum vocatur anno 932. decessit 937. 932. ex eiusdem Flodoardi Chronico: Hic « emit, verba sunt codicis antiqui Ec« clesiæ, à quodam Hilduino in Nouio« mensi pago quandam villam Cane« ctonis, curtem cùm syluâ & districto, « omnibúsque ad eam pertinentibus, « quam pro remedio suæ animæ dedit « Canonicis S. Mariæ cùm omni inte«

» gritate, excepto vno manso, Sancti- A
» monialibus S. Godebertæ à se dato;
hic obiit 5. Cal. Ianuarij, ac sepultus est in dextrâ parte Ecclesiæ Genitricis Dei.

43. TRANSMARVS ex Monacho & Præposito S. Vedasti Atrebatensis Episcopus euasit anno 937.
937. apud Flodoardum, vir monasticis rebus, ac pietate insigni florens, cuius hortatu multa confert, seu restituit monasterio Blandioiensi Arnulfus Magnus Flandriæ Comes, apud Miræum Codice Donationum piarum cap. 31. Incendio absumptum S. Petri B Gaodensis cœnobium ab eodem Principe, agente Transmaro reædificatur: tumulo leuat corpus Virginis Hunnegundis in cœnobio Humolariensi, cuius monialibus anno 947. donat altare S. Stephani in eadem villâ Humolarias. Huius ministerio Ludouicus Rex cessit Ecclesiæ Abbatiam S. Mauricij in suburbio Nouiomagensi, ex pancartâ tabularij Episcopalis. Apud Flodoardum in Chro-
948. nico sub an. 948. vocatus ad Syno-
» dum Treuirensem sub Marino Vica-
» rio Apostolicæ Sedis, ibi comparuit
» Transmarini, vt eum vocat Flodoar- C
» dus, Nouiomensis Episcopi Legatus
» quidam presbyter, astruens eundem
» Præsulem ita graui languore deten-
» tum, vt ad eandem synodum venire
» non valuerit, id quoque qui aderant,
» attestantur Episcopi. Mortuum au-
950. tem anno 950. innuere videtur Flodoardus, cùm ait, Rodulfum in eius sedem subrogatum fuisse: humatur in dextrâ parte Ecclesiæ 11. Calend. Aprilis.

44. RODVLFVS ex Archidiacono Nouiomensi Ecclesiam suscepit regendam ex his Flodoardi verbis in D Chronico: *Anno 950. apud Compendium datur Episcopatus Nouiomensis Rodulfo Archidiaconatus eiusdem Ecclesiæ ministerio fungenti, quem ipsi Nouiomenses sibi delegerant dari Præsulem: domnus Artoldus præfatum Rodulfum Nouiomensem electum, Remis ordinat Episcopum.* Festum S. Hunnegundis celebrari iussit apud Surium 25. Au-
954. gusti: obiit Tornaci an. 954 9. Ianuarij, sepultus Nouiomi in Capellâ S. Eligij. Post Rodulfi obitum Flodoardus quidam Remensis monachus postulatus est à Clero in Pontificem, sed factione Fulcheri Episcopatum non obtinuit, quemadmodum docet epistola Adelagi Bremensis Antistitis.

45. FVLCHARIVS, seu FVLCHERVS ex Decano monasterij S. Medardi Suessionensis ordinatur Nouiomagensis Antistes Remis 954. in Flodoardi Chronico, quem plerique auctores spurium, & principis Coquorum Ludouici, filium fuisse, malisque artibus Episcopatum adeptum memorant: spiritum emisit an. 955. 955.

46. HADVLFVS ex Laudunensi Clerico ad infulas vocatus anno 955. iuxta hæc verba Flodoardi in chronico: *Fulchario Episcopo defuncto, tandem post quinque menses Hadulfus quidam Laudunensis Clericus à Nouiomensibus electus, ab Artaldo, Roricone & Gilduino Remis ordinatur Episcopus*: vbi & ipse interfuit consecrationi Odalrici Remensis Archiepiscopi 962. An. 977. Hadulfus, ait Flod. 977.
Nouiomensis Episcopus, qui erat «
tempore prolixo paralisi pessimè per- «
cussus, Natiuitate S. Ioannis Baptistæ, «
quæ tum temporis Dominicâ accidit «
die, spiritum exhalauit. Iste Episco- «
pus, vt habet antiquus codex, dedit «
ex rebus Episcopij sumptibus Cano- «
nicorum Ecclesiam de Erceio cùm al- «
tari: obiit 7. Cal. Iulij, & requiescit «
retrò altare S. Saluatoris. «

47. LINDVLFVS DE VERMANDOIS, Heberto 2. Comite Viromanduorum, ex Hildebrandâ, Hugonis magni Comitis Parisiensis sorore prognatus, quem putauit Iacobus Vassorius Alberti Comitis filium, auctoritate Guidonis Thesaurarij, teste Hemeræo in Augustâ Viromanduorum illustratâ: quod non constat, si modò carta Lotharij Regis quam exscripsit suis in Annalibus, legitima est, aut mendis omninò carere videatur. Eo sedente Ecclesia monasterij S. Quintini in Insulâ excitatur; anno 982. vt notat Meyerus, leuauit Gandaui corpus S. Landoaldi, præfuit annis 12. defunctúsque anno circiter 990. Huius Episcopi iussu scriptus 990.
est libellus de miraculis B. Quintini à Canonico Ecclesiæ.

48. RATBODVS I. siue RAT-

VERMANDOIS.

BOLDUS: illius sic meminit Guido » Thesaurarius: successit Ratbodus » Episcopus, qui laudabiliter tenuit » septem annis & totidem mensibus. » Hic ex propriâ hæreditate dedit Ca- » nonicis in Vitomandensi pago, in vil- » lâ quæ dicitur Iei, duo mansa de terrâ, » cùm magnâ familiâ ad eum pertinen- » te. Hic inter bonorum opera obiit » XI. Cal. Iulij, & in choro S. Mariæ » meruit sepeliri. Interfuerat Pseudo-synodo Remensi in æde S. Basoli
991. anno 991.

De Croy. 49. HARDOINUS DE CROY, Roberti ex nobili familiâ Croyacâ & Hadeuidis filius, subrogatur Ratbodo, minùs tamen gratus Tornacensibus Canonicis, vt placet Buzelino,
1000. ad an. 1000. lib. 4. Annal. Galloflandriæ. Æmulorum liuore insimulatus est de simoniæ labe, vti obseruat Baldricus in Chronico Cameracensi: *Azelinus, ait, Laudunensium Episcopus Harduinum Nouiomensium Episcopum omni calliditate & fraudulentiâ criminatus, procul extorrem & indignum fraternâ conuentione, coram Coepiscopis qui aderant, exclamauit. Ad cuius rei experientiam, literas ex nomine Domni Apostolici falsò signatas, in medio publicauit, in quibus Harduinum pro multis criminibus anathematizatum esse contendit. Ad quod roborandum aliquot Coepiscoporum fraudulenter illectis, etiam Domnum Episcopum illicere, æstimauit.* Collegium Sanquintiniense Canonicorum auxit plurimis altaribus, vbi quotannis eius memoria habetur in obituariis ad 15. Cal. Sextiles: sed accuratiùs vitæ eius breuiarium explicat Guido Thesaurarius in hæc verba: *Harduinus Roberti de Croyeo filius, Episcopus venerabilis surrexit omnium bonorum Ecclesiæ auctor, Cleri amator, & plebis sibi commissæ defensor. Hic auxit bonis Canonicorum omnia altaria quorum Ecclesias habebant, de Tenhericurte, de Amedeio, de Ocmundicurte, de Crucibus, de Mathenaico; dedit etiam illi altare de Homblans cùm Ecclesiâ, & sex mansis de terrâ: dederat quoque Canonicis pro anniuersariis eorum celebrandis, & patris sui Roberti inter se & matrem suam Haduidem, & sororem suam Oidilam, hereditatem quam habebant in pago Viromandensi, in Roeio videlicet mansum indominicatum cùm optimis terris, & in Vesinio Ecclesiam cùm Capella de Flay illi subiectâ. Ipse verò bonus Episcopus quod suum erat impertiuit altaria, & in Marisco ante Calneium vnum mansum de alodo cùm omni integritate, & iudiciariâ potestate, & in Ambianensi pago, in loco qui dicitur Kais, vnum mansum indominicatum pro inuestiturâ septem mansorum; & dimidij illi subiectorum, sed hæredes sui inde iniuriam Ecclesiæ Nouiomensi faciunt; deditque in thesauro ob remedium suæ animæ vnum aureum calicem, cùm patenâ aureâ, crucem auream cùm smaragdis, & lapidum pretiosorum copiâ, cappas optimas, pallia pretiosa, & alia vtensilia. Huius depositionis dies XIV. Cal. Augusti agitur, conditúsque est in veteri fratrum Capitulo, inter matrem suam & sororem quas supra memorauimus. Eorum autem memoria ita est annuatim recitanda; Roberti quippe patris sui Cal. Nouemb. matris suæ Haduidis 6. Cal. Ianuarij, & sororis suæ Odilæ 6. Idus Ianuarias. Pastore itaque præfato fœliciter Præsulante, & dignum in subleuandis Ecclesiis exemplum sibi subditis ministrante, quædam illustris matrona nomine Cæcilia, Ecclesiam de Crupeio Canonicis sanctæ tribuit Mariæ, & bonus Episcopus sicut consueuerat, concessit altare, &c.*
Decessit Harduinus anno circiter 1030.
1030. Iulij 19. sepultus in veteri Capitulo.

50. HUGO recensetur inter Nouiomenses Episcopos anno 1030. necnon in fundatione Abbatiæ Falempinij à Sasualo Insulæ Castellano, Episcopatus anno 9. 1039. vbi dicitur Hugo indignus Procurator Ecclesiarum Nouiomensis & Tornacensis: dicat Capellam in Abbatiâ S. Amandi 1040. in cuius præsentiâ auctore Baldrico in Chronico, fit concordia Gerardi Antistitis cùm Galtero Castellano Cameracensi: exemptus è viuis ad an. 1043. alij dicunt 1044.

51. BALDUINUS I. Episcopa-
tum iniit 1043. ex tabulâ S. Petri 1043.
Gandauensis, interfuit Sacro Philippi Regis 1059 & reuelationi sanctorum corporum in basilicâ Dionysianâ: probat fundationem Collegij de Harlebecco 8. Cal. Iunias 1063 ac S. Bartholomæi in Monte cœnobium con-

dit 1064. dedicauit ædem S. Petri In- A
sulæ 1066. eodémque anno S. Bauonis templum consecrat Gandaui cùm Lietberto Cameracensi: vide Buzelinum lib. 4. Annal. & lib. 2. c. 13. description. Galloflandriæ: quiescendi locum accepit in Monasterio S. Bartholomæi, Episcopatus anno 25.

52. RATBODVS II. Euerardi Tornacensis Castellani auunculus,
1068. creatur anno 1068. ex tabulis Nouiomensibus, vir scientiâ & piis moribus apprimè laudatus, inquit Buzelinus, S. Gerulphum martyrem transtulit an. 1072. vt habetur in ar- B
chiuis Trunchiniensis monasterij; & anno insequenti particulam relliquiarum S. Bauonis in Ecclesiâ Castellinoui. Porrò dedicationi S. Quintini Bellouacensis interest 1074. memoratúrque in Concilio Suessionensi 1078. & in cartâ S. Martini Parisiensis 1086. fundationem Canonicorum Collegij Harlebecci firmat 1087. præsens eleuationi S. Godelenæ 1088. apud Surium, cuius Beatæ
1070. vitam Ratbodo inscripsit anno 1070. Drogo posteà Morinensis Episcopus: huius habetur mentio apud Greg. 7. lib. 2. epist. 56. & lib. 9. ep. 34. Ex re- C
scripto item Vrbani 2. Pontificis ad Clerum & populum Nouiomensem in archiuio priuilegiorum Nouiomensis Capituli, liquet eum Concilio Placentino adfuisse; verùm quia de ipso quidam rumores ventilabantur de simoniâ; *Quamdiu*, inquit Papa eadem epist. *apud nos fuit, nemo aduersùs eum aliquid protulit. Eum igitur ad vos cùm gratiæ nostræ plenitudine remandamus. Si quæ tamen vel de Episcopatus introitu, vel aliunde aduersùs eum querela emerserit, apud Lugdunensem Legatum diligentiùs audiatur.* Brugis repentino fato interiit 1098. ex lib. 5. D
1098. Annal. Galloflandriæ, sepultus Tornaci in basilicâ B. Mariæ.

SARCHINVILLE. 53. BALDERICVS Aiberti Equitis, Sarciniuillæ in Artesio & diœcesi Cameracensi toparchæ, nobili prosapiâ natus, vir laude ingenij, ac scriptorum monumentis longè clarissimus, quibus posteritati nomen propagauit; iste Ecclesiastica officia obiuit quamplurima, priúsquam Pontificalem Sedem assequutus fuisset: Capellanus primò & à secretis Gerardi, atque Lietberti Præsulum Cameracensium, tum Canonicus ac Cantor Teruanensis, ex Archidiacono demum factus successor Ratbodi 1098. consecratur. Synodum celebrat 8. Idus Martij 1101. nominatúrque in diplomate confirmationis quorumdam al- 1101.
tarium Ecclesiæ Iotrensis 1103. & apud Miræum cod. Donat. cap. 71. Eodem sedente chorus basilicæ Tornacensis ædificatur 1110. in quâ pro institutione anniuersarij quædam fundauit, suísque Canonicis parochias & decimas Ecclesiarum largitus est. Cæterùm diuino cultu, probitate morum, scriptísque etiam Episcopatum illustrauit, editis lucubrationibus sacris, nempe chronico continente gesta Episcoporum Cameracensium & Atrebatensium, de quo profert hoc iudicium Gerardus Cameracensis epistolâ ad Hubertum Teroanensem: *Mitto ad te Baldericum dudum pij Lietberti à secretis, & mihi nepoti ad idem seruientem, qui te super dubiis in Domino consoletur. Vir est literatus, & iis quæ Morinensium sunt, imbutus, vt tuæ & meæ gentis Chronicon nuperum indicat, quæ tuæ sunt Sedis edocebit; & ab eo intelliges quæ cupis:* hoc chronicon vulgauit Duaci cùm notis Georg. Coluenerius. Per Godefridum Ambianensem Episcopum interpellatus fuit exarare Annales suæ diœcesis, sicuti Cameracensis ac Teroanæ, quod testatur his verbis epistolæ: *Me indignum ad hanc Pastoris curam euexit Deus, vt quod dignum deuotione gregis est, faciam. Cùm itaque in hac diœcesi perantiquæ sint Ecclesiarum fundationes, & tam iniuriâ hominum diruta pleraque claustra, vt ea obliuioni perpetuæ non tradantur, sed piorum locorum recordatio subleuet fidelium animos, ad deuotionem propagandi cultus diuini, & vt multis intercessoribus Deus super militiâ nostrâ fiat placabilis, & misericordiam largiatur, precor obnixè in Domino, vt te labori pio accingens, aut potiùs in eo labore perseuerans, nostræ diœcesis & Ecclesiæ fias exscriptor, & scriptor, sicut in Ecclesiis Cameracensi & Morinensi fuisti fidelis calamus scribæ velociter scribentis; non abscondas talentum in terrâ, & benè faciens, noli deficere.* Eius epitaphium olim in Ecclesiâ maiore Taruanensi ante

ante excidium vrbis legebatur hoc modo: P. BALDERICVS *huius Ecclesiæ Cantor, & Episcopus Noviomensis, an-*
1112. *no Verbi Incarnati* M. C. XII. *prælationis suæ anno 15. pridie Calendas Iunij obiit, meritis plenus, & Chronico Cameracensi illustris.*

54. LAMBERTVS ex Archidiaecono Tornacensi declaratur Episcopus
1115. an. 1115. quemadmodum patet ex cartâ eiusdem anni, indict. 8. epactâ 23. Episcopatus primo, quæ asseruatur in scriniis Magni Pastoralis Parisiensis, & continet querimoniam Canonicorum Parisiensium aduersùs Matildem Cauniacensem dominam, quæ villam de Viriaco, cuius erat Aduocata, multis vrgebat iniuriis, placito scripto Suessionis coram plurimis Episcopis. Subscriptus habetur diplomati Balduini cognomine Securis, Flandriæ Comitis cap. 74. Donationum Piarum Miræi, quo allodium Valsense Ecclesiæ S. Petri Insulensis detractum ei restituit: Gandaui autem benedixit Abbatem Aldemburgensem, necnon ibidem leuauit à tumulo corpus S. Arnulfi, cuius vitam illi dicat Ariulphus Aldeburgensis in Flandriâ Abbas; concessit Ecclesiæ suæ altaria de Roceglise, de Rouy, & de Anniolâ, ad panem faciendum Canonicis
1120. mansionariis ex veteri documento: mortuus anno 1120.

VERMANDOIS. Eschiqueté d'or & d'azur, l'escu surmonté de cinq fleurs de lis d'or.

56. SIMON DE VERMANDOIS I. Custos Ecclesiæ S. Quintini, regiæ prosapiæ Princeps, è ramo Comitum Viromandensium progn atus, Hugonis à Franciâ cognomento Magni, Comitis Viromanduorum ac Valesij, qui patrem habuerat Henricum I. Regem, ex Alcide Comitissâ Viromandensi filius, hunc Episcopa-
1121. tum adipiscitur an. 1121. teste Roberto de Monte in Chronico; Ludouici Regis patruelem, & alibi nobilissimum Præsulem vocitans: vel biennio post, vt tradit scheda Ecclesiæ Parisiensis, vbi Episcopatum annum 17. designat 1139. Suis iste decessoribus haud impar extitit, virtutémque, generis nobilitate etiam illustrauit; eius quippe ministerio tanquam Episcopi Tornacensis Ecclesia S. Donatiani Bru-
1127. gis 1127. die 7. Cal. Martij reconciliatur, polluta sanguine B. Caroli Flandriæ Comitis in eâ impiè occisi, quâ de re Gualterus in ipsius Caroli vitâ c. 47. huic celebritati præsens fuit Rex Ludouicus Crassus. Prætereà Simon fundat nobile cœnobium Cisterciensis Ordinis in suâ diœcesi Vrsicampum an. 1129. auctore eodem Roberto de Mõte, accirisè Claraualle mona- 1129.
chis, vt videre est etiam apud Vassorium parte 2. Annal. Nouiomensium. Eodem Pontifice anteà 1125. Ecclesia S. Medardi Tornaci erigitur in Abbatiam sub regulâ Augustinianâ; interest & dedicationi Ecclesiæ Morinensis 1133. atque indulsit Galtero primo Abbati S. Martini Laudunensis, locum in Vuasiâ diœcesis Tornacensis, extruendo cœnobio, vt habetur in Bibliothecâ Præmonstratensi, necnon varia largitus est monachis Humolariensibus. Sub eius præsulatu combustam fuisse Ecclesiam Nouiomensem manifestum est hoc rescripto Innocentij Papæ ad Rotomagensem Antistitem, quod in tabulario habetur his verbis: *Quid apud Nouiomum peccatis exigentibus nuper contigerit, quomodo Episcopalis & mater Ecclesia cùm domibus Episcopalibus incendio sunt crematæ, dilectionem vestram credimus non latere. Quia igitur tantæ calamitati misericorditer compati, & pietatis intuitu fraterna suffragia ministrare debemus. Vniuersitatem vestram per præsentia scripta exhortamur in Domino, atque in remissionem peccatorum iniungimus, vt ad præfatam Ecclesiam ad honorem & seruitium Domini reparandam, de facultatibus vobis à Deo collatis solatia transmittatis. Datum Crispiaci 5. Cal. Iulij.* Et certè vt prolixè refutauit Vassorius, minùs veraciter existimandum est à quibusdam auctoribus affirmari, Nouiomum tunc temporis flammâ vltrice combustum, quòd eius ciues Romanum Pontificem dicteriis ac ludibrio affecissent. Coram Simone placitum indictum est in negotio Ecclesiæ S. Mariæ Parisiensis cùm Rogero de Toroiâ, qui villam Viriacum variis iniuriis vexabat; prolixa de hac re reperitur rabula in magno Pastorali data Nouiomi 1139. Ludouicum autem Regem comitatur in expeditione Hierosolymitanâ; túmque Ecclesia Tornacensis proprium recuperauit Episcopum, decreto Eugenij 3. Papæ, adnitente S. Bernardo; ibidem in partibus Transmarinis Seleuciç occubuit 1148. 1148.

to. Februarij; corpus elatum sepeli- A tur in Abbatiâ Vrsicampi. Vitam eius fusè exarauit Vassorius, de quo item Robertus in Supplemento Sigeberti, auctor vitæ S. Bernardi lib. 4. c. 3. Sanmarthani in Genealogicâ Historiâ Domus Franciæ lib. 37. & Hemeræus in Augustâ Viromanduorum.

BOVLOGNE. 57. BALDVINVS DE BOVLOGNE II. ex Abbate S. Mariæ Castellionis in diœcesi Lingonicâ, adlectus
1148. reperitur Episcopus anno 1148. apud Chronicon Sigeberti: *Simon*, ait, *gloriosus Nouiomensis Pontifex apud Seleucium diem claudit, cui succedit Balduinus Boloniensis, Abbas Castellionis.* B Extant autem epistolæ Decani & Capituli ad Sugerium Abbatem, Sugeriique ad Eugenium Papam; item Sugenij & Balduini mutuæ litteræ in veteri codice Thuano, vnde sequens desumpta est: *Sugerio Dei gratiâ sancti Dionysij venerabili Abbati, & Vicario Regni, B. Nouiomensis Ecclesiæ Decanus, totúmque Capitulum salutem. Religiosum & honestæ familiæ virum Abbatem de Castellione Balduinum, consilio Religiosorum virorum communi assensu Capituli electum nobis in Episcopum discretioni vestræ notificamus, &* C *vt vice domini Regis, tam competenti, & honestæ electioni facilem præbeatis assensum, supplicamus.* Inter Sugerij Epistolas inuenitur vna Balduini ad Eugenium Papam in negotio Clericorum Compendiensis Ecclesiæ: cui etiam scripsêre S. Bernardus ep. 339. & Arnulfus Lexouiensis in causâ quorumdam Sacerdotum Episcopatus Nouiomensis, qui faciebant collectas pecuniarum ad reædificationem Ecclesiæ. Reposuit in capsam nouam
1157. corpus S. Eligij 1157. & excessit ab humanis die 4. Maij 1167. sepelitur D in Vrsicampo.

58. BALDVINVS III. ex Abbate S. Mariæ Ruisseauillæ, in Ecclesiâ Nouiomensi, vti insinuat bulla Alexandri 3. à pueritiâ nutritus, Canonicus, ac postmodum multis annis Decanus, demum hanc Sedem obtinuit
1167. 1167. fundat anniuersarium pro animâ patrui sui Balduini quondam Decani, posteà in B. Eligio Monachi facti diplomate an. 1174. firmat consuetudines Capituli sui codicillis à Vassorio relatis, qui scripti sunt in Capitulo Nouiomensi 1168. ex scriniis Ecclesiæ: carnis verò sarcinam deposuit in Monasterio Vrsicampi.

59. RAINALDVS anno 1179. 1179. interfuit Concilio Romano in basilicâ Lateranensi: eodem circiter tempore fundat domum hospitalem S. Ioannis Nouiomensis, quæ à Stephano successore certo numero Clericorum, laicorúmve; necnon mulierum infirmis ministrantium ordinata fuit: demum transiit ad meliorem vitam anno 1188. sepultúsque est in Monasterio Vrsicampi.

60. STEPHANVS DE NEMOVRS I. Gualteri Franciæ Camerarij ex Auelinâ filius, Stephani item Galliarum Camerarij, Petri Parisiensis, ac Guillelmi Meldensis Episcoporum germanus, electus anno 1188. 1188. NEMOVRS. Sacro adfuit Henrici de Soliaco, sicuti apparet ex ipsius epistolâ, instituitque proprijs sumptibus vt lampas arderet ante corpus S. Eligij 1195. & 1197. ordinationem edidit pro monetâ. Nominatur in litteris confirmatoriis bullæ Innocentij 3. de legitimatione liberorum Philippi Augusti ex Agnete de Meraniâ 1201. concessit Ecclesiæ suæ decimas noualium in parochiis: duo item altaria in Cathedrali, Capellam in castro Maliconsilij dotauit, ac statutum de residentiâ Canonicorum ordinauit, vt videre est in archiuis Nouiomensibus. Philippum Augustum Regem ab hominio per Comites Viromandenses solito exhiberi liberauit tabulis anni 1213. mense 1213. Octob. in regio Cartarum Thesauro Parisiensi, acceptis compensationis nomine quibusdam rebus; tum paulò post interfuit Meloduni iudicio Parium pro Comitatu Campaniæ 1216. litem antiquam Episcoporum cùm Ecclesiâ S. Quintini rursùm excitauit, auctore Hemeræo, ac mortuus est anno 1220. administrationis suæ 1220. 32. iacet in Vrsicampo.

61. GERARDVS DE BASOCHES ex stirpe Castellionæâ, Nicolai domini de Basogiis & Agnetis de Cherisy filius, frater Iacobi Episcopi Suessionensis, & Niuelonis eiusdem Ecclesiæ Pontificis patruus: subrogatur Stephano 1221. ex Canonico; interest exequiis Philippi Augusti 1223. 1223. BASOCHES.

quo eodem anno eius reperitur mentio in cartâ magni Pastoralis Parisiensis. Ludouico 8. cùm aliis regni Præsulibus spopondit apud Montempenserium in Aruerniâ, post eius excessum Ludouico filio 1226. se iuraturum fidelitatem; paulò mox Regis funebri pompæ, ac Sacro S. Ludouici adstitit; breui Pontificatum tenuit
1228. sublatus ipsemet è viuis 1228. in Choro Cathedralis, cui ornamenta varia largitus est, quemadmodum indicat repertorium priuilegiorum Ecclesiæ Nouiomensis, hæc legitur inscriptio.

Quid generis, quid opum, quid mundi gloria vana?
Sors humana super omnia vanus homo.
NOVIOMI Præsul, Par Regni, nobilis Heros,
BASOCHIÆ rutilans laude, GERARDE, iaces.
Morum normæ, bonis inhians, reprobans mala, mundus,
Carne, manu, linguâ, iuris, amator eras.
Te talem tantum breuis opprimit hora, subintrat
Inuida mors; capit hæc fossula quinque pedum.
Transitus iste tuus, sit vita perennis in ortum
Transeat occasus, sit tibi vita Deus.

ROYE. 62. NICOLAVS DE ROYE ex clarissimo genere dynastarum de Royâ, Decanus erat Turonensis cùm ad Nouiomensem Sedem fuit promo-
1228. tus post Gerardi excessum anno 1228. iuxta hæc verba Alberici in Chronico: *Mortuo Episcopo Nouiomensi Gerardo fratre Episcopi Suessionensis, factus est Episcopus Nouiomensis Nicolaus Turonensis Decanus, nepos ex sorore Bartholomæi de Royâ in Curiâ Regis Franciæ nominatissimi.* Verumtamen ex tabulis domus ac stemmate Genealogico, nepos erat Bartholomæi eiusdem de Royâ Magni Franciæ Camerarij & fundatoris Abbatiæ Gaudij-vallis, ex fratre Petro, qui etiam parens fuit Bartholomæi, & duorum Guillelmorum Archidiaconorum Ecclesiæ Nouiomēsis. De ipso plura habentur instrumenta in libro Priuilegiorum; subiectionem illi profitetur Guermondus B. Quintini De-
1234. canus 1234. quo etiam sedente No-

A uiomi fatis cessit Ferrandus Comes Flandriæ in pugnâ Bouinensi olim captiuus: statuit porrò Nicolaus ne spurij & illegitimò thalamo progeniti inter Canonicos admitterentur, quòd insinuat cartula tabularij Nouiomensis: *NICOLAVS diuinâ permissione Nouiomensis Episcopus, dilectis in Christo Decano & Capitulo Nouiomensi salutem, in vero salutari. Postulastis à nobis humiliter & deuotè, vt non teneamini aliquem in fratrem & Concanonicum recipere, nisi priùs coram vobis se de legitimo natum proprio firmet testimonio. Nos verò de honestate*
B *petitionis vestræ, ac dilectione decoris domus Dei pensatis, rationabilis consilij tenore perpenso, vt affectus dilectionis quem erga Ecclesiam nostram & vos gerimus, propensiùs clareat in effectu. Vobis & successoribus vestris per vos in perpetuum concedimus postulata, concedentes vobis in testimonium præsens scriptum sigilli nostri munimine, & vestri appensione roboratum. Actum anno Incarnationis 1235. mense Decembri.* Porrò pactum init cùm Ioanne Castellano Nouiomensi de supremâ iurisdictione apud Nouiomum, literis datis in Codice Priuil. mense Aprili 1236. hoc 1236.
C eodem anno synodus Episcoporum Metropolis Remensis congregatur apud S. Quintinum, posteàque 1239. arbitrariâ sententiâ concordiam fecit cùm Maiore & Scabinis ciuitatis; fundauit in suâ Ecclesiâ officium solemne D. Mattini: defunctus ante Pascha 1240. die 14. Februarij, teste Alberico in Chronico: cuius anniuersarium 1240.
notatur 16. eiusdem mensis in necrologio S. Genouefæ Parisiensis, cui legauit 80. lib. Parisiensesad opus capsæ eiusdem Diuæ. Quiescit in Abbatiâ Gaudijvallis propè sanctum Germanum in Layâ, sub tali epitaphio:

D *Anno milleno, bis centeno duodeno*
Ter nono, mundo sublatus mense secundo,
In medio mensis NICOLAVS Nouiomensis
Præsul obit, patrui innexus ad ossa sui.

63. PETRVS CHARLOT I. FRANCE. Thesaurarius S. Martini Turonensis, Philippi Augusti Regis spurius, ab Honorio 3. Pontifice donatur legitimationis tabulis, quæ in Camerâ Rationum Parisiensium asseruantur: is à primâ pueritiâ optimis disciplinis ex-

cultus à Guillelmo Armorico, sub eo præceptore in litteris eos progressus fecit, vt vix decimum quintum annum prætergressus, eruditione præstaret, vti insinuant carmina eiusdem Britonis qui libros XII. Philippidos versibus heroicis Ludouico primogenito Philippi nuncupans, Petrum quoque sic affatur:

Tu quoque fautor adet, Karlote, simillima Regis
Magnanimi proles, cui te natura creatrix
Vt regale genus signis probet indubitatis,
Corporis esse dedit similem mentisque vigore:
Cuius iam sequeris vestigia cuius in æuo
Tam tenero mores iam nunc imitaris & actus.
Si modò te, fratrésque tuos, magnúmque parentem
Vt potui, dignos celebraui carmine digno:
Si tibi totius animi virtute dicaui,
Exhaustum subito tenui de fonte libellum,
Imposuique tuo Karlotida nomine nomen,
Vt tua lectoris laus perpetuetur in ore,
Et virtus etiam post mortem nescia mortis,
Famáque Karlorum viuat post fata superstes,
Quam soli faciunt vrnas euadere vates,
Dum scriptis faciunt veterum meminisse minores:
Quorum fama perit, pereunt vbi carmina vatum.
Hoc quoque propitio cœlesti sydere vultus
Vel semel illustra, gratúmque impende fauorem,
Vt per te vigeat, vt te tutore, magistros
Errorum cuneos facie contemnat apertà.

Quem etiam ita alloquitur in fine Philippidis, adhuc Thesaurarij Turonensis fungentem dignitate.

At tu, cuius amor omni mihi crescit in horà,
Vt libro sine laude tuà supponere finem
Arbitror esse nefas, animi qui nobilitate
Argumenta refers generis, clarique parentis,
Te liquidò vt liqueat genitum genitore Philippo,
Qui carne lotus, omni carismate carus,
Karlotus verum meruisti agnomen habere,
Qui proprium vero decorans agmine nomen,
Moribus exponis, & vità nomen vtrúmque.
Dogmata quem docui primùm puerilia; cuius
Tam dociles habilis fœcundat gratia sensus,
Vt mihi iam dignus habearis Doctor haberi,
Quintus adhuc decimus tibi vix licet annus agatur.
Ad te currenti tibi se per vota liganti
Porrige Petre manum, vultúque recollige librum
Propitio, dignúmque legi fac protinus ipsum,
Naturà studióque datæ tibi vi rationis,
Dux & corrector fieri digneris eidem,
Quæ desunt supplens, resecare superflua callens.
Hic patris, fratrisque tui præconia Regum
Excolit, hic stirpem Pipini & Francigenarum
Laudibus exequitur, primáque ab origine gentis
Successiua sequens generatim nomina, primo
Carmen in octaui Ludouici terminat anno.

Insulâ autem Episcopali ornatus est
anno 1240. non 1243. vt vulgati no- 1240.
tant indices; testatur id Albericus in
Chronico cùm ait, *Episcopus Nouiomensis Nicolaus moritur, pro quo electus Carolus Regis patruus, consecratus, proprio nomine dictus Petrus.* Nominatur
arbiter cùm Radulfo Episcopo Bellouacensi in controuersiâ Capituli
Nouiomensis cùm Simone de Nigellâ
1243. Regi S. Ludonico in primâ expeditione maritimâ comes ascitus, in
naui suâ non procul à Cypro insulâ, ex
itinere illo terræ sanctæ rediens, au-
ctore Mathæo Paride 1250. in Hist.
fatis concessit: in omnibus Catalogis
mortuus fertur 9. Octobris 1249. ia- 1249.
cet ante principem aram Cathedralis,
vbi laminæ cupreæ sculptum est hoc
epitaphium:

Nouiomi Præsul PETRVS iacet hic tumulatus,
Quondam Francorum Philippo Rege creatus,
Castus, formosus, iustus, mitis, generosus,
Trans mare deuotè fuit hic cùm Rege nepote,

Luce tuâ remeans Dionysi transsit anno
Bis sex centeno, quinquageno minus vno.
Qui legis exterius, intrinsecus aspice, plora,
Seriùs aut citiùs veniet tibi funeris hora.

LA BOISSIERE. 64. VVERMONDVS DE LA BOISSIERE ex nobili familiâ Boissieriâ, Custos primùm Ecclesiæ Sancti Quintini Viromandensis, inde Thesaurarius, postremò adlectus est Episcopus 1250. interfuit tralationi corporis S. Fursæi 1256. item SS. Quintini,
1256. Victorici, & Cassiani Martyrum, Dominicâ ante Natiuitatem B. Mariæ coram Diuo Ludouico 1257. dotauit tres missas solemniter decantandas, atque animam suam reddidit
1272. 1272. sepultus in Choro sub laminâ cupreâ his versibus:

VARMVNDVS iacet hic Antistes Noviomensis,
Hic pius & mundus, & dictus BOISSERIENSIS,
Deseruit mundum cùm Christo scandit ad astra.
Nunc trahe Varmundum post te, Deus ad tua castra.
Anno milleno bis centum septuageno,
Ac annis bonis, sanctissimus est sibi finis.

DES PRES. 65. GVIDO DES PRES, I. Vuermundi cognatione proximus, eligitur curante Gregorio X. ex Canonico Nouiomensi 5. Ianuarij
1272. 1272. ex registris Vaticani; qui Pontifex ad Regem Francorum scripsit Vrbeueteri 10. Calendas Ianuarij de eius promotione, vbi dicitur Fulconem de Loduno nonnullorum Canonicorum scrutiniis postulatum fuisse Antistitem. Nominatur in tabulis Nouiomensibus 1272. in litteris priuileg. 1275. Dominicâ post festum S. Petri ad Vincula; is cùm Capitulo suo & B. Quintini de libertatibus Ecclesiæ disceptauit. Eodem sedente 1293. 21. Iulij vrbs & basilica maior incendio fermè concremata est; erexit duo altaria in Cathedralis capellâ S. Luciæ & D. Margaretæ à se constructâ ac dotatâ, quo etiam quiescendi locum delegit, vitâ orbatus die 11. Ianuarij, administrationis anno 28.

NEELE. 66. SIMON DE NEELE ex nobilibus toparchis de Nigellâ, renunciatur Episcopus Dominicâ ante
1297. festum S. Ioannis Baptistæ 1297. etenim iam sublimatus erat ad infulas an. 1298. quo executores testamenti Guidonis Episcopi Nouiomensis bona acquisiuêre ad opus fundationis Capellæ apud Fossata, ex veteri tabulâ: fundator fuit sacelli in Ecclesiâ Nouiomensi 1300. mense Maio. 1300.

FERRIERES. 67. PETRVS DE FERRIERES II. assumpsit pedum pastorale in Ecclesiâ Nouiomensi 1302. Dominicâ Cantate, ex eiusdem monumentis.

CRECY. 68. ANDREAS DE CRECY, dictus MONACHI, frater Ioannis Cardinalis & Episcopi Meldensis, ex Abbate S. Iodoci in Bosco ingressum fecit in vrbem, præstito iuramento in
1306. vigiliâ B. Laurentij: nominatur 1306. 17. Maij in cartâ sacræ Capellæ Parisiensis; eodem sedente 1308. mense Iulio fundatur domus Cartusianorum quæ Mons S. Ludouici appellatur: migrauit ad meliorem vitam 1315. quo anno Sedes vacabat mense Iulio, humatus in Collegio Cardinalitio Parisiis, de quo sic scribit Martyrologium die 29. Aprilis, *Andreas bonæ memoriæ quondam Nouiomensis Episcopus, dedit & legauit nobis omnes fructus, obuentiones, & redditus terrarum de Douilly, emptarum nomine ipsius, ac pro ipso, & de bonis suis, à nobili viro domino de Hamo; tam in feodis, quàm in retrofeodis censualibus, & aliis quibuscumque rebus, & in quibuscumque locis existant, de quibus habent Canonici Presbyteri quilibet duos solidos, & debet quilibet eorum vnam Missam; cæteri non Canonici 12. denarios, & pueri sex denarios.*

LA BOISSIERE. 69. FLORENTIVS, seu FLORENTINVS DE LA BOISSIERE Vermundi decessoris affinis, ex Canonico Nouiomensi promotus est ad Episcopatum longæuus 27. Iunij die Veneris, anno 1315. confirmatus Re- 1315.
mis per Metropolitanum die 16. Iulij ante festum S. Mariæ Magdalenes, & regalia Episcopatus sui excipit à Rege in festo S. Margaretæ subsequenti, apud Cressiacum Meldensis diœcesis: at verò præbendam quam in suâ Ecclesiâ Nouiomensi 56. annis aut circa obtinuerat, dedit Simoni de Cellâ pronepoti suo Subdiacono, vt legitur in registro Canonicatuum vacantium tabularij Ecclesiæ. Fuit Præses Cameræ Computorum; ac de ipsius

fundationibus mentio fit in obitua- A
rio, vti & Ioannis fratris Canonici
in Ecclesiâ Nouiomensi, vbi sub la-
minâ æneâ Episcopus iste hoc habet
epitaphium.

A florum flore FLORENTIVS *hoc*
breuiore
Inclusus spatio fit Præsul munere diuo.
Istius Ecclesiæ se dans & cautta Mariæ.
BOISSERIA *natus, est tantâ stirpe*
beatus,
Iustus Canonicus, post iustior, ille pu-
dicus,
Dotauit magnis templum cùm fratre
Ioanne,
Vulgus lætatur in Præsule quando le- B
uatur,
Insuper & diras studuit nam pellere
lites:
Largus, non cupidus; qui continet omnia
fundus.
Anno milleno, ter centum, ter quoque
deno
Martius ad finem disrupit vela carinæ.

Post eius excessum Nouiomensis Pon-
tificatus dignitatem respuit Guillel-
mus de Sãctâ Maurâ Franciæ Cancel-
larius, Custos D. Quintini, ac Thesau-
rarius B. Martini Turonensis, vt no-
tat Hemeræus in Augustâ Viroman-
duorum. C

ROCHECHOVART.

70. FVLCAVDVS DE ROCHE-
CHOVART è gente nobilissimâ Ru-
piscauardi Vicecomitum, Aimerici
Vicecomitis, ex Ioannâ de Taunay
Charante filius, ex Decano Bituri-
censi Episcopus factus, sedebat anno
1318. ex registro Cancellariæ Franciæ,
atque ex veteri documento statuti
Capitularis pro residentiâ Canonico-
rum in Ecclesiâ suâ, quod Fulcaudi in-
1318. digitant, datum 1318. mense Ianua-
rio, ex libro priuilegiorum Capitul.
item ex tabulâ 1327. in scriniis familiæ
Rupiscanardi, quâ Simonis Viceco- D
mitis germani sui liberorum tutor,
transegit cùm Fulcaudo Mortuimaris
dynastâ: traductus est posteà ad Ar-
chiepiscopatum Bituricensem: coram
Capitulo die Lunæ post Natalem Do-
mini 1330. ordinatione Ioannis XXII.
summi Pontificis, Episcopatum dimi-
sit, vt produnt Acta Capitularia.

BERTRAND D'argent au cheuron d'azur à 3. roses de gueulle.

71. GVILLELMVS BERTRAND
I. aliàs dictus COLOMBIER Anno-
nensis origine, Mathæi & Agneti Im-
periere filius, frater Petri Cardinalis
A Episcopi Eduensis, ac Guillelmi do-
mini de S. Romano Eduorum Senes-
calli, item Bertrandi Abbatis Bonæ-
cumbæ in Ruthenis. Apertâ regaliâ
anno 1331. die Veneris post Circumci- 1331.
sionem Domini, Sabatho post Pascha,
bullæ Guillelmi à Sede Romanâ pro
Episcopatu Nouiomensi exhibitæ
sunt Decano & Capitulo, ex citatis
Actis Capitularibus.

ALBERTI.

72. STEPHANVS ALBERTI II.
Lemonix, posteà Claromontensis,
Cardinalis, ac Pontifex Max. Inno-
centij VI. nomine.

B

ANDRE'.

73. PETRVS ANDRE' III.
renunciatur Episcopus 26. Octob.
1340. ex archiuis Vaticani, non 1342. 1340.
vt Vassorius, alijque asserunt: probat
anno 1342. 10. Iulij ordinationem
Ioannis Abbatis S. Eligij Nouiomen-
sis de quibusdam redditibus patrimo-
nij ad monasterij vtilitatem deputatis,
quòd Clemens Papâ ratum habuit
bullâ datâ Auenione 12. Cal. Februarij
Pontificatus 2. vt notatur in codice
MS. S. Eligij, posteà fit Episcopus Ca-
meracensis.

LE BRVN.

C 74. BERNARDVS LE BRVN
Briuatensis, ex Decano Lemouicensi,
Podiensis Præsul, posteà Nouiomen- 1347.
sis 1347.

COMBORNIO.

75. GVIDO DE COMBORNIO
II. cuius nulla mentio habetur in mo-
numentis præter nomen.

COQVEREL.

76. FIRMINVS COCQVEREL
ortu Ambianensis & Canonicus, De-
canus Parisiensis, Regni Cancella-
rius, Episcopus autem Administrator
memoratur 1349. 11. Octobris; mor- 1349.
tuus 1350. ex actis Consistorialibus
D Vaticani.

ARBOIS.

77. PHILIPPVS D'ARBOIS I.
natione Burgundus è diœcesi Bisonti-
nâ, ex Pastore de Beury iuxta Bethu-
nam in Artesio, à Consiliis & Eleemo-
synis Ludouici Comitis Flandriæ, in-
de S. Donatiani Brugis Decano, ele-
ctus est Episcopus 1350. 23. Ianuarij ex 1350.
registro Vaticano plaudatæ vir vitæ,
ædiúmque sacrarum plurium auctor
apud Meyerum, translatus est ad Se-
dem Tornacensem, in cuius maioris
basilicæ choro visebatur eius tumu-

lus, qui à Sectariis dirutus est, prostat autem legentibus sequens epitaphium.

Hoc iacet in tumulo magnâ virtute
PHILIPPVS
ARBOSIVS, *primùm Nouionas, Neruius inde*
Antistes magnus, meritis & nomine, templis
Qui tribus esse dedit, multis donaria scripsit,
Largus & ad sacram fuit hic quoque Virginis aram.
Post varias laudes exempláque lucida vitæ,
Queis sibi susceptam permouit ad æthera plebem,
Hic cinis & puluis mortis requiescit in vrnâ.

MEVLAN. 78. IOANNES DE MEVLAN I. posteà translatus ad Episcopatum Parisiensem; ei suffectus legitur in Actis Consistorialibus Vaticanis alter Ioannes 1351. 8. Februarij.

DE LORRIS. 79. ÆGIDIVS DE LORRIS ex Regis Consiliario ad Episcopatum
1357. vocatur 1357. die 27. Februarij, ex citatis registris Vaticani: in archiuis Ecclesiæ suæ reperiuntur eius litteræ pro molendino Vadi datæ 1363. memoratur sæpius apud Tilium, præcipuè solemni conuentui Parium Franciæ interfuit Parisiis, pro causâ Ioannis Montisfortis Ducis Britanniæ: dotauit quatuor missas in Capellâ S. Magdalenæ: & in viuis esse desiit 28. Nouembris 1388. terræ mandatus in Choro Cathedralis sub laminâ cupreâ.

DE MOVLINS. Vne Croix ancrée de sable. 80. PHILIPPVS DE MOVLINS ex Ebroicensi Antistite eligitur Nouiomensis, Regi Carolo VI. à Consiliis, vrbem ingreditur 1388. quo anno
1388. Præses declaratur in Curiâ Parisiensi Iuuaminum. Interest tralationi corporis S. Ludouici 1392. eodem anno præsens solemni decreto Maioritatis Regum. Legationem obiuit cùm Catalaunensi Præsule 1393. pro dirimendâ controuersiâ procerum Sabaudiæ, qui cùm Comitissâ Bonâ Borboniâ tutrice Principis contendebant: adfuit pariter consilio Caroli VI. Regis de acceptatione Genuæ ciuitatis in deditionem Francorum. Missus item Regis Vicarius ac Delphini cùm Petro Meldensi Antistite, vt possessionem Comitatus Valentinensis adipisceretur. Iacet apud Cælestinos Parisienses, hoc ei in laminâ cupreâ epitaphio insculpto in medio chori Cathedralis, cui plura bona fecit, ac missas fundauit: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater Dominus Philippus de Molinis Engilbertorum, Niuernensis diœcesis, quondam Episcopus Ebroicensis, deinde Nouiomensis, Regum Ioannis, necnon Caroli 5. & Caroli 6. Secretarius; quibus fideliter seruiuit per 56. annos & obiit Parisius vltimâ die Iulij 1409.* 1409.

81. PETRVS FRESNEL IV. Regi à Consiliis, ex Meldensi creatur Nouiomensis Antistes 17. Sept. 1409. eodem mense iurauit sacramentum clientelare Regi, vnus ex delegatis pro pace componendâ inter Francos & Anglos apud castrum Vincestriæ secus Lutetiam 1410. hoc etiam anno missus est per Carolum 6. Boloniam cùm Iacobo Castellioneo Franciæ Admirâli pro induciis procrastinandis cùm Angliæ Rege: tandem euectus est ad Lexouiensem Sedem. FRESNEL. 1410.

82. RADVLFVS DE COVCY ex nobilissimâ familiâ Couciaci, priùs Metensis Episcopus, ad hanc autem Ecclesiam translatus, per procuratorem admittitur die 19. Aprilis, cùm Regi Carolo 6. pro têporali hominium præstitisset 15. eiusdem mensis 1415. donauit libros Capitulo pro extruendâ & adornandâ bibliothecâ, ac fatis cessit 17. Martij 1424. sepultus in maioris Ecclesiæ Choro sub laminâ cupreâ. COVCY. 1415.

83. IOANNES DE MAILLY II. ex Canonico renunciatus fuit Episcopus 2. Septemb. 1426. per Martinum V. Pontificem prouisus, vrbem ingreditur solemniter 1428. penultimâ Martij, cùm Henrico Anglorum Regi clientelam exhibuisset 1425. Lutetiæ 17. Septemb. quam iterum Carolo 7. Regi Turonis 1436. vltimâ Iulij professus est: fuit item Præses Cameræ Computorum Parisiis, atque interfuit coronationi Henrici 6. in æde Marianâ Lutetiæ: vnus posteà ex consiliatoribus pacis inter Philippum Ducem Burgundiæ & Carolum 7. Regem Franciæ Atrebati in Abbatiâ S. Vedasti. Consecrauit Episcopum Cenomanensem Martinum Berruier in templo maiori, ac suæ Ecclesiæ lega- MAILLY. 1428.

uit insignem Bibliam manuscriptam: A
1472. mortuus Parisiis 1472. 14. Februarij
ex registris Capituli: Iacet in Choro.

MARAFIN. De gueulle a la bande d'or, accompagnée de six estoiles de mesme 3. en chef & trois en pointe.

84. GVILLELMVS MARAFIN
II. nobilis Turonensis, ex dominis de
Nots per procuratorem missus fuit
in possessionem Sedis 5. Iulij 1473. ac
die 22. Decembris 1474. festiuâ pom-
pâ vrbem & Ecclesiam inuisit: trans-
fert S. Hunnegundis relliquias è capsâ
ligneâ in argenteam apud basilicam S.
Quintini 1478. adfuit Sacro Remensi
1478. Caroli 8. tum Ludouicum posteà Car-
dinalem Borbonium fonte lustrico
abluit 1493. comitatur Ludouicum B
12. Parisios solemniter ingredientem
1498. & mortuus est in castro Caroli-
pontis 7. Augusti 1501. postridie hu-
matur in Choro Cathedralis ante
maius altare, eius exequias celebrante
Episcopo Suessionensi.

HANGEST. D'argent à la croix de gueulle chargée de cinq coquilles d'or.

85. CAROLVS DE HANGEST I.
ex dominis de Genlis, Francisco pa-
tre genitus, Protonotarius Apostoli-
cus & Abbas B. Mariæ de Precibus in
Armoricâ, & Nouiomensis Cano-
nicus, curante Ludouico 12. Rege ele-
ctus fuit Episcopus 2. Octobris 1501.
factâ illi à Sede Apostolicâ potestate C
fruendi Canonicatu Rotomagensi,
Archidiaconatibus Vulcassino Neu-
striæ, & Ebroicensi, Archipresbyte-
ratu Castrieraldi in Pictonibus, nec-
non Abbatiâ prædictâ de Precibus: die
13. Ianuarij per procuratorem adiit
1502. possessionem, ac Dominicâ 25. Sept.
1502. quo anno Rotomagi consecratus
fuit, vrbem inuectus est adstantibus
Episcopis Laudunensi & Bellouacen-
si: transfert corpus S. Godebertæ
1504. posteà resignauit Carolus nepo-
ti suo, cùm facultate obeundi mune-
ra Episcopalia. Tandem viuere de-
sijt 29. Iunij 1528. in castro Caroli- D
pontis, quò seecesserat in otio, vbi
ædes ornauit & auxit, palatiúmque
Episcopale Nouiomi ædificauit, vti
in Cathedrali Capellam Assumptio-
nis B. Mariæ, Boni Episcopi apud
suos Nouiomenses cognomentum
promeritus.

HANGEST.

86. IOANNES DE HANGEST
III. superioris nepos ex fratre Gen-
liaci toparchâ, matrem habuit Ma-
riam de Moui: eruditus is Præsul ces-
sione patrui iniit possessionem 1. Aug.
1525. bullis Clementis 7. prouisus die
7. Aprilis, eiusdem anni, tantùm natus 1525.
an. 19. cùm facultate solummodò ad-
ministrationis ipsi patruo reseruatâ;
fuerat anteà Canonicus & Archidia-
conus Ebroicensis, Magister in Arti-
bus, ac Pontificis Max. Referenda-
rius; Romam posteà profectus est, vti
innuunt verba hæc eruditi viri Petri
Bunelli dum Venetiis ageret 1530.
epistolâ ad Æmilium Perrotum. Ecce «
tibi Nouiodunensis Episcopus ado- «
lescens sanè nobilissimus, & bonarum «
artium imprimis studiosus, cùm quo «
mihi ante multos annos amicitia & fa- «
miliaritas intercesserat, ad nos venit. «
Tum alibi sic fatur; Quod Episcopi «
nostri in canes & equos alendos insu- «
munt, ipse eosdem sumptus in viris «
bonis iuuandis & ornandis facit. De- «
cessit Lutetiæ 4. Febru. 1577. in Col- 1577.
legio Dainuillæ, sepultus apud Fran-
ciscanos: vide Vassorium qui de vitâ
fusiùs scripsit. Post eius transitum vl-
timus electorum à Capitulo eodem
mense designatus fuit Pontifex *Anto-
nius Bouchelé* Pœnitentiarius Nouio-
mensis; sed irrita fuit nominatio.

ANGENNES. D'argent au sautoir de sable.

87. CLAVDIVS DANGENNES
C Iacobi domini de Ramboüillet, & Isa-
bellæ Cotereau filius, Senator anteà
Parisiensis, oblatis Capitulo per pro-
curatorem bullis prouisionis 24. No-
uemb. 1578. die 8. Febru. 1579. in vr-
bem suam festiuâ pompâ admissus, in-
terfuit Concilio Remensi 1583. ac pro 1583.
Clero disertè perorauit in Comitiis
generalibus Parisiensibus 1585. coram
Rege. Porrò apud S. Carolum Borro-
mæum haud mediocrem tulit laudem,
dum his omnino ipsius verbis cômen-
datur: *Cùm ex hominibus fide dignis
audiuerim de multiplici doctrinâ, diui-
narúmque rerum scientiâ, de religione, &
D prudentiâ quâ flores; præcipuè verò de
verè paternâ pastoralique sollicitudine, &
curâ, quâ tu nobilissimam istam Eccle-
siam administras & regis, & ad anti-
quæ disciplinæ splendorem ac dignita-
tem reuocare contendis, magnam percepi
animo voluptatem. Deóque gratias egi
immortales, quòd tam duris temporibus
populo Nouiodunensi eum Pastorem tri-
buisset, cuius sapientiâ ac virtute non so-
lùm ab impiarum opinionum corruptelis
integer, sincerúsque esset, sed etiam illu-
stribus tum exemplis, tum institutis abun-
daret: videor enim in vnius Antistitis,
qui*

qui personam suam laudabiliter sustinet, & munus accuratè administrat, vigilantiâ & sollicitudine, multarum animarum salutem, innumerabilium virtutum segetem, bonorum operum seminarium videre. Quæ non eò à me commemorantur, quòd te aliis quàm diuinæ gloriæ stimulis, atque incitamentis egere credam, sed vt intelligas quanti faciam eam virtutem ac pietatem, quâ te Deus ad gregis sui spiritalem vtilitatem ornauit, atque insigniuit. Posteà Claudius fit Cenomanensis Episcopus, vt diximus.

Bleigny.

88. Gabriel de Bleigny, dictus le Genevois, dominus de Boussancour, ex Abbate B. Mariæ de Moris, diœcesis Lingonensis, & Agente generali Cleri Gallicani, necnon Decano Lingonensi, qui iam ante Promotor Ecclesiastici cœtus in Camerâ Ecclesiasticâ 1576. ac coram Rege pro eodem Clero proloquutus fuerat 1585. vrbem suam Româ rediens obtentis bullis ingreditur Dominicâ
1588. 11. Decemb. 1588. decessit 1592. die S. Lucæ apud Peronam, vbi humatus in Collegiatâ S. Fursæi.

Munier.

89. Ioannes Munier iv. Remensis diœcesis è vico Roissiaco oriundus, Doctor Nauarricus, & in Cathedrali Nouiomensi Canonicus, curante Gabriele nominatur Episcopus, sed ante adeptam possessionem
1594. viuere desiit Nouiomi 9. Iulij 1594. post quem nominatur à Rege *Annibal d'Estrée*, Marchio de Cœuures, nunc Equitum Franciæ Tribunus antiquior, qui cessit Episcopatum Carolò 1597. die 29. Decemb.

Balsac D'azur à 3. saultoirs d'argent 2. 1. au chef de gueule à trois saultoirs d'argent mis en fasce. Au 2 & 3. de Grauille sur le tout de Milan.

90. Carolvs de Balsac ii. Abbas S. Georgij de Boscheruillâ diœcesis Rotomagensis, ac Thesaurarius Sacræ Capellæ Parisiensis Palatij, ex vetustâ nobiliq; stirpe de Balsaco, Thomæ domini de Montagu, & Annæ Gaillard filius, ex maiore Archidiacono Rotomagensi ac Decano Turonensi die 2. Iulij an. 1597. ingressum solemni ritu celebrauit; eo sedēte Minimorum Conuentus erigitur Peronæ, liberalitate domini de Bernieules, & Capucini apud Nouiomum; vitæ metam attigit die 27. Nouemb.
1627. 1627. corpus tumulatur in basilicâ Cælestinorum Marcouciaci, cor autem Nouiomi conditum, hac inscriptionē appositâ.

DEO OPT. MAX.

Tibi ò Moderator cœli, & Libripens abyssi, cuius omni videns oculus in perpetuo cordium exercetur scrutinio. Ego CAROLVS BALSACIVS. *quem de gente tuâ electum, huic Nouiomensi Ecclesiæ præfecisti, cor meum hoc denoti quondam obsequij pignus propriis manibus offero; prœbeòque: vt quod igneam pyramidis speciem in pectore prætulit, hac marmoreâ pyramide testetur, me semper flagrasse desiderio & amore tui: & quod primùm in homine animari, postremùmque exanimari creditur, æternum, ò Christe, in te spiret, qui libens ideò expirasti, vt è multis custodires spiritum meum.*

Corpus abest, en tordis apex & amoris imago,
Quis mihi iam fratrum vota precésque neget?

CAROLVS BALSACIVS *Nouiodunensis Episcopus vocatus, hæc orans humiliter ponebat, tu bone Iesu fac* 1622. *vt exoret.* M. DC. XXII.

Baradat D'azur à vne fasce d'argent accompagnée de 3. roses d'or feuillées de sinople 2. 1.

91. Henricvs de Baradat Abbas Beatæ Mariæ Clarimontis, Guillelmo de Barradat Barone de Thou, dynastâ de Dameri, è domesticis nobilibus Regis, ac Susannâ de Romain dominâ de Fontaine parentibus prognatus, ex Canonico Parisiensi inauguratur Lutetiæ à Ioanne-Francisco de Gondi Archiepiscopo, Egidiò Souureo Autissiodorensi, & Claudio Gelas Aginnensi Præsulibus, vrbem & Ecclesiam primùm iucundo ingressu inuisit 11. Aug. eodem sedente 1628. 1628.
15. Feburarij Moniales Vrsulanæ apud Nouiomum admissæ sunt: dicat Ecclesiam Minimorum 1629. exornauitque castrum Episcopale. Anno 1635. die 13. Aug. Senatusconsultum Parisiensis Parlamenti aduersùs Canonicos & Capitulum S. Quintini obtinuit, pro iurisdictione Episcopali: vocatur demum ad Comitia Cleri Lutetiæ anno 1645. & in sacro Ludouici xiv. Remis Paris dignitatem gessit, cui etiam & Capitulo Iacobus Vassorius Cathedralis Decanus nuncupauit Historiam Episcoporum Nouiomensium, seu Annales Ecclesiæ duobus tomis 1633. adhuc in viuis agit. 1645.

DECANI ECCLESIÆ NOVIOMENSIS.

DECANORVM subiecta series desumpta est è Vassorij Annalibus, ex quibus & variis Episcopalis ac Capituli tabulariis indiculum texuimus in hunc modum.

1. *Achardus*, primus qui occurrat B
Decanus, vixit temporibus Balduini
1045. 1. Antistitis anno 1045. memoratur in
titulo Balduini, vbi excõmunicat eos qui altaria Ecclesiæ Nouiomensi data auferrent an. 1048. vbi legitur quondam Decanus Nouiomensis.

2. *Arnulfus* anno 1055. ex cartophilacio Capituli.

3. *Herimarus*, habetur illius me-
1092. moria in monumentis anno 1092. &
1097.

4. *Berengarius*, auunculus Gui- C
donis Cancellarij, & Thesaurarij Nouiomensis; nominatur in veteri instrumento registri Capitularis de beneficiis Ecclesiæ.

5. *Robertus* 1. sedit viuente Balduico Antistite.

1121. 6. *Roscelinus* 1121. recensetur in actu
priuilegij Lamberti Nouiomensis, pro transactione inter Capitulum & Monachos Belliloci, ratione decimarum, ex codice Priuil.

7. *Balduinus*, qui habetur subscri- D
tus diplomati Simonis Episcopi 1130.
1155. 1153. & 1155. is Decanatum cessit Bal-
duino nepoti, posteà Episcopo Nouiomensi, huius nominis tertio, & ipse vestem induit monasticam in Abbatiâ Eligianâ.

8. *Balduinus* 2. Episcopus fuit eiusdem Sedis, qui censum pro anniuersario largitur hac formâ: *Ego Balduinus Dei gratiâ Nouiomensis Episcopus notum facio, quoniam ego iamdudum ob animæ meæ, & patrui mei Balduini quondam*
A *Nouiomensis Decani remedium, & ad celebrandum deinceps eidem anniuersarium, Ecclesiæ B. Eligij in quâ ipse factus Monachus in pace requieuit, censum decem & nouem solidorum, & duorum denariorum, uniúsque oboli in eleemosynam contradideram, anno Incarnat. 1174.* in Necro-
logio S. Eligij leguntur hæc verba; Ad 1174.
« anniuersarium huius Balduini faciendum dedit nobis nepos & successor suus Decanus, postmodum Episcopus Balduinus 30. sol. census: eodem an. 1174. memoratur in cartulariis priuilegiorum. »

9. *Ioannes de Britolio* 1. qui anno 1179. obtinuit ab Alexandro 3. confirmationem iurium Capituli.

10. *Hugo de Coucy* 1187. & 1202. ex obituario.

11. *Thomas*, aliis *Theodoricus* vir
probus 1229. 1234. iacet subtus The- 1229.
saurum, de quo meminêre registra Capitularia.

12. *Ægidius de Vitry* Ebroini ac Eremburgis natus, vt habetur in Necrologio.

13. *Ioannes de Vitry* 2. prioris nepos, de quo dubitat Vassorius an fuerit Decanus.

14. *G.* nominatur in statutis Ec-
clesiæ 1295. 1295.

15. *Ioannes d'Erchieu* 3. fundator Missæ Guidonis de Pratis Episcopi viuebat 1300. 1306. & 1312. ex variis documentis Capituli.

16. *Arnulfus d'Oisy* ex Canonico,
quædam fundauit in obituario, vri
anniuersatium pro animâ Regis Phi- 1336.
lippi Longi: ac decessit 1336.

17. *Ioannes d'Erkery* 4. Regià Consiliis, Ecclesiam ornamentis locupletauit: de illo fit mentio in schedâ Regij cartophilacij mense Septemb. 1358. iacet in Capellâ S. Luciæ 1370. vbi hæc inscriptio.

Puluereis pannis marmor tegit ossa Ioannis
DERCHERII nati tot laudibus intitulati,
Annis Ecclesiam rexitque triginta Decanus,

Cùm tribus humanus sanctam reueren- A
do Mariam.
Hic cùm prole situs præfulsit vtrôque peritus,
Consul erat Regis, promptus pescentibus agris.
Finit C. triplici mil septuaginta Nouembris
Christus donet ei sedem summæ requiei.

18. *Petrus Preuost* Doctor in Decretis, Canonicus item Parisiensis, Laudunensis, & Tornacensis: obiit
1374. 1374. iacet sub cupreâ laminâ ante altare D. Antonij.

B

19. *Hugo Grimaudi* Consiliarius in Parlamento, recipitur Decanus 1394. 17. Aug.

20. *Ioannes de Ripariâ* 5. Senator Pa-
1416. risiensis anno 1416. 30. Maij electus fuit in Decanum, obiit 1446. quiescit in Choro subtus Aquilam, hâc additâ inscriptione: *Hîc iacet vir circumspectionis venerandæ Magister Ioannes de Ripariâ, Magister in Artibus, & in Legibus Licentiatus, quondam domini nostri Regis in suo Parlamento Consiliarius, huius Ecclesiæ Nouiomensis Canonicus, & Decanus benè meritus, necnon Remensis &* C *Carnotensis Ecclesiarum Canonicus Præbendatus, qui obiit penultimâ die mensis*
1446. *Nouemb. anno Domini* M. CCCC. XLVI. *Oretis Deum pro eo.*

21. *Guillelmus Bouille* Doctor ac Theologiæ Professor eruditissimus, ex
1446. Canonico eligitur 13. Febu. 1446. admissus die Sabathi in vigiliâ Paschæ; Decanus item S. Florentini de Royâ: quædam in honorem B. Eligij fundauit, vir gestis clarus sepeliri mandauit extra porticum Sybillarum, ad latus dextrum sine monumento.

D

22. *Iacobus de la Vieuxville* 1. ex nobili stirpe, Canonicus anteà Nouiomensis, ac maior Vicarius & Officialis, denatus anno 1508.

23. *Franciscus de Partenay* ex Ca-
1508. nonico, eodem anno electionis 1508. migrauit ad alteram vitam, sepultus in cimiterio.

24. *Ioannes de Hallescourt* 6. Protonotarius Apostolicus: eligitur 1508. 5. Septemb. permutauit cùm Mathæo,

25. *Mathæus de Randoul* Licentiatus in Decretis ac Decanus 1513. obiit 2. Iulij 1530. iacet ante Crucifixum. 1530.

26. *Antonius Charmolue* ex Canonico Decanatus possessionem apprehendit 1530. mortuus 29. Maij 1557. quiescit in naui ante imaginem redemptionis nostræ, sub lapide cui insculpta est inscriptio Latinè versa: *Hic iacet venerabilis & scientifica persona D. Antonius Charmolue, dum viueret Licentiatus in Decretis, Presbyter, Canonicus & Decanus Nouiomensis, prudens zelator honoris Domini, & vtilitatis Ecclesiæ Nouiomensis, qui obijt 1557.*

27. *Radulfus Tabari* Doctor in Theologiâ, Canonicus Nouiomensis & Pastor de Cambrone successit 1557. 1557. electione Canonicorum 16. Iunij, ac resignauit nepoti: defunctus 13. Maij 1560. iacet in Capellâ nouâ.

28. *Florentius Parmentier* nepos Radulfi, adiit possessionem mense Octobri 1558. apud Chalniacum excessit è viuis 28. Februarij 1559. sepultus in medio nauis ante Crucifixum.

29. *Radulphus Tabari* iterùm à Canonicis electus.

30. *Nicolaus le Breton* 1. Senator Parisiensis 1560. Decanatum cessit se- 1560. quenti, præerat & 1562.

31. *Nicolaus Testart* 2. nepos præcedentis ex resignatione auunculi, eam dignitatem permutauit pro Cancellariâ, mortuus Remis.

32. *Ioannes Feuillet* 7. Canonicus & Cancellarius Nouiomensis, receptus ad Decanatum viâ permutationis 1576. cùm Nicolao 27. Iulij 1576.

33. *Philippus de Gourlay* ex nobilibus de Beranglise, recipitur Decanus 14. Augusti 1596.

34. *Iacobus le Vasseur* 2. Presbyter Doctor Theologus Parisiensis Facultatis, Annalium Ecclesiæ suæ Scriptor anno 1633.

35. *Nicolaus de la Haye* 3. Decanatum cessit nepoti ex fratre qui hodie 1655. præest 1655.

OLORENSES EPISCOPI ET DOMINI.

Oloron en Bearn sur le Gaue.

OLORO ad Gauum sub Auscensi Archiepiscopatu, & Parlamento Pali, in Benearnensi prouinciâ, antiquissimi olim Vicecomitatus Caput, nunc Episcopatus Sedes, cuius multiplex B fuit nominis etymon, nam in Itinerario Antonini nuncupatur Iluro, vel, vt indicat Curita, Ilurona; in Notitiâ Prouinciarum Galliæ vocatur Elloronensium ciuitas in prouinciâ Nouempopulanâ, Loronensium, & in veteri Capitularione de nominibus regionum Galliæ Elarona, quâ appellatione eam indigitat vita S. Luperci. At denominatur Oloro in subscriptionibus Synodi Agathensis, quæ in Parisiensi, Eloronensium memoratur, in regiftro Papæ Gregorij VII. Elorensis, vel, vt adnotauit carta Morlanensis Centulli Principis de Benearnio, C Olornensis Amatus inscribitur Episcopus. Denique in actis Synodi Vaurensis appellatur Oleronis Cathedralis Ecclesia, quemadmodum indicat illustriss. & eruditissimus Tolosanus Archiepiscopus Petrus de Marcâ, Historiæ Benearnensis lib. 1. c. 12. Errant autem qui Vliarum insulam Plinij, quæ Olarion Sidonij Apollinaris, pro eadem ciuitate interpretantur, quæ Hispanis contermina, & commodo situ propter commercium locata est: à Normannis excisa, inde per Centullum 4. Vicecomitem Benearni in-
1080. staurata fuit anno 1080. cùm Episcopio & Cathedrali, eo loco vbi etiamnum spectatur. Cæterùm Cathedralis sub inuocatione B. Virginis eiusdem Principis munificentiâ, cùm priùs in ruderibus iaceret ciuitas, extructa fuit in villâ inferiori, cui adiunctus burgus S. Mariæ Oloronensis nuncupatus, vbi stabilita Sedes Pontificia, cuius loci toparchiâ, Gastonis 5. Vicecomitis Benearnensis munificentiâ, Episcopus & Capitulum hodiéque fruuntur: hoc monito tamen, Episcopatum priùs apud S. Mariam restitu- A tum fuisse, quàm vrbs per Centullum ibidem excitaretur, vti legere est cap. 17. lib. 4. eiusdem Historiæ Benearnensis: In hac diœcesi reperitur Abbatia.

S. VINCENTII DE LVCO O. B.
Saint Vincent de Luc.

Antistitum Catalogum hîc proferemus ex cl. viri Arnaldi Oihenarti Notitiâ vtriúsque Vasconiæ cap. 13. lib. 3.

1. GRATVS Episcopus de Oloronæ ciuitate cùm Galactorio de Benearnio, aliísque Nouempopulaniæ Præsulibus subscripsit Synodo Agathensi anno 506. 506.

2. LICERIVS adfuit Concilio Parisiensi 4. 573. & Matisconensi 2. anno 585. vbi scribitur Lucerius, pro Licerio.

3. ABIENTIVS memoratur in Concilio Toletano 8. an. 657. 657.

4. RAIMVNDVS Vetulus, legitur præfuisse circa an. 1040. Episcopus item aliarum Ecclesiarum Vasconiæ: eo deposito.

5. STEPHANVS, Cathedram obtinuit anno vt conijciunt 1058. & interfuit synodo Iaccensi in Hispania, Austindo Archiepiscopo Auscensi præside, apud Baronium anno 1060. secundùm mentem Suritæ docti scriptoris Hispani, ex libro antiquitatum Oscæ lib. 4. necnon dedicationi Moissacensis monasterij apud Cadurcos anno 1063. 1063.

6. AMATVS natione Benearnensis, Legatus Pontificis Maximi Gre- D gorij VII. in Aquitaniâ, vt testatur lib. 2. ep. 11. indixit Concilium Pictauense 1074. cui præsedit cùm Goscelino de Parthenaio Archiepiscopo Burdegalæ, pro dissolutione matrimonij Guillelmi Comitis Pictauensis cùm Aldearde Burdigalæ Synodum conuocauit 1096. ac nobilissimâ Legatione, Gregorij VII. Papæ nomine functus est cùm Abbate S. Pontij Tomeriensis an. 1077. in Hispaniam, vt iura 1077. ac priuilegia, quæ inuasione Sarracenorum, Sedi Apostolicæ per Reges ac Principes regionis solita pensitari, ne-

gabantur, suâ solertiâ ad fiscum Romanæ A Ecclesiæ reuocaret, quæ & à Sancio Ramire Rege Arragoniæ impetrauit. Franciscus Diago in vetustâ Comitum Barcinonensium Historiâ ex tabulariis ciuitatis auctor est, Amatum eundem celebrasse Synodum Episcoporum in ciuitate Gironâ, aliúdque Conciliabulum in castro de Besalu, ei adfuêre Episcopi Agathensis, Elnensis, ac Carcassonæ, aduersùs Vuifredum Narbonensem Antistitem. De Amato legenda est vita Gregorij Papæ 7. Baronius in Annal. & l. 4. Hist. Benearn. Translatus est ad Metropolim Burdegalensem anno B
1088. 1088. vbi plura de eo in Catalogo Archiepiscoporum.

Benac. 7. Odo de Benac nobili ex stirpe, Guillelmo Auriol de Benaco & Mariâ Vicecomitissâ Leuitanensi progenitus, Abbas S. Petri Generensis & Episcopus, præerat 1096. quo anno dicata est eadem Ecclesia à Vuillelmo Auscensi, Sancio Lascariensi, Bernardo Bigorritano, Gastone Vicecomite Bearnensi, & multis nobilibus 11. Idus Octob. ex tabulariis S.
1101. Petri. Nominatur 1101. in cartâ Sancij Lascariensis Episcopi, pro Canonicorum Capituli sui reformatione: fuit & Prior Ecclesiæ S. Fidis Morlanensis.

Sentes. 8. Rogerius de Sentes I. frater Episcoporum Aquensis & Vasatensis, præsens donationi factæ à Gastone Vicecomite de Benearno, annuente Talesâ vxore, ac Centullo filio, domui Dei & hospitali, teste Guidone Lascariensi Antistite ex cartâ Aquensi; in quâ legitur Odonis successor; cùm eodem Aquensi Præsule controuersiam habuit pro dominio Solensi:
1106. viuebat Raimundus an. 1106.

9. Arnaldus I. Prior Morlanensis subrogatus erat Rogerio iam ab anno 1114. testis in veteri schedâ transactionis monasterij de Luco & Raimundi Sequini, & in cartâ Alber-
1128. tini domus Hospitalariæ 1128. consecrauit oratorium hospitalis de Gabas in valle Vrsalensi, cui cœmeterium consecit.

Isest. 10. Arnaldus Iseste II. Monachus Cluniacensis, & Prior Morlani, quem Arnaldum Isestum cognominat cartularium Sorduensis Abbatiæ, vixit an. 1140. cuius nomen occurrit in cartâ fundationis Prioratus d'Ordios anno 1150. ex schedâ Morla- 1150.
nensi, quâ postulante Guiscardâ Vicecomitissâ Bearnensi, indulsit facultatem condendæ Capellæ in xenodochio Morlanensi, subditam Cluniacensi Ecclesiæ anno Incarnat. 1154. mense Septembri. Hic autem vnâ cùm aliis nobilibus Benearni elegit sibi in Dominum Raimundum Comitem Barcinonæ, huiusmodi codicillis, quos è tabulario Barcinonensi, analectis Historiæ Bearnensis lib. 5. cap. 34. inseruit Petrus Marca hoc tenore. *Anno ab Incarnatione Domini* MCLIV. *mortuâ Vicecomitissâ Bear-* 1154.
nensi nomine Guascardâ, in mense Aprilis, conuenire in vnum apud Campum-francum omnes illius terræ proceres, videlicet Episcopi venerabiles Olorensis & Lascurrensis cùm Abbate S. Seueri de Gaschoniâ, & Fortanerius d'Eschot, Raimundus de Dumi, Raimundus Arnaldus de Gerderes, Gaiardus de Morlanâ, Arnaldus d'Alacchun cùm magnâ multitudine Benearnensium scilicet, ac Morlanensium, & Aspensium, atque C *Orsalensium, ante præsentiam inclyti Raimundi Comitis Barcinonensis, Aragonensium Principis, qui omnes tam per se, quàm per illos qui deerant, ditioni & dominio Comitis iam dicti se supponentes, fecère ei hominium, sacramenta, & fidelitates, eligentes eum sibi in Dominum & rectorem saluâ fidelitate filiorum Petri Vicecomitis Bearnensis olim defuncti. Facta fuit hæc carta apud Campumfranchum, in præsentiâ Petri Comitis Bigorræ, & multorum nobilium mihi pariter assistentium, in mense Aprilis, in Erâ millesimâ centesimâ nonagesimâ secundâ; In primis Arnaldus Episcopus* D *Olorensis, Raimundus Episcopus Lascurrensis, Raimundus Abbas S. Seueri de Gaschoniâ.* Præsens memoratur in Comitiis Morlanensibus, à Petro Vicecomite Bearnij indictis 1147. subscriptus & autographo priuilegiorum Ecclesiæ Morlanensis, dato apud castrum de Pado per Gastonem Moncadæ.

11. Bernardus I. Abbas S. Petri Generensis & Episcopus vt antiquæ tabulæ docent an. 1170. de quo 1170.
Surita lib. 1. hist. Aragon. legitur in

cartâ hominij Mariæ Vicecomitissæ
pro Benearno, Regi Aragoniæ Ilde-
fonso. Ratam habet pariter donatio-
nem Gastonis Principis factam Prio-
ratui Morlanæ, atque interest Con-
cilio Lateranensi 1179. & in dedica-
tione Moissacensi 1180. firmauit iu-
bente Gastone Vicecomite cessionem
alteram bonorum cœnobio Siluæma-
ioris 2. Idus Februarij 1181. ex cartatio
1205. Palensi : inscribitur & 1205. in con-
uentione Gastonis Vicecomitis Bear-
ni, Comitis Bigorræ, cùm Raimundo
Garsiâ filio G. Arnaldi toparchâ ca-
stri de Naualhes, ex tabulario Las-
currensi.

MORLANS. 12. BERNARDVS DE MOR-
LANE II. Oloronensem rexit Eccle-
siam an. 1209. quemadmodum pate-
bit diplomate Oloronensis cartarij
ab Hist. Bearni exscripto tali tenore:
» Ego Gasto Vicecomes Bearnij & Co-
» mes Bigorræ, dedi Deo & Ecclesiæ
» Olorensi, quòd quicumque meorum
» hominum, militum vel rusticorum, in
» eodem Episcopatu consistentium, ali-
» qua ad ius Ecclesiasticum pertinentia,
» vt decimas & huiusmodi dare voluerit
» Oloren. Ecclesiæ, dandi liberam ha-
» beat facultatem, meo dominio non-
» obstante, idem à meis iubeo posteris
» obseruari. Hoc autem factum est,
» quia quidam hæreditario iure Eccle-
» siam de Aren meo freti auxilio vsur-
» pabant, & constaret illam fore pro-
» priam Olorensi Ecclesiæ, priùs acce-
» ptam in pignore ab Arn. Garsiâ de
» Aren, deinde adquisitam titulo dona-
» tionis. Pro quâ tamen dederant Epis-
» copus & Canonici eidem Arnaldo
» Garsiæ & filiabus eius, ducentos &
» decem solid. Morlan. & iam possede-
» rant Ecclesiam 68. annis, quando liti-
» gium hoc incœpit, &c. Actum publi-
» cè apud Ortesium, præsentibus Epis-
» copo Lascurrensi R. G. de Nouailles,
» Vu. Od. d'Andonhs, R. de Coartasâ,
1209. » verbi Incarnati anno 1209. tertio No-
» nas Iunij, B. de Morlane regẽte Eccle-
» siam Oloren. Gastoni antẽ Vicecomi-
ti Bearnensi absolutionem à censuris
Ecclesiasticis impertitur, quia fauerat
Comiti Tolosano Raimundo, prop-
tereà inserendum quoque duximus
documentum è lib. 6. cap. 19. Hist.
Benearnij delibatum in hæc verba:
*Ego Gasto Vicecomes Bearnensis, omnibus
præsentes litteras inspecturis, volo fieri*

A *manifestum, quòd in meis temporibus mul-
tas feci iniurias instinctu Satanæ Eccle-
siæ S. Mariæ de Olorno, tam in ipsâ Ca-
thedrali Ecclesiâ, quàm in suis homini-
bus & pertinentiis damna multiplicia
inferendo. Cùmque propter hæc & alia
multa quæ commisi, essem multis excom-
municationibus innodatus, & diu in ma-
gnâ obstinatiâ perstitissem, tandem inspi-
rante diuinâ gratiâ recessi humiliter à
contumaciâ, rogans suppliciter dominum
B. de Morlanâ Episcopum iamdictæ
Ecclesiæ, vt sententias quibus astrictus
fueram, relaxaret, & satisfactiones in-
iungeres congruentes: Et cùm ipse me re-*
B *leuaret ab omnibus sententiis, quamuis
malorum quæ ego feceram non esset nu-
merus, nec æstimatio rerum quas abstuli
Dei Ecclesiæ, potuisset in summâ colligi,
pro ablatis tamen dedi supradictæ Eccle-
siæ, omnes homines meos quos habebam
in villâ S. Mariæ, & quidquid iuris
habebam in villâ S. Mariæ, & omnes
homines de Catron, & quidquid iuris
habebam in illis. Hæc omnia dedi su-
pradictæ Ecclesiæ pro restitutione ablato-
rum. Et totum hoc dictus Episcopus gra-
tum habuit & acceptum. Facta autem
fuit ista donatio apud Monenh, in præ-
sentiâ sæpedicti Episcopi & G A. de*
C *Lers, & Magistri Anerij Sancij, &
Mag. Terreni, & Arnaldi Guillelmi de
Faget, & Arnaldi Raimundi Abbatis
Sanctæ Engratiæ, & multorum aliorum
Clericorum, &c. Actum anno Domini*
M. CC. XV. Anno 1214. Bernardus 1215.
iste testis nominatur in cartâ Siluælla-
tæ, quâ Gasto Vicecomes largitur
tres Casales, scripto dato apud Mo-
nein. 3. Non. Febru. 1214. præsens fuit
solemnitati nuptiarum Petronillæ
Comitissæ Bigorrensis cùm Guidone
Comite apud Tarbiam 1216. missus &
pro negotio anathematis per Petrum
de Beneuento Cardinalem Legatum à
D Latere amouendi : recensetúrque in
actis testamenti Guillelmi Raimundi 1223.
Moucatæ Vicecomitis Bearnij apud
Oloronem 13. Cal. Martij 1223.

13. PETRVS I. donationem Pe-
tronillæ Comitissæ Bigorrensis, Ma-
thæ filiæ, vxoris Gastonis de Bearnio
probauit apud castrum Montaner an.
1250. cùm Raimundo Abbate Scalæ 1250.
Dei, vt est in cartario Palensi : vixit
& anno Domini 1254.

14. G. id est GVILLELMVS,

vel Gerardvs, vti refert Oihenartus in catalogo Episcoporum, sedebat anno 1255.

15. Rogerivs ii. vixit eodem
1255. anno 1255. quem dom. de Marcâ interpretatur Raimundum ex tabulis regij Tabularij Parisiensis anno 1256. sententiæ arbitrariæ apud Ortesium latæ per Rogerum Fuxensem Comitem, inter Gastonem Vicecomitem de Bearno, & Eschiuatum Comitem Bigorritanum.

16. Compainhvs anno 1260. reperitur adfuisse cõuentui habito in B Montemartiano 1268. cùm Archiepiscopo Auscensi, Episcopis Adurensi, Tarbensi, & Lactorensi, vbi Cõstantia Vicecomitis Gastonis nata emancipatur: delegatus cùm Bernardo Abbate de Luco ad Eduuardum Regem Angliæ procuratorio nomine Gastonis Vicecomitis Bearn. in causâ appellationis suæ ad Curiam Regis Franciæ, tabulis scriptis apud Ortesium in
1273. festo B. Lucæ 1273. ex cartario Palensi: legitur & Compainhum eandem rexisse adhuc Ecclesiam, ex schedis anno 1283. apud Oihenartum.

17. Bernardvs iii. anno 1288.

Ladvx. 18. Gaillardvs de Ladvx statuitur testamenti executor Gastonis Vicecomitis pro parte Benearnensis prouinciæ, cùm Arnaldo de Morlanâ Lascurrensi Antistite & aliis proceribus, instrumento dato apud castrum Saluaterræ 10. Calend. Maij
1290. 1290. quod fusiùs habetur lib. 7. cap. 30. Histor. Benearn. viuebat adhuc Gaillardus anno 1303.

19. Gvillelmvs Arnaldvs D memoratur in quodam instrumento Oloronensis Ecclesiæ an. 1316.

Valensvn. 20. Arnaldvs Valensvnvs iii. sedit ab anno 1314. ad 1341. hic
1341. interfuit Comitiis Curię Maioris Bearnij conuocatis in loco de Busi, vallis Vrsisaltus 1337. cùm Episcopo Lascurrensi, & Baronibus, vti liquet ex veteri registro.

21. Bernardvs iv. eius electio annotatur in Registris Vaticani A anno 1342. & ex alio documento eandem obtinebat Cathedram 1343. 1342.

22. Petrvs Esqvironvs ii. ordinatus fuit die 3. Iunij 1347. deinceps vsque ad annum 1369. Oloronensibus populis ius diuinum dixit. Esqvironvs. 1347.

23. Gvillelmvs Assatvs creatur Episcopus die 3. Iunij 1371. erat adhuc in viuis 1375. Assatvs.

24. Sancivs i. Monachus, præsens iusiurando Mathæi Comitis de Fuxo, Vicecomitis Bearnensis, in cœnobio Dominicanorum Ortesij 1393. coram Baronibus Curiæ Maioris. 1393.

25. Arnaldvs Vvilielmi iv. recensetur Episcopus anno 1399.

26. Petrvs iii. Ordinis Eremitarum Beati Augustini, perpetuus Administrator Ecclesiæ Oloronensis 1407. de quo meminêre Pamphilus, & cartæ regij Tabularij. 1407.

27. Sancivs Mvllerivs ii. Nuncius Comites Fuxensis in Concilio Constantiensi 1414. apud Nicolaum Bertrandi in Gestis Tolosan. cap. de Doctoribus Ordinis S. Dominici. Mvller.

28. Arnaldvs-Raimvndi d'Espagne, Rogero domino Montispani, Senescallo Tolosæ, ex Clarâ de Acromonte genitus, cuius memoria extat in actis anno 1420, & 1436. Espagne.

29. Garsias post Arnaldum Inuenitur in membranis annorum 1455. 1465. & 1471. 1455.

30. Sancivs de Caseneuve iii. Episcopatum obtinuit æuo Francisci Phœbi Regis Nauarræ, Comitis Fuxensis, & Vicecomitis Bearni. Caseneuve.

31. Ioannes de Pardailhan, huius nominis primus, è gente Pardailhanâ. Pardailhan.

32. Cösmvs Pacivs natione Italus, sub Alexandro vi. Romano Pontifice electus. Pacivs.

33. Amanevvs d'Albret, Albret.

Cardinalis de Albreto, Administrator A
1500. perpetuus huius Ecclesiæ anno 1500. Ioannis Regis Nauarræ germanus, Alano dynastâ Albreti, Comite Drocensi, & Franciscâ de Bretagne parentibus natus. Fuit & Episcopus Pompelonensis Nauarræ Metropolis, Appamiensis ac Vasatensis, Abbásque Brantosmi in Petrocoriis, & S. Amantij Buxiensis.

BEON. 34. RAIMVNDVS ARNALDI BEON ex Archidiacono Oloronensi, à Canonicis in Antistitem electus Amaneno Cardinali à regimine Episcopatus exturbato, præfuit annis B 1501. & 1518.

SALVIATI. 35. IOANNES SALVIATVS Cardinalis, Administrator Oloronensis, Vicarium & Officialem habuit Arnaldum de Casaliueteri 1520. resigna-
1521. uit anno 1521. Fuit & Episcopus Firmanus, Volaterranus, & S. Papuli in Septimaniâ, vt dicetur infra.

DE FOIX. 36. IOANNES DE FOIX, II. Ecclesiam suscepit administrandam cessione Ioannis Saluiati 1521. ex Actis Consistorialibus Vaticani : viuebat C adhuc 1534.

LA ROVX. 37. GERARDVS RVFFVS Abbas Cleraceosis diœcesis Agennensis, quem alij nuncupant Rousellum, Margaritæ Nauarrorum Reginæ Ecclesiastes, præfuit Ecclesiæ Oloro-
1540. nensi annis 1540. & 1545. is Nouatorum hæresi infectus notatur à Spondano in Annalibus : oàmque in Germaniam profectus, apud Lutherum aliquandiu concessit, inde in Galliam reuersus, ad Margaritam Valesiam Francisci I. sororem, atque Henrici de Albreto Regis Nauarræ coniugem D se recepit, à quâ benignè exceptus, inter domesticos familiares assumitur; ipsius patrocinio Cleracensi Abbatiâ, demum Episcopatu Oloronensi donatus. At ille sacro ministerio contra fas vtens, externâ probitate, quam litteris excultam dolosè contegebat, in Bearniâ, hoc præcone, inquit Spon-
1549. danus ad an. 1549. facta est in eâ prouinciâ, atque aulâ Regis Nauarræ, ingens religionis corruptio, quæ maximam eius partem pessumdedit; eò faciliori introductione, quòd esset is vitâ inculpatâ, prædicaret frequentissimè, greges pauperum aleret, turbas puerorum in litteris erudiendas curaret, deoique semper se Catholicum exteriùs profiteretur; quin immò & Lutheri, & Zuinglij, & Caluini doctrinam improbare præ se ferret. Adeò vt tradant in eum potissimùm, vt tempori magis quàm causæ inseruientem, compositum esse à Caluino librum, cui titulum fecit, aduersùs Nicodemitas. Memorat Spondanus num. 8. quòd cùm Rousellus Episcopus misisset ad hæresim promulgandam in oppido Malleone concionatorem quemdam Monachum Apostatam, is cùm ex ipsius præscripto contra indulgentias & Sáctorum inuocationem è pulpito inuehi cœpisset, monitus à nonnullis firmioribus Catholicis ab eiusmodi carmine cessare, cùm non acquiesceret, Petrus Arnaldus quidam Maytia ex honestis loci incolis eum acriter arguens, ab oppido fugere compulit. Eam iniuriam vlturus Rousellus è Bearniâ Malleonem accurrens, cùm primo obtentu celebrationis synodi conuocatis Sacerdotibus, de festis Sanctorum resecandis propositionem ingessisset, tanquam inutilibus, & populi commodis detrimentosis, nec à Clero audiretur; posteà pulpito publicè conscenso, cùm rem ad plebem vrgeret, aliósque errores immisceret : idem Petrus Arnaldus zelo fidei incensus, ad Cathedram pestilétiæ accedens, securi, quam ad id sub pallio attulerat, illam magnis ictibus in frusta conscidit, Roussello prostrato semimortuo, nec tamen cæso, qui à suis abstractus, vix resumptis spiritibus in Bearniam secedens, cùm non multò post tempore ad vires firmandas balnea peteret, mortuus est in viâ. Maytia in ius vocatus ad Parlamentum Burdegalense, post rem diligenter examinatam liber dimissus est. Adeóque de pio atque eximio facinore cælitùs conuenientissimè remuneratur, vt Cathedræ pestilentiæ disiectione, aliam salutis domui suæ præparauerit: filio eius Arnaldo dicto, facto posteà eiusdem diœcesis Episcopo apprimè Catholico: cuius summis laboribus, itineribus, & expensis, religionis Catholicæ exercitium quod per quadragiota circiter annos in Bearniâ conticuerat, in pristinum statum postliminio restitutum fuit. Eiq; defuncto subrogatus est alter Arnaldus, eius ex fratre

AN. CH.

ex fratre nepos. Cæterùm nominatur A
iste Episcopus in funebri oratione La-
tinâ Margaritæ Nauarrorum Reginæ
1550. anno 1550 quâ mortuæ dominæ paren-
tauit Carolus Sanmarthanus Scæuolæ
filius, dum viueret illa apud Alenco-
nienses Consiliarius, & causarum Ca-
pitalium Præfectus, Libellorúmque
Supplicum Magister, à Scæuolâ ne-
pote huius nominis secundo, meritò in
Elogiis celebratus: de Ruffo autem
Caroli hæc sunt verba, *Loquebatur
Margarita nunc de Historiarum monu-
mentis, & philosophicâ etiam disciplinâ,
cùm eruditissimis aliis viris quibus nun-
quam carebat: nunc de fide ac religione* B
Christianâ cùm suo Ecclesiastâ GERAR-
DO RVFFO *Episcopo Olerensi, viro
vndecumque doctißimo. In summâ, nul-
lum erat horulæ momentum, quod honestis
atque vtilibus planè sermonibus non im-
pertiret. Quod cùm nobilis quidam ani-
maduertisset, qui Reginam salutatum ve-
nerat (eramus autem Tussoni) tanquam
attonitus ipsam nobiscu disputantem con-
tuebatur: nósque vicißim Reginæ respon-
dentes toruè inspiciebat. Erat autem inter
nos tunc sermo de verbis Domini; nisi effi-
ciamini sicut paruuli, non ingrediemini re-
gnum Cælorum. Augustini sententiam
Ruffus, Hieronymi Reginius Supplicum* C
*Libellorum Magister, eruditus ac bonus
planè vir; ego verò,* Sammarthanus,
*Chrisostomi, Theophylacti, & Hilarij
proferebam; sed, Deus bone? quo verbo-
rum pondere, qua sententiarum grauitate,
qua eruditione, quid ipsa quoque sentiret,
explicabat?*

REGIN.

38. CLAVDIVS REGIN Rico-
magensis Aruernus, ex Supplicum
Libellorum Magistro, & Sanctiore
Consiliario Reginæ Nauarræ ab an-
1562. no 1562. ad 1580. grassante hæresi in
Bearnio Pontifex fuit Oloronensis.

MAYTIE.

Ecartelé au 1. & 4 de gueulle au lion d'or, Au 2 & 3. d'argent a vn arbre de finople, Sur le tout d'azur à la croix patée d'or.

39. ARNALDVS MAYTIE IV. D
Petro Arnaldo Maytiâ memorato,
Malleonensis oppidi indigenâ natus;
fit Episcopus Henrico Magno Rege,
atque administrauit ab anno 1599. ad
1620. Hic vigili curâ Benearnensibus
Ecclesiis iampridem Sectariorum arti-
bus non modicè attritis, multùm in
restituendâ religione Catholicâ labo-
rauit 1617. cùm suo collegâ Ioanne de
Salete Lascurrensi Episcopo; anno
1620. enim 1620. in antiquum statum resti-
tuitur armis Ludouici XIII. Iusti;
túncque Edicto regio templa Catho-
licis, ait Spondanus, bona Ecclesiasti-
cis restitura, & prouincia Bearnensis
dominio Coronæ Francicæ annexa
fuit.

40. ARNALDVS MAYTIE II. MAYTIE.
superioris nepos ex fratre, post quem
Ecclesiam suam administrauit, & de-
functus est anno 1646.

41. LVDOVICVS DE BASSOM- BASSOMPIERRE.
PIERRE ex Abbate S. Georgij de
Balcheriuillâ, diœcesis Rotomagen-
sis, nominatus à Ludouico XIV. po-
steà traducitur ad Santonensem Epis- 1647.
copatum anno 1647.

42. PETRVS DE GASSION IV. GASSION.

Ecartelé au 1 & 4. d'azur a vne tour d'or: au 2. d'or au pal de gueulle de 3. pieces. Au trois. d'argent à vn arbre de finople, & vn leurier de gueulle courant en pointe, vis a vis du trone de l'arbre accolé d'azur bordé d'or.

Abbas Commendatarius Sancti Vin-
centij de Luco in suâ diœcesi, Pari-
siensis Theologus è domo Sorbonicâ,
Regi Christianissimo à Sanctioribus
Consiliis, patre prognatus erat Ia-
cobo, Bearnensis Parlamenti apud
Palum secundo Præside, fratrem ha-
buit Ioannem de Gassion fortissimum
Equitum Franciæ Tribunum, in Flan-
driâ regiorum castrorum Ducem, ac
Cortraci Gubernatorem. Is per trans-
lationem Ludouici renunciatur huius
Sedis Antistes 1647. sacratus fuit Lu-
tetiæ anno 1648. apud Fulienses die 7.
Martij à Dominico de Vic Ausciensi
Archiepiscopo & Metropolitano; ad- 1648.
stantibus Egidio Bourauld Adurensi,
& Petro Bertier Episcopo Vticensi,
Coadiutore, nunc Præsule Montal-
banensi Mortuus apud Palum die 24.
Aprilis anni 1652. sepelitur in Ecclesiâ
Oloronensi.

43. IOANNES DE MIOSSANS MIOSSANS.

Ecartelé au 1. & 4. de gueulle au lion d'or: au 2. & 3. d'azur pur.

III. Bernardo de Millesanctis domi-
no de Sansons, & Franciscâ de Mon-
tesquieu Vicecomitissâ de Sadirac pa-
rentibus genitus an. 1607. subrogatur
Petro regiâ schedulâ die 1. Aug. 1652.
inauguratus dein Lutetiæ in Ecclesiâ
Dominicanorum vici S. Honorati die
9. Februarij Dominicâ Quadragesimæ
anni 1653. à Petro de Marcâ Archi- 1653.
episcopo Tolosano, Iacobo de Mon-
rouge S. Flori, & Ioanne d'Estrade
Condomiensi Episcopis, coram Ar-
chiepiscopo Remensi, Siluanectensi,
Ebroicensi, Meldensi, & Vaurensi Præ-
sulibus. Paulò mox Regi in Capellâ
Borboniâ Parisiis iurat sacramentum

hominij pro temporali die 7. Martij sequentis, adeptúsque est possessionem per procuratorem eodem die, adhuc superstes viuit.

SANCTI PAPVLI EPISCOPI ET DOMINI.

Saint Papovl au haut Languedoc, prés du Fresquel.

Sancti Papuli Monasterium vetus vrbi nomen indidit, quæ à Tolosâ cis Garumnam nouem leucis distat, vnâ à Castronouo Arrij oppido eiusdem diœcesis, & pagi Lauracensis in Volcis primario, sub Archiepiscopatu & Parlamento Tolosano. Hic locus primùm suscepit Christum in sanguine B. Papuli, & in loco martyrij posteà Capella ædificata fuit, quæ sic mansit per multa tempora sub baptismali curâ; gradatim verò accreuit fidei professio, & tempore Pipini Regis hæc basilica statum suscepit monachalem; Caroli autem Magni deuotione, vt tradunt, ædificia & septa fuerunt dilatata. Et proinde in Notitiâ Monasteriorum quæ Ludouico Pio Augusto ex decreto Conuentus Aquensis anno 817. militiam Regi, dona, aut solas orationes debebant, in Tolosano memoratur monasterium S. Papuli. Nobilis prosapia de Roquefort propè Soricinium, iurisdictione Ecclesiæ collatâ domum ampliauit. Primùm igitur parochialis fuit, inde per quadringentos annos aut circiter sub Abbatiali regimine directa, per Papam Ioannem XXII. ab Ecclesiâ Tolosanâ distracta, in Episcopalem Sedem mutata est Auenione in Consistorio publico, Curiâ Romanâ ibidem residente
1317. anno 1317. remanente statu monachali, vt ex Bullâ institutionis videre est, cuius exemplar in archiuis S. Papuli non indignum arbitramur, quod nunc primùm exeat in lucem ex autographo originali desumptum, tali tenore.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cùm illius, cuius perfecta sunt opera, vices licet immeriti geramus in terris, eum pro viribus imitari nos con-
A *uenit, vt ea quæ ad ipsius laudem & gloriam piâ dispositione reperimus, ad debitum consummationis exitum perducamus. Sanè pridem ad diuini cultus augmentum piis intendentes affectibus, ad salutem populi, qui dudum in ciuitate, & quondam diœcesi Tolosanâ sic multiplicauit Altissimus, quòd per vnum Antistitem salubriter gubernari non poterat; quin potiùs ad eius regimen exigente messis multitudine, ex his & aliis causis, quæ nostrum, & Fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, de Fratrum ipsorum consilio, concordiâ, & Apostolicæ plenitudine potesta-*
B *tis, ad laudem Dei, fideliúmque salutem, Tolosanæ diœcesis auctoritate Apostolicâ in quacumque diœcesi per distinguendos limites diuidentes, præter Ecclesiam Tolosanam, quam in Archiepiscopalem, seu Metropolitanam duximus erigendam, & quam habere volumus suam propriam & destitutam diœcesim certis finibus limitandam, in subscriptis quatuor villis, quatuor Cathedrales Ecclesias de nouo duximus erigendas: vnam videlicet in ciuitate Montisalbani, nunc villa, quondam diœcesis Caturcensis, cui adijcietur tertia pars dictæ quondam diœcesis Tolosanæ; inde de SANCTO*
C *PAPVLO, Lumberico, ac de Riuis de Bolbestria existentibus tunc in dictâ quondam diœcesi Tolosanâ. Quas quidem quatuor Ecclesias cùm earum diœcesibus limitandas, vnà cùm Appamiarum Ecclesiâ & diœcesi, suffraganeas ipsius Ecclesiæ Tolosanæ, ac de prouinciâ Tolosanâ in perpetuum fore decreuimus, & iure Metropolitico subiecimus; eas illi de bonis quoque & redditibus dicti quondam Episcopatus Tolosani, quibus plurimùm abundat, ipsi Tolosano tanquam solemniori & maiori dignitate pollenti decem millia, & singulis aliis quatuor Ecclesiis, Appamiarum ex-*
D *ceptâ, cui de ipsis bonis quondam Episcopatus Tolosani vltra ea quæ habebat, anteà certam assignauimus portionem, specialibus nostris literis iam diffinitam, cùm facultates non haberet, Episcopali correspondentes honori, singulis quinque millia librarum Turonensium paruorum annui & perpetui redditus concedenda duximus, ac etiam deputanda, ab eorum Præsulibus qui pro tempore forent, præter redditus, ac prouentus, ac iura, quæ ad prædictas Ecclesias & Conuentus, seu Capitula earum anteà pertinebant, de quibus ad*

honorem Dei & Ecclesiarum ipsarum commoditatem disposuimus, sicut adhuc disponimus ordinare, percipienda in rebus & locis cuilibet magis adiacentibus & vicinis, iuxta dispositionem, seu limitationem diœcesum singularum, vt præscribitur faciendam, residuo bonorum, prouentuum, reddituum & iurium Episcopatus Tolosani prædictis, quòd superesset, factâ, vt præmissum est, assignatione de illis, dispositioni nostræ, & Sedis Apostolicæ reseruatâ. Deinde verò ad nostram fide dignâ relatione perducto notitiam, quod præter portiones quas tam eidem Tolosanæ, quàm aliis Ecclesiis supradictis, vt prædicitur, decernimus assignandas, magna & numerosa ipsorum reddituum copia remanebat. Nos amplioris diuini cultus augmentum, ad vlteriorem ipsius diœcesis Tolosanæ diuisionem, cùm nondum iuxta eandem ordinationem essent ex eâ dictæ limitatæ diœceses, procedentes in villis de Vauro & Mirapisce, tunc de dictâ quondam Tolosanâ diœcesi existentibus, duas Ecclesias Cathedrales duximus erigendas, ipsasque modo simili de prouinciâ Tolosanâ fore decernimus, & iure Metropolico subiecimus, eas illi, ac vtrique illarum, Mirapicensis ac Vaurensis Ecclesiarum, cùm facultates non haberent Episcopali correspondentes honori, singula quinque millia librarum Turonensium paruorum annuâ & perpetui redditus de bonis dicti quondam Episcopatus Tolosani, percipienda per eorum Præsules qui essent pro tempore, in perpetuum duximus deputanda, prout hæc in diuersis aliis nostris super hoc confectis literis pleniùs & seriosiùs continetur. Cùm autem nuper de Ecclesiis & Ecclesiasticis beneficiis, castris, villis, territoriis, terris, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus spiritualibus & temporalibus, aliisque redditibus & prouentibus Ecclesiasticis dicti quondam Episcopatus, seu diœcesis Tolosanæ, & in quibus tam ipsius, quàm de S. Papulo, quàm aliarum prædictarum Ecclesiarum propriæ possent diœceses deputari, ac etiam limitari, & concessorum summa prædictorum redituum assignari per sufficientes & fide dignas personas, per quas super his inquiri mandamus, plenariè informati, volentes quòd tam vtiliter cepimus, ad debitum consummationis finem perducere, & per hoc ad separationem & distractionem dictæ quondam diœcesis Tolosanæ per partes, & ad assignationem specialem Ecclesiæ de S. Papulo de dictâ diœcesi faciendam in Dei nomine procedentes. Volumus & decernimus auctoritate & consilio supradictis, & de eiusdem plenitudine potestatis, ac ex certa scientia nostra, vt castra, villæ, Ecclesiæ, monasteria, territoria, decimaria, & alia infrascripta, videlicet de Folcarda, de S. Britio, de Airosio, de Ricaudo, de Podio ainerio, de Villanoua Comitali, de Fendeilha, de S. Martino de Landa, de Bordis, de Villeseiscle, de Verduneto, de Besseda, de Exilio, de Treuilla, de Pomereta, de Auignoneto, de Varagnano, de Monteferrando, de Soupets, de Montemauro, de Peirenchis, de Manso sanctarum puellarum, de S. Papulo, de Laurabuc, de Mirauaile, de Rasensio, de Podiosiurano, de Bramo, de Pulchris Planis, de Villapictâ, de Villario sauarico, de S. Pauleto, de Druilhâ, de Casseriis, de Cadenaco, ac Collegiatâ Ecclesiâ Castrinoui de Arrio, necnon & redditus de Fulhonibus, de Podio Gosino, de Marnaillibus, de Tresontibus, de Quidderiis, de Villanouetâ propè Podium siuranum, de Garsano, de Cucuror, de S. Andreâ de Lassenis, de Podio Genestâr, de Petraalbâ, de Cascareto, & Hospitale de Cascareto, monasterium de Prouilhano, cùm Ecclesiâ de Forciâ Ramundi Ferrandi nunc vsque de dictâ quondam diœcesi Tolosanâ, cùm omnibus aliis castris, villis, Ecclesiis, parrochiis, Capellis, decimis, seu decimariis, iuribus & pertinentiis eorumdem, monasteriis quoque & Prioratibus, Hospitalibus regularibus & sæcularibus, ac iurisdictionibus omnibus consistentibus infra limites, seu terminos Ecclesiarum, parochiarum & decimarum, & reddituum prædictorum, sint ex nunc & esse debeant in perpetuum diœcesis S. Papuli, & ipsi Ecclesiæ de S. Papulo in suam diœcesim deputamus, ac etiam assignamus, ipsámque diœcesim taliter limitatam Episcopo S. Papuli, qui pro tempore fuerit ordinario Episcopali iuri subiecimus, ipsámque ab omni iurisdictione, dominio & potestate Archiepiscopi, & Ecclesiæ Tolosanæ, nisi in casibus à Iure permissis, in totum eximimus, & in perpetuum liberamus: Volentes ac etiam decernentes, vt quæcumque iura, iurisdictiones, redditus, & prouentus, quondam Tolosani Episcopatus inibi habuit hactenus & percepit, ac habere & percipere debuit in quibuscumque consistant, & quocumque nomine censeantur, vnà cùm domibus, & redditibus

Prioratus de Suplesenchis, & redditibus de Podio Genestar ipsi Prioratui annexis, existentibus infra limites ipsius diœcesis S. Papuli pertinentibus, hucusque ad Abbatem monasterij Grassensis Ordinis S. Benedicti, Carcassonensis diœcesis, ac Priorem Prioratus eiusdem, quibus pro eis sufficientem emendam de aliis redditibus duximus faciendam, cedant & accrescant Episcopali mensæ S. Papuli, eáque omnia & singula pro summâ 3000. lib. dictæ monetæ de summâ 5000. lib. prædictarum, quam per alias nostras literas eidem Ecclesiæ de S. Papulo aßignari decreuimus, vt præfertur, ex nunc in mensam S. Papuli & Episcopum prælibatos transferimus & aßignamus, eisdem illa quæ subibat, & subire debebat, pro illis quondam Tolosanensis Episcopus onera subituros, exceptis iurisdictione temporali, seu temporalitate, si quam fortè prædictus quondam Tolosanus Episcopus in prædictâ diœcesi S. Papuli per nos taliter limitatâ ante diuisionem prædictam habebat, quam prædictæ Ecclesiæ Tolosanæ volumus ex certâ nostrâ scientiâ integraliter remanere, ac fructibus & redditibus, & prouentibus Ecclesiarum de Verduneto, de Villecisle, de S. Britio, de Atrosto, de Villanouâ comitali, de Podio Ainerio, & de Treuillar, territoriorum etiam de Casareto, de Podio Genestar, & de Petraalbâ, ac redditibus carnalagiorum de Castronouo, quos Capitulo, siue Collegio Ecclesiæ Castrinouarriensis, S. Papuli diœcesis, quam in Collegiatam ereximus, pro summa 2000. libr. eiusdem monetæ, per alias nostras terti tenoris literas duximus aßignandos, ac etiam redditibus de Villanoueta prope Podium Siuranum quos dilectus filius Ramundus Ruffi Clericus Caturcensis diœcesis ex collatione Apostolica tenet, & ad vitam suam ipsos eum volumus ex certa scientia retinere: ita tamen quòd eo cedente aut decedente, aut eos quomodolibet dimittente, præfati redditus, præfatæ mensæ S. Papuli cedant totaliter & accrescant. Cæterùm ne præfatæ Ecclesiæ S. Papuli de præfata summa annua 5000. libr. quam sibi, vt prædictum est, per alias nostras literas mandauimus aßignari, ex eo videlicet quod de redditibus & prouentibus in sua diœcesi situatis, & pro prædicta summa 5000. libr. prædictarum existimatarum ad communem valorem 2000. libr. ipsius monetæ, præfatæ Collegiatæ Ecclesiæ Castrinouarriensis decreuimus aßignari, aliquid subtra-

A *hatur, sed potiùs eandem summam integrè & sine diminutione percipiat, fructus, redditus, & prouentus, ac iurisdictiones, & iura infrascripta olim ad Abbatem & Conuentum ipsius loci de S. Papulo pro indiuiso spectantia, videlicet medietatem redditwum ipsius loci de S. Papulo, bladorum, vinorum, palearum, decimarum, & portionem; omnes census dicti loci tam in blado, pecunia, gallinis, quàm aliis rebus in quibuscumque consistentibus, vnà cùm laudimus, furno, fœnis, decimis pratorum & carnalagiorum loci de Roqueta, ac omni iurisdictione dicti loci alta & bassa, prout ad Abbatem ipsius* B *loci de S. Papulo olim pertinebat, omnes redditus de Cucurono, de Castronouo, de Arrio, in blado, vino, censibus, laudimiis, carnalagiis, seu in quibuscumque aliis consistentibus, exceptis dumtaxat redditibus de S. Ioanne, & manuali Ecclesiæ de Castronouo de Arrio, quæ Capitulo Ecclesiæ de S. Papulo duximus aßignanda: omnes etiam redditus de Villespi, de Miravalle, de Laurabuco, de Pulchris planis, de Podio siurano, seu Lauraguesio, & in loco de Lasbordes, ac census seu obliæ dumtaxat villæ de Rascosio infra limites S. Papuli diœcesis constitutæ, ac in loco de Carlipaco Cartassonensis* C *diœcesis, cùm omnibus pertinentiis eorumdem in blado, vino, carnalagiis, censibus & laudimiis, in quibuscumque aliis rebus consistentibus, ac omni iurisdictione temporali & spirituali alta & bassa, prout ad quondam Abbatem prædictum ipsius loci de S. Papulo quomodolibet in quibuscumque rebus dicti quondam monasterij hactenus pertinebant, prædictis Episcopo & mensæ S. Papuli pro eisdem 2000. libr. prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ aßignatis in complementum 2000. libr. tenore præsentium, ac ex certa nostræ scientia, & de consilio & auctoritate prædictis in perpetuum deputamus, ac etiam* D *aßignamus, eáque omnia & singula transferimus totaliter in eosdem. Et ne limitatio, deputatio, & aßignatio nostræ huiusmodi eo prætextu perpetuis futuris temporibus à quoquam valeant impugnari, quòd prædicti redditus & prouentus per nos taliter aßignati, plus aut minùs valerent quàm dicta 5000. libr. monetæ prædictæ, pro quibus quidem 5000. lib. supradictis, fructus, redditus & prouentus consistentes hactenus tam in diœcesi quondam Tolosana prædicta, quàm ad mensam quondam Abbatis præfati spectantes, præfatæ S. Papuli Ec-*

clesiæ duximus assignandos, & de quibus eandem S. Papuli Ecclesiam volumus & decernimus fore contentam. Volumus & decernimus præsentium tenore, quòd si huiusmodi deputatio & assignatio nostræ vltra prædictam summam 5000. libr. Turonensium modò vel aliàs fuerint valere repertæ, nihil prorsus ab eisdem Episcopo & Ecclesia S. Papuli de huiusmodi maiori valentia per aliquem peti, aut exigi valeat quomodolibet vel deduci, sed totum in ipsius omnimodæ mensæ cedat, aut si fortè minùs reperiantur prædicta valere, nihil tamen vltra illa petere debeant, vel exigere possint, nonobstantibus quibuscumque literis nostris super hoc habitis, cuiuscumque tenoris existant, quas quatenus huic ordinationi nostræ possent esse contrariæ, viribus vacuamus omninò, & nullius fore decernimus firmitatis, quoad alia contenta in eis in suo robore duraturis. Hanc igitur limitationem, deputationem, & assignationem nostras sic factas, salubriter & vtiliter ordinatas, perpetuis esse valituras temporibus incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædicta districtiùs inhibemus, ne aliquis cuiuscumque præeminentiæ, ordinis, conditionis, ac status, etiamsi Archiepiscopali, vel Episcopali præfulgeat dignitate, huiusmodi limitationem, deputationem, assignationem & ordinationem nostras, seu aliqua, vel aliquid de contentis, quouis quæsito colore, vel modo, sine causa vel occasione qualibet adinuenta turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos autem irritum decernimus & inanem, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum voluntatum, constitutionum, deputationum, assignationum, submissionis, exemptionis, libertatis, translationis, vacuationis, & inhibitionis infringere, vel ausu temerario contrauenire: si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione 8. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno secundo. In eâ diœcesi numerantur quadraginta quinque parochiæ, cùm nobili Monasterio monialium, Ordinis S. Dominici, Pruliano. Antistites autem illius Sedis sunt, qui sequuntur, quos è Sancti Papuli cartophi- A lacio, variísque schedis ex fide depromsimus.

I. BERNARDVS DE LA TOVR I. è nobili familiâ de Turre in Mirapicensi diœcesi ortus, ex Abbate vltimo S. Papuli creatur primus Antistes à Papâ Ioanne XXII. anno 1317. ex registris Vaticani. Hic acquisiuit mensæ Episcopali aliquos census emphyteuticos apud Bordas, aliáue territoria; ædificauit Chorum Ecclesiæ, & Capitulum. Mortuus die 27. Decembris anni 1317. sepelitur retrò maius altare sub imagine B. Annæ. LA TOVR. 1317.

B Sed operæ pretium facturi videmur, si exemplar bullæ Apostolicæ, fundationis Ecclesiæ Collegiatæ B. Michaelis Castrinoui de Arrio, ab originali autographo exhibeamus, cuius copiam fecit Mathæus Despruets Abbas Nostræ Dominæ de Gordonio.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter cætera desiderabilia cordis nostri, illud intentioribus desideriis concupimus, vt vbique maiestas Altissimi collaudetur in benedictionibus gratiarum, suíque cultus gloriosi nominis augeatur; ad quorum promo- C tionem eò libentiùs ministerium Apostolicæ sollicitudinis adhibemus, quò magis debitum reputamus, vt nunquam sileat ad ipsius laudes lingua carnis. Nuper siquidem ex certis rationabilibus causis, quæ nostrum ad hoc, & Fratrum nostrorum animos induxerunt, Episcopatum Tolosanum eiúsque redditus, quorum opulentia copiosa poterat pluribus abundè sufficere, in certas diuisimus, quas præter Ecclesiam Tolosanam, quam in Metropolitanam ereximus, de nouo creauimus Ecclesias Cathedrales, suis eis diœcesis certis destinatis, limitibus as- D signatis, & demum ad huiusmodi cultum pro nostri Saluatoris gloriâ dilatandum feruentibus studiis intendentes, parochialem Ecclesiam Castrinoui de Arrio propè S. Papulum, propter ipsius populi sinceram ad Deum deuotionem augendam, auctoritate Apostolicâ in Collegiatam ereximus, & suo Capitulo quod pro tēpore fuerit, pro ipsius dote de Verduneto, de Castareto, de Villasicle, de sancto Britio, de Podio Genestar, de Petrâ albâ, de Ayrozio, de Villanouâ Comitali, de

„ Podio Anerio, & de Treuillâ, ac mi- A „ nutorum carnalagiorum eiusdem loci „ de Castronouo, ad Episcopatum eun- „ dem Tolosanum spectantia, & de S. „ Mauritio dudum pertinentia, ad Ec- „ clesiæ prædictæ Rectores omnes red- „ ditus & prouentus qualescunque, & „ in quibuscumque rebus consistant, „ pro valore & æstimatione duorum „ millium librarum Turonensium par- „ uorum ab eodem Capitulo perpetuis „ percipienda & tenenda temporibus, „ concedenda duximus, & etiam assi- „ gnanda. Quæ quidem sic absolutè & „ irreuocabiliter dicto donamus Capi- „ tulo, quòd & si huiusmodi donatus, B „ redditus & prouentus suprascriptam „ pecuniarum summam excederent, aut „ .... complere non possent, præfatum „ Capitul. plus petere, aut ab ipso quic- „ quam exigi, vel repeti non valeat de „ prædictis. Verùm vt in eadem Eccle- „ siâ eò maiorum laudationum præco- „ niis collaudetur Omnipotens, quò „ plurium ad hoc ministrorum nume- „ rus extiterit deputatus; XII. Canoni- „ corum numerum Capitulum facien- „ tium in eadem Ecclesiâ Castrinoui au- „ ctoritate prædictâ constituimus, & „ etiam ordinamus, volentes quòd vnus „ Canonicorum ipsorum qui eiusdem C „ Ecclesiæ Clero præsit, ac primum lo- „ cum, primámque vocem obtineat; in „ eadem Decanus vnus, Sacrista, & „ vnus Præcentor existant, qui secun- „ dùm huiusmodi seriem, necnon alij „ eiusdem Ecclesiæ Canonici, post eos „ iuxta suarum prouisionum ordinem lo- „ ca & voces, & nihilominus ipsi Deca- „ nus Decanatum, Sacrista Sacristiam, „ quas dignitates ac Præcentor Præcen- „ toriam, quam Officium esse censemus, „ in eadem Ecclesiâ imperpetuum obti- „ nebunt. Statuimus insuper, quòd „ præter Capitulum supradictum tres „ Sacerdotes hebdomadarij, 24. Capel- D „ lani, duo Diaconi, & totidem Subdia- „ coni, sex Clerici, in minoribus Ordi- „ nibus constituti, omnes prædicti per- „ petui, & sex pueri per Capituli arbi- „ trium & voluntatem mutandi in ea- „ dem Ecclesiâ habeantur, qui conti- „ nuò personaliter in Ecclesiâ ipsâ resi- „ deant, ipsique tres hebdomadarij se- „ ptimanis alternis maiores, Capellani „ verò alij priuatas celebrent missas, ac „ Diaconi, & Subdiaconi suprascripti „ Euangelia & Epistolas per vices can-

tent & legant, dictique Clerici in mi- « noribus, vt prædicitur, ordinibus con- « stituti, presbyteris celebrantibus ser- « uiant, ipsique pueri, vnà cùm eisdem « sex Clericis minora exerceant officia. « In eâdem per præmissa auctoritate « quæ de Hebdomadariis, Diaconibus, « Subdiaconibus ordinauimus, nullate- « nus intendimus prohibere, quàm mul- « tò magis Canonici & alij superiores « dicta officia exercere valeant, cùm eis « fuerit opportunum. Cùm autem va- « canti Ecclesiæ Cathedrali de S. Papu- « lo, de Episcopo imminebit electio fa- « cienda, omnes & singuli duodecim « dictæ Ecclesiæ de Castronouo Cano- « nici, cùm monachis ipsius Ecclesiæ de « S. Papulo, vocem in eadem electione, « sicut singuli ex prædictis monachis ob- « tinebunt, nec iidem monachi absque « Canonicis supradictis, vel è conuerso « iidem Canonici absque præfatis mo- « nachis ad dictam electionem procede- « re, aut illam concorditer poterunt ce- « lebrare: sed eodem Episcopo de- « functo, Ecclesiasticæque tradito se- « pulturæ, aut alterius electione Præsu- « lis inminente, ipsius Ecclesiæ S. Pa- « puli monachi qui tunc fuerint in Ec- « clesiâ ipsâ præsentes, dictos Canoni- « cos ad electionem huiusmodi cele- « brandam, quàm citiùs poterunt, con- « uocabunt, eis adhoc in ipso loco de S. « Papulo certâ die specialiter assignatâ. « Volentes prætereà quòd vacante De- « canatu ipsius Ecclesiæ de Castronouo, « per electionem prouidcatur eidem. « Statuimus quòd cùm de ipso Decano, « fuerit electio facienda apud ipsam Ec- « clesiam Castrinoui, per Episcopum de « S. Papulo qui pro tempore fuerit, & « Capitulum ipsius Ecclesiæ de Castro- « nouo eadem electio celebretur, serua- « tâ formâ concilij generalis. In quâ qui- « dem electione præfatus Episcopus, « non vt Episcopus, sed vt simplex Ca- « nonicus vocem habeat, licet Canoni- « cus non existat, dictáque postmodum « electio eidem Episcopo præsentetur « confirmanda, vel infirmanda, prout « iustitia suadebit. Sacristiæ verò & « Præcentoriæ prædictarum prouisio, « cùm illas vacare contigerit, ad solum « præfatum Episcopum, dicto irrequisi- « to Capitulo pertinebit, Canonicis « dumtaxat eiusdem Ecclesiæ facienda. « Canonicatus quoque & præbendas « Canonicorum prædictorum cùm va- «

» cabunt, pro tempore Episcopus & Capitulum supradicti & alternis vicibus conferent in hunc modum: videlicet quòd idem solus Episcopus primo, Decanus verò cùm Capitulo supradicto, per se secundo, & idem Episcopus tertio, ipsique Decanus & Capitulum quarto loco, & sic deinceps perpetuò dictos Canonicatus conferent & præbendas. Hebdomadariæ verò & Capellaniæ, & alia inferiora ipsius Ecclesiæ officia, per ipsos Decanum & Capitulum, absque dicto Episcopo conferentur. Verùm memoratus Decanus pro Decanatu suo ducentas, & pro duplici præbendâ sexaginta; Sacrista verò pro Sacristiâ quadraginta, & pro præbendâ triginta, & Præcentor pro Præcentoriâ, & præbendâ totidem libras Turonenses annis singulis percipient & habebunt: alij autem residui nouem Canonici, videlicet singuli pro singulis præbendis eorum 30. libras eiusdem monetæ percipient annuatim, & nihilominus eorum quilibet, dicto Decano duntaxat excepto, qui distributiones recipiet pro duobus 40. libras & 5. solidos anno quolibet pro eisdem distributionibus habebit, in modum qui sequitur diuidendas, videlicet pro præfato Decano 4. solidi, & singulis de Canonicis supradictis duo solidi dictæ monetæ Turonensis diebus singulis persoluentur. In Natiuitate verò Domini decem solid. in Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & singulis B. Mariæ Virginis 4. ac Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ac omnium Sanctorum, & ipsius Ecclesiæ de Castronouo principalibus festiuitatibus 5. solid. Et si fortè ipsum principale festum eiusdem Ecclesiæ de Castronouo, vnam de dictis festiuitatibus esse contingat, quilibet Canonicorum ipsorum 10. solidos eiusdem monetæ Turonensis pro distributionibus, tanquam pro duabus festiuitatibus recipiet eo die: nihilominus duos solidos, sicùt diebus simplicibus ipso die pro eisdem distributionibus percepturus. Cæterùm volumus, ac etiam ordinamus, quòd quilibet de tribus Hebdomadariis viginti duas, singuli de viginti quatuor Capellanis 18. quilibet de Diaconibus & Subdiaconibus 15. vnusquisque de sex Clericis 12. & quilibet de sex pue- ris antedictas 4. libras eiusdem monetæ Turonensis percipiant annuatim, « qui sic per quotidianas distributiones « à præfatis Capitulo & Decano diuidantur, & assignentur. eisdémque eorum singuli suis officiis continuè insistentes, singulis annis integraliter « huiusmodi pecuniarum singulas recipiant quantitates. Cæterùm Episcopum & Capitulum memoratos « hortamur in Domino, eísque districtè iniungimus, & mandamus, « quatenus per ordinationes suas salubres & vtiles studeant efficaciter prouidere, quòd tam Canonici, quàm « singuli seruitores alij supradicti, prout « cuiusque officium respicit, celebrationibus missarum conuentualium & « priuatarum, & aliis diuinis nocturnis « & diurnis officiis deuotè & solemniter, adiuuante Domino, peragendis, « sic studiosè intendant, quòd Dei « proinde captatâ gratiâ, & fidelium « deuotione adauctâ, circa diuini cultus « augmentum, experiamur in Ecclesiâ, ipsâ impleta effectualiter vota « nostra. Præterea ne forsan animarum nostrarum, quas Deo lucrifacere super omnia concupimus, dare, « quod absit, negligentiæ videamur, « statuimus, ac etiam ordinamus, quòd « cura animarum parochiæ ipsius Collegiatæ Ecclesiæ ad Sacristam pertineat « supradictum, & cùm sibi de Sacristiâ « ipsâ prouisum extiterit per dictum « Episcopum conuertenda, quæ nihilominus Capellanis dictum Sacristam « ad hoc eidem Episcopo præsentandis « per Episcopum ipsum, prout requiret « magnitudo populi; annis singulis conuertatur. Et vt idem Sacrista onus curæ prædictæ possit commodiùs supportare, medietatem omnium quæ « occasione illorum funerum, quæ in « ipsâ Ecclesiâ, vel cimiterio sepeliri « contigerit, ad eandem Ecclesiam deferentur, necnon manualis, & oblationum rerum quarumlibet quæ in « ipsâ offerentur Ecclesiâ, aureis & sericis pannis duntaxat exceptis, ad dictum Sacristam concedimus perpetuis « temporibus pertinere. Reliqua verò « medietas prædictorum cum pannis eisdem ipsius Ecclesiæ thesauro liberè « & integraliter applicetur, in ornamentis, libris, & aliis eiusdem Ecclesiæ vtilitatibus conuertenda, ipséque « Sacrista onera vniuersa in pulsatione « campanarum habeat supportare, & «

» in conuentualibus & priuatis Missis, & aliis diuinis officiis in ipsâ, & circa ipsam Ecclesiam exercendis, prout officij exegerit qualitas, candelas, oleum, vinum, hostias, incensum, & alia consimilia diuinis officiis opportuna ministrare propriis sumptibus teneatur. Et ne frequenter circa sacramenta Ecclesiastica ministranda, prædictorum Canonicorum, & aliorum ipsius Ecclesiæ seruitiorum tota communitas occupetur, volumus quòd altare aliquod, seu Capella in eadem Ecclesiâ ad hoc magis accommoda per Episcopum deputetur, in quâ idem Sacrista, & sacerdotes qui præfatam curam gerent pro tempore, missam populo celebrent, & prædicta ministrent Ecclesiastica sacramenta, cæteráque teneantur facere & exercere, quæ præfatam curam contingere dignoscuntur. Sanè quod supererit de distributionibus propter absentiam Canonicorum non residentium in Ecclesiâ prædictâ, per medium diuidetur, & medietas cómodo residentium Canonicorum accrescet, reliqua verò ipsarum distributionum medietas, necnon & illa summa pecuniæ quam solutis omnibus stipendiis antedictis de ipsius Ecclesiæ redditibus restare continget, satisfactione de decimis & aliis oneribus incumbentibus pro tempore præstita sit, thesauro ipsius Ecclesiæ applicetur: In ornamentis libris, & aliis ipsius Ecclesiæ vtilitatibus vel necessitatibus conuertenda, quam nequaquam Canonici supradicti, vel eorum aliquis, aut alij ipsius Ecclesiæ ministri in alios vsus conuertere, vel inter se diuidere, aut sibi vel alij appropriare præsumant, qui verò tradendo vel recipiendo contrarium fecerit, infra mensem duplum eius restituere teneatur: si verò Episcopus fuerit, ingressum Ecclesiæ sibi nouerit interdictum; inferiores verò, ab officio & beneficio pœnam suspensionis incurrant, quousque de huiusmodi duplo, plenam satisfactionem thesauro impenderint suprascripto, nullâ eis Episcopi & Capituli prædictorum, vel alterius cuiuscumque, præter quàm Romanum Pontificem super hoc remissione qualibet, aut gratiâ valiturâ. Cæterùm si medietas funeralium & obuentionum prædictarum, quam dicto Sacristæ donauimus, non sufficiat eidem Sacristæ pro prædictis oneribus supportandis, volumus quòd de alterâ medietate, & aliis bonis dicti thesauri, prout Episcopus ordinauerit, defectus huiusmodi integraliter suppleantur. Hanc igitur ordinationem prædictæ Sedis prouidentiam circumspectam, sic factam, salubriter perpetuis valituram temporibus, & robur incommutabilis firmitatis volumus obtinere, vniuersis & singulis, cuiuscumque conditionis, præeminentiæ, dignitatis, ordinis, vel status existant: districtiùs inhibentes, ne contra illam quouis modo, colore, vel occasione quæsitâ attemptare præsumant. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, assignationis, donationum, ordinationum, voluntatum, constitutionum, & inhibitionum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione VIII. Cal. Martij Pontificatus nostri anno 2. Iacob. Paschal. «

MOSCVEROLAS.

2. RAIMVNDVS DE MOSCVEROLIS I. Cardinalis tit. S. Eusebij, è nobili stirpe Ruthenensis diœcesis, religione erat Benedictinus, qui ex primo Antistite S. Flori in Aruerniâ, ad Sedem B. Papuli in Septimaniâ traducitur, demúmque Purpurâ donatur Auenione anno 1327. per Ioannem XXII. Summum Pontificem. 1327. Hic primus fecit statuta circa statum Ecclesiæ, & Beneficiatorum, atque vniuit Prioratui maiori præfatæ basilicæ Prioratum de Monteferrando eiusdem diœcesis, qui est & spectabat ad plenam collationem Episcopi: dedit & Cathedrali suæ Crucem magnam, aliáque ornamenta: fatis cessit anno 1335. 17. Nouemb. sepultus in Abbatiâ S. Guillelmi de Deserto, Lodouensis diœcesis, vt obseruat doctus Episcopus Pictauorum Henricus Castanæus Rupipozæus, in suo Nomenclatore Cardinalium.

CARDAILLAC.

3. GVILLELMVS DE CARDAILLAC I. ex nobilibus toparchis de Cardaillaco in Cadurcis, Geraldi domini de la Cappelle Marival secundus natu filius, ac frater Bertrandi Episcopi Cadurcensis, ex Archidiacono Anglæ 1328.

glæ eligitur an. 1328. die 23. Februarij, in Actis Consistorialibus Vaticani. Cathedralem suam donis munificè locupletauit, & in vitâ ac post mortem claruisse miraculis fidem faciunt tabularia S. Papuli, quæ illum etiam immunitatum sui Episcopatus strenuum vindicem attestantur: in iis verò inuenimus verba sequentia, quæ epitaphij loco apponenda curauimus:

1347. *Anno M. CCC. XLVII. 15. Cal. Martij obiit sanctæ memoriæ Reuerend. Pater Dominus GVILLELMVS DE CARDAILLACO Episcopus S. Papuli: secularis vir fuit strenuus, & nobilis prosapiâ ortus, benè* B *defendens iura Ecclesiæ, cuius meritis Deus fecit eo viuente & intercedente miracula. Iste vir sanctus pro maiori parte fecit ædificare castrum de Villaspino diœcesis S. Papuli, ad mensam Episcopalem pertinens: item Capellam B. Mariæ in Eccl. S. Papuli. Item dedit Crucem pulchram de argento, quæ non erigitur, baculi vbi sunt multæ relliquiæ Sanctorum. Item dedit Ecclesiæ imaginem B. Mariæ de argento: pro magnâ parte fecit ædificare turrim vbi sunt carceres Episcopales. Quiescit in Ecclesiâ S. Papuli in Capellâ B. Mariæ in terrâ ante sepulchrum, pro funere suo ædifi-* C *catum. Iniuriosè fuit ductus Tolosam ad instantiam æmulorum, sed omnes ductores Dei iudicio percussi, infra quindecim dies vili morte perierunt. Obiit idem Sanctus 15. Cal. Martij anno 1347.*

S. Martial. 4. BERNARDVS DE SAINT MARTIAL I. Lemonicensis, è domo S. Martialis in eâ diœcesi, eligitur an. 1348. 5. Ianuarij, vt habent tabulæ Vaticanæ: munus suum cùm laude impleuit. Capellam seu obitum D. Catharinæ in Cathedrali S. Papuli fundauit: mortuúsq; die 9. Augusti

1361. 1361. iacet ad cornu dextrum maioris D aræ.

Castelnau-Qveiz. 5. BERNARDVS DE CASTELNAV II. de genere Vrbani V. Papæ, cuius erat agnatus, è gente Castrinoui in diœcesi Agathensi natus: religione Benedictinus: decessit die

1375. 7. Martij 1375. quiescit in monasterio Sancti Germani Monspeliensis ante maius altare; vir sæculari nobilitate æquè ac caritate inclytus.

Dv Cros. 6. PETRVS DV CROS I. ex

A monacho S. Martialis Lemouicensis, posteà Bituricensis, & Arelatensis Archipræsul, necnon Anticardinalis Clementis 7. Pseudopapæ, cuius fuerat Camerarius, ac Prior de Voutâ Ordinis Cluniacensis: ornauit castrum de Villaspino, basilicæ suæ legauit libros, ac Capellam variæ supellectilis sacræ: Auenioni humatus in Collegio S. Martialis, de cuius bonis extructum fuit Hospitale: valde diues is Episcopus, cuius spolia æstimata fuêre vltra 40. millia aureorum.

7. PETRVS DE CROS, II. præcedentis germanus, anteà fuerat Camerarius Ecclesiæ Cathedralis, post Abbas Trenorchianus in diœcesi Cabilonensi; vt notant cartularia Capituli & Cathedralis S. Papuli: mortuus anno 1412. iacet ante princi- 1412. pem aram suæ Basilicæ, è latere Capellæ Nostræ Dominæ. Eo Præsule sedente, Episcopatus documenta & tabularia, per Burgundiones fuêre disperdita, ac expilata. — De Cros.

8. IOANNES DE ROQVETAILLADE I. diœcesis Lugdunensis, è Rupescisâ, qui creatus Episcopus S. Papuli, anno 1415. adfuit Synodo Constantiensi, vti patet ex sess. 1415. 41. posteà verò præcipuis Ecclesiæ Gallicanæ dignitatibus honestatus, fit Patriarcha Constantinopolitanus, Episcopus Gebennensis, Parisiensis, Rotomagensis Archiepiscopus, Bisonticensis, ac Cardinalis, sepelitur in templo Lugdunensi. Iam anteà Pontificatu S. Papuli cesserat; at propter bella quibus Septimania vexabatur, pendente interpontificio illius Sedis monachus quidam à suis electus pedum Pontificale arripuit, sed Cathedrâ exturbatus est per Guillelmum sequentem. — Roqvetaillade.

9. GVILLELMVS DE MONTIOYE II. Sabaudus origine, prout obseruant dipthyca S. Papuli, sed quem retulimus supra, patre genitum Ludouico de Montegaudio, Prorege Neapolitano; ex Antistite Biterrensi, dimisso Episcopatu Ecclesiæ S. Papuli per Ioannem de Rupescisâ, ei suffectus est circa an. 1419. at è S. 1419. Papulo iterum rediisse ad Sedem Biterrensem tradunt tabulæ Capitula- — Montioye.

res, in quibus dicitur vir industrius, A Ecclesiæque vindex acerrimus.

BVRLE. 10. IOANNES BVRLE II. Doctor Legum, patriâ Sebusianus, de Burgo in Bressiâ, Regis Consiliarius; successit Guillelmo, creatus à Martino 5. Papâ ex lib. Prouisionum Prælatorum Vaticani: Episcopus Nicienfis, ac demum S. Flori: decessit Monspelij, ibique humatus iuxta cœnotaphium Bernardi de Castronouo quondam Antistitis S. Papuli.

MAIROSI. 11. RAIMVNDVS MAYROSI II. Cardinalis S. Praxedis, oriundus B de Amilhano in diœcesi Rutheneosi, ex Canonico Tolosano, ac Decretorum Doctore vocatur ad Episcopatum anno 1424. castrum de Villaspino adornauit, inde electus est
1425. Castreosis Administrator anno 1425. vbi plura de eo.

SOIBERT. 12. PETRVS SOYBERT III. Vceticensis, ex Iuris Professore, Romæ fuit designatus Antistes anno 1428. die 28. Ianuarij; hic ingenti sumptu restauraodæ suæ Ecclesiæ incumbens, documenta eius recuperando in archiuum recondidit, à se C extructum: Prioratum S. Michaelis Capitulo vniuit, Cathedrali etiam iocalia, & id generis donaria largitus, castrum de Villaspino ac dormitorium impensis suis munificè repara-
1435. uit. Delectus est anno 1435. testamenti executor Principis Iacobi Borbonij, Hungariæ, Siciliæque Regis, & Marchiæ vtriúsque Comitis. Sepelitur in Cathedrali ante maius altare, doctus ac pius Præsul septem libros edidit de Flagellis Dei, & de cultu vineæ specialis: meminêre illius ao. 1505. Ioaones Lambertus Semuriensis, & Possenious in Appa- D ratu.

LVPOALTO. 13. RAIMVNDVS DE LVPOALTO III. Auscensis diœcesis, Cancellarius Comitis Armaniacensis eligitur 6. Cal. Maij 1451. ex Actis Consist. Vaticani, iurium Ecclesiæ studiosus, ei Capellam suam rubeam vltimæ voluntatis tabulis donauit:
1465. extinctus circa annum 1465. iacet in Cathedrali ante aram beatæ Mariæ.

LA PORTE. 14. IOANNES DE LA PORTE II. Burgundus Minorita, sacræ paginæ Professor, ac verbi Dei præco eximius, obiit 1468. sepultus in Ca- 1468. thedrali ante maius altare: de eo Nicolaus Bertrandus in Gestis Tolosanorum.

DE BAR. 15. DIONYSIVS DE BAR nobilis Bituricensis, patre oatus Ioaone toparchâ de Baugy, Regum Caroli 7. ac Ludouici 11. Consiliario: Romæ Episcopus promulgatur 1468. multa in diœcesi reparauit, translatus inde an. 1471. ad Ecclesiam Tu- 1471. telleosem.

BRILLAC. 16. CLEMENS DE BRILLAC: equestri familiâ satus, Guidonem dominum de Brillaco, & Martham, ex clarâ gente de Pompadorio in Lemouicibus parentes habuit; consanguineus erat Francisci Aquensis, & Christophori de Brillac Turonensis Archiepiscoporum. Anno 1472. possessionem nanciscitur, multísque in ornatum Episcopij laudabiliter collatis, ad Tutelleosem Ecclesiam traducitur anno 1495. sicque Dionysius de Barro memoratus huc reuertitur, remanentibus arreragiis in repa- 1495. rationem Ecclesiarum, quas permutarunt.

Dazur à trois fleurs de Lis d'argent.

DE BAR. 17. DIONYSIVS DE BAR ex Tutelleosi, iterùm ad hanc Ecclesiam regendam translatus 7. Idus Martij an. 1495. obiit 1517. die vltimâ 1517. Martij; anniuersarium habet in Sacello regali Biturigum, & in Cathedrali cuius fuerat Canonicus, Guillelmi de Cameraco Archiepiscopi Bituricensis familiaris; vnde vtriúsq; insignia in Capellâ castri Turleij spectantur: visitur illius epitaphium apud Prædicatores Bituricenses, in sepulchro gentilio.

Præsul erat SANCTI PAPVLI Dionysius, illi
Nomen & A BARRO, nobilitatis honos.
At decus hoc magnis quod cùm virtutibus, artes
Vnà omnes secum victor ab orbe tulit.
Qui si fortè polos nondum tenet, Altitonantem,
Propter eum precibus sollicitate piis.

DE BAR. 18. CAROLVS DE BAR Dio-

nysij consanguineus, visitauit limina Apostolorum, & sepulchrum Domini, omnes Ecclesias diœcesis suæ perlustrauit, relatis in nouam thecam B. Berengarij relliquiis in suâ Cathedrali. Pallium dedit Francisco de Bueil Archiepiscopo Bituricensi
1522. Cal. Februarij 1522. Obiit autem in castro natali Baugiaco apud Bituriges, mense Augusto circa festum S. Bartholomæi 1538.

SALVIATI. D'argent à 3 bandes, bretessées & doublées de gueulle. 19. IOANNES SALVIATI, III. Florentinus, Cardinalis Sanctorum Cosmæ & Damiani, ac Portuensis Episcopus, ex clarâ familiâ Saluiatâ, Iacobo & Lucretiâ Mediceâ Leonis X. sorore genitus an. 1490. 24. Martij: ex Protonotario Apostolico Purpurâ honestatus est ab auunculo, qui eum Ferrariensis Ecclesiæ Administratorem delegit 1520. Firmanus etiam, Volaterranus, ac Tranensis euasit Episcopus, vt notant Acta Consistorialia. Apud Cæsarem Pontificiam obiuit Legationem, necnon ad varios Principes, & Franciscum I. cui cùm esset pergratus, eius beneficio Oloronensem ac S. Papuli Episcopatus obtinuit, ipsum etiam Henricum 2. cognatione cótingebat, patruus & Cosmi Magni primi Etruriæ Ducis. Parmam, Placentiámque sub Clemente 7. Legatus administrauit. Ex Episcopo item Albano, Sa-
1544. binensis electus an. 1544. demum ab vniuerso Cardinalium Collegio post obitum Pauli 3. penè Pontifex renunciatur, nisi quòd æmulatione, Carolus 5. ab eo gradu curauit amouendum. Opulentissimis ergo Sacerdotiis ditatus, eò magis auitam nobilitatem ac Purpuram suam insigni virtutum laude cumulauit, adeò vt Sadoletus, vir vt probè omnes norunt, doctissimus, illum clarissimum virum, & omni virtutum genere ornatissimum celebret. Ioannes Vitalis eius Cardinalis mentionem facit, quem Stephanus Ioanninensis prædicat: perspicuâ ingenij acie dexterrimum, illustri germine clarum, mirâ prudentiâ insignitum, omni prorsus virtutis splendore percelebrem, omníque scientiarum genere eminentissimum; litteratos, quorum consuetudine oblectabatur, coluit eâ ætate Lilium Giraldum, Baptistam Pignam, Gagiúmque eruditos viros, qui libros ipsi inscripsêre. Defunctus Rauennæ 5. Calendas Nouembris 1553. 1553.
Ferrariæ humatus in Cathedrali. Eius elogium vide apud Vghellum Tomo 2. Sacræ Italiæ in Episcopis Ferrariensibus, Ciaconium, cæterósque.

20. BERNARDVS SALVIATI III. Eques Melitensis, ex Priore S. SALVIATI
Ioannis Hierosolymitani in vrbe Româ, cessione Cardinalis Saluiati antecessoris germani 7. Iunij 1549. ad 1549.
eundem Episcopatum promotus fuit; Reginæ Catharinæ Maior Eleemosynarius, Præsul Claromontensis, & Cardinalis: interfuit Comitiis Regni generalibus apud Lutetiam 1557. Sepelitur in Ecclesiâ S. Mariæ super Mineruam, vt reperies in Claromontensibus Episcopis.

21. ANTONIVS-MARIA SALVIATI SALVIATI. nobilis Romanus, Laurentij & Constantiæ de Comitibus natus, Bernardi nepos, nascitur anno 1537. adolescens literis apprimè operam nauauit, & iuris scientiam probitati morum coniunxit. Cùm autem Regi Francorum esset affinis ob stirpem Medicæorum quæ ad Saluiatos consanguinitatem referebat, deligitur Episcopus S. Papuli: at reuersus à Synodo Tridentinâ Romam, Episcopatum liberè resignauit in manibus Pontificis Pij IV. vt propter subrepentes hæreses, eius gubernacula alicui viro Gallicæ consuetudinis, & linguæ haud ignaro traderet. Ab eo ergo delegatur ad Carolum IX. bis Internuncius, & pro Gregorio XIII. cui eius virtus, & in arduis negotiis prudentia iamdudum probata erat, eodem munere defungitur, deinde ab eo Purpurâ honestatur in promotione Cardinalium anni 1583. 13. 1583.
Decembris. Sub Sixto V. Bononiæ Legationem obiuit magnâ cùm laude prouinciæ; sub Vrbano VII. Gregorio XIV. & Innocentio IX. pari gratiâ & auctoritate valuit: à Clemente VIII. Signaturæ Gratiæ annumeratus est, cui & summam totius Ecclesiasticæ ditionis demandauit, magnâ vbique probitate & commendatione, Xenodochium pauperum incurabilium auxit, ac magno ære templum Domino, domum ægrotis exædificauit. Ecclesiam S. Mariæ in

Aquiro Tituli sui, ruinâ fatiscentem instaurauit: Orphanorum protector electus, Collegium censu erogato
» construxit: vir, inquit Theodorus
» Amidenus, vt augusta eius monu-
» menta testantur, regij animi. Sed de eo nunc satis: ampliori elogio commendatur apud Ciaconium, Petramellarium, cæterósve qui de Cardinalibus scripsêre. Animam reddi-
1602. dit 26. Aprilis 1602. Clemente VIII. Papâ eum morientem inuisente; sed eius funus regiâ sanè pompâ prosequutus êst Laurentius Saluiatus Marchio Iuliani, laudatúsque funebri sermone à Pompeio Vgonio in basilicâ B D. Iacobi, in quâ corpus ante aram maiorem terræ conditum: inscriptio autem hæc prostat in marmore porphiretico: *I. P. C. ANTONIVS MARIA SALVIATVS S. R. E. Cardin. ædibus adiacentibus in ægrotorum curam extruxit, in hoc quod à fundamentis extruxit templo, sepulchrum sibi delegit. Vixit annos* LXV. *menses* II. *dies* XXVII. *obiit* 15. *Cal. Aprilis* MDCII. *Laurentius Saluiatus Iacobi filius, Marchio Iuliani ex testamento hæres, patris patrueli P. C. anno* MDCIV.

BARDIS. 22. ALEXANDER DE BARDIS nobilis Florentinus, interfuit Sacro Elisabethæ Austriacæ Francorum Reginæ vxoris Caroli IX. apud S. Dionysium 1571. Comitiis Blesensibus, ac Synodo prouinciali Tolosa-
1590. næ 1590. anno sequenti moritur in Castro nouo Arrij suæ diœcesis, ibidem sepultus die 2. Septembris in æde S. Michaelis. Vacauit Sedes ad annum vsque 1601.

RAYMOND 23. IOANNES RAYMOND IV. Tolosas, Ioannis in Senatu Consiliarij filius, consecratur Tolosæ in Metropolitanâ per Franciscum de Ioyeuse D Cardinalem, Petrum de Donaud Episcopum Mirapicensem, & alte-
1602. rum Antistitem 17. Maij 1602. mortuus anno 1604. 15. Nouemb. iacet in Cathedrali.

DONADIEV. 24. FRANCISCVS DE DONADIEV Autissiodorensis Episcopi frater, ex Abbate S. Hilarij; postquam vacasset Sedes ad annum vsque 1606. nominatur ab Henrico IV. vitam finiuit anno 1616. humo mandatus in basilicâ S. Papuli.

25. LVDOVICVS DE CLARET ex Præposito Monspeliensi, Senatore Tolosano, Canonico D. Stephani, & Vicario Generali in Archiepiscopatu Ludouici Cardinalis à Valetâ, nominatus fuit à Ludouico 13. anno 1626. sacratus in æde Metropolitanâ 1626. S. Stephani Tolosæ à Bernardo Daffisio Lombatiensi, Ioanne-Ludouico Bertier Riuensi, & Ioanne-Iacobo de Fleyres Episcopo Troiano, Coadiutore S. Pontij Tomeriarum anno 1627. Comitiis Cleri Pictauij interfuit 1628. & in Conuentibus iuridicis Occitaniæ: decessit anno 1636. 2. Martij.

CLARET. De gueulle a trois pais d'argent.

26. BERNARDVS DESPRVETZ IV. Garosio Bearniæ oppido antiquâ familiâ natus, adolescens Collegio Canonicorum insignis Ecclesiæ Santonensis aggregatus est, ætatis suæ anno 27. celebris Vestalium cœnobij beatæ Mariæ extra muros vrbis Santonensis magnâ cùm pietatis & prudentiæ laude præesse cœpit, cuius deinde Visitator perpetuus Apostolico diplomate nuncupatus est. Prætereà insignis Ecclesiæ Lascariensis C Theologus electus, tandem anno 1636. Episcopus S. Papuli à Rege 1636. Christianissimo nominatus, anno 1637. Lutetiæ consecratur die IX. Nouembris. Viret singulari morum probitate, doctrinâ non vulgari, maximè in rebus Theologicis & in concionibus habendis venustate: annum agens septuagesimum superstes viuit 1655. cuius cognominis familiæ Ioan- 1655. nes Despruetz Abbas & Generalis Præmonstratensis.

DESPRVETZ. D'azur à vne Chappelle d'argent posée en poirre, sur vne terrasse d'or ombrée de sinople. Au chef d'or chargé de deux arbres arachés de sinople.

EPISCOPI ET COMITES SANCTI PAVLI TRICASTINENSES.

Saint Pavl trois Chasteavx en Dauphiné.

SANCTI Pauli Tricastinorum ciuitas in prouinciâ Delphinatium sub Arelatensi Archiepiscopo & Parlamento Gratianopolitano: olim sub Metropoli Viennensi in Notitiâ Prouinciarum Galliæ: abest à Rhodano, Pontéque S. Spiritus duabus leucis maioribus, decem verò à Druentiæ ostio in Rhodanum labentis, vbi quondam Augusta Tricastinorum: de quibus populis Silius Italicus l. 3. perperam ponitur ab Ortelio in Rhodani latere Occidentali in veteris Galliæ tabulâ. Nam Tricastini clarè locantur à Ptolemæo lib. 2. c. 10. in parte Rhodani Orientali, cùm eorum ciuitate Neomago. Episcopus Comitem vrbis sese indigitat, cuius est condominus cùm Rege: Cathedralis basilica veneratur Tutelarem Sanctum Paulum: ipsius diœcesis excurrit ad quinque leucas in Comitatu Venaissino, in Prouinciâ, & Delphinatu, numerátque 38. parochias cùm Abbatiâ sequenti.

AQVÆBELLÆ O. C.
Aiguebelle.

Episcopi hoc ordine sederunt, quorum seriem exhibuit cl. vir Iacobus Adhemarus Antistes Tricastinus; hanc etiam ex veteribus schedis archiuij Cathedralis, & membranis Pereskianis, aliisue annotationibus nobis eruere licuit.

1. S. SVLPITIVS.

2. S. EVSEBIVS.

3. S. TORQVATVS festum habet in antiquo Vinariensis Ecclesiæ Breuiario 31. Ianuarij, & in Proprio Ecclesiæ Tricastinensis, in quo nihil de eius vitâ specialiter notatur. A Quiescit in monasterio S. Mariæ de Crudacio, vbi à Nouatoribus hæreticis sacrum ipsius corpus combustum; extat adhuc sacellum antiquum eius nomini dedicatum in territorio Suzæ-Ruffæ Tricastinensis diœcesis, sed ignoratur quis fuerit eius fundator.

4. S. PAVLVS qui vrbi Tricastinæ nomen dedit: memorant diptycha Remis natum, ac vitandæ persecutionis causâ, per Rhodani fluenta territorium Anenionis appulisse, propè montem Macerium, vbi nomine B ipsius basilica insignita olim extructa fuit. Defuncto B. Torquato inauguratus est Antistes. De eo tradit fusiùs Proprium Ecclesiæ Tricastinæ, diuinitùs reuelatum fuisse, inquiri debere quemdam nomine Paulum electum à Domino, vt summo fungeretur Sacerdotio. Cùm ergo fuisset circumquaque quæsitus, tandem prouidente, eum sibi vas electionis futurum, diuinâ clementiâ, inuentus est. Et post nonnulla quæ in eius promotione portenta facta narrantur, vti virgæ, quæ in terram infixa, miraculo C effloruit, hæc subdit: Tunc Paulus intelligens erga se Dei bonitatem, & metuens deteriùs eius contra se prouocare seueritatem, continuò colla submittens, Omnipotentis Dei clementiam, cui talia in se placuit operari, deprecatus est, & ab eo postulauit sapientiam ad rectè regendum populum sibi à Deo commissum. Postquàm autem Dei seruus compleuit orationem, cuncta quæ circa se acta fuerant, sponsæ suæ adhuc in virginitate manenti dixit, quæ gaudenter accedens ad amorem virginitatis petiit, vt claustris monasterij se includi D permitteret: ipse eam pro voluntate in Arelatensi monasterio Congregationi Sanctimonialium adiungi curauit. Tunc ordinationi Dei se ex toto committens, qui dispensat & ordinat omnia prout vult, pontificali ductus est sublimandus Cathedrâ. Eius vita illustrata fuit multis miraculis; propterea ipsa ciuitas Tricastina eum sibi elegit Patronum; ac festum celebratur 1. Februarij: sacrum corpus diu requieuit in Ecclesiâ Cathedrali Tricastinâ thecis argenteis inclusum, vnúmque ex ipsius brachiis seorsim à dicto corpore separatum, cui festum

solemne dedicatum fuerat: quod quidem factum corpus anno 1561. die 24. Decembris Nouatores hæretici prædictam Ecclesiam violenter ingressi, profanatâ diui Confessoris memoriâ, cùm relliquiis sanctorum Antistitum Amantij & Eusebij concremarunt. Hæc notantur in archiuis Capituli eiusdem Ecclesiæ.

5. S. Restitvtvs in Episcopum Tricastinum sublimatus asseritur post Paulum, ex monumentis Tricastinensibus; tametsi primus Præsul ab aliquibus affirmetur. Huius sancti corpus diu requieuit in Ecclesiâ parochiali villæ ipsius S. Restituti nomine nuncupatæ, non longè à ciuitate Tricastinâ remotæ, ad quam retroactis temporibus multi deuotè affluentes, eiusdem B. Restituti piâ intercessione receperunt luminis claritatem; de eodem Martyrologium MS. S. Sauini de Leuitaniâ his verbis meminit: *Depositio S. Restituti Tricastinæ ciuitatis Episcopi.*

6. S. Bonifacivs.

7. S. Amantivs, festum habet in Proprio Ecclesiæ quod celebratur 6. Februarij; sed nihil de eo specialiter annotatur.

8. S. Maximinvs.

9. S. Castorinvs.

10. S. Michael; de his Episcopis antedictis nihil aliud memoratu dignum reperimus, nec quidquam de rebus illorum gestis ad posteros emanauit, nisi quòd recensentur in citato codice Tricastinensis tabularij, penes cuius fidem hæc edita est nomenclatura.

11. Florentivs, subscripsit
517. cùm aliis Episcopis regni Burgundici Concilio Epaonensi anno 517.

12. Heraclivs chirographum apposuit Canonibus Synodi
541. Aurelianensis 4. anno 541. hac formâ, *Heraclius in Christi nomine Episcopus ciuitatis Tricastinensis consensi, & subscripsi.*

13. Victor nominatur inter Patres Concilij Lugdunensis 2. anno 567. Episcopus Ecclesiæ Tricastinorum, ac per Eusebium Presbyterum subscripsit item Parisiensi 4. an. 575. & Matisconensi 1. anno 581. Hæc sunt de eo apud Greg. Turon. verba lib. 5. Hist. cap. 20. *Tempore*, inquit S. Nicetij Lugdunensis Episcopi, *Salonius Ebredunensis vrbis, Sagittarius Vapingensis Ecclesiæ Sacerdotes statuuntur, sed assumpto Episcopatu, in proprium relati arbitrium, cœperunt in peruasionibus, cædibus, homicidiis, adulteriis, diuersisque in sceleribus insano furore grassari; ita vt quondam tempore celebrante Victore Tricastinorum Episcopo solemnitatem natalitij sui, emissâ cohorte cùm gladiis & sagittis irruerent super eum, venientésque sciderunt vestimenta eius, ministros ceciderunt, vasa & omnia ad paratum prandij auferentes, relinquentes Episcopum cùm grandi contumeliâ. Quod cùm Rex Gunthramnus comperisset, congregari synodum ad vrbem Lugdunensem iussit, coniunctique Episcopi cùm Patriarchâ Nicetio beato, discussis causis, inuenerunt eos de his sceleribus, de quibus accusabantur, valde conuictos: præceperúntque vt qui talia commiserant, Episcopatus honore priuarentur, &c. Tamen Victoris Episcopi pacem petierunt, traditis hominibus quos in seditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti Dominici, non debere reddi inimicis mala pro malis, nihil his mali faciens, liberos abire permisit. Vnde in posterum à communione suspensus est, pro eo quod publicè accusans, clam inimicis pepercisset absque consilio, quibus accusauerat, fratrum. Sed per fauorem Regis iterum in communionem reuocatus est.* 567.

14. Evsebivs Presbyteratus officio functus sub Pontifice Victore, ab omni Clero Episcopus Tricastinæ ciuitatis eligitur: subscribit 2. Synodo Valentinensi 584. & Matisconensi 2. per delegatum: obiit 23. Martij, quo die colitur in Ecclesiâ suâ, vt notat Proprium Ecclesiæ Tricastinæ anno 1627. 584.

15. Betto interest Concilio Cabilonensi anno 650. post quem desunt in vulgatis catalogis nomina nonnullorum Episcoporum, quæ huc restituimus ex fide tabularij 650.

Tricastinensis, prout absque ærâ Incarnationis Christi ibidem recensentur.

16. BONARICVS.

17. SALITONIVS.

18. GEMMARDVS.

19. INGELBERTVS.

20. RICARDVS.

21. SEGALDVS

22. BERTRANDVS I.

23. ALDEBRANVS I.

24. BERNICONIVS.

25. ALDEBRANVS II.

26. PONTIVS I.

27. ODALRICVS I. fortè idem cùm sequenti.

28. ODALRICVS II. præfuit
1010. ex monumentis anni 1020. idem qui Vldricus appellatur in aliis schedis: præsentem fuisse inuenimus donationi Bertrandi Marchionis Prouinciæ de Ecclesiâ S. Promasij Folcalcariensis, Abbatiæ S. Victoris Massiliensis 1044. regnante Henrico, vbi Tricastrensis Præsul nuncupatur.

29. GERALDVS I.

DV PORT. 30. PONTIVS DV PORT II. sedebat anno Domini 1108.

31. GERALDVS II.

ADHEMAR. 32. AYMARIVS ADHEMAR ex toparchis nobilissimis de Montilio Adhemari viuebat anno 1119.

33. GVILLELMVS I. cuius
1154. mentio extat in actis anni 1154. & in cartario Episcopali Tricastinensi tabulas sequentes reperimus, quas ex originali autographo tali tenore proponimus: IN NOMINE *sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus ordinante diuinâ clementiâ Romanorum Rex, & semper Augustus. Notum sit omnibus fidelibus nostris tam præsentibus, quàm futuris in posterum; quia pro mortali vitâ temporaliter exigendâ, & futurâ feliciter obtinendâ decorem domus Dei diligimus, ad exemplum bonæ memoriæ*

A *prædecessorum nostrorum illam ampliare, & confirmare Iesu Christo cooperante proponimus. Quapropter Tricastinensem Ecclesiam liberalitate serenissimorum Augustorum nobiliter ditatam, & imperialibus edictis confirmatam, nos quoque regali munificentiâ suggerente, eiusdem Ecclesiæ* GVILHELMO *venerabili Episcopo honorare, & omnimodè exaltare decreuimus. Statuimus igitur, vt quidquid venerabilis & inconcussa piissimorum Augustorum scilicet bonæ memoriæ Caroli atque Lodoici, cæterorùmque prædecessorum nostrorum auctoritas, Ecclesiæ Tricastinensi in honore*
B *B. Mariæ & S. Pauli constructæ donauerit, concesserit, ratum nostrâ authoritate, & munificentiæ nostræ præcepto inconuulsum maneat in perpetuum. Veruntamen quia tantæ rei firmitas imperiali authoritate muniri desierat, sancimus & concedimus eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, stipulatione equidem nostrâ subnixâ, Guillelmo eiusdem Ecclesiæ Episcopo, & successoribus eius, Dominium prædictæ scilicet ciuitatis cùm omnibus redditibus; & à Rodano flumine vsque ad Egrum fluuij, quidquid cognoscitur Regiæ censuræ esse subiectum; præcipimus atque iubemus, vt nullus Iudex*
C *publicus, vel quilibet ex iudiciariâ potestate; aut vllus ex fidelibus nostris tam præsentibus quàm futuris, insulas, aut loca, agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet nostris territoriis, in terrâ, ditione Imperij nostri, iustè, & legaliter memorata tenet & possidet Ecclesia, & ea quæ deinceps in iure ipsius Ecclesiæ voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda, aut tributa exigenda; vel mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ, tam ingenuos quàm seruos super terram ipsius commanentes, di-*
D *stinguendos, nec vllas redibutiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostris vel futuris temporibus, nec ea quæ supra memorauimus, exigere penitùs præsumat; sed liceat præfato Præsuli, suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ, subiectionis atq; immunitatis defensione; remotâ totius iudiciariæ potestatis inquietudine, quieto ordine possidere. Donamus ei prædictæ Ecclesiæ, Guillelmo Episcopo & successoribus eius Nat. Lax. quod antiquo vocabulo Tutela vocatur, eâ conditione, & authoritate munificentiæ nostræ, vt nullus Iudex publi-*

cus, nullus Comes, nulla potestas ibidem habitare præsumat, aut munitionem aliquam construere, nisi prædictus Episcopus, aut successores eius. Signum Domini, Friderici inuictissimi Romanorum Regis. Huius rei testes esse volumus Episcopos Amedeum Losanensem, Arducionem Gebennensem, Conradum Varmaciensem; Duces, Henricum Saxoniæ, & Vuelfonem. Ego Centolfus Regis Cancellarius recognoui: data Vermaciæ
1154. *anno ab Incarnatione* M. C. L I V. *anno tertio regni eius.* Ex prouinciâ Arelatensi interfuit Guillelmus Concilio Lateranensi sub Alexandro summo Pontifice 3. anno 1179.

Pierre-latte. 34. Bertrandvs de Pierrelatte II. qui in cartis sui Episcopatus supremum dominum passim se
1202. se nuncupabat, anno autem 1202. fœdus iniit cùm Raymundo Tolosano Narbonæ Duce, ac recognitionem ipsi fecit, ex consensu Canonicorum S. Pauli, Equitum, ac Burgensium ciuitatis, quibus Comes pollicetur, eos tueri in placito, & in guerrâ, vt legitur in tabularij Tricastinensis huiusmodi monumento num. 123. quod ipsissmet etiam verbis continetur in registro Cameræ Rationum Regiarum Paris.
„ Anno Incarnationis M. CC. II. mense De-
„ cembri. Ego Bertrandus de Petra-
„ lapsâ Dei gratiâ Tricastrensis Epis-
„ copus, cùm voluntate Canonico-
„ rum Ecclesiæ S. Pauli, & Militum at-
„ que burgensium eiusdem ciuitatis,
„ cognoscentes totius Episcopatus &
„ Ecclesiæ esse communem vtilitatem;
„ bonâ fide per me & successores meos
„ promitto vobis Raymundo eadem
„ gratiâ Duci Narbonæ, Comiti To-
„ losano, Marchioni Prouinciæ, Regi-
„ næ Constantiæ filio, & successoribus
„ vestris, quòd omnes homines in pla-
„ cito & in guerrâ vos fideliter adiuua-
„ bo, cùm ciuitate Tricastinâ, & cùm
„ Castro de Balmis & cùm villâ S. Re-
„ stituti, & cùm medietate Camereti;
„ Et si aliquod castrum vel munitio-
„ nem de cætero adquisiero, cùm eis-
„ dem vobis fideliter adiuuabo. Et hâc
„ de causâ vobis osculum in signum fi-
„ delitatis dono. Item quotiescumque
„ & quandocumque caualcadæ de ter-
„ râ vestrâ communiter & vniuersaliter
„ exierint, caualcadas vobiscum no-
„ stris sumptibus faciemus. Et nos Ray-
mundus Dux Narbon. Comes Tolo- «
san. Marchio Prouinciæ promitti- «
mus in manus tuas B. de Petrâlapsâ «
Episcopo Tricastino in signum fideli- «
tatis & osculando Ecclesiam S. Pauli, «
& eius ciuitatem, & castella, & villas «
& vniuersas possessiones cùm omni- «
bus hominibus & suis rebus mobilibus «
& immobilibus eundo & redeundo, «
atque stando, bonâ fide tanquam res «
nostras proprias defendere fideliter, «
& custodire, contra omnes homi- «
nes in placito, & in guerrâ, & cùm «
nostris sumptibus manu tenere. Ior- «
danus Archidiaconus, & Petrus de «
S. Paulo miles, & Petrus Burgen. «
tactis S. Euangeliis iurauerunt vtile «
esse, & expedire Ecclesiæ S. Pauli, «
quòd supradicta pacta inter B. Trica- «
stinum Episcopum, & dom. Comi- «
tem inirentur, & tenerentur; iura- «
uerunt etiam per se, & pro conciui- «
bus suis, quòd prædicta pacta domi- «
no Comiti seruarentur. Facta sunt «
hæc apud Montem-Alauernegum in «
præsentiâ Vv. de Baucio & Vgonis «
fratris eius, & B. Cauellicensis Epis- «
copi & Bertrandi de Durfort, Ros. «
de Sabrano, Raimond. Gaufredi, &c. «
Et eod. anno mense Martij apud S. «
Paulum, ciues suprascripti iurauc- «
runt in domo Episcopi, se præsenter «
inita pacta domino R. Comiti Tolos. «
seruaturos &c. «

35. Gavcerandvs Abbas Insulæ Barbaræ ad confluentem Rodani, notatur in tabulariis huius mona-
sterij & Episcopatus Tricastini 1207. 1207.

36. Gavfridvs I. in monumentis Tricastinæ Ecclesiæ memoratur anno 1212. adfuitque Concilio Vaurensi; subscriptus recensetur cartæ Friderici Roman. Regis anno 1214. ad Michaelem Archiepiscopum Arelatensem, quam refert Saxius in suo Pontificio: viuebat adhuc 1214.
anno 1224.

37. Lavrentivs vir pius, doctus, & munificus in Ecclesiam sedit an. 1242. reperitur 1244. die Cal. Septemb. 18. in cartâ compositionis Ademari de Grigniano, pro S. Saturnini Priore. Sepulchrum B. Restituti Tricastinensis Præsulis construi fecit anno 1249.

38. Lvdovicvs, de eo habetur

1251. tur mentio in tabulis Tricastinis anno 1251.

CLANSAYES. 39. BERTRANDVS DE CLANSAYES III. aliàs DE CLAHENSAYS vixit anno 1254. comparauit castrum de Camareto, & Faetum de Corbelas à nobili Guillelmo de Camareto, pretio 40. lib. & 559. solidorum Viennensium anno 1270. ac pridie Cal. Martij an. 1274. ipsi hominium præstat Raimundus de Baucio iuuenis, Princeps Aurasicæ, pro castro de Susâ & de Buxedone, de quibus fuit inuestitus, vt liquet ex hoc chirographo cartularij Tricastinensis.

1274. *NOVERINT vniuersi quod anno 1274. pridie Kal. Martij, vir nobilis Raymundus de Baucio Princeps Aurasycæ, dominus castri de Suzâ, & de Buxedone, non deceptus, nec circumuentus fraude, vel ingenio alicuius, confessus fuit & publicè recognouit venerabili Patri in Christo Domino BERTRANDO DE CLAHENSAYS Dei gratiâ Episcopo Tricastrino, præsenti & recipienti nomine Episcopatus Tricastrini, & tenere, & suos hæredes successores debere tenere ab ipso Domino Episcopo, & eius successoribus Episcopis Tricastrinis in perpetuum, in feudum franchum & gentile, quidquid habet & possidet, vel quasi ad manum suam in castro de Buxedone diœcesis Tricastrinensis, & in toto territorio, tenemenso, & districtu, & in pertinentiis & appendentiis eiusdem, & in hominibus, & in mulieribus ipsum castrum habitantibus, & in posterum habitaturis, mixto & mero imperio, & in senoriâ & iurisdictione ipsius, & quidquid in eo sui habebunt in posterum successores. Item confessus fuit se tenere in feudum francum, & gentile, & suos hæredes ab ipso Episcopo, nomine Episcopatus Tricastrinensis, & ab eius successoribus Episcopis Tricastrinensibus, maius dominium castri de Buxedone, excepto affare dictus de Montenes, quod est sexta pars dominij dicti castri cùm suis pertinentiis, quod idem nobilis confessus fuit se tenere à domino Papâ, seu à Romanâ Curiâ, nomine Comitatus Venaissini, scilicet omnia quæ in castro & toto territorio possidet, &c. Item fuit concessum quod ipse Raymundus de Bauxio, & eius hæredes semper in mutatione domini, vel vasalli teneantur facere hommagium ligium flexis genibus, & iurare fidelitatem, cùm illis articulis, qui in iuramento continentur, videlicet dictus Episcopus & successores possint suum Vexillum, seu Bauerium ponere in signum dominij & recognitionis dicti castri, seu in forsalitio, &c. Item fuit pactum, quòd Raymundus de Baucio, & eius successores, teneantur dictum Episcopum, & successores in Episcopatu Tricastrino iuuare de placito & de guerrâ, &c. Acta fuerunt hæc in Curia Tricastrinâ, præsentibus Dom. Petro Gar. Archidiacono Tricastrino.*

Inter eundem Bertrandum & Capitulum Ecclesiæ Tricastinæ lata fuit sententia arbitralis à Guillelmo Episcopo Vasionensi arbitratore anno 1282. 7. Idus Septemb. super collatione Canonicatuum & præbendarum in ipsâ Ecclesiâ vacantium. 1282.

40. BENEDICTVS, quem anno 1284. ex tabulis comperimus sedisse.

DE ALBENATIO. 41. GVILLELMVS DE ALBENATIO II. viuebat ex documentis Tricastinæ Ecclesiæ 1293. 1293.

DE MONTEALBANO. 42. DRAGONETVS DE MONTEALBANO, memoria huius extat in actis anni 1300.

A IMBRT. Deux Aigles à vne barre brochante sur le tout. 43. HVGO AYMERICVS I. ex Decano eligitur anno 1328. die 10. Septemb. in cartophilaciis Vaticani. Concilio prouinciali Auenionensi subscripsit cùm Metropolitano 1337. mense Decembri. Ad postulationem eius Clemens Papa VI. confirmauit reductionem 38. Canonicorum ad decem Ecclesiæ Tricastinensis, ab ipso factam an. 1345. 1328.

GVITARD. 44. GVILLELMVS GVITARD III. enunciatur in tabulis Vaticani 1349. die Aprilis 11. mortuus eodem anno. 1349.

COTI. 45. IOANNES COTI I. successor legitur in iisdem Vaticani cartariis 27. Nouemb. 1349. recensetur & in variis documentis Episcopij annis 1350. & 1360.

46. IACOBVS I. præfuit anno 1364. die Iulij 30. inde Vapincensis Episcopus, ex actis Consist. 1364.

47. Raimondvs anno 1367. A 14. Maij: huius fit mentio in citatis archiuis Vaticani; homo maximè pius celebratur in cartis Ecclesiæ Tricastinæ.

1378. 48. Ademarvs anno 1378. 10. Decemb. vt est in libro prouisionum Prælat. Vaticani: nominatur in testamento Guillelmi de Guardiâ Cardinalis, Archiepiscopi Arelatensis an. 1383. apud Saxium.

Mvrol. D'or à la fasce antée d'azur autres disent de gueulle accroissant tourné a droict d'or, l'escu semé d'étoiles de même.

49. Ioannes de Mvrol ii. Cardinalis Presbyter S. Vitalis tit. Vestinæ, creatus à Clemente vii. B Antipapâ an. 1385. ex nobili in Aruernis familiâ, Ioannis domini de Murolio & de S. Amando filius ex Aleide de Rochebriant, germanus Amblardi, ex quo geniti toparchæ de Murolio: nepotem etiam habuit Amblardum Decanum S. Iuliani Briuatensis. Erat autem Administrator Tricasti-
1385 nensis an. 1385. & 1387. benè meritus de Capitulo prædictæ Ecclesiæ, cui an. 1389. donauit castrum, simúlque dominium territorij Solorini, Tricastinensi contiguum. Notat Ciaconius eum decessisse in obedientiâ Benedicti xiii. Pseudopapæ.

[illegible] 50. Deodatvs d'Estaing, sedit in Cathedrâ S. Pauli anno 1389. 25 Ianuarij in archiuis Vaticani: sub quo die 23. Iunij 1398. corpus D. Martini de Vlmis translatum fuit in Ecclesiam nouam Conuentus Minoritarum Valriaci, propter excursiones prædonum Vicecomitis Turenæ. Eius meminit Guido Papæ quæst. 153.
1403. Anno 1403. castrum de Balmis, exceptâ iurisdictione altâ ex dominio Episcopatus transtulit in nobilem Hectorem de Caylario Subpræfectum regium Delphinatus, saluo hominio sibi debito, & eius successoribus Episcopis Tricastinensibus à dominis dicti castri: saluâ etiam appensione insignium cuiuslibet domini Episcopi Tricastin. per vnam diem supra portam præfati castri, respectu antedictæ alienationis. Pariagium & societatem pariter iniit cùm Carolo 7. Christianiss. Francorum Rege Delphino, & in omnimodâ iurisdictione temporali ciuitatis præfatæ S. Pauli Tricast. villæ S. Restituti, & altæ iurisdictionis memorati castri de Balmis ipsum consortem fecit anno 1407. ex archiuis Episcopalibus: 1407. viuebat adhuc Deodatus de Stagno anno 1408.

Theys.a-co. 51. Hvgo de Theysiaco ii. perpetuus Ecclesiæ Tricastinensis Administrator, Episcopus Vasionensis, & Comes Capreatum anno 1417. ex serie Episcoporum. Porrò expungendus videtur Raymundus Mairosi Cardinalis, Castrensis Episcopus, erat enim potiùs S. Pauli, vt diximus, quàm Tricastinensis.

De Loye. 52. Imbertvs de Loye, Administrator huius Ecclesiæ Sedísque Apostolicæ Protonotarius: decessit Romæ, ac sepultus in Ecclesiâ S. Mariæ de Populo, vbi habet hoc epitaphium: *R. Decret. Doct. Dom. YMBERTO DE LOYE familiâ Galliæ nobiliss. Biterrensi Canonico, Apostolicóque Protonotario, & Episcopatus S. Pauli de Franciâ perpetuo Aministratori, frugi, pio, casto, & prudenti, integróque probitate, Christianissimi Regis Franciæ dilect. Domin*[illegible]*cus ... Venet. Doctor Patauin. studiorum consuetudine deuinctus, socio, atque amico B. M. posuit. Vixit an.* C *nos 50. obiit an. Domini 1439.* 1439.

53. Romonettvs obiit anno 1450. ex cartis Vaticani.

Geneve-sius. 54. Stephanvs Genevesivs electus anno 1450. 5. Idus Maij in Actis Consist. Concilio Aueniónensi Petro de Fuxo præside interfuit cùm aliis duodecim Episcopis 1457. Hic contra alienationem castri de Balmis, domino de Caylario factam à Deodato supradicto, procedens in Curiâ Delphinatus, damnatus est, quia is Deodatus iuramen- D tum non præstiterat de consulendo Papâ in nouâ infeudatione. Consideratis etiam depositionibus testium, dicentium, quòd dictum castrum de Balmis illo tempore erat magis onerosum Ecclesiæ, quàm vtile, necnon tunc ruinâ fatiscens, & spectatis etiam bonis datis in cõpensationem, existentibus apud S. Restitutum; atque oneribus in custodiâ dicti castri, ac retentionibus in instrumento dictæ infeudationis declaratis; per Episcopum Deodatum infeudantem

factis, non poterat dici Ecclesia enor- A miter læsa; in hac opinione maior fuit pars Doctorum & Licentiatorum, qui in decisione istius litis interfuerunt, vnde fuit lata sententia absolutoria pro domino Gabriele de Targes die 16. mensis Februarij 1458. Guido Papæ decis. quæst. 153. & 70.

AMARIC. 55. ASTORGIVS AMARICVS Administrator erat huius Episcopatus anno 1479. ex tabulis Tricast. traductus inde ad Archiepiscopatum Viennensem 1480. 11. Decemb. ex archiuis Vaticani.

1479.

SIRAT. 56. IOANNES SIRAT III. Ordinis Cartusiani, ex Priore Ligeti in Turonibus, & Neapolis, eligitur Episcopus 1480. 22. Decemb. per translationem Astorgij ad Viennensem Metropolim: notatur obiisse an. 1482. ex Actis Consistorialibus.

ADHEMAR. D'or à trois bandes d'azur. 57. GVILLELMVS ADHEMAR, V. ex illustrissimâ gente Adhemarâ procreatus, Giraudo patre Barone d'Aps, Montilij Adhemari, & Grignani, frater erat Giraudi Baronis de Grignan improlis defuncti, & Gaucherij Baronis d'Aps, patris Ludouici Comitis de Grignano, Prouinciæ Proregis vltimi, ex antiquâ prosapiâ Adhemarorum: germanos habuit quoque Bertrandum Baronem de Marsane, Ludouicum dynastam S. Albani, & Guiotum Sedis Apostolicæ Protonotarium, atque octo sorores. Guillelmus autem Commendatarius perpetuus Abbatiæ S. Petri Belliloci Lemouicensis diœcesis, postulatus à Canonicis dictæ Ecclesiæ Tricastinensis Episcopus, post obitum Ioannis Sirat an. 1482. 23. Maij, eius electio confirmata fuit à Sede Apostolicâ 19. Augusti sequentis, ex citatis Actis Vaticani. Deuotione motus profectus est Hierosolymam vrbem anno 1503. sepulchrum Domini nostri Iesu Christi visitandi gratiâ, & ante discessum fortè Coadiutorem assumpsit eius Episcopatus Tricastinensis FRANCISCVM GVILLELMVM DE CLAROMONTE postea Narbonensem, Auxitanum, Valentinum Præsulem, deinde Sacri Collegij Decanum Cardinalem. Et cùm incolumis prædictus Guillelmus rediisset ab antedictâ vrbe Ierosolymâ,

1482.

ædificari fecit sacellum ad honorem S. Sepulchri extra & propè villam S. Restituti anno 1515. Eius etiam iussu translatio corporis ipsius B. Restituti facta fuit anno Dom. 1516. quo 1516. obiit. Porrò quâ de causâ, quóue tempore reuelatum fuerit sepulchrum Restituti, discitur ex subiectâ narratione ab archiuis Ecclesiæ desumptâ. Multi enim retroactis temporibus deuotè affluentes ad tumulum eiusdem B. Restituti, piâ intercessione receperunt luminis claritatem: præsertim anno 1515. miraculo B comprobatum fuit plebeium quendam ex diœcesi Gratianopolitanâ ibidem applicuisse, qui affectu pio lachrymabiliter coram populo ibidem congregato, de se ipso attestatus fuit, quòd quando ibidem accessit, ferè erat visu destitutus & priuatus. Tunc verò nondum completis nouem diebus Deo gratias, & ipsi B. Restituto reddens, sensit eius visum optimè illustratum. Quo miraculo Guillelmus Adhemarus Tricastinensis Episcopus & Comes permotus, præcepit tumulum ipsius B. Restituti aperiri (aliâs per prædecessores C suos, seu aliquem ipsorum iampridem visitatum & apertum) in plurium fide dignarum personarum præsentiâ: eo reuelato, infra ipsum tumulum visa fuerunt oculatim ossa ipsius B. Restituti à capite vsque ad pedes pannis lineis & cericeis inuoluta, vnáque pars ipsius baculi pastoralis cùm quadam modicâ cruce argenteâ & deauratâ, munitâ quodam titulo in pergameno descripto sequentis tenoris: *Memoria quòd anno Domini 1249. mense Iulio, M. Giraudus de Claromonte ædificauit sepulchrum B. Restituti auctoritate domini Laurentij Episco-* D *pi Tricastinensis*, qui quidem titulus lectus fuit in conspectu & præsentiâ ipsius Episcopi, pluriúmque notabilium personarum, & ossa Beati Restituti deuotissimè à pluribus personis osculata, quibus visis, iussu dicti Episcopi celebrata fuit Missa solemnis altâ voce de translatione B. Restituti Præsulis & Confessoris; quâ finitâ, præfatus Episcopus dominis Capituli insignis Ecclesiæ Cathedralis Tricast. sibi assistentibus, ad actum prædictum Capitulariter in ipsâ villâ conuocatis, statuit abinde in anteâ qualibet die XI. Martij fieri apud

Ecclesiam, & celebrari officium de A die. Cessit demum Episcopatui in Translatione Beati Restituti Episcopi & Confessoris, præcepitque illud monumentum cùm corpore, à loco, vbi anteà positum fuerat in eâ Ecclesiâ parochiali, transferri contra parietem ipsius basilicæ, & ibidem requieuerunt ossa ipsius, vsque ad an. 1561. quo hæretici insanientes contra fidem Catholicam, magno furore & rabie ipsa sacra ossa abstulerunt, igneque consumpserunt, relicto ipso monumento integro, vt nunc videtur. Hæc omnia supradicta autenticè scriptis mandata fuêre per duos Notarios publicos ciuitatis Tricast. iussu B Guillelmi Adhemari Episcopi.

De Levis. 58. Antonius de Levis I. ex Baronibus de Chasteaumorant, Iacobi & Ludouicæ de Tournon filius, electus fuit Tricastineosis aono 1516. 1516. qui translatus inde ad Archiepiscopatum Ebredunensem, vt coniicimus.

Arandia. 59. Michael d'Arandia fit Episcopus anno 1525. eius tempo-1536. re, scilicet anno 1536. Comes de Markâ cùm copiis equitum ciuitatem prædictam Tricastinam & Ecclesiam C ingressus, totum thesaurum, simúlque sacra vasa, & ornamenta sacerdotalia deprædatus est, & ob defectum ipsorum, per tres menses diuinum officium in eadem Ecclesiâ intermissum est: hæc notantur in archiuis Capituli ipsius Cathedralis.

De Ioly. D'azur à vne estoil. le cometée d'or, au chef de mesme, chargé de trois roses de gueulle boutonnées. 60. Ioannes de Ioly, III. Burgi Sebusianorum toparcha, dominus de Choin, & du Pousey in Bressiâ, & de Fontanis apud Dombas, Prior du Pont d'Ains, Humberti toparchæ de Choin & de Liarens natus, nepos erat Ioannis de Ioly Dominicani Conuentus de Burgo, Episcopi Ebronensis, & Suffraganei Ludouici Cardinalis de Gorreuodo Legati Sabaudiæ, Episcopi Burgi, & Maurienæ, qui sublatus est è viuis an. 1534. Hic autem Tricastinensis Episcopus eligitur anno 1539. qui declinandæ causâ persecutionis, 1559. & sæuitiæ Nouatorum anno 1559. coactus fuit deserere ciuitatem Tricastinam, & ad prædictum Burgum confugere, cuius dominatum possidebat fiduciariâ emptione à Duce Sabaudiæ. Cessit demum Episcopatui in fauorem sequentis Præsulis an 1570. ac testamentum condidit 3. Maij 1574. Tempore ipsius, anno videlicet 1561. 24. Decemb. Caluinistarum secta pullulare cœpit in oppido 1561. Tricastino, qui adiuti per quosdam suæ factionis homines, per seditionem & vim Ecclesiam Tricastinensem occuparunt, in quâ eò furor prosiliit, vt altaria, cruces, imagines in contemptum Dei, sanctissimæ Virginis, & Beatorum fregerint, ac comminuerint, omniáque ornamenta sacra eiusdem Ecclesiæ conflagrarint ibi, nonnullis ciuibus, qui huic sectæ aduersabantur eiectis, contemptâ & prorsùs extinctâ ab ipsis ciuili & ordinariâ potestate, vti constat pleniùs instrumento Notarij publici Tricastinensis, qui præsens adfuit supradicto spectaculo, existente in archiuis Capituli Ecclesiæ Tricastinæ. Sepultus est Ioannes in basilicâ de Perosâ, iuxta Villarium, in sacello dominorum de Choin, vt aduertit Historia Sebusiana.

61. Thomas Pobel, Episcopus renunciatur anno 1570. per re- Pobel. signationem Ioannis: nihil de eo me- 1570. moriæ proditum est, eò quod ciuitatem Tricastinam nunquam ingressus fuerit, metu hæreticorum; nam eo tempore palatium Episcopale iam dirutum fuerat, & ipsa ciuitas occupata ab iisdem, in eâ verè religionis status ab ipsis totaliter mutatus fuerat, quod probari potest titulo ab eisdem Sectariis posito, adhuc existente superliminari vnius portæ prædictæ ciuitatis anno 1576. sequentis 1576. tenoris (*Conseruanda Deo & Regi*) & ideò ille Thomas possessionem sui Episcopatus adeptus est extra D ipsam ciuitatem, solo aspectu pinnaculi eiusdem Ecclesiæ Tricastinensis. Enunciatur tamen in sacro Francisci de Sales Geneuensis Episcopi anno 1602. fortè dimisâ Sede, nam reperitur.

62. Antonius Gaume II. Gaume. Decanus Ecclesiæ Collegialis S. Saluatoris Grignani, fuit electus anno 1591. sed non potuit pacificè inhabi- 1591. tare suam sedem Episcopalem, propter hæreticos: excessit è viuis anno 1598.

du Cros

63. Antonius du Cros A 111. electus anno 1599. qui post adeptam possessionem Episcopatus Tricastinensis, animum adiecit iamdictam Ecclesiam Cathedralem furore hæreticorum dirutam refici, auxilióque dominorum Capituli ipsius Ecclesiæ, in eâ diuinum seruitium restituit, & officium Ecclesiasticum ferè à quadraginta annis intermissum, decantari præcepit, Canonicósque eiusdem Ecclesiæ passim dispersos congregauit, redditus & prouentus Episcopatus quamplurimos occupa-
1630. tos recuperauit: Obiit anno 1630. mense Februario. Vicarium habuit B Generalem Raimundum de Croso Archidiaconum.

Adhemar Grignan.

64. Franciscus Adhemar de Monteil de Grignan, ex clarissimâ, vetustissimâque stirpe Adhemarorum, Ludouici-Francisci Comitis de Grignano, & d'Aps, & Ioannæ d'Anceznne tertius natu filius; Guillelmo Adhemaro antecessori in Sede Tricastinâ dudum consanguinitate proximus; etenim proauiam habuit neptem illius Blancam Adhemaram, Baronam d'Entrecasteaux, matrem Gasparis C Comitis de Grignano, Antistitis nostri abaui; qui ex Abbate Aquabellæ nominatus à Ludouico 13. Episcopus Tricastinensis anno 1630.
1631. inauguratur 1631. Septembris 14. in Collegiatâ D. Saluatoris basilicâ, per Ioannem Iaubertum de Barraut Archiepiscopum Arelatensem, Carolum-Iacobum de Gelas de Leberon Valentinensem, & Ludouicum de la Baume Viuariensem Episcopos, aduocatis ad celebritatem sacri plerisque prouinciæ nobilibus. Posteà interfuit Conuentui Cleri Gallicani Parisiensi an. 1635. destinatur Coad- D iutor præfati Ioannis in Archiepiscopatu Arelatensi, probante Ludouico Iusto 1643. cuius Metropolis adiit possessionem 1645. mense Maio, vt videre est in Archiepiscopis Arelatensibus.

Adhemar Grignan.

Ecartelé au 1. d'or à trois bandes d'azur. Au 2. de gueulle à vn chasteau d'or sommé de trois tours d'argent. Au 3. de gueulles au Lyon d'argent, au franc cartier d'hermines. Au 4. de gueulles à la Croix alaisées d'or, cantonnée de 4. quintefeuilles de mesme.

65. Iacobus Adhemar de Monteil de Grignan ex Syndico, seu Agente generali Cleri Franciæ, cuius negotia tum in Comitiis generalibns apud Medontam 1641. tum posteà iisdem præpositus vigili curâ, & totius Ecclesiastici Cœtus assensu laudatissimè pertractauit. Translato per Ludou. 13. Francisco Adhemaro Episcopo S. Pauli, vt dictum est, ad Ecclesiam Arelatensem Coadiutoris titulo, deligitur ab eodem Principe successor in Cathedrâ Tricastinâ an. 1643. tametsi in Franciâ tum temporis nulla familia duobus fratribus Episcopis nobilitaretur: sed Ludouico è viuis sublato ante confirmationem, Anna vxor Galliarum moderatrix impubere Ludouico XIV. Iacobum iterum confirmauit Antistitem, qui Agentis Cleri functus est dignitate ad an. vs-
1643.
que 1645. quo Lugduni consecratus ab ipsomet fratre Francisco Arelatensi Archipræsule, in interiore sacello Cartusiæ Lugdunensis, adsistentibus Ludouico Reiensi, & Nicolao Vceticensi Episcopis; cùm quibus perrexit Lutetiam Parisiorum ad Comitia generalia eiusdem Cleri, quibus adfuit, & coram regiâ Maiestate pluries cùm laude è sacro suggestu concionatus est; necnon delegatur ad sequentia Comitia anni 1650. Adhuc superstes.

PETROGORICENSES.

EPISCOPI.

Petragoras en Perigord, sur l'Isle.

Vesuna Petrocoriorum sub Archiepiscopatu, & Parlamento Burdegalensi, clara ciuitas ad fluuium Ellam, siue Islam, antiquissima est; cuius populi in Aquitaniâ secundâ Lemouicibus, Cadurcinis, & Aginnensibus conterminis sunt. Eos vocat Petrocorios Cæsar, Petrogoros Plinius, quorum caput Vesuna Ptolemæo lib. 2. c. 7. memoratur in Itinerario Antonini, & apud Tabulam Peutingeri. Petrocorios Vesunicos vocat Sidonius ep. 11. lib. 8. ad Lupum: de quâ vrbe Iosephus Scaliger lib. 8. de Emendatione temporum hæc annotauit: *Augustæ Vesunnæ Petrocoriorum vetustissimum splendorem testantur adhuc eximiæ priscorum monimentorum reliquiæ, inscriptiones, Amphitheatrum, turris admirandi operis, quæ sola retinet nomen Vesunnæ. Tam claræ vrbi*

multùm quidem nocuit tempus, sed longè magis superiorum bellorum ciuilium licentiâ deformata fuit. Nam & Episcopium, quod peramplissimum erat, & Basilica Stephani euersa sunt. In eâ basilicâ, in dextro latere altaris maioris insculptæ erant Dominicæ Paschales litterâ meliore, quàm vt longè infra tempora Iustiniani descriptæ videantur. De eius antiquitate & monumentis, hæc etiam obseruauit Iodocus Sincerus in Itinerario. Petrocorij vrbs primaria est Perigordium, Vesuna olim nuncupata, in valle peramœnâ ad Lillæ fluenta, vt de antiquitate tacean, olim longè hodiernâ ampliorem fuisse testantur tot fornices arcuati, columnæ, reliquiæ ædium in ruinas datarum. Duplex ea nunc est, altera, ab alterâ centum & ampliùs passuum spatio discreta. Altera in ruinis antiquæ Petricorij ædificata, hodie Ciuitas vocatur, altera Vrbs. Ciuitatem habitat Episcopus. Hîc etiam sunt amphitheatri figurâ ouali extructi rudera. Haud procul inde abest turris, antiquum Vesunæ nomen retinens. Rotunda ea est, & ampla, muro in crassitiem septem circiter pedum, in altitudinem centum, clauis ferreis exteriùs armata, interiùs cæmento durissimo, ex calce & lapide coctili facto suffulta, non ianuâ aditum, non fenestris lumen admisit, dubium inde natum cui vsui fuerit; accessus subterraneus per duas cryptas in eam inuentus est, & creditur sacellum fuisse Veneri dicatum. Templum Cathedrale dirutum in bellis ciuilibus, cùm pluribus aliis 1575. Stephano Martyri dicatum, antiqui operis & architecturæ, quinque fornicibus crucis figuram exprimentibus: Collegiata basilica S. Frontonis in vrbe Episcopatui est vnita, in quâ fit Officium Ecclesiasticum, Cathedrali S. Stephani euersâ. Capituli primas tenet Decanus. Numerantur autem in diœcesi Abbatiæ sequentes.

BRANTOLMIVM O. B.
Brantosme.

BOSCVMCAVVM O. B.
Boschaut.

LIGVRIVM O. B.
Ligueulx fœminarum.

CANCELLATÆ O. A.
Chancelade.

DE CASTRIS O. A.

TORTOIRACI O. A.
Tourtoirac.

PETROSÆ *la Peirouse* O. C.

De Episcopis Petrocoricensibus scripsit Gallicè anno 1629. Ioannes Puteanus Ordinis Recollectorum S. Francisci; cuius Historiâ in publicando Episcoporum Catalogo, variisque manuscriptis & annotationibus non anteà editis vsi sumus.

1. S. FRONTO primus Antistes huius Sedis vulgò statuitur; de quo Bernardus Guido, Baronius, aliive Historici; sed prolixiùs de eius vitâ disserit Puteanus in opere Pontificum, qui consulendus.

2. S. ANIANVS.

3. PEGASIVS, quem summum Sacerdotem Sidonius Apollinaris nominat; apud Gregorium Turonensem lib. 2. c. 13. recensetur inter dignissimos Galliarum Sacerdotes, cùm Exuperio Tolosano, Simplice Viennæ, Amando Burdegalæ, & nonnullis Præsulibus coætaneis.

4. CHRONOPIVS Elpidio & Benedictâ parentibus, generis nobilitate claris procreatus, vti obseruat Fortunatus; interfuit Concilio Agathensi anno 506. ac subscripsit Synodis Aurelianensi 1. & 2. annis 511. & 533. nominatur in epistolâ Ruricij Episcopi Lemouicensis, quâ exorat mutuam concordiam seruare, vbi patronum eum indigitat. Vixit autem annis 80. teste præfato Fortunato, qui eius Pontificatum, ac varias dotes eleganti epitaphio l. 4. carm. 8. celebrauit: 506.

Si terrena sacer quondam tibi cura fuisti,
Carmine plus lachrymae quàm modo verba darem:
Sed quia tu mundus, nec sunt tibi crimina mundi,
Nos gaudere manes, qui sine morte manes.
Antistes pietate calens, venerande CHRONOPI.

Membra sepulta tegunt, spiritus astra tenet.
Ordo Sacerdotum cui fluxit vtrôque parente
Venit ad hæredem Pontificalis apex.
Hunc tibi iure gradum successio sancta parauit
Vt quasi iam merito debitus esset honor.
Nobilis antiquo veniens de germine patrum,
Sed magis in Christo nobilior merito.
Sic vultu semper placidus, seu mente serenus,
Pectore syncero fons sine nube fuit.
Cuius ab eloquio nectar per verba fluebat,
Vinceret vt dulces ore rigante fauos.
Nudorum tu vestis eras, algentis amictus,
Qui ad tua tecta fugit, tectus & ipse redit.
Diuitias omnes inopum sub ventre locasti,
Vnde tibi semper viua talenta manent.
Esuriens epulas, sitiens te sumere potum,
Cernere te meruit tristis & exul opem.
Implesti propriis viduatam ciuibus vrbem,
Viderúntque suas, te redimente, lares.
Quem lupus ab stabulis tulerat, frendente rapinâ,
Te Pastore, gregi reddita plaudit ouis.
Templa exusta celer renouasti in culmine prisco,
Hinc tua sed Cœli stat sine labe domus.
Ipse bis octono vixisti in corpore lustro,
Nunc tibi pro meritis stet sine fine dies.

5. SABAVDES reperitur in vitâ S. Eparchij Engolismensis.

6. CARTERIVS subscripsit
585. Concilio Matiscouen. 2. anno 585. de quo Greg. Turon. Hist. lib. 6. c. » 22. hæc scribit, quæ sequuntur: His » diebus apprehensi sunt duo homines » à Nonnichio Lemonicinæ vrbis Co- » mite, deferentes ex nomine Charte- » rij Petrogoricæ vrbis Episcopi lite- » ras, quæ multa improperia loque- » bantur in Regem. In quibus interreliqua erat insertum, quasi quæreretur Sacerdos, se à paradiso ad inferos « descendisse. Scilicet quòd à Regno « Gunthramni in Chilperici fuerit di- « tiones commutatus. Has literas cum « his hominibus iamdictis Comes sub « ardnâ custodiâ Regi direxit. Rex ve- « rò patienter propter Episcopum mit- « tit, quò eum suo conspectui præsen- « tarent; discussurus itaque si vera es- « sent quæ ei apponebantur, an non. « Adueniente verò Episcopo, Rex bo- « mines illos cum literis repræsentat: « interrogat Sacerdotem si ab eo di- « rectæ fuerint? Negat ille à se directas. « Interrogantur verò homines à quo « eas acceperint. Frontoninm Diaco- « num proferunt. Interrogatur de Dia- « cono. Sacerdos respondit, sibi eum « esse præcipuum inimicum, nec dubi- « tari debere ipsius esse nequitias, qui « contra eum sæpiùs causas commouis- « set iniquas. Adducitur Diaconus si- « ne morâ, interrogatur à Rege, con- « fitetur super Episcopum dicens: Ego « hanc epistolam Episcopo iubente di- « ctaui. Proclamante verò Episcopo, » & dicente, quòd sæpiùs hic ingenia « quæreret, qualiter eum ab Episcopa- « tu deiiceret. Rex misericordiâ mo- « tus, commendans Deo causam suam, « cessit vtrisque, deprecans clementer « Episcopum pro Diacono, & suppli- « cans vt pro se Sacerdos oraret: & sic « cum honore vrbi remissus est. «

7. SAFFARIVS, agebat in viuis circiter an. 589. testis Gregorius 589. Turon. lib. 9. c. 41. cùm agit de Conuentu Episcoporum Pictauij, qui Chrodieldim Regis Chariberti filiam excommunicarunt: post quem diutiùs vacauit Cathedra Pontificia Petrogorensis.

8. BERTRANDVS, de eo circa an. 767. mentionem fieri in quodam 767. diplomate asseritur.

9. RAYMVNDVS I. cuius nudum nomen inuenitur in diptychis.

10. AINARDVS, eandem administrauit Ecclesiam anno 844. vti 844. liquet his verbis Chronici MS. Abbatiæ Malleacensis: *Anno 844. claruerunt Amalricus Turonensis, Dodo Andegauensis, Gedo Pictauiensis, Ber-*

nardus Lemonicensis, Ainardus Petragoricensis, Autbertus Engolismensis, Actardus Nannetensis.

11. VVLGRINVS, donatus fuit
Pontificatu Petrocorensi ab Emeno
Engolismensi Comite: id docet præfati
Chronici Malleacensis Scriptor
868. Petrus, cùm ait sub an. 868. *Emeno
Engolismæ Comes frater eius (Turpionis) extitit, & post biennium cùm Landrico
Comite Senonensi in castro de Ranconià interempto, reducitur saucius, &
octauâ die moritur sepultus in S. Epar-
chio. Reliquit paruulum filium Ade-
marum nomine, Vulgrinum propinquum suum, fratrem Alduini Abba-
tis S. Dionysij direxit, & præfecit eum
Engolismæ, & Petragoricæ, & Olibam
statuit in Episcopatu.* De hoc Præsule
& superiore nullam apud Puteanum
memoriam fieri reperies.

12. SEBALDVS recensetur in
900. veteribus documentis circa an. 900.
opusculum elucubrauit de vitâ S.
Frontonis an. 904. sub Principatu
Guillelmi Comitis Petrogorensis, &
Aginni. Sub ipso autem vrbs à paganis
vastata, cuius excidium oculatus
testis conspexit Sebaldus.

13. FROTERIVS sedebat anno
976. fuit instaurator monasterij S.
Frontonis, interfuitque sacro Alduini
Pontificis Lemouicensis. De hoc
vetus fragmentum Episcoporum hęc
refert: *Froterius Episcopus ab Hugone
Capucio Francor. Rege Petracorium
missus Ecclesiam rexit annis 14.
991. mensibus 6. diebus 3. obiit anno 991. 6.
Idus Decembris, sepultus in basilicâ S.
Frontonis. Hic Episcopus magnum
monasterium S. Frontonis ædificare cœpit,
& castrum Agoniacum, Craoniacum,
Albamrocham, Rupem S. Christophori,
Rupem de Bassiliaco, vt esset
munimen & refugium contra Normannos
paganos. Corpus S. Frontasij martyris
releuauit.*

LA MARCHE. 14. MARTINVS DE LA MARCHE
Bosonis Comitis Marchiæ &
Eimæ Petrocoricensis filius, vocatur
992. ad Episcopatum an. 992. è vitâ migrauit
an. 1000. conditus apud S.
Frontonem.

CVHE'. 15. RODVLPHVS DE COVHE'
A 1. aliàs DE COHALIA, instaurauit
& ædificauit Ecclesiam S. Asterij
in quâ Regulares Canonicos constituit,
vbi monachi habitauerant priusquàm
à Normannis hæc Ecclesia
euerteretur: hoc etiam tempore Canonici
S. Saturnini Tolosæ, & D.
Frontonis fraternitatem ineunt; de
eo mentio extat in cartulario Vzerchiensi
anno 1000. & 1001. in Chro- 1000.
nico Lemouicensi S. Martialis præsens
fuit cessioni Ademari Abbatis
Terass. cœnobio S. Martialis. Hierosolymis
rediens excessit è viuis an.
1013. 5. Ianuarij, teste Ademaro in 1013.
B Chronico, sepultus in monasterio
antiquo ad altare S. Thomæ.

16. ARNALDVS DE VITABRE, VITABRE.
seu VILLABRENSIS an. 1014. consecratus
à Siguino Monacho Burdigalensi
Archiepiscopo apud S. Benedictum
de Nantolio in Pictonibus,
teste eodem Ademaro: interest dedicationi
S. Saluatoris Lemouicensis
1028. 5. Cal Decemb. ex chron Vosiensi.
Adfuit exequiis Guillelmi Sectorisferri
Comitis Engolismensis,
teste Corlæo in Chronico. Militari
autem robore contra Normannos in-
C claruit, testatur id præfatum Chronicum
Petragoricense his verbis: *Huius*,
inquit, *tempore Normanni portum
Aquitanicum iterum applicuerunt
apud S. Michaelem de Eremo, quos
Comes Pictauensis prælio vicit, cui
Episcopus interfuit, & vt militibus sufficeret,
Lemouicensi Episcopo Exidolium
oppigneraunt.* Nominatur in Synodo
Lemouicensi 2. 1034. & in cartâ
S. Ioannis Angeriacensis monasterij
1037. humatus in basilicâ S. Fron- 1037.
tonis.

17. GERALDVS DE GOVRDON GOVRDON.
D eligitur anno 1037. grauis inter
eum Præsulem & Audebertum
Comitem Petracoricensem dissensio
exorta de iure monetæ, quàm contra
immunitates Abbatis S. Frontis Elias
Comes sibi vindicabat: post eius obitum
Episcopus per Officiales suos
vsum interdixit, quo placito Audebertus
in tantum irâ efferbuit, vt
vtrinque Episcopus & Comes bellaturi
armatos viros conscripserint; Geraldus
castra Episcopalia præsidiis militaribus
muniuit, sicuti notatur in
veteri

veteri codice, vbi sic habet: *aliena uit castrum Agoniacum, & Albamrocham pro bello contra Audebertum Comitem, quia Episcopus deposuerat monetam Helnanensem, quam Helias Comes pater Audeberti iusserat fabricari.* De hoc dissidio meminit Corlæus in Chronico: eodem sedente monasterium S. Frontonis ab Aymone de Soliaco Archiepiscopo Bituricensi Aquitaniæ Primate, prouinciam Burdegalensem visitãte dedicatur 1047. 12. Cal. Aprilis; & Geraldus ipse adfuit dedicationi Ecclesiæ S. Mariæ Santonensis eodem anno: decessit
1059. 1059. 21. Martij, ex fragmento MS. Episcoporum Petrocorensium, iacet in Ecclesiâ S. Frontonis.

MONTBERON. 18. GVILLELMVS DE MONTBERON I ex vetustâ ac nobili stirpe de Monteberulpho apud Engolismenses, possessionem adipiscitur paulò post obitum Geraldi 1059. circa annum 1077. Guinamondus monachus Casæ Dei, opere musiuo præclaram architecturam sculpsit impensis Stephani Itherij Canonici super sepulchrum S. Frontonis ex MS. adfuit Concilio S. Maxentij apud Picto-
1075. nes 7 Cal. Iulij 1075. sub Goscelino Burdegalensi, vt est in Chron. Malleacensi. Obiit 1081. 8. Idus Februarij post sedem annorum 20. mensium 11. dierum 3. sepultus in Ecclesiâ gentilitiâ de Monteberulpho.

TEYSIERS. 19 RAYNALDVS DE TYBERIO creatur Episcopus anno 1081. in tabularij Lemouicensis cartâ Heliæ Comitis Petragoricensis eius fit mentio cùm Gautberto Abbate Vzerchiensi 1086. Ecclesiam S. Ioannis de Colâ cùm Prioratu Conuentuali extruxit, in quo statuit Regulares Canonicos, ex cartu. Petrocorensi. Occiditur à Sarracenis dum sacra faceret capite truncato in obsidione Antiochiæ 8. Idus Septemb. anno
1099. 1099. secundùm fidem quorumdam MS. nihilominus de eo silet Vuillelmus Tyrius Archiepiscopus in Historiâ; quiescit in Ecclesiâ S. Georgij.

AVBEROCHE. 20. GVILLELMVS D'AVBEROCHE II. Episcopus & Abbas S. Frontonis 1099. annuente Capitulo S. Frontis donatio facta est Ordini Fontebraldensi de terrâ in burgo Cadunij pro fundatione monasterij monialium Ordinis Fontebraldensis, cui loco domini de Benaco & de Bironio plurima patrimonia contulêre; posthæc in Abbatiam Cisterciensis Ordinis commutatur: dedicauit altare seu Ecclesiam B. Auiti Confessoris 1117. 1117.
6. Cal. Ianuarij ex inscriptione, ac etiam benedixit cœmeterium pauperum Petrocorensium: sub eo fundatur Abbatia B. Mariæ Cancellatæ, burgum S. Frontonis incendio conflagrauit, & monasterium ligneis tabulis coopertum. Diploma impetrauit à Callisto Papâ pro confirmatione priuilegiorum Ecclesiæ Petrocorensis, vt est in tabulario Episcopali: Vitam finiuit Guillelmus de Albarochâ 4. Nonas Aprilis 1123. vt vul- 1123.
gati annotant Catalogi: cartularia Cancellatæ tradunt post annum 1128. 2. Aprilis; quiescit in basilicâ S. Frontis.

21. GVILLELMVS DE NAVCLARD III. possessionem iniit anno 1130. Adiicere autem hîc non pigebit cartam ex tabulario S. Mariæ Santonensis de recuperatione Ecclesiæ S. Siluani, quæ num. 15. sic ordi- NAVCLAR.
tur: *LONGA discordia inter monachas Ecclesiæ S. Mariæ Xantonensis, & Monachos S. Martialis fuerat pro Ecclesiâ S. Siluani, quam ipsi monachi monachabus violenter auferebant. Dominus itaque Vuillelmus Petragoricensis Episcopus, in cuius parochiâ ipsa Ecclesia est, cui monachi sæpe clamorem faciebant, cùm nullo modo posset Abbatem trahere ad iustitiam, præcepit Abbatissæ Sybillæ, & monachabus, vt inuestituram Ecclesiæ suæ haberent, quoque modo possent. Audiens verò Helias Talairandus, qui princeps erat terræ illius, vbi Ecclesia est, quod monachi iudicium subterfugerent, & contra Dei iustitiam Ecclesiam occupassent, præcepit Abbatissæ & monachabus vt reciperent Ecclesiam. Ex præcepto denique dominorum Vuillelmi Episcopi videlicet & Heliæ Principis terræ, intrauerunt monachæ in Ecclesiam suam, & nullo ibi monachorum reperto, Ecclesiam inuenerunt vacuam, & bonis spoliatam: tamen per Dei gratiam restituta est Ecclesia ad ius B. Mariæ, sicut ab antiquis fuerat. Posteà Dominus Helias sæpedictus Princeps terræ, donum quod pater suus & alij Comites ante-*

cessores sui Ecclesiæ B. Mariæ fecerant, concessit, & propriâ manu subscribendo confirmauit ipse & vxor sua Philippa in manu dominæ Agnetis monachæ, istis videntibus: Sig. Heliæ Talairandi, sig. Comitissæ Philippæ vxoris suæ. Testes ex parte Comitis Arnaldus, Vuillelmus, Gaufredus, Raymundus, Arnald. Audebertus Præpositus & alij, &c. Hæc autem facta sunt anno Incarn. Domini
1130. M C X X X. *Lunâ* X V I I I. *regnante Ludouico Francorum Rege, Vuillelmo Duce Aquitaniæ, Rudello Comite in Petragorico, Heliâ Talairando nepote suo, Vuillelmo Petragoricensi Episcopo. Aimarus Scriba & sanctæ Ecclesiæ B. Mariæ Capellanus hanc cartam composuit, & signo Crucis muniuit.* Hic verò Pseudolegati Gerardi Engolismensis Præsulis conatus strenuè compressit, sed factione Aquitaniæ Ducis Episcopatu pulsus, ad quem aliósve Antistites scribit B. Bernardus: post autem sedi suæ restitutus, otij amans Abbatiam Cancellatæ secessit, vbi & altaria nouæ basilicæ consecrauit, religiosísque largitus Ecclesiam S. Sulpitij, & S. Inocentiæ, Gerardo de Montelauduno Abbate Ordinem Canonicum vouente sub
1133. Regulâ Augustinianâ an. 1133. Memoratur cùm aliis Episcopis in bullâ Lucij Papæ confirmantis donationes monasterio Fontebraldensi ex cartulariis loci, & in literis Regis Ludouici 7. Iunioris datis Burdegalæ an. 1137. pro exemptione iuris Regalium Archiepiscopo Burdegalensi ac prouinciæ Episcopis: interfuit Concilio Pisano in Italiâ, Chronicon vetus Episcoporum de eo sic: *Instituit vt omnes agricolæ darent conuiuium pro pace obseruandâ. Eius tempore domus bladagij S. Frontonis quæ erat in Claustro, ab Heliâ Rudello Comite de Bragerac confracta est, quem mater Comitissa Gasconiæ abiurauit, dicens, quòd non erat filius Heliæ Comitis.* Synodo item Burdegalensi adstitit cùm Archiepiscopis & Præsulibus Gasconiæ, in causâ monasterij Generensis, demum mortuus est die 29. Decemb.
1138. 1138. iacet in Abbatiâ S. Frontis.

22. GAVFREDVS DE CAVZE, I.
CAVZE. sub cuius Pontificatu fratres Militiæ Templi in terram Petrogorensem primitùs aduenerunt, quibus data est Ecclesia S. Mauricij de Andriuallo, in quâ monachæ habitauerant: benedixit Eliam Abbatem Cancellatæ, cui cœnobio locum de Merlaodiâ vniuit: nominatur & in Chronico Cluniacensi; defunctus 1142. 5. Cal. Septemb. iacet in S. Frontone. 1142.

23. RAIMVNDVS DE MAIOLIO DE MAIOLIO.
I. successit anno 1142. Archiepiscopus deinde Burdegalensis: insignis benefactor Abbatiæ Cancellatæ, cuius mensæ annexuit Ecclesias S. Martialis de Artentiâ, S. Saturnini, & Vincentij, ædem extra muros Abbatiæ Cancellatæ benedixit sub parrocinio S. Trinitatis & B. Frontonis 1147. 4. Idus Octobris, enunciatur in tabulis Fontebraldensibus 1157. 1157
Huius tempore, inquit Chronicon « Episcoporum, Heoricus Rex An- « gliæ habuit ex thesauro Ecclesiæ S. « Frontonis tabulam argenteam duo- « decim Apostolorum. Sub hoc Boso « Comes Petracoricensis super locum « arenarum Petracoricensium excel « sam turrim exædificauit. De eo con- « sule Burdegalenses Archiep.

24. IOANNES D'ASSIDE I. aliàs DE ASSIDE.
SVRAT in chronico Episcoporum vocatus, ex Magistro Scholarum Pictauensis Ecclesiæ huic sedi præficitur 1160. donauit Eliæ Abbati Cãcellatæ parochias quasdam: iacet in Ecclesiâ S. Stephani in ciuitate Petragoricensi, in cuius funere inter Capitulum Cathedralis, & S. Frõtis Collegiatum grauis oritur altercatio pro sepulturâ: eiusmodi epitaphium columnæ Cathedralis insculptum iuxta cœnotaphium legitur: *Anno ab Incarnatione Domini* M C L X I X. *2. die Maij obiit dom. Ioannes huius Ecclesiæ Episcopus, sedit autem in Episcopatu nouem annis, septem diebus minus.* In præfato chronico Episcoporum, vbi dicitur castrum Gauandunum Aginnensis diœcesis subuertisse, & latrones expulisse reperiuntur hi versus. 1169.

Pictauiâ natus Præsul hic pausat humatus,
Filius ergo Dei propitietur ei.
Perpetuis annis laus est celebranda Ioannis,
.... vrbem decorauit & orbem.
Quippe Gauandunum, cui par vix credo, vel vnum
Saxo disiecit, post non habitabile fecit.

MINETIS.
25. PETRVS MINETIS I.
vel MONETVS anno 1169. cùm
Metropolitano Burdegalensi pro-
fectus est ad Alfonsum Regem His-
paniæ 1171. vt est in Chronico Engo-
lismensi Corlæi, præsens dedicationi
Ecclesiæ S. Amantij Buxiensis in pa-
go Engolismensi 1177. obdormiuit 3.
1182. Idus Aprilis 1182. sepultus in Cathe-
drali S. Stephani. Erat iste consobri-
nus Petri Blesensis, vt patet ex epist.
34. quam ei scribit, vt eius contuber-
nio vteretur: fuit verò in Abbatiam
Cancellatæ munificus, cuius Archi-
mandritam Gerardum benedixit, eis-
que cœnobio loca de Cantamerlè,
de Fatâ, de Capefrico, de Giranno,
pro constructione Ecclesiarum cessit,
ex tabulario Cancellatæ: transfert
item è Capitulo basilicæ S. Frontis
ossa decessorum Episcoporum in lapi-
deum sarcophagum Ecclesiæ S. Ste-
phani iuxta Capellam B. Catharinæ,
vbi altare S. Cassanni consecrauit:
eodem sedente Henricus Rex An-
glorum cum filiis Henrico Iuniore,
Ricardo Duce Aquitanorum, Gau-
fredo Comite Britanniæ, Aragonum
Rege, & Ermengardâ dominâ de
Narbonâ, Podium S. Frontonis ob-
sedit, ex chronico Petrocorensi.

26. ADEMARVS, I. eidem
præfuit Ecclesiæ 1182. præsens trala-
tioni reliquiarum S. Stephani Gran-
dimontensis cùm Guarino Archi-
episcopo Bituricensi; legitur & in
cartâ anni 1189. Dedicat verò indi-
ctione 12. 3. Cal. Februarij 1194. Ec-
clesiam S. Martini de Limueil, vt pa-
tet ex inscriptione lapideâ: arbiter
1209. electus 1209. dissidij inter Abbates
Pontiniaci, & Cadunij. Ad eum
Pontifex Max. subiectam hanc bul-
lam direxit confirmationis Ecclesiæ
Petrogoricensis, ac priuilegiorum
sub patrocinio Sedis Apostolicæ,
quæ in archetypis tabulis sic habet:
*VRBANVS Episcopus seruus ser-
uorum Dei, venerabili fratri Ade-
maro Petragoricensi Episcopo, eius-
que successoribus canonice substituendis
in perpetuum. In eminenti Sedis Apo-
stolicæ specula disponente domino consti-
tuti, fratres nostros Episcopos tam pro-
pinquos quàm longè positos, fraternà
debemus charitate diligere, & Ecclesiis
à Deo sibi commissis paterna sollicitudi-
ne prouidere. Eapropter venerabilis*

A *in Christo frater Ademare Episcope, tuis
iustis postulationibus clementer annuimus,
& fœlicis recordationis prædecessorum no-
strorum Alexandri, & Lucy Romano-
rum Pontificum vestigiis inhærentes, Pe-
tracoricensem Ecclesiam, cui auctore Deo
præesse dignosceris, sub B. Petri, & no-
strà protectione suscipimus, & præsentis
scripti priuilegio communimus. Statuentes
vt quascúmq; possessiones, quæcumq; bona
eadem Ecclesia in præsentiarum iustè &
Canonicè possidet, vel in futurum con-
cessione Pontificum, largitione Regum
vel Principum, oblatione fidelium, seu
aliis iustis modis præstante Domino pote-*
B *rit adipisci, firma tibi, tuisque successo-
ribus & illibata permaneant, in quibus
hæc propriis duximus exponenda vocabu-
lis. Ecclesiam S. Auiti senioris, Ecclesiam
S. Ioannis de Colà, Ecclesiam S. Cypriani,
Ecclesiam de Blazaco, & Ecclesiam de
Peyraco, cum omnibus earum pertinen-
tiis, fœdum insuper cùm debito dominio
quod habet à Petracoricensi Episcopo Vi-
comes Lemouicensis, & domus de Gor-
don, & illi de S. Asterio, & illi de
Aganaco, & illi de Roca S. Christo-
phori, & illi de Albarocà, & illi de
Bordelià, & cætera feoda quæcumque à
Petracoricensi Episcopo teneantur,*
C *vnum quoque molendinum, & cæteros
redditus quos in tuo Episcopatu iustè
habere dignosceris: Statuimus præterea
vt nullus cuiuscumque ordinis Clericus
Ecclesias in vità suà tantùm sibi conces-
sas ad ius Episcopale pertinentes, faciat
censuales, neue Monachi, aut Canoni-
ci, seu quilibet alij Clerici, in Ecclesiis
ad hunc Episcopatum pertinentibus,
sine tuà auctoritate vel remouere au-
deant, vel instituere Capellanos, nisi
fortè priuilegiis Romanorum Pontifi-
cum, vel antiquà, vel iustà consuetudine
committantur. Censemus etiam ne Ca-
nonici maioris Ecclesiæ Canonicos, vel*
D *Clericos in eà ponere, thesaurum distra-
here, vel minuere, seu bona ipsius Ec-
clesiæ, te inconsulto, alienare vllà ra-
tione præsumant. Decernimus insuper,
vt tam Clerici maioris Ecclesiæ, quàm
Clerici S. Frontonis in omnibus tibi obe-
dientiam & honorem impendant, &
iustitiam tuam tibi cum integritate con-
seruent. Præterea quod communi con-
sensu Capituli, vel senioris partis con-
silio, in vtràque Ecclesià per te canonicè
fuerit institutum, id ratum & firmum
volumus permanere. Cæmeteria quo-
que Ecclesiarum & Ecclesiastica bene-*

ficia, nullo hereditario iure nemo audeat possidere: Paci quoque & quieti Petracoricensis Ecclesiæ prouidentes, interdicimus, ut infra terminos canonicè ad ius eiusdem Ecclesiæ specialiter pertinentes, domibus Episcopi & Clericorum deputatis, nulli laico liceat mansionem habere; vel alicui fas sit etiam domum quam ibi habet, dare, vendere, vel cuilibet dimittere, nisi Ecclesiæ, vel saltem Clerico, & non sine assensu Episcopi, qui pro tempore fuerit. Porrò quia quidam monachorum ius suum Episcopis auferre contendunt, prohibemus ne Monachi in diœcesi Petracoricensi Capellanias teneant, Sacerdotis, Capellani officium, seu beneficium non assumant, sed presbyteris Capellanis, integrè conseruentur quæcumque ad ius Capellaniæ pertinere noscuntur. Auctoritate quoque Apostolicâ interdicimus, ut nec Clerici, nec monachi, seu quilibet Religiosi, interdictos, siue excommunicatos Petracoricensis Episcopi, vel ministrorum eius in Ecclesiis scienter recipiant, vel illis præsentibus diuina celebrent officia, nec ad Religionis habitum eosdem excommunicatos, sine satisfactione suscipiant, si satisfaciendi potestatem habeant, nec si mortui fuerint, eos sepelire præsumant. In parochialibus siquidem Ecclesiis Petracoricensis diœcesis ad Episcopum pertinentibus, absque licentia & assensu Episcopi presbyter Capellanus minimè statuatur. Prohibemus autem, ne presbyteri Capellani Ecclesiarum ad ius Petracoricensis Episcopi distrahere, vendere vel obligare præsumant, seu alio quolibet titulo alienare, & si factum fuerit, irritum habeatur. Sacrorum quoque Canonum auctoritatem sequentes, interdicimus, ut nullus Episcopus, vel Archiepiscopus, absque assensu Petracoricensis Episcopi in diœcesi Petracoricensi conuentus celebrare, causas & Ecclesiastica negotia eiusdem diœcesis tractare præsumat, possessiones etiam, seu quælibet dona Petracoricensis Episcopi, vel quæ ab ipso in feudo, vel alio modo tenentur, nulli Ecclesiæ seu personæ contra aliquam, & rationabilem consuetudinem, & sine assensu eiusdem Episcopi liceat conferre, impignorare, vendere, seu cuilibet dare, vel quolibet alio titulo alienare. Quartam verò partem decimarum iuxta Canonicam sanctionem, sicuti antecessores sui hactenus habuerunt, tibi, tuisque successoribus auctoritate Apostolicâ confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, saluâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Burdigalensis Episcopi debitâ reuerentiâ: si qua igitur, &c. Datum per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarij 10. Kalend. Octob. indictione 6. Incarnationis Domini anno M. C. LXXXVII. Pontificatus verò Domini Vrbani Papæ tertij, anno secundo. 1187.

27. RADVLFVS DE LASTOVRS II. LASTOVRS.
ex familiâ Lemouicensi de Turribus, cuius procerum antiquorum stemma exarauit variis locis chronici sui MS. Gaufridus Prior Vosiensis, eorum sepultura visebatur olim apud Arnacũ. Originem autem duxisse ex hac stirpe declarant verba quibus speciatim genealogia Guidonis de Turribus describitur, eam putamus non iniucundam fore huius scientiæ philologiis; sunt autem huiusmodi: Guido, de Agne sorore principis castri de Chambon sanctæ Valleriæ, genuit Guidonem, Geraldum, & Gulferium & Arnaco tumulatur, Guido Ierosolymis obiit, & filius eius Oliuerius apud castrum Exandonense occisus, octauo Cal. Decembris Arnaco honorificè tumulatur; Geraldus de Vnbergâ filiâ Sequini militis sui genuit Guidonem & Seguinum, Guido de Mathilde matre Bosonis de Torenâ quæ Arnaci condita est, genuit Guidonem & Gulferium, horum pater Ierosolymis obiit cùm Rex Ludouicus illic perrexit. Guido de Elizabeth filiâ Guidonis Flamenc senioris genuit Gulferium: Gulferius frater Mathildis, de Alpais filiâ Gauscelini de Petrabufferiâ, quæ Arnaco tumulata in Capitulo cum reliquis, genuit Guidonem & Radulphum Clericum (postcà Petracoricensem Episcopum) superior ille magnúsque Gulferius, de quo mentio fit in historiâ Ierosolymitani belli, frater Guidonis & Geraldi, de Agne filiâ Vicecomitis de Albusson, per quam habuit medietatem castri de Gimel, genuit Gulferium, qui Lemouici vulneratus obiit in Monasterio S. Martialis

Nonis Martij; & Oliuerium & Guidonem qui Ierosolymis obiit quando Ludouicus Rex perrexit. Assumptus est Radulfus ad Episcopatum ex Religioso
1210. Ordinis Minorum anno 1210. quos in suam diœcesim aduocauit, ac cœnobio Petrocoricensi huius Conuentus primum lapidem imposuit 1220. Huius extant litteræ ad Innocentium Papam, vnáque Archiepiscopi Burdegalensis, & Vasatensis Præsulis, in causâ hæreticorum: denique arbiter deligitur 1217. controuersiæ incolarum ciuitatis Petrocorensis, vt docent codices publici.

DE PONS. D'argent à la fasce bandée d'or & de gueulle de six pieces.

28. RAIMVNDVS DE PONS II. Cardinalis, & germanus Pontij Præsulis Santonensis, Bertrandi domini de Pontibus cognomento fortis, & Elisabethæ Tolosanæ filius, renunciatur Episcopus an. 1223. à Rege
1213. S. Ludouico Senescallum exposcit, qui diœcesim ac iura Ecclesiæ tueretur, fidémque Catholicam promoueret, ex registris Curiæ Parisiensis.

SAINT ASTIER.

29. PETRVS DE SAINT ASTIER II. nobilis prosapiæ dominorum de S. Asterio 1233. magnæ fuit apud suos populares existimationis, arbiter lectus dissidiorum ciuium Podij S. Frontis, & antiquæ ciuitatis, cuius litteræ extãt de cessione medietatis iustitiæ temporalis in villâ eadem Podij S. Frontis anno 1245. scripsit ad Regem in gratiam Geraldi d'Aubusson Abbatis Sarlatensis pro Regalibus sub eo Dominicani Petrocorenses in vrbem: recipiuntur, quorum benefactor, plurima eis dona largitus est, adeò vt in MS. codice dicatur huiúsce Conuentus patronus: probauit etiam fundationem Fratrum Prædicatorum Conuentus Brageraci 1260. ex donatione Margaretæ de Turenâ, Raynaldi domini de Pontibus & Brageraci vxore, quibus præfectus est Guillelmus de S. Asterio Episcopi consobrinus. Nominatur & in cartulario
1262. Bituricensi 1262. Sed vitæ religiosæ studiosus Episcopatu se abdicans, secessit 1266. in monasterium Prædicatorum Lemouicensium, vbi assumpto habitu ex licentiâ Pontificis Maximi Clementis IV. piè vixit 8. annis & aliquot mensibus, ad vitam meliorem migrat 1275. 8. Iulij, sepultus in medio Chori Ecclesiæ Prædicatorum Lemouicis, vbi legentibus prostat sequens inscriptio tabellæ apposita: *Frater PETRVS DE S. ASTERIO Episcopus Petracoricensis, summâ scientia, & eloquentia præditus, magnus ac solemnis vir, vtique bonus ac deuotus: filius Domini de Insula propè Petrachoras, venit ad hunc Conuentum Prædicatorum Lemouicensium prima die Martij 1266. & in habitu* 1266.
Episcopali mansit ibidem per annum, tandem magnâ cùm difficultate precibus importunis cessionem sui Episcopatus obtinuit à Domino Clemente IV. dignitate Episcopali in omnibus & per omnia reseruata; quam cessionem non potuerat obtinere à tribus Summis Pontificibus præfatis Clemente scilicet, Gregorio IX. Innocentio IV. & Alexandro IV. post paucos dies à dicta cessione obtenta, habitum Ordinis reuerenter accepit, & honorabiliter in eo Deo & Ordini militauit annis octo, mensibus quatuor cum dimidio: fecit multa & infinita bona Conuentui, tam in ornamentis Ecclesiæ, quàm in libris & ædificiis, fecitque ædificare domum de Balaleu. Obiit autem pridie Idus Iulij anno Domini 1275. 1275.
& est sepultus in Ecclesia huius Conuentus, in medio Chori. Anima eius requiescat in pace. De eo Michael Pius Bononiensis lib. de Viris illustribus S. Dominici.

PALETISIS.

30. HELIAS PALETISIS I. aliàs PELTI cognominatus, possessionem nanciscitur anno 1269. quo, vltimâ Septemb. altare primarium monasterij Fratrum Minorum benedixit: nominatur cùm Henrico Rege Angliæ in donatione ipsi factâ castri de Podio de Pico 7. die Martij
1273. ex tabulâ veteri ipsius cessio- 1273.
nis; visitur & in cartophilacio hommagiorum Episcopatus Petracoricensis transactio inter eundem Heliam, Abbatem & Monachos Sarlatenses pro Prioratu S. Leonis.

AVBEROCHE.

31. RAIMVNDVS D'AVBEROCHE III. ex nobili domo de Albarocâ, dictus Bardus in cartis Cancellatæ, floruit anno 1283. probabiliùs 1283.
quàm an. 1285. nam in vetustis Registris Generalitatis Aquitaniæ, extat huius Episcopi decretum 1283. quo dominus de Bonauilla fidem præstat Angliæ Regi pro dynastiâ de Li-

molio, cui pendet sigillum Raimundi cum effigie S. Stephani. Hicetiam Abbatissæ Ligurij Ord. Benedict. 1287. 8. Cal. Mart. literas dedit. Sub eo 1291. fundatur Conuentus S. Pardulphi à Margaritâ Ducis Burgundiæ filiâ, pro monialibus instituti S. Dominici. Eo sedente Podium S. Frontonis iubente Philippo Pulchro Rege muris cinctum, ex schedis domus publicæ Petrocorensis.

32. AVDOINVS anno 1294. &
1300. 1300. statuta pro Ecclesiæ regimine condidit, quæ asseruantur in tabulariis Petrocorensibus. Sub eius Pontificatu fundatur Cartusia Vallisclaræ in suâ diœcesi ab Archembaldo Comite Petrocoricensi, Cardinalis & Episcopi Albanensis Taleyrandi fratre.

33. RAIMVNDVS IV. memoria illius extat ab an. 1314. ad 1328. ex codice hominiorum Episcopatus.

34. PETRVS III. 1333. cuius
1333. temporale per Senescallum Petrocorij Regiæ custodiæ demandatur, eo quòd anathemate affecisset ciuitatis Iuridicos Magistratus, qui tributa Ecclesiasticis imposuerant propter subsidia belli Anglici contra Eduardum, ex tabulis publicis.

35. RAIMVNDVS V. Petri successor 1336. nominatur in cartulario Cancellariæ; sub eo 1339. fundatur xenodochium Petrocoricense sub patrocinio B. Marthæ.

36. GVILLELMVS IV. constituitur Episcopus an. 1341 Octob. 19.
1341. ex registris Vaticani; legitur & 1346. in cartophilacio hominiorum Sedis Petrocorensis.

37. ADHEMARVS, Guillelmo suffectus: decessit anno 1349. ex registris Vaticani.

PINVS. De .. à trois besans trauersez d'vne barre.

38. PETRVS PINVS IV. nobilis Beneuentanus successit anno 1349. 6. Cal. Aug. ex reg. Vat. Episcopale palatium sub eo à ciuibus dirutum fuit, idcirco 1379. controuersiæ arbiter deligitur Rex Franciæ, qui eos multauit 3000. aureis: quibus dissidiis implicitus est Senescallus

A Petrocorensis Aymericus Rupiscauardi ad an. vsque 1382. idem Præsul pro iurisdictione ciuitatis contendit, vt videre est in MS. tabulariis. Refert Vghellus tomo I. Sacræ Italiæ ex Antistite Foroliuiensi creatum à Clemente 6. Viterbiensem 1348. 4. Idus Decemb. paucísque elapsis mensibus, id est 5. Cal. Iulij ad Veronensem, indéque sequenti anno ad hanc Petrogoricensem, demúmque ad Beneuentanam Eccl. translatum 6. Cal. Decemb. 1350. ex eodem reg. 1350.

39. HELIAS II. electio huius
B notatur anno 1384. in archiuis citatis Vaticani.

40. PETRVS V. præfuit anno 1387. ex iisdem reg. Vaticani. 1387.

41. GABRIEL I. cuius nomen exprimitur in documentis veteribus Ecclesiæ 1405.

CASTELNAV. Ecartelé au 1 & 4. d'or à vn chasteau de gueulles: au 2. & 3. d'argent au lion de sable.

42. RAIMVNDVS DE CASTELNAV V. 1407. illustris familiæ dominorum de Castronouo, & de Bretenous, hominia Episcopij solito more accepit ex lib. sacramentorum
C clientelarium; inde translatus ad Sarlatensem Episcopatum exeunte anno 1407. mense Februario.

1408.

43. IOANNES II. eligitur anno 1408. ex tabulariis ciuitatis.

44. BERENGARIVS constituitur an. 1431. Concilio Basileensi interest 1432. in eáque synodo, vir magnæ apud Patres æstimationis, lectus fuit iudex cùm Petro Augustano, & Delphino Parmensi Præsulibus de rebus fidei inuestigandis, prout constat sess. 5. huius Concilij, in quo ex-
D titit fautor partium Eugenij.

45. ELIAS SERVEN III. eundem obtinuit Episcopatum circa an- 1437
no 1437.

DVRFORT. D'azur à vne bande d'or.

46. PETRVS DE DVRFORT VI. ex nobili familiâ de Duras in tractu Aginnensi, vt ferunt progenitus, sedis possessionem adiit anno 1438. assumptus ex Ordine Prædicatorum, cui coniiciunt, tale epitaphium in pariete sinistro Chori Cathedralis basilicæ insculptum.

Præsul erat Petrus, iacet hic in puluere puluis,
Sit cœlum requies, sit tibi vita Deus.
Obiit decimo Aprilis.

LAVBARIENSIS. 47. RAIMVNDVS LAVBARIENSIS VI. vixit circa annum 1440.

ARPAION. De gueulle a vne harpye d'or. 48. GOFRIDVS-BERENGARIVS D'ARPAION ex vetustâ in Ruthenis stirpe toparcharum de Arpaione, Guillelmi Episcopi Cadurcensis consanguineus, ordinatur à
1441. Pont. Max. 1441. eodem anno dirigit bullam Eugenius Papa Capitulo S. Frontonis pro translatione sui corporis: fato functus est 1447.

BORDEILLE. S'ot à deux pattes de griffon de gueulles aux ongles d'azur posées en contrebande. 49. ELIAS DE BORDEILLE IV. Cardinalis S. Luciæ, Arnaldi Petrocorensium Senescalli ac Proregis ex Ioannâ de Chambrillac filius, ex Religioso Ordinis Minorum S. Francisci, inuitus, at postulante Carolo VII. Rege Episcopus efficitur an. 1447. nondum natus annos 25. à
1447. Pontifice Nicolao V. cùm Romæ esset, confirmatur, & à Cardinali S. Crucis consecratus iucundum ingressum fecit Petrocorij 3. Augusti 1447. Comitiis trium Ordinum à Ludouico XI. apud Turones conuocatis interfuit 1467. pietatis ac doctrinæ famâ inclytus, erga Ecclesias valde munificus, Cathedralis suæ maius altare erexit, ruinas sanctorum Asterij & Georgij in suburbiis Petrocorensibus reparauit. Traductus posthæc ad Archiepiscopatum Turonensem.

50. RADELPHINVS, seu RA-
1468. NVLPHVS anno 1468. memoratur in cartulario Vaticani, prouisus à Paulo 2. Pont. Max. per promotionem Heliæ ad Archiepiscopatum Turonensem; Inquisitor delegatus pro vitæ sanctimoniâ Petri Berlandi Archiepiscopi Burdegalensis.

POMPADOVR. D'azur à trois Tours d'argent maçonées de sable, 2. 1. 51. GODEFRIDVS DE POMPADOVR I. Magnus Franciæ Eleemosynarius, Abbas S. Amantij Buxiensis, & B. Mariæ de Cancellatâ, Præpositus B. Pardulfi & de Arnaco, Prior S. Cypriani Sarlatensis, & de Collâ in Petrocoriis, Canonicus ac Comes Lugdunensis, filius Gulferij domini de Pompadorio è clarâ Lemouicensium procerum gente & Isabellis de Combornio ad hanc Cathedram vocatur 1480. Præses Curiæ 1480.
Iuuaminum 1484. & Cameræ Rationum Regiarum Parisiénsium an. 1485. sequenti anno crimine læsæ maiestatis insimulatus fuit cùm Georgio de Ambasiâ Præsule Montalbanensi, ac Philippo Comminio Belgâ, Argentonij toparchâ, quòd cum Ludouico Aurelianensium Duce, & aliis fœderatis Principibus in Britanniâ quædam molitus fuisset, idcircò custodiæ mandatus, vti notatur in historiâ Regis Caroli 8. auctore Guillelmo de Laligny. Eo sedente Au- 1485.
gustiniani fundantur 1483. quorum Ecclesiam benedixit Gofridus: inde transfertur ad Episcopatum Podiensem.

52. GABRIEL DV MAS II. DV MAS.
ex Episcopo Mirapicensi renunciatur Petrocorensis 15. Iunij 1486. in 1486.
cartulariis Vaticani: cuius ordinationem alij assignant an. 1485. ex bullâ Innocentij 8. Pont præfuit annis ferè 15. & transegit pro iurisdictione cùm vrbis Communitate 1490. ex actis publicis.

53. GODEFRIDVS DE POMPADOVR II. Gaufridi decessoris POMPADOVR.
gentilis prouisus ab Alexandro VI. Papâ 1500. Ecclesiam suàm, vrbem- 1500.
que solemniter ingreditur 12. Nouemb. 1500. sedit vsque ad an. 1503. vltimum vitæ diem clausit 1514.

54. IOANNES AVRIENS III. AVRIENS.
an. 1504. ex superioris cessione euehitur ad Episcopatum, quo anno ex schedis Capitularibus leuauit ossa S. Leonis in capsâ nouâ apud Ecclesiam S. Stephani.

55. GVIDO DE CASTELNAV CASTELNAV.
I. Abbas Bonæuallis, Ioannis Baronis de Castelnau, dynastæ de Bretenoux, & Mariæ de Culant Mareschalli de Culanto natæ filius, electus Cadurcensis, per Pontif. Maxim. confirmatus, Ludouici XII. gratiâ cessit in fauorem Germani de Ganay; anno 1511. vltimâ die Fe- 1511.
bruarij vrbem suam solemni ritu ingreditur.

56 IACOBVS DE CASTELNAV CASTELNAV.

superioris agnatus anno 1523. 5. Octo- A
1523. bris ciuitatem solito apparatu inuehitur: decessit Cadurci die S. Laurentij 10. Augusti 1524.

De Plas. D'argent à trois barres de gueulle.

57. Ioannes de Plas IV. aliàs de Plagnie ex familiâ de Plas in Lemouicibus, filius natu maior Antonij domini d'Esplas & Mariæ de Miramont, designatur Episcopus à Rege Francisco I. 1524. 10 Nouemb. vrbem solemni pompâ inuisit
1525. 23. Aprilis 1525. comitantibus quatuor Baronibus Petrocorensibus, Burdeliæ, Marceoli, Bironij, & Benaci. Ædificauit castrum de Planis, ac B rescriptum dedit 1526. quo iussit inquiri super vitæ sanctimoniâ decessoris sui Eliæ Cardinalis, id satagente inprimis Ioanne de Burdeliâ, Sedis Apostolicæ Protonotario. Transiit inde Ioannes ad Vasatensem Episcopatum.

Bonneval. D'azur au lion d'or, membré de gueulle.

58. Fvlco de Bonneval Protonotarius Apostolicus, & Caroli Sarlatensis Episcopi frater, necnon Germani Lemouicensium Proregis; vterque parentes habuit Antonium Bonæuallis dynastam: iste ex Vasatensi Præsule, superioris per- C mutatione cùm Prioratu de Leyrac,
1531. hùc translatus an. 1531. die 1. Ianuarij consuetâ inaugurationis pompâ vrbem ingreditur, & nouem ferè annis Episcopatum rexit: mortuus anno 1540. iacet ante maius altare Cathedralis.

Longvi.

59. Clavdivs de Longvi, Cardinalis de Giury, Administrator perpetuus Ecclesiæ Petrocorensis nominatur in tabulis Vaticani 27.
1540. Augusti anno 1540.

Lvstrac.

60. Ioannes de Lvstrac D v. è nobili gente Lustracensi 1550. Iunij 14. in vrbem excipitur, vix per annum obtinuit Episcopatum.

Pompadovr.

61. Godefridvs de Pompadovr III. Abbas S. Maurini, ex dominis de Chasteaubouchet, receptus solemniter, cùm ordinariâ pompâ ciuitatem inuisit anno 1551.
1552. 13. Decembris, mortuus 1552. anno ætatis 56

Bovchard.

62. Gvido Bovchard II. Ludouici Albaterræ domini ex Margaretâ de Marueil de Villebois filius anno 1554. 9. die Iunij possessionem adipiscitur: ac nominatur 1554. in transactione Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Theodori Rupisbouiscurtis cùm dynastâ loci & fundatore; interest synodo diœcesanæ 1556. mense Aprili: eiúsque adhuc fit mentio in 1557.
instrumentis publicis 1557.

Fovrnier.

63. Petrvs Fovrnier VII. Aruernus, de Episcopatu prouisus est 1561. promotor fuit residentiæ parochorum, sub quo 1567. Burdigalensis Senatus Conuentus iuridici apud Petrocorium indicti sunt à Carolo IX. vidit iste vrbem suam ac diœcesim bellis ciuilibus agitatam, captúsque ab hæreticis, grandi ære redemptionem paciscitur. Curæ Episcopali assiduò incumbens, occiditur à domesticis seruis & sceleratis quibusdam in Castro Episcopali noctu 1575. 14. Iu- 1575.
lij: oratione funebri laudatus à P. Esparuier Prædicatore Obseruantiæ, paulóque post Petrocorium à Sectariis oppugnatum, eodem anno deprædatur.

Bordeille.

64. Franciscvs de Bordeille I. Francisci domini de Burdeliâ, & Annæ de Viuonne filius, Heliæ Cardinalis ex fratre Arnaldo pronepos: ex monacho S. Dionysij propè Parisios Episcopus renunciatur 1575. Concilio prouinciali Burdegalensi in festiuitate omnium Sanctorum interfuit 1582. quod confirmatur à Gregorio XIII. 1583 obiit 1600. Octob. 24. longæuus in Ca- 1600.
stro Episcopali, duobus ab vrbe passuum millibus, in vigiliâ festiuitatis S. Frontis, in quâ Ecclesiâ quiescit.

Martin. Vne tour crenelée de quatre carneaux, surmontée de cinq étoilles en arc.

65. Ioannes Martin VI. Lemouicensis, ex resignatione Francisci 1600. possessionem assumpsit anno 1601. 9 Februarij, sub eo monasteria Ligurij, de Fontanis, & de S. Pardulpho per Nouatores diruta reædificantur. Sub annum 1607. fundatur Conuentus Patrum Recollectorum S. Francisci in oppido Tyberij, quorum Ecclesiâ huius Episcopi consensu dicatur à Gofrido de la Marthonie Præsule Ambianensi: decessit 5. Ianuarij 1612 sepultus in por- 1612.
ticu Ecclesiæ S. Frontis.

66.

66. FRANCISCVS DE LA A BERAVDIERE II. dominus de Sigon, ex toparchis de l'isle Rouhet, Senator Parisiensis ac Burdegalensis Parlamenti, sacri Consistorij Consiliarius, ex Abbate Nobiliaci in agro Pictauiensi vbi regularem normam Benedictinorum S. Mauri instituit; Decanus anteà Pictauiensis Ecclesiæ, fit Episcopus an. 1612. consecratus mense Iulio 1614. eodem anno Comitiis generalibus Parisiensibus Cleri Gallicani interfuit: eo sedente construitur Conuentus, Minimorum Albæterræ à domino de Lussan Franciæ Marescallo 1617. & Plaignaci be- B neficio Comitis de Gurson: anno 1615. 18. Maij fundantur Patres Augustiniani Petrocorij, necnon renouatur arctior disciplina regulæ S. Aug. in Abbatiâ Cancellatæ huius diœcesis. De instaurandâ Cathedrali Ecclesiâ cùm Capitulo suo pactum iniit 1615. Brageracensem missionem instituit, in quâ Recollectis Patribus Capellam D. Mariæ de Castro Brageraci donauit, eorúmque Ecclesiam benedixit 1623. Synodo Burdegalensi interest 1624. & 1625. fundatur domus sanctimonialium Ordinis Benedictini de Falanco, necnon mo- C nasterium Virginum S. Mariæ Petrocorensis, cuius ædem sacram consecrauit 1628. Moritur demum in Castro Episcopali fermè nonagenarius die 14. Maij anni 1646.

A BE-RAVDIERE. [...] 1 & 4 [...] la croix alaisée d'argent: au 2 & 3. d'or [...] [...] de gueulle.

1617.

1646.

67. IOANNES D'ESTRADES VII. ex designato Antistite Petrocorensi mense Iulio 1646. transfertur ad Condomiensem Sedem.

[...]TRADES.

68. PHILIBERTVS BRANDON ex ordinario sacri Consistorij Consiliario nominatur ad Episcopatum 1647. consecratus Pontisaræ in D basilicâ monialium Carmelinarum anno 1648. die 22. Nouembris, ab Henrico de Bethune Archiepiscopo & Metropolitano Burdegalensi, assistentibus Samuele Martineau Vasatensi, & Ioanne Destrades Condomiensi Episcopis: decessit Parisiis 10. Iulij 1652. ac sepulturæ mandatur ibidem in Ecclesiâ S. Eustachij.

BRANDON. D'azur à [...] Aigle d'argent accompa[...] de 4 [...]andons [...] & de [...]

1647.

69. CYRVS DE VILLERS LA FAYE ex nobilibus de Villers la Faye in Burgundiâ, magnus Magister Capellæ Regiæ, dominus & maior Præpositus de Remiremont, Abbas Caluimontis, Regi à Consiliis sanctioribus, inauguratur 1653. 31. Aug. in basilicâ S. Ludouici Patrum Societatis Iesu, ab Henrico de Bethune Archiepiscopo Burdegalensi, sacro operam nauantibus Henrico de la Mothe Houdancour Redonensi, & Henrico de Maupas Podiensi Episcopis, coram Nicolao ex Comitibus Guidiis à Balneo Athenarum Archiepiscopo, Sedis Apostolicæ Nuncio.

[...]ILLERS-LA-FAYE. [...] d'or à vne fasce de gueulle.

1653.

PICTAVIENSES

EPISCOPI.

AVGVSTORITVM, seu Pictauiũ, caput Pictonum ad Clanum flumen, sub Archiepiscopatu Burdegalensi, & Parlamento Parisiẽsi amplæ prouinciæ nomen dedit; Limonum Ptolemæo, Pictauium Hieronymo, Pictauorum vrbs in Notitiâ Prouinciarũ, Pictaua apud Greg. C l. 2. c. 37. & Pictauis lib. 5. eius populi Pictones dicti Straboni l. 4. Cæsari, & Lucano, Pictaui Ammiano Marcellino, qui hoc oppidum inter clariora Aquitaniæ locat cùm Burdegalâ l. 16. vti & ipse Aimoinus, de quo etiam Isidorus l. 16. c. 1. sed Fulbertus in vitâ S. Aicardi eleganter eam describit in hunc modum: *Inter nobilissimas Aquitaniæ vrbes Pictauis ciuitas caput attollit, quæ hinc murali ambitu circumsepta, hinc copiis militaribus suffulta, & suos fouet ciues interiùs, & hostiles procul pellit incursus. Nam præter cæterorum gratiam ele-* D *mentorum, etiam soli vbertas & publicam famem repellit, & annuis successibus affluentis vindemiæ germina grata refundit. Fœlix hac rerum opulentiâ freta ciuitas, sed longè fœlicior patrociniis Sanctorum præmunita. Vrbes quatuordecim prægrandes atque populosas & celeberrimas, è quibus duæ sunt Metropoles, vna Burdegalensis magnis semper viris conspicua; altera Bituricensis:* Vnde Alcuinus præfatione ad vitam S. Vilibrordi, Beatius, inquit, fœcunda Pictauia B. Hilarij Pontificis relliquiis exultat: Eam ortu suo

POITIERS en Poitou sur le Clain

imprimis nobilitarunt idem Sanctus Hilarius, Emerannus, Maximinus Treuerensis, S. Leobinus Carnotensis Episcopi, ac B. Troecia. Inter Aquitaniæ vrbes numeratur à Sozomeno l. 5. c. 12. Eginartus in Annal. Francorum mentionem facit Veteris Pictauij, in loco vbi Karlomannus & Pipinus germani regnum inter se partiti sunt, cuius veteris oppidi quædam apparent rudera, eóque nonnulli putant Pictauium antiquitùs situm, sed non satis constat. Pictauiensis ergo prouinciæ, quæ in inferiorem, ac superiorem diuiditur, primaria vrbs nobilissimorum quondam Comitum sedes, vetusta, celebris & spatiosa, constituitur in regione admodum feraci & amœnâ; Colli, » inquit Iodocus Sincerus in Itinerario, qui hinc Clani fluentis, inde paludibus, stagnísque circumdatur, incumbit. Perexigua pars, Tranchcam vocant, nullis alluitur vndis, atque inde etiam in campos planities est. Forma ad quam ædificata, mira est, & incerta, pro loci ingenio. Situs eius facit, vt nec facilè obsidenda, nec expugnanda credatur. Accedit amplitudo eius, quæ par ferè est Parisiensi: magnâ tamen parte vineis, hortis, pratis relicta. Vrbs Episcopatu, & Academiâ claret: regitur à Consule suo, siue Maiore vrbis: Maioratus dignitas nobilitatem tribuit, & durante Officio Maior vocabulo primi Baronis Pictauiæ insignitur. Templum hîc est structuræ magnificentissimæ ex lapide quadrato durissimo D. Petro sacrum: vti hodie extat, opus est Henrici II. Ducis Normanniæ, post Anglorum Regis & Aquitaniæ Ducis, ad instinctum coniugis cœptum, sed vix ducentis annis post perfectum. Aliud est B. Virgini dicatum in foro magno, Constantini Imp. equitis & gladium manu tenêtis statua, exteriùs, in eâ parte muri quæ foro obuersa, cõspicitur: aliud insuper est in superiore vrbis parte D. Hilario sacrum, vbi ex pergulâ turris quadratæ iucundissimus in subiecta prospectus. Præter has pluresque ædes sacras, ædificia & opera publica alia sunt visu digna: arx in imo vrbis propè portam D. Lazari, palatium Curiæ, rudera Amphitheatri operis Romanorum. Præter Abbatias virorum S. Hilarij de Cellâ, S. Cypriani, Monasterij-Noui, Monialium S. Crucis ac B. Trinitatis, extant viginti-quatuor parochiæ, plurima item Monasteriâ. Maior autem basilica S. Petro Apostolo dicata est, in quâ sacris ministrant Decanus, Cantor, Præpositus, Subdecanus, Succentor, Maior Archidiaconus Pictauiensis, de Brianceyo, Thoarcij; ac viginti quatuor Canonici: eorum primicerius est Episcopus, qui iuxta templum Cathedrale palatium habet: in solemni pompâ ingressus in vrbem defertur à Baronibus Leziniaci, de Partenajo, Haricuriæ apud Caluiniacum, & Feodo Episcopi: diœcesis parochias in vniuersum comprehendit 712. sub viginti quatuor Archipresbyteratibus, in quibus continentur triginta Abbatiæ, Capitula 25. pluresque Prioratus. Notabis verò hanc vrbem in quâ aliquando Parlamentum Parisiense sederit regnante Carolo 7. decorari Financiarum Generalitate, & amplissimâ Sede Præsidiali, cuius Præturâ, publicísque aliis muneribus apud suos honoratè hoc sæculo perfuncti sunt Ludouicus Sammarthanus, & Nicolaus, qui priùs in Ordinem Senatorium allectus, demum post patrem eundem Magistratum administrauit. Porrò Abbatiæ in ipsâ diœcesi sunt sequentes:

S. Cypriani *Ord. Bened.*
S. Cyprien les Poictiers.

Monasterii-novi Pictav. O. B.
Monstierneuf de Poictiers.

S. Crucis Pictav. *fœm.* O. B.
Sainte Croix de Poictiers.

S. Trinitatis Pictav. O. B.
La sainte Trinité de Poictiers.

S. Hilarii de Cella O. A.
La Celle à Poictiers.

S. Benedicti de Quinciaco O. B.
S. Benoist de Quinçay.

S. Salvatoris de Caroffo O. B.
S. Sauueur de Charoux.

S. Iovini de Marnis O. B.
Saint Iouin de Marnes.

S. Maxentii O. B.
Saint Maixant.

Absiæ *l'Absie en Gastine.* O. B.

Nobiliaci *Nouaillé.* O. B.

S. Savini S. *Sauin* O. B.

Nantolii O. B.
Nantueil en vallée.

Bonicampi *Chambon* O. B.

de Allodiis *des Alleux* O. B.

Ferrariæ O. B.
S. *Leonard de Ferrieres.*

Fonsebraldi *fœminarum.*
Fonteuraud chef d'Ordre.

Bonævallis *fœm.* O. B.
S. *Iean de Bonneual lez Touars.*

Angla *Angle* O. A.

Regalis *La Reau.* O. A.

S. Launi O. A.
S. *Laon de Touars.*

Cellæ, O. A.
Nostre Dame de Celles.

S. Severini S. *Seuerin.* O. A.

Fontiscomitis O. A.
Nostre Dame de Fontaine-le Comte.

de Castellariis O. C.
les Chastelters.

Misericordiæ Dei O. C.
La Mercy Dieu.

Stellæ *l'Estoille* O. C.

Valentiæ *Valance* O. C.

Bonævallis O. C.
Bonneuaux.

Pinus *le Pin* O. C.

Moroliæ *Monreilles* O. C.

Cæterùm Præsules, quos hîc exhibemus, desumpti sunt ex Ioanne Beslio Pictone, in Præturâ Fontiniaci Comitalis Patrono Regio, rei antiquariæ & ms. codicum peritissimo, qui de Episcopis huius Sedis historiam elucubrauit: adiuti etiam fuimus in hoc concinnando Catalogo variis schedis eiusdem Ecclesiæ Pictauensis, Capituli, & Abbatiarum prouinciæ. Sed priusquàm seriem Episcoporum describere aggrediamur, præmonendum est, Victorinum qui primus in vulgatis elenchis Præsul asseritur, à nonnullis in dubium reuocari, ex fide quorumdam vetustissimorum exemplarium.

1. Liberius inter Episcopos collocatur solâ auctoritate catalogi tabulariis Pictauiensis Ecclesiæ intexti; neque enim de eo & sequentibus aliunde quidquam vsque ad Hilarium constare videtur.

2. Tupianus, vel vt alij legunt ex codice Thuano, & cartulario S. Cypriani, Tripidianus.

3. Agon, cuius festum celebratur in basilicâ S. Hilarij die 18. Aug. extat in vrbe Pictauensi Ecclesia secus B. Trœciæ cœmeterium ipsius nomini sacra.

4. Hilpidianus.

5. S. Iustinus ex calendario Matris Ecclesiæ, cuius natalia, & Diui Gelasij coluntur Calendis Septembris.

6. Bellator.

7. Aliphius.

8. S. Hilarius ortu Pictauiensis, tam sanctimoniâ, quàm eruditione adeò insignis Episcopus, vt nullum periclitante fide Gallicana Ecclesia magis strenuum propugnatorem, Arriani verò infensum hostem habuerint. Prouectâ ætate factus Christianus, paulòpost in Sedem Pontificiam patriæ collocari meruit sub annum Christi 353. tametsi auctore Fortunato, coniugatus esset, ac 353.
parens filiæ Abram nomine. Cùm ergo in suâ Ecclesiâ aliquâdiu liber ex indulgentiâ Constantij Imp. sacras functiones exercere toleraretur, aliis Orthodoxis in exilium pulsis, ab Arrianorum etiam insultu, qui immani persecutione Gallias tum infestabant, per Iulianum Cæsarem tutatus est, vti ipse significat libello ad Constantium scripto: is enim cùm in Galliis edictum promulgasset, vt Præsules qui ab Arrianorum fide dissentirent, & Athanasij Episcopi Alexandrini damnationi non subscriberent, in exilium

relegarentur, contigit vt Hilarius quodam Dei beneficio natus ad Gallicanæ fidei fulcimentum, aduersùs dogmata & impietates Arrianorum, Arelate anno 353. vt innuit Sulpitius Seuerus, tum etiam Biterris an.
356. 356. & alij Episcopi Synodos celebrauerint pro tuendâ religione, túmque à Saturnini Arelatensis Antistitis Arrianorum fautoris, & sociorum eius se communione separarunt. Eam ob rem illorum factione Hilarius noster vnà cùm Paulino Treuerensi, & Rodanio Tolosano celebris famæ Præsulibus, in exilium à Constantio apud Phrygiam eodem anno amandatur, quod testantur Seuerus, Socrates, Sozomenus in suis libris, & Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis ait: *Hilarius vrbis Pictauorum Aquitanicæ Episcopus, factione Saturnini Arelatensis Episcopi de synodo Biterrensi in Phrygiam relegatus.* Hilarius ipse libro de Synodis idem memorat: *vos comparticipes exilij mei, in quod me Saturninus ipsam conscientiam suam veritus circumuento Imperatore detruserat.* In eo exilio elegantes illos libros aduersùs Arrianos conscripsit, de quibus Hieronymus, & Gregorius Turon. lib. 1. c. 38. Postquàm verò iam quartum annum in eo exegisset, conuocatâ Synodo Seleu-
359. ciensi in Oriente anno 359. notat Seuerus exulem ipsi Hilarium adfuisse, sed cùm in hoc conuentu animaduertissent Arriani, illum vbique prauam eorum doctrinam impugnare, quòd & in Oriente nouas turbas excitaret, apud Constantium obtinuêre, vt in Gallias tandem liber reuerti permitteretur, inquit enim Seuerus lib. 2. *postremò quasi discordiæ seminarium & perturbator Orientis, redire ad Gallias iubetur, absque exilij indulgentiâ.* Gregorius Tur. loco citato idipsum notat: *beatissimus Hilarius Pictauiensis Episcopus suasu hæreticorum exilio deputatur: ibique libros pro fide Catholicâ scribens Constantio misit, qui quarto exilij anno eum absolui iubens, ad propria redire permisit.* Hilario redeunti ab exilio D. Martinus ex Gallinariâ insulâ Tyrreni maris in quam se receperat, Romam occurrere festinans, cùm iam Gallias petiisse audiisset, eum sequutus Pictauos reduxit; magno quippe tripudio, *Hilarium*, docet Hieronymus c. 7. aduersùs Lucif. *de prælio reuertentem Galliarum Ecclesia complexa est.* Confestim frequentes synodi conuocatæ sunt auctore Hilario, cuius curâ Galliæ à nefandâ & obstinatâ hæresi incolumes in antiquâ fide continentur; testes S. Athanasius, Fortunatus, & Seuerus lib. 2. Hist. Sacræ de iis loquens. *Optimum factu arbitratus* (est Hilarius) *reuocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias Conciliis, atque omnibus ferè Episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnarunt, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformarunt. Resistebat sanis consiliis Saturninus Arelat. Episcopus: præter hæresis infamiam, multis atque infandis criminibus conuictus, Ecclesiâ eiectus est. Ita partium vires amisso duce infractæ. Paternus etiam à Petrocoris æquè vecors, nec detractans perfidiam profiteri, Sacerdotio pulsus: cæteris venia data. Illud apud omnes constitit, vnius Hilarij beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas.* Sozomenus id etiam pluribus in locis tradit: « Quamobrem ab Hieronymo, Hilarius magnus sustentator Ecclesiæ & « epist. 3. ad Lætam, Ecclesiæ Catholicæ aduersùs hæreticos acerrimus de- « fensor commendatur: de quo S. Au- « gustinus lib. 1. contra Iulianum Pela- « gianum cap. 3. & Facundus Hermia- « nensis in Africâ Episcopus, Hilarius « Antistes doctissimus, fortissimus Con- « fessor, Arrianorum acerrimus expu- « gnator. De huius & Eusebij Vercel- « lensis, auctore Spondano in Annali- « bus, egregiâ in lapsis reuocandis na- « uatâ operâ, Rufinus agens, ait duos « illos viros velut magnifica quædam « mundi lumina, Illyricum, Italiam, « Galliásque suo splendore radiasse, « vt omnes etiam de abditis angulis & « abstrusis hæreticorum tenebræ fu- « garentur. Post tot labores inclytus « athleta non diu superuixit, námque affirmat Hieronymus in Chronico, Pictauis ad Dominum migrasse an. 369. ex hoc autem Gregorius Turon. 369.
lib. 1. Hist. cap. 39. cùm quarto Valentiniani & Valentis Imperatorum anno, Seuerus autem secundo, id est sexto postquàm idem Hilarius ab exilio Orientis reuersus est in Gallias, erroris arguuntur; manifestum enim est eundem Mediolani post decimum annum à synodo Ariminensi contra

Auxentium stetisse compertum ha- A
betur ex eodem Spondano. Cæterùm vt obseruat idem Gregorius præfato loco, *plenus sanctitate, & fide, multis vndique virtutibus editis migrauit ad cœlos, nam & ipse legitur mortuos suscitasse.* Eius opera literis consignauit Hieronymus lib. de Illustribus Ecclesiæ Doctoribus, verba eius sunt cap. 100. *Duodecim aduersùs Arrianos confecit libros, & alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit. Et in Psalmos Commentarios, primum videlicet & secundum, & à quinquagesimo primo, vsque ad* B *sexagesimum secundum, & à centesimo decimo octauo vsque ad extremum, in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est eius & ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porrexerat: & alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit: & liber aduersùm Valentem & Vrsacium: historiam Ariminensis & Seleucensis synodi continens, & ad præfectum Salustium, siue contra Dioscorum: & liber Hymnorum: & mysteriorum alius, & commentarij in Matthæum: & tractatus in Iob, quos de Græco Origenis, ad sensum transtulit: & alius elegans* C *libellus contra Auxentium, & nonnullæ ad diuersos epistolæ. Aiunt quidam scripsisse eum & in Cantica Canticorum, sed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictauis, Valentiniano & Valente regnantibus.* Alibi eum virum cloquentissimum, & Latini sermonis aduersùs Arrianos tubam vocitat, necnon Latinæ eloquentiæ Rhodanum, Gallum ipsum, & Pictauis genitum lib. 2. Comment. in epistolam ad Galatas, ob dicendi copiam ac vehementiam. De eius vitâ ac miraculis extant libri duo Venantij Fortunati in carminibus: illius D gesta contra Arrianos item scripto mandarunt Græci Historiographi Socrates, Sozomenus, & Nicephorus Callistus variis locis; è recentioribus illustriss. Annalium conditor Baronius, Spondanus, Alteserra in Aquitanicis lib. 5. sed & prolixiùs Ioannes Bollandus Belga è Societate Iesu ad diem 13. Ianuarij in Actis Sanctorum quotquot toto orbe coluntur. Duas porrò habet Ecclesias in vrbe suâ, vnam Abbatialem, alteram Collegialem, cuius Abbas Rex Christianissimus.

9. PASCENTIVS 1.

10. QVINTIANVS.

11. S. GELASIVS iacet in basilicâ S. Hilarij Pictauensis.

12. S. ANTHEMIVS, de quo præter nomen in dypticis nulla memoria: ferunt Litaniæ Pictonicæ ab Henrico-Ludouico Castaneo Rupiposæo Pictauensi Antistite digestæ, ipsum in pago Santonensi obiisse dum verbum Domini prædicaret, & apud Ionsacum quiescere. B Solemni officio colitur in Breuiario Santonensi, & in Proprio Pictauensi 3. Decembris.

13. S. MAXENTIVS frater Maximini Treuirensis, vtérque Senatoriâ stirpe prognatus: Episcopatum Pictauorum adeptum fuisse testatur Lupus Scriptor vitæ Maximini apud Surium: *Maximinus vrbis Aquitanicæ Pictauorum indigena, clarissimis est ortus parentibus: siquidem antiquam prosapiam à Maioribus Senatorij Ordinis deductam eius parentes sortiti,* C *Maxentium, atque hunc Maximinum fœlici auspicio procrearunt. Qui nobiliter educati, sacris pariter literis instruebantur, futuri quandoque Christiani dogmatis egregij defensores. Sed processu temporis Pictauorum Acclesia Maxentium sibi vindicauit Pontificem, eámque idem posteà florentissimè gubernauit.*

14. PERENNIS.

15. MIGETIVS.

16. LVPICINVS I.

17. PELAGIVS.

18. LVSTICINVS.

19. LVPICINVS II.

20. ESICHVS I.

21. ESICHVS II.

22. ANTONIVS huius nominis I.

23. ADELFIVS subscripsit actis

511. Concilij Aurelianensis 1. an. 511. vbi aduertit Sirmondus in notis ad tom. 1. nuncupari in antiquis exemplaribus, puta Corbeiensi, Remensi, Beluacensi & aliis, Adelfium Episcopum de Ratiate; Pictauensis enim Episcopus Ratiatensis hoc loco dicitur, à Ratiatensi tractu pagi Pictonici, de quo Gregorius Turon. de Gloriâ Confess. c. 54.

24. Elapius.

25. Danihel subscripsit Canonibus synodi Aurelianensis 4.
541. anno 541.

26. S. Pientius, quo sedente in gratiam Austrapij Ducis per Chlotarium Regem erigitur nouus Episcopatus apud Cellense castrum in Pictonibus, sed suppressus, vt obseruatur hisce Gregorij Turon. verbis l. 4. Hist. c. 18. *Tempore verò eius ad Clericatum accedens, apud Sellense castrum quod in Pictauâ habetur diœcesi, Episcopus ordinatur: futurum vt decedente Pientio Antistite, qui tunc Pictauam regebat Ecclesiam, ipse succederet. Sed Rex Gharibertus in aliud vertit sententiam. Denique cùm Pientius Episcopus ab hâc luce migrasset apud Parisius ciuitatem, Pascentius qui tunc Abbas erat basilicæ S. Hilarij, ei succedit, ex iussu Chariberti, clamante Austrapio sibi hunc redhiberi locum: sed parùm ei iactati profuère sermones, ipse quoque regressus ad castrum suum, motâ super se Theifalorum seditione, quos sæpè grauauerat, lanceâ sauciatus crudeliter vitam finiuit. Diœceses verò suas Ecclesia Pictaua recepit.* Hinc auctor chronici ms. Malleacensis scribens: *Pientius Episcopus claruit. Huius Pientij tempore perdidit Ecclesia Pictauensis Episcopatum castri Celsi tali modo: Austrapius Dux mihi ordinatus Episcopus iussu & voluntate Clotharij, futurum vt decedente Pientio ipse succederet. Sed Rex Charibertus Clotharij f. in aliud vertit sententiam. Denique Pientius iste cùm ab hac luce migrasset, Pascentius iussu Chariberti R. ei successit.* Lib. 1. de Antiquitate Malleacensis insulæ c. 6. sequentia de eius origine annotauit: *Prætereà in eadem insulà alia cernitur Ecclesia in honore B. Pientij, vt dicitur, Episcopi fundata, quæ ipsà vetustate admodum probatur antiqua. Cùm autem persona eiusdem fundatoris Ecclesiæ, quisue B. fuerit Pientius quæritur, quantum aduerto vtriusque rei certitudo ab hominibus nescitur. Totius nempe vulgi ore prædicatur, quòd Colliberti, de quibus superiùs dicebamus, eam Ecclesiam ædificauerint, atque in eâ quoties piscandi gratiâ illuc aduenissent, mysteria Missæ audiuerint. Sed & de B. Pientio refertur, quòd cuiusdam Custodis Ecclesiæ B. Petri Pictauis fuerit filius, atque in eadem, crescente religione, vitæque merito posteà officium susceperit Episcopatus. Verùm hæc vtrùm sint vera, vt diximus, dubitatur.* Huius tempore B. Radegundis basilicam S. Crucis fundauit, vt videre est in lib. de vitâ S. Radegundis cap. 4. apud Surium, *Pictauis sibi monasterium construxit S. Radegundis, Clothario R. iubente vt id fieret, quâ in re accelerandâ diligentem ei nauarunt operam iussu Regis, Apostolicus Episcopus Pientius, & Austrapius Dux.* Excessit è viuis in vrbe Metulo Pictonici pagi, dum diœcesim lustraret, ibique humatus.

27. Pascentius II. ex Abbate S. Hilarij Pictauensis iubente Chariberto Rege suffectus est Pientio, vti habetur apud Gregorium loco citato. Ei dicat vitam S. Hilarij Fortunatus eius coætaneus apud Surium 13. Ianuarij, sic nimirum loquitur præfatione lib. 1. *Domino sancto & meritis beatissimo Patri Pascentio Papæ, Fortunatus religiosi pectoris studio sollicitante commonitus. Papa Beatissime, diuinis in actibus cùm sacri conuersatione propositi iugiter exercitatis intentus, & intentis exercitandus: vt facilè sit perspicuum ad culturam Ecclesiasticæ disciplinæ, & fuisse te genitum, & esse prouectum, cùm irrefragabiliter veteris dispositionis Catholici dogmatis fundamenta custos obseruas, & ad ædificationem plebis amantissimæ, veluti bonus instructor, adijciendo aliquid, culmen fabricæ continuare festinas, non sine timore diuino. Cuius operis amore præuentus, me dignatus es perurgere, quò de actibus sanctissimi viri Hilarij Confessoris, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia, quasi peculiarem vernulam familiariter enutriuit, vt impensi muneris vel verba rependerem, & si non plenè, vel quadam ex parte complexa præstringerem. Quatenus dum gregis*

auribus vox quodammodo & vita Pastoris antiquissimi resonant, & ille probaret ministerium, & ipse tuum non celares affectum.

28. MAROVEVS floruisse reperitur Ecclesiæ Pictauensis Antistes Childeberto regnante: huius etenim frequens memoria apud Greg. Turon. cuius hæc verba lib. 7. c. 24. » Anno 10. Childeberti Regis Rex » Guntchramnus conuocatis gentibus » Regni sui magnum iunxit exercitum, » Sed pars maior cùm Aurelianensibus » atque Bituricis Pictauum petiit. Ex- » cesserant enim de fide quam Regi » promiserant. Miserúntque priùs le- » gationem vt scirent vtrum suscipe- » rentur ab his, an non. Sed Episcopus » loci Marouevus durè suscepit hos nun- » cios, at illi infra terminum ingressi, » prædas, incendia, atque homicidia » faciebant. Hi verò qui cùm prædâ » reuertebantur, per Turonicum trans- » seuntes, similiter illis, qui iam sacra- » menta dederant, faciebant. Ita vt » ipsæ quoque Ecclesiæ incenderen- » tur, & quæcumque inuenire potuis- » sent, diriperentur. Quòd sæpiùs » actum est, dum illi ad Regem ægrè » conuerterentur. Sed cùm exercitus » propiùs ad vrbem accederet, etiam » pars maxima regionis deuastata cer- » neretur, tunc miseruot nuncios, fide- » les se Regi Gunthchramno fatētes. At » illi infra muros vrbis recepti, super » Episcopum inruerunt, dicentes eum » infidelem esse. Ille verò cùm se ab » his cerneret coarctatum, effracto » vno de sacris ministeriis calice aureo, » & in numismata redacto, se, popu- » lúmque redemit. Et postannum 14. eiusdem Regis cap. 30. lib. 9. hæc subdit: Childebertus Rex descripto- » res in Pictauos inuitante Marouco » Episcopo, iussit abire, id est Floren- » tianum Maiorem domus Regiæ, & » Romulfum Palatij sui Comitem: vt » scilicet populus censum, quem tem- » pore patris reddiderat factâ ratione » innouaturæ, reddere deberet. Mul- » ti enim ex his defuncti fuerant, & ob » hoc viduis, orphanísque ac debilibus » tributi pōdus insederat. Quod hi dis- » cutientes, per ordinem relaxātes, pau- » peres ac infirmos illos quos iustitiæ » conditio tributarios dabat, censu pu- » blico subdiderunt, & sic Turonis sunt » delati. Gregorius lib. 9. cap. 23. enar-

A rat controuersiam grauem Ingeltrudis cùm Bertegundi, notat enim acceptis pluribus regiis epistolis, Turones cùm fratre suo Marouco sæpiùs conuenisse, vt matrem cùm filiâ pacificarent, quam ad iudicium, vt potuêre, coegerunt. Quid autem posthæc Pictauij contigerit memoratu dignum, cùm Radegundis Regina in Orientem Clericos destinauit, pro accipiendis sacris relliquiis ligni Dominicæ Crucis, quas Regina petiit per Maroueum in monasterio à se constructo cùm solemnitate locari, renuente Antistite, totam rem gestam Gregorius ita recenset lib. 9. c. 40. *Tempore Clotharij Regis cùm*

B *B. Radegundis hoc monasterium instituisset, semper subiecta & obediens cùm omni congregatione suâ anterioribus fuit Episcopis. Tempore verò Sigiberti, postquam Marouens Episcopatum vrbis adeptus est, acceptis epistolis Sigiberti Regis pro fide ac deuotione Radegundis beatæ, in partes Orientis Clericos destinat pro Dominicæ Crucis ligno, ac sanctorum Apostolorum, cæterorúmque Martyrum relliquiis. Qui euntes detulerunt hæc pignera. Quibus delatis,*

C *petiit Regina Episcopum, vt cùm honore debito, grandique psallentio, in monasterio locarentur. Sed ille despiciens suggestionem eius, ascensis equis, villæ se contulit. Tunc Regina iteratò ad Regem Sigebertum direxit, deprecans vt iniunctione suâ, quicumque ex Episcopis hæc pignera cùm illo quo decebat honore, votúmque eius exposcebat, in monasterio collocaret. Ad hoc enim opus beatus Eufronius vrbis Turonicæ Episcopus iniungitur. Qui cùm Clericis suis Pictauum accedens, cùm grandi psallentio, & cereorum micantium, ac thymiamatis adparatu, sancta*

D *pignera, absente loci Episcopo in monasterium detulit. Post hæc cùm Pontificis sui sæpiùs gratiam quæreret, nec posset adipisci, necessitate commota cùm Abbatissâ suâ, quam instituerat, Arelatensem vrbem expetunt: de quâ Regulâ Sancti Cæsarij atque Cæsariæ beatæ susceptâ, Regis se tuitione munierunt, scilicet quia in illum qui pastor esse debuerat, nullam curam defensionis suæ poterant reperire. Ex hoc scandalo de die in diem propagato, tempus migrationis B. Radegundis aduenit. Quâ migrante, iterùm petiit Abbatissa, se sub Sacerdotis sui potestate de-*

*gere. Quod ille cùm primùm respue-
re voluisset, consilio suorum promisit
se patrem earum, sicut dignum erat, fie-
ri: & vbi necessitas fuisset, suam præ-
bere defensionem. Vnde factum est, vt
absens ad Childebertum Regem præce-
ptionem eliceret, vt ei hoc monasterium
sicut reliquas parochias regulariter li-
ceat gubernare. Sed nescio quid, credo,
adhuc in eius animis residebat, vt hæ puel-
læ adserunt, quod moneret scandalum.*
Sed pergit Greg. cap. 41. eiusdem
589. libri mentionem facere Synodi Picta-
uensis in basilicâ S. Hilarij præside
Gundegisilo Metropolitano Burde-
galensi conuocatæ, in causâ monia-
lium, quæ obstinatæ à Monasterio S.
Radegundis discesserant: hæc enim
sub finem rescripti à Gregorio relati
leges c. 43. Posthæc Maroueus Epis-
copus, cùm diuersa improperia ab his
audiret, Porcarium Abbatem basili-
cæ B. Hilarij ad Gundegisilum Epis-
copum, & reliquos Comprouinciales
eius destinat, vt datâ communione
puellis ad audientiam veniendi licen-
tiam indulgere dignarentur; sed ne-
quaquam potuit obtinere. His ad-
dimus, quæ idem Greg. de Gloriâ
Confess. c. 106. de funere B. Rade-
gundis loquens, de Maroueo etiam
587. nonnulla obseruauit: *Beata verò Ra-
degundis post emeritos vitæ labores ab
hoc mundo migrauit: de cuius transitu
accipientes nuncium, ad monasterium
Pictauensis vrbis accessimus, quod
ipsa instituerat: reperimus autem eam
iacentem in feretro, cuius sancta facies
ita fulgebat, vt liliorum, rosarúmque
sperneret pulchritudinem. Stabat enim
circa feretrum multitudo immensa san-
ctimonialium ad numerum circiter du-
centarum, quæ per illius prædicationem
conuersæ vitam sanctam agebant, quæ
secundùm sæculi dignitatem, non modò
de Senatoribus, verùm etiam nonnullæ
de ipsâ regali stirpe ac religionis formâ
florebant. Stabant autem plangentes,
&c. Hæc & alia inter lamenta dicen-
tibus, cùm à lacrymis temperare non
valeremus, conuersus ad Abbatissam aio.
Sinite parumper ab his fletibus, & ea
potiùs quæ sunt necessaria tractate. Ecce
frater noster Maroueus, huius vrbis
Episcopus, non est coram, eò quòd illum
causa visendarum parochiarum elonga-
uerit. Nunc autem habete consilium ne
sanctum corpusculum iniuriam patiatur,
& gratia quam Deus beatis artubus*

A *præstitit, auferatur, dum tempus sepultu-
ræ differtur: accelerate debitas exequias,
vt sepulchro cùm honore reddatur. Ad
hac Abbatissa respondit, Et quid facie-
mus si Episcopus vrbis non aduenerit?
quia locus ille in quo sepeliri debet, non
est sacerdotali benedictione sacratus.
Tunc ciues & reliqui viri honorati, qui
ad exequias B. Reginæ conuenerant,
imperant paruitati meæ dicentes, Præ-
sume de charitate fratris tui, & bene-
dic altare illud. Confidimus enim de
eius beneuolentiâ, quòd molestum non
ferat quæ feceris, sed magis gratiam
referat. Præsume precamur, vt caro
B sancta sepulturæ reddatur: & sic ab illis
iniunctus, altare in cellula ipsa sacraui,
&c. tum factâ oratione discessimus re-
seruantes Episcopo loci vt ab eo cele-
bratâ missâ tegeretur.* Hactenus Gre-
gorius, Marouei mentionem faciens
quoque Hist. lib. 10. cap. 15. & lib. 2.
Miracul. S. Martini vbi curationem
cæci recitat c. 44. de eodem Præsule
sequens elogium extat: *Sed & de
Pictauo quidam cæcus per sex annos
lumine viduatus, triduanâ prostratione
ad beatum tumulum orans, lumen quo
diu caruerat, operante solitâ virtute re-
cepit. Actum est autem hoc per festiui-
C tatem sancti patroni, in quâ Maroueus
Pictauus Antistes aderat, non immeri-
tò Hilarij beatissimi discipulus prædi-
candus. Qui solemnitate explicatâ,
cùm illuminato conciue gaudens, remea-
uit ad propriam vrbem.*

29. Plato ex gremio Turo-
nensis Ecclesiæ assumptus, vbi Archi-
diaconi fungebatur officio, memora-
tur enim apud Greg. l. 5. c. 49. Sed
audiendus Venantius Fortunatus l.
10. c. 20. qui eum hisce carminibus
prosequitur:

D *Prouida disponunt Reges solatia plebi,
Pontificem dantes quem probat alma
fides.
Vt colat Hilarium, quem dat Marti-
nus alumnum
Et Confessoris protegat ala potens.
Dirigat hic populum successor honore
beato,
Et Clerum Ecclesiæ qui moderetur
ope.
Floreat arce decens Rex Childebertus
in orbe
Cùm genitis, populo, matre, sorore,
iugo.*

Gaudia

Gaudia læta paret præsentia sancta
Gregori,
Et geminas vrbes adiuuet vna fides.
Qui modò discipulo Platone Antistite
summo
Sollemnem Ecclesiæ hic dedit esse
diem.

30. Eortvnatvs, qui Venantii Honorii Clementiani prænomen habet, vir suâ ætate poeticâ & oratoriâ arte inprimis excelluit: natione erat Italus, patriâ Taruisinus, Rauennæ autem in perdiscendis litteris excultus, relicto natali solo cùm laboraret oculis, B ad S. Martini basilicam tendit, quæ tũ in Galliis famosa peregrinationibus celebrabatur, vbi virtute olei lampadis coram imagine beati Episcopi incensæ sanatus est, prout scribit suis in versibus; eâque occasione beneficij memor, pro gratiarum munere, gesta S. Martini quatuor libris exarare voluit: sed de eo audi Paulum Diaconum sic loquentem: *Hic Fortunatus ortus quidem in loco qui Duplabilis dicitur, fuit: qui locus haud longè à Cenetensi castro, vel Taruisanâ distat ciuitate: sed tamen Rauennæ nutritus, & doctus in arte Grammaticâ, Rethoricâ, & Geometriâ clarissimus extitit:* C idem autem Historicus sequentia prosequitur: *Fortunatus in tantum B. Martinum veneratus est, vt relictâ patriâ, paulò antequàm Longobardi Italiam inuaderent, ipsius sanctissimas reliquias in Galliâ sitas visitare decreuerit. Qui postquam Turonos iuxta votum proprium peruenit, Pictauos transiens, illic habitauit, & multorum ibidem Sanctorum gesta partim prosâ, partim metricâ oratione conscripsit, nouissimeque in eadem ciuitate primùm Presbyter, deinde Episcopus ordinatus est, atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit: ad cuius tumulum, cùm illùc orationis gratiâ aduentassem, epitaphium rogatus ab eiusdem loci Abbate contexui.* Huc vsque Baronius ex Paulo Diacono tradit. Ex Italiâ
575. in Galliam venisse anno 575. perhibent Regino & Sigebertus; Turones petens vt Martini sepulchrum veneraretur, tunc Gregorio Anristiti sanctissimo, iuxta ac eruditissimo probatus, cùm eo arctâ vitæ societate & amicitiâ vixit, & illius rogatu multa carmina vario argumento elucubrauit: dein B. Radegundis Reginæ in familiam adscriptus, Pictauiensis Ecclesiæ Presbyteratus honorem promeruit. At verò Pontificiam Sedem ibi adeptum fuisse quidam ambigunt, cùm præsertim adstipulari videatur Gregorius Turon. qui eum in Historiâ tantùm Presbyterum vocitauit: asserunt autem sacra pœmata scripsisse cùm esset in Presbyteratus ordine, ipsùmque breuis æui Episcopatum apud Pictones administrasse testatur Christophorus Brouuerus è Societate Iesu, qui vitam eius, carmina, Epistolas, aliáne opera ex fidecveterum exemplarium notis eruditis illustrauit. Ferunt autem obiisse anno 590. cuius memoriæ exarata est inscriptio his versibus:

Ingenio clarus, sensu celer, ore suauis,
Cuius dulce melos pagina multa canit.
FORTVNATVS apex Vatum venerabilis actu,
Ausoniâ genitus hac tumulatur humo.
Cuius ab ore sacro Sanctorum gesta priorum
Discimus, hæc monstrant carpere lucis iter.
Fœlix quæ tantis decoraris Gallia gemmis,
Lumine de quarum nox tibi tetra fugit.
Hos modico prompsit plebeio carmine versus,
Ne tuus in populis sancte, lateret honor.
Redde vicem misero, ne iudice spernar ab æquo,
Et nimiis meritis posce, beate precor.

31. Placidvs Greg. Tur. coæuus, cui debetur huius Episcopi notitia D etenim præter hunc locum nulla hactenus in diptychis Pictauensibus reperiebatur mentio; sic ergo loquitur lib. 4. c. 32. Miracul. S. Martini, cùm refert incendium vrbis Pictauæ: *Nec illud silendum puto, quod hoc tempore cùm Placidus Episcopatũ Pictauæ vrbis adeptus est, virtus sancti fuit ostensa. Domus adiuncta Ecclesiasticæ domui incendio maximo cremabatur, ac scintillæ cum carbonibus super domum Ecclesiæ, impellente vento cadebant. Sed ille de puluere beati sepulchri secum habens, eleuato chrismario contra ignem, exor-*

tus subitò ventus, vento illi contrarius, flammas à tecto Ecclesiastico auertens, aliam pepulit in partem, & sic domus Ecclesiæ liberata est.

32. CARÆGISILVS.

33. ENNOALDVS.

630. 34. IOANNES I. interfuit synodo Remensi sub Sonnatio anno 630. apud Flodoardum.

35. S. EMMERANNVS Pictauensis origine, cuius vita conscripta extat à Cyrino Frisingensi Episcopo anno 782 apud Surium tom. 7. mense Septemb. die 22. Quod autem huic loco inseratur Emmerannus de quo silent omnes catalogi Ecclesiæ sancti Petri Pictauensis, suadent verba vetustissimæ membranæ, quæ de Emmeranno Antistite ista habent: *CAROLVS Dei gratia Rex Francorum & Longobardorum, Patritius Romanorum, &c. Confirmamus Ecclesiam Dei liberam esse, & in potestate Imp. siue Regum vsque in æuum permanere, quæ est constructa in honore Domini nostri Iesu Christi, & matris eius Mariæ, & Principis Apostolorum Petri, & S. Georgij martyris, & pretiosi martyris Emmeranni atque Pontificis Aquitaniæ, iuxta muros ciuitatis nostræ Regensburg, vbi venerabile corpus eius miraculis declarantibus requiescere comprobatur, &c.* desunt annus & dies. Quòd autem fuerit Episcopus Pictauensis, suffragari videtur Leonis 3. Papæ diploma de quadam innouatione & confirmatione factâ anno 798. cùm hac inscriptione: *vbi præclarissimus Martyr & Episcopus Pictauiæ corpore requiescit Emmerannus.* Natione Aquitanum, & Præsulem Pictauensem
642. an. 642. illum indigitat Hieronymus Zieglerus Professor Academiæ Ingolstadiensis in Historiâ illustrium Germaniæ virorum: martyrium in Bauariâ passum fuisse narrat, & tumulatum Reginoburgi, vbi eius nomini celebre monasterium Ordinis Benedictini à Theodone Bauariæ Principe conditum.

36. DIDO auunculus sancti Leodegarij Augustodunensis Episcopi & Maioris Domus Franciæ, necnon Gerini Comitis Pictauensis, ex Abbate S. Maxentij in eâ diœcesi ad Pontificatum promouetur. Auctor fuit Grimoaldo Maiori Palatij Francorum, vt Dagobertum filium Sigeberti mortui 654. tonderet, ex 654.
vitâ antiquâ Sigeberti apud Quercetanum tomo 1. & in Gestis Regum Francorum: *Mortuo Sigiberto Rege Grimoaldus Maior Domus, Dagobertum filium eius suæ fidei commendatum, vt Austrasiorum potiretur regno, tonsorauit in Clericum, consilio Didonis Pictauiensis Episcopi, qui fuit auunculus S. Martyris Leodegarij, & per manum ipsius Didonis insontem puerulum in Scotiam direxit exilio irreuocabili.* S. Leodegarium melioribus studiis imbutum, Archidiaconatus munere in suâ Ecclesiâ donatum fuisse, docet excerpta è vitâ illius scriptore anonymo quæ hîc proferuntur: Cùmque « à Didone auunculo suo Pictauensi « Episcopo, qui vltra affines suos prudentia, diuitiarúmque opibus insigni « copiâ erat repletus, fuisset strenuè « enutritus, & ad diuersa studia quibus « sæculi potentes studere solent, ad- « plenè in omnibus disciplinis politus « esset, in eadem vrbe Archidiaconus « fuit electus: in aliâ vitâ Leodegarij « anctore Vrsino, id etiam disertis ver- « bis declaratur: *Optabat enim illum* « (Leodegarium) *eius ciuitatis* (Pictauensis) *post se Episcopum habere. Cui quidem rei cùm illum cerneret idoneum, infra viginti annos ad officium electus est Diaconatus, atque ab ipso Pontifice consecratus. Deinde non multo elapso tempore Archidiaconus effectus, omnibus eius diœcesis Ecclesiis ab eodem Pontifice præfectus, atque prælatus est.* Huius pariter mentio habetur in opere vetusti scriptoris apud Vrstitium parte 2. Rerum Alemanicarum: *Rex Hildericus cùm per aliquot annos regnasset, à pestiferis conspiratoribus in aula cùm vxore sua prægnante peremptus est. Leudesius verò & Leuthericus cùm Franciæ & Germaniæ Principibus fratrem eius Theodericum Regem constituunt, suffragantibus sibi Didone Pictauensi Episcopo, Leodegario Augustodunensi Episcopo, & Gerino Pictauensi Comite fratre eius.* Theodorici autem Principatus initia statuunt ad annum 677. nonnulli decennio ante. Ab Ebroino, idem Dido in exilium relegatus dicitur apud eundem Vrsti-

tium cùm Leodegario. Vide Conti- A nuatorem Aimoini lib. 4. c. 42. & Sigebertum in Chronico.

37. ANSOALDVS vir nobilis, vt est in vitâ S. Philiberti, fundator Monasterij S. Michaelis in Eremo ex Chron. Malleacensi. Interfuit Con-
681. cilio Rotomagensi anno 682. Eius mandato Vrsinus vitam B. Leodegarij texuit inscriptam *sancto Pictauorum Pontifici Ansoaldo*, qui legationem in partes Siciliæ suscepit, vt ferunt Gesta Dagoberti I. vbi illustrem defensorem Pictauensis Ecclesiæ, necnon vita Leodegarij sanctissimæ B vitæ Antistitem nuncupant, & loquens de sepulturâ martyris Leodegarij, cùm eius corpus expeteret Ansoaldus à Pontificibus qui aderant, vt in solo Pictauensi quiescere annuerent; inter alia hæc scribit: Sed
» & hoc non est silendum, quia vir Dei
» Ansoaldus Pontifex audiens sanctum
» appropinquasse iam corpus, velocem
» direxit nuncium, qui ex Interamnis
» villâ suâ daret abundantiam vini, vo-
» de pauperes & reliquum vulgus qui
» comitabantur sanctum corpus, habe-
» re potuissent ad refocillationem refe-
» ctionis: deinde recto itinere pergen- C
» tes, peruentum est ad quandam vil-
» lam Gelnacum, ad quam vir Dei An-
» soaldus Antistes accessit cùm suis, sci-
» licet cùm multitudine Clericorum,
» populorúmque promiscui sexus, &
» ætatis, & pauperum, cùm thuribulis
» ac incensi fragrantiâ, cùm crucibus
» & cereis accensis, agminibúsque
» multis canentium, hoc sanctum cor-
» pus suscipiens, pergere cœpit ad vr-
» bem. Tunc ibi quædam aderat fœ-
» mina multis iam annis in tantum cur-
» ua, vt etiam caput inflexum penè ad-
» hæreret genibus, cùm paululùm ocu-
» los erexisset ad sanctum Martyrem & D
» ad feretrum, reuersum est ad pristi-
» num vigorem eius corpusculum. Mi-
» rans hoc Pontifex, & omnes illîc
» astantes, virtutem Dei ac beatissimi
» Martyris, tunc cùm canticis & ma-
» gnis laudibus peruentum est ad vr-
» bem. In suburbanâ basilicâ in quâ B.
» Radegundis requiescit, introiuit
» beatus Pontifex cùm sancto corpore
» Martyris: Igitur cùm amotum fuisset
» ab vrbe, & ab ipsius ciuitatis Præsule
» cùm suis Sacerdotibus & Ministris
» humeris propriis fuisset quibusdam spatiis deportatum, & vsque Zezinoyalo quodam viculo cùm magno triumpho fuisset delatum, vbi cùm magnâ turbâ monachorum de sancti Maxentij cœnobio in quo priùs fuerat Abbas constitutus, gaudentes obuiam processerunt, suum Pastorem cùm magno fauore suscepturi. Tum cap. 20. *in ipsius beatissimi Martyris honore*, inquit, *iussu Pontificis domni Ansoaldi, opere huius Audulphi patris monasterij miræ magnitudinis fabricata est domus. Quo carismate supradictus Pontifex votum quod vouit perficere volens, huic loco accessit cùm omnibus suæ Ecclesiæ sacerdotibus ac turbâ magnificorum, cateruáque populi & plebe magnâ, & quidem cùm magnis laudibus sanctum sepelierunt corpus beati Martyris.* Verùm, vt loquitur auctor vitæ S. Philiberti Gemmeticensis cap. 19. *Per literas B. Audoeni Pontificis adiit* (Philibertus) *Ansoaldum virum nobilem Pictauorum Pontificem, ob monasterij gratiam construendi. Illis itaque diebus in seculi potentiâ nimium fulgebat Ansoaldus, qui cognoscens virum Dei culmine sanctitatis erectum, in eius se consiliis commendauit ex integro, & sub Religionis normâ Episcopalem cœpit inclinare potentiam. Cùmque eum vellet secum retinere in vrbe, & S. Philibertus semper desideraret eremi vastitatem, largiente Domino, Hero maris insulâ lîtauit cœnobium Ansoaldus opere & eleemosynæ largitate, Philibertus religione, doctrinâ, opere, & monachorum congerie. In quem locum de gemmato fauo Gemmetici diuina mella perrexerunt cùm animarum examine. Quem Apostolicus vir Ansoaldus de rebus propriis ditauit muneribus magnis, actâ commutatione villarum cum Ecclesiâ Pictauensi.* Hactenus vita Philiberti.

38. EPARCHIVS.

39. MAXIMINVS II.

40. GAVBERTVS.

41. GODO DE ROCHECHOVART ex Galteri codice.

42. MAGNIBERTVS.

43. BERTALDVS.

44. BENEDICTVS.

45. IOANNES II.

46. BERTRANDVS I. de quo in pancartâ Carrofenfi fit mentio.

47. SIGIBRANNVS interfuit dedicationi Nobiliacenfis monafterij, vt habetur in Chronico Malleacenfi: *Anno ab Incarnatione Domini*
830. 830. *bafilica S. Hilarij Nobiliaco dedicatur, & corpus S. Iuniani illuc transfertur à Mariaco villâ. Quam translationem fecerunt Abbas Godolenus adiuuante Sigibranno Epifcopo, & Fulcone Abbate S. Hilarij.*

48. FRIDEBERTVS Archicapellanus Pipini Regis, & Abbas S. Hilarij Pictauenfis, vt liquet ex diplomate in tabulario eiufdem bafilicæ, quod continet Mundiburdum, feu immunitatis patrocinium pro rebus ad eandem Ecclefiam pertinentibus; priuilegium illud datum eft Nouemb. 28. Hludouici Imp. 28. actum in Neuifio.

49. EBROINVS Caroli Calui Regis in facro Palatio Archicapellanus, Abbas & S. Germani Parifienfis, vir genere illuftris, Rorigonis Comitis confanguineus, Pontificatum Pictauenfis Ecclefiæ tenuit anno
839. 839. Ludouico Pio Imperatori grata exhibuit obfequia in rebus Aquitanicis: de hoc enim vita Ludouici ad annum prædictum fequentia tradit: *Imperator in redeundo, Rhenum in loco qui Confluent dicitur, tranfmeauit, in Arduennâ venationem folitam peracturus. In quâ cum exerceretur, nuncij ad eum certiffimi venerunt, affirmantes quòd verùm erat aliquos Aquitanorum fuam fententiam expectare, qualiter rei Aquitanici regni ordinaretur, aliquot item indignè ferre, quòd audierint Carolo à patre idem regnum traditum. Nam Imperatore de talibus follicito, Ebroinus nobiliffimus Pictauenfis Epifcopus Flateram aduenit, nuncians tam fe, quàm cæteros primores eiufdem Regni expectare Imperatoris voluntatem, & imperantis exequi velle iuffionem. Erant enim in hac voluntate confpirantes maximi quippe procerum: quorum eminentes erant, fcilicet ipfe Ebroinus venerabilis Epifcopus, Reginardus Comes, Gerardus itidem Comes & gener quondam Pipini, nec non Hiratarius fimiliter Comes Pipini gener, fed & alij quamplures horum fequentes voluntatem, nullo poterant pacto fejungi. At verò altera pars populi, quorum vel maximus fuit Emenus quidam, affumentes filium quondam Pipini Regis, Pipinum itidem nomine, quaquauerfum poterant, vagabantur, ficut moris talibus eft, prædationibus atque tyrannidi operam dantes. Precabatur ergo præfatus Antiftes Ebroinus Imperatorem, ne in longum differret hunc morbum ferpere, fed maturè mederetur per fuum aduentum tali incommodo, antequam tanta lues plurimos inficere poffet. Imperator porrò præfatum Epifcopum in Aquitaniam cùm multis gratiarum actionibus remifit, & quæ vifa funt, fuis fidelibus mandauit.* Ipfum verò Ebroinum Regis Archicapellanum fuiffe, id eft vt adnotat Sirmondus in Notis ad cap. 3. Caroli Calui, apicem olim & caput omnium dignitatum Palatinarum, qui Ecclefiaftica & facra omnia negotia vel expediebat ipfe, vel cùm Rege tractabat, Carolus variis diplomatibus teftatur, inter quæ eft illud, quo Glannæ Monafterio, Sancti Mauri vocant, ceffit Ebroinus villam Bidifciaco, & alia dominia quæ confirmari expofuit regiâ indulgentiâ, anno 6. regnante gloriofiffimo Rege apud Nouientem: & in altero fic fatur: Hebroinus « venerabilis Epifcopus facríque noftri « Palatij Protocapellanus, ad noftram « accedẽs clementiam innotuit fereni- « rati noftræ, fe quoddam Monafterio- « lum in pago Andegauo fecus fluuium « Ligerim fitum, vbi B. Mauri corpus « venerabiliter habetur humatum, à « Domno & genitore noftro inius pro- » prietarium fibi conceffum, in ftatum « & religionem monaftici Ordinis fun- « ditus retraxiffe, atque in habitum « quo olim excultum fuerat, omnino « difparaffe, quandiu vixerit: & poft « eius ab hac vitâ tranfitum, confan- « guineo viro religiofo Gaufleno, qua- « tenus idem Gauflenus iuxta Patris « Benedicti inftitutionem religiofam « vitam deducens, eius loci cohabita- « tores regulari decreto gubernare « non negligat. Illo fiquidem homi- « nem exuro fratres ibidem Deo famu- « lantes fecundùm Regulam S. Bene- « dicti, eligendi Abbates habeant po- « teftatem. &c. Datum pridie Idus « Iulij, anno 8. regnante Karolo Rege «

» gloriosissimo : actum Bonogesilo. Porrò opinatur Sirmondus in notis Concil. tom. 3. idcirco Ebroinum in Concilio 2. apud Vernum palatium
844. habito an. 844. præcessisse Vuenilonem Senonum Archiepiscopum, quòd esset Archicapellanus Palatij: Ex Continuator Aimoini l. 5. c. 19. donatus dicitur Abbatiâ D. Germani Parisiensis post excessum Hilduini. Memorant autem Annales Francorum Bertiniani ad an. 844. consertâ pugnâ in pago Engolismensi, vbi cæsus est Hugo nothus Caroli Magni interfuisse Ebroinum: quâ de re scribens: *Pippinus*, inquit, *Pippini quondam Regis filius, exercitu ex Franciâ ad Carolam Tolosam ciuitatem obsidione vallantem properanti, in pago Egolesimo occurrens, breui, & absque suorum casu profligauit. Quâ inopinatâ congressione Hugo Presbyter & Abbas filius Caroli Magni quondam Imperatoris, necnon Richboto Abbas, & ipse consobrinus Regum, Eckardus & Ranunus Comites cùm aliis pluribus interfecti. Capti verò Ebroinus Pictauorum Episcopus, Ragenarius Samarobricæ Ambianorum Episcopus, aliique non pauci nobilium.* Transtulit corpus B. Germani teste Baronio an. 845. Sub-
858. latus est è viuis Ebroinus an. 858. vt discitur ex Continuatore Aimoini lib. 5. c. 20. epitaphium autem huiusmodi, cœnotaphio olim insculptum legebatur:

Triste vix nunquam poterit deponere crimen
Pictauis magni Præsulis interitu.
Maij septenis Ebroinus bisq; Calendis,
Pontificalis apex astra superna petit.
Hilarius, Sanctus Germanus quem habuère
Abbatem, angusto hîc iacet in tumulo.

50. ENGENOLDVS subscriptus habetur Concilio Tusiacensi an. 860.
860. Eodem sedente 863. Pictauis, ait Chronicon Malleacense à Paganis vastata, & cremata est basilica B. Hilarij.

51. HECFRIDVS præfuit tempore Caroli Calui. Ioannes Papa 8. epist. CXI. priuilegium illi impertitur, ne quisquam Pictauiensis Ecclesiæ bona inuadere vel diripere præsumat, & vt ablata restituantur Hec-

A frido, ac successoribus, *cuius Ecclesiam*, inquit, *diutinus paganorum hostis persequitur, multa Christianorum iniqua commoda patitur, quibus pressuris nos conuenit perdolere, tandémque nihilominus tanto fasce leuare : data 3. Calend. Septemb. indict. 11. Trecis.* Abbatiam S. Hilarij Pictauensis ab Odone Rege obtinuit postulante Marchione Roberto, & Ademaro Comite Pictauensi. Fit eius mentio in cartâ an. 883. quâ Frotarius Bituricensis monasterio Belliloci donat pro animâ Raimundi Comitis Lemouicum, & an. 887. priuilegio cessionis
B villæ Orbaciaci Garulfo Abbati Belliloci, ex tabulario Abbatiæ. Obiit 900.
anno Domini 900.

52. FROTERIVS Bertraidis filius eodem anno ordinatur Pontifex Pictauensis ex Chronico Malleacensi: tertio anno Regis Rodulfi sententiam Sauarici Thoarcensium Vicecomitis probat pro Canonicis S. Marti- 925.
ni Turonensis, tempore Hugonis Abbatis: monachis S. Cypriani dedit etiam alodum suum in vicariâ
C Thoarcensi, & in pagi Pictauensis villâ Milliacensi Ecclesiam B. Seuerini, vt est in archiuis Thoarcensibus. Restaurauit Abbatiam S. Cypriani Pictauensis vulgò dictam in honore S. Mariæ & D. Martini assensu Regis Rodulfi, Comitisque Vuilelmi anno 938.
936. Froterus in eodem Monasterio sepultus quiescit.

53. ALBVINVS Abbas S. Cypriani, & B. Saluatoris de Carosso in Cathedrâ Pictauensi collocatur an. 937. ex præfato Chronico Mal- 937.
leacensi; vetus documentum in historiâ Episcoporum Ioannis Beslij,
D de eo sic loquitur: *Notitia qualiter residens domnus Albuinus diuinæ pietatis gratiâ Pontifex, in generali synodo mense Maij, secundùm antiquorum patrum consuetudinem discernens rei veritatem, & secundùm iudicium Optimatum, Sacerdotum, Canonicorum, Abbatum, Vicariorum procurabatur, vt vnusquisque reciperet quod suum proprium in auditorio S. Petri Apostoli maioris Ecclesiæ Pictauis: Surrexit Aymo Abbas cùm congregatione monachorum qui secum ibi aderant de monasterio S. Cypriani Martyris, quod est dedicatum in honore B. Mariæ Virgi-*

nis matris Domini, proclamantes dicebant quòd Dodo presbyter, & Israel presbyter de vico Betinas, qui est in potestate S. Petri, voluerunt inuadere decimas iniustè per illorum malignam cupiditatem de illâ villâ quæ dicitur Cusiacus: quæ decimæ pertinent ad ipsam Capellam S. Maxentij quam Dominus Froterius Episcopus pro redemptione animæ suæ, cuius quondam alodus fuit, & prædicto monasterio S. Cypriani, cùm omnibus suis rebus sibi pertinentibus delegauit, & B. Mariæ Virgini tradidit, vt monachi qui in monasterio prædicto certatim militant Christo, perpetualiter inde viuerent. Pontifex verò Alboinus præfatus, vt pastor egregius rogauit omnibus in Concilio sancto circumquaque residentibus, vt rei veritatem de hac altercatione diffinirent. Qui Dodo presbyter & Israel prædicti dicebant, quòd decimæ de Cusiaco villâ pertinebant ad vicum Betinas. Aymo autem Abbas prænominatus demonstrauit largas literas, atque valdè vtiles, palam omnibus in generali synodo quibus cùm honore Ingenaldus Pontifex ipsam Capellam S. Maxentij dotauit, & ibi inuentæ sunt scriptæ decimæ de Cusiaco pertinentes ad ipsam Capellam, posteà verò presbyteri vuadiauerunt quòd iniustè ita sanè fecerant, & illorum extitit fideiussor Launo Abbas. His videntibus facta omnia, Alboinus Pictauensis Pastor egregius, Galtarius Decanus, Mairannus Subdecanus, Richardus Archidiaconus, Petrus Archidiac. Odo Cantor, Boso Sacerdos, &c. regnante Ludouico Rege. Froterium antecessorem & cœnobij S. Cypriani in prospectu Pictauis ciuitatis super alueum Clinni mirifico opere constructorem vocat in tabulâ eiusdem monasterij, vbi religiosorum agmina instituerit, déque rebus S. Petri ad ipsam Abbatiam pertinentibus, suâque propriâ ditauerit hæreditate, continet autem donum Ecclesiæ Resurrectionis per Frotarium Canonicum S. Petri dotatæ, vt belli tempore salutis causâ in vrbem secederent, instrumento dato mense Aprili regnante Ludouico Rege, & Hugone Comite Pictauorum, exemplar habes apud Beslium, necnon cessionem villæ Bonolij factam Abbatiæ S. Cypriani, & Religiosis sub Froterio Abbate militantibus: decessit an. 962. in Chronico Malleacensi: Calend. Martij in necrologio S. Trinitatis Pictauensis. 962.

54. PETRVS I. genere nobilis, Isemberti & Odæ filius, Roberti frater, ex Archidiacono & Præposito S. Petri, quam obtinuit dignitatem Froterio Episcopo 932. ex tabulis S. Cypriani: defuncto Albnino eius locum sortitur circa annum 962. obitus incidit ad an. 975. cùm esset prouectæ admodum ætatis ex Chronico Malleacensi. 975.

55. GISLEBERTVS I. regnante Lothario, Archidiaconi Pictauensis functus est dignitate sub Episcopatu decessoris, cuius sedem initanno 975. ex eodem Chronico: paciscitur cùm Vuillelmo Comite Pictauensi & Aquitaniæ pro oppido de Viuonâ ex historiâ MS. huius temporis. Heldeardis Thoarcij Vicecomitissa Collegium Canonicorum Regularium instituit in Ecclesiâ Aureæuallis, quam bonis dotauerat huius Petri consilio, qui Abbatiæ S. Cypriani dedit Capellam S. Philiberti in Columberio pago. Eodem sedente Pictauis celebrata est synodus 6. Idus Martij, de quâ meminit Chronici Malleacensis scriptor Petrus ad an. 1010. humatus in monasterio Malleacensi teste Ademaro Cabanensi, cui veneratissimus dicitur. 1010.

56. ISEMBERTVS I. Gisleberti nepos, Episcopi Petri huius nominis primi consanguineus, & in Ecclesiâ Pictauensi Archidiaconus anno 1. Roberti Regis, vti indicant membranæ S. Cypriani. Dedicationi S. Florentij de Salmuro Idibus Octob. 1025. interfuit vnâ cùm Arnulfo Turonensi. 1025. Amblardum S. Maxentij Abbatem ordinauit 1026. ex Chronico Malleacensi; & in Lemouicensi dicitur anno 1028. 15. Cal. Decemb. præsens benedictioni basilicæ S. Saluatoris, necnon eodem an. Concilio Lemouicensi præside Aymone Bituricensi Archiepiscopo: celebratur alia Synodus Pictauis an. 1029. assensu Roberti Regis de fide Catholicâ, inquit Malleacense Chronicum, Vuillelmo Duce, Iordano Lemouicensi, Arnaldo Petragoricensi, & multis Abbatibus coram adstantibus: alteram synodum conuocauit Isembertus an.

1036. vbi magnam pacem firmauit eodem historico referente. Huius Isemberti, quem ex toparchis Castri Allionis, seu castri Iulij ortum quidam asserunt, ex fide Continnatoris ad calcem Ademari historici, frequens mentio in tabulis S. Cypriani, vbi dicitur extruxisse Ecclesiam S. Sepulchri Domini nostri in conualle castri sui Episcopalis Caluiniaci, regnante Roberto. Item in donatione de alodo Pictauensis pagi Ecclesiæ Alliaci, vbi appellat Theotbergam matrem, ac fratres Manassem Vicecomitem, & Sendebaldum. Præterea donat Ecclesiam S. Vincentij monasterio D. Cypriani. Vetus notitia pancartæ nigræ Turonensis S. Martini refert, Isemberto & successoribus Episcopis perpetuò collatam vnam præbendam B. Martini, vnámque mansionem in claustro, eo tenore, vt altaria quæ sunt in terris eiusdem sancti, per totum Episcopatum Pictauensem nullam ampliùs comparationem reddant, tam Isemberto, quàm successoribus, præter synodum & circadam, manus chirographo id subscribente Vuillelmo Comite Pictauensi. Corpus S. Florentiæ à tumulo leuauit; denique Ticini ani-
1036. mam exhalauit anno 1036. iuxta hæc verba Chronici Malleacensis: *Isembertus Episcopus posteà pergens Romam obiit in viâ apud Pauciam ciuitatem peregrinus.*

57. ISEMBERTVS II. ex Archidiacono Pictauiensis Ecclesiæ, præcedentis nepos, Manasse & Ameliâ parentibus prognatus erat: sub eo constructa & fundata est Ecclesia Collegiata S. Crucis Lodunensis in suâ diœcesi, cuius apographum vetus ex originali cartulario nunc primùm depromptum hîc adijcere visum est: *IN NOMINE Domini Dei summi & Saluatoris nostri Iesu Christi, Gaufridus gratiâ ipsius Comes. Oportet nos beneficiis Dei assiduè, clementérque fauentes, nec immemores eorum esse, nec ingratos, imò vbique sollicitè iuxta salutarem illam admonitionem, quâ iubetur, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis, debemus & nos, ei placita opera exercere, & alios quosque id satagentes nostris adminiculis adiuuare. Igitur notum sit cùm Sanctis fidelibus nostris Deum diligentibus, tam*

A *præsentibus quàm futuris, qualiter quidam venerabiles Presbyteri de Castello meo quod nominatur Laucidunum, accesserint ad præsentiam meam, & ex Dei videlicet amore & deuotione conceptum, condiderunt enim iuxta suburbium supra nominati Castelli in loco ad id opportuno, in honorem Dei & gloriosæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, atque ad Christianæ religionis augmentum, à nouo fundare Monasterium, & rebus possessiunculatum suarum, aliorúmque fidelium, Christi spontaneis oblationibus instruere, claustróque & Canonialibus mansionibus adornare,* B *in quibus cùm quantò facultas loculi permitteret, aggregato Collegio secundùm Canonicæ regulæ instituta degere, & Deo omnium creatori deseruire satagerint. Ad hoc itaque bonæ voluntatis propositum peragendum, postularunt à me donare Deo, sanctæque eius Genitrici, & omnibus Sanctis, paginam quandam terræ præuisam ad hoc ipsum: Quod ego libenter feci ob amorem Dei, & spem supernæ retributionis, tali conditione, scilicet ipsi constituerent id ibidem Deo auxiliante constructo Monasterio, & claustro in perpetuum socialiter viuentes, Clericè seruire Deo studeant,* C *& pro me, meisque parentibus, qui nos præcesserunt, quique postmodum hanc eleemosynam conseruantes futuri sunt, Dei deprecentur clementiam: Itaque agrum illum per illos limites quos præsentialiter ipse determinauit, Deo & B. Mariæ, & omnibus Sanctis Dei ad ipsum opus, sicut superiùs narratum est, per præsentis notitiæ cõscriptionem trado. Et de iure meo in ius Clericorum ibidem regulariter transfundo ad habendum, & possidendum cùm omni quiete, & soliditate, sine vllâ consuetudinum exactione. Hoc etiam ad Dominum istud spontaneo adaugeo, quòd quicumque fidelium virorum,* D *vel mulierum beneficia mea tenentium, aliquid de rebus suis ibidem Deo in eleemosynam dare voluerint, habeat licitum, & fiat dominium, ibidem meâ authoritate subnixum. Vt igitur huius deuotionis tenor in posteras generationes & veraciter rememoretur, & firmiùs conseruetur, istius cartæ subnotationem consensi, rogaui, & salutiferum sanctæ Crucis signum imprimentes confirmaui, sed & fidelium meorum manibus ad roborandum obtuli. Actum castro Laucíduno VI. Kal. Ianu. Anno ab Incarnat. Domini M. LXII. re-* 1062.

gnante Philippo Franc. Rege anno 3. in Dei nomine feliciter amen. Interfuit fundationi Abbatiæ Monasterij-noui per Vuillelmum Comitem Pictauensem anno 1066. quo tempore Prioratum S. Pauli fundat in vrbe, & Ecclesiam S. Iacobi apud Castrum Heraldi. Subscribit cartæ Collegialis Ecclesiæ Fayæ anno 1067. cùm Gaufrido Comite Andegauensi, & Brunone Episcopo: Cùm autem vocatus fuisset ad synodum Romanam Isembertus cùm aliis Episcopis, quemadmodum narrat Baronius Annalium Ecclesiasticorum tom. 11. sub
1074. annum 1074. citatus Romæ die Sancti Andreæ comparere detrectauit, grauissimâ idcirco accusatione conuentus est apud Sedem Apostolicam, reiq; totius controuersia discitur variis literis Gregorij; Pontifex enim per Legatos Romanæ Sedis Amatum Episcopum Oloronensem, & Goscelinum de Partenaio Archiepiscopum Burdegalensem, cæterósque alios simul congregatos iusserat examinari causam Guidonis Goffridi Vuillelmi Comitis Pictauensis, & Ducis Aquitaniæ, qui Aldeardim Burgundam vxorem consanguineam suam in connubium duxisse ferebatur; cùm ergo ad discutiendam causam in vnum congregati fuissent Pi-
1075. ctauis an. 1075. in basilicâ S. Hilarij, Isembertus seu Ducis factione, vel aliâ ratione permotus immissis militibus conuenticulum disturbauit, qui alios verberibus, alios contumeliis affecère, eamobrem epistolâ scriptâ ad Vuillelmum Comitem & Isembertum Romam iussus est comparere, vt ab huiusmodi scelere sese purgaret; sed cùm renuisset, ab officio Episcopali suspensus est, & ad futuram synodum vt interesset, citatus: sed de exitu litigij, silent Historici. Vocatus fuit pariter Isembertus ad Concilium prouinciale, vt Metropolitæ suo Burdegalensi rationem redderet de Nobiliacensi monasterio, quod Clerici S. Hilarij per vim ab eo detineri quærebantur. Sub ipso autem Pictauis plures synodi congregatæ sunt, de quibus Chronicon Malleacense: anno 1075. Girardus Legatus vnam indixit pro corpore & sanguine Domini, in quâ
1078. adstitit Berengarius 1078. Hugo Lugdunensis apud S. Petrum, & B.

A Hilarium circiter an. 1080. Idem Episcopus cartam dedit Raimundo Burgulij Abbati, deprecanti vt Ecclesias Argentoni castri suâ tuitione firmaret apud Mirabellum an. 1068. cœnobio S. Cypriani cui beneficus fuit, cessit locum alodi sui Ludnacum, vbi Ecclesia S. Ferecinctæ, pro animâ Manasse & Ameliæ parentum, auunculique Sendebaldi, quorum corpora in eodem cœnobio sepulta iacebant: firmauit etiam chirographo suo cartam fundationis Prioratus D. Andreæ Mirabelli cùm Bartholomæo Turonensi Archipræsule:
B memoratur in cartâ originali Absiæ pro Vulliaco 1085. Gaufrido Duce in Aquitaniâ: dein fato fungitur anno 1085.
1086. sepultus in Abbatiâ S. Cypriani, vt notat citatum Chronicum Malleacense.

58. Petrvs II. ex Archidiacono Pictauensi Isemberto 2. Pontifice, cùm esset vitæ sanctimoniâ conspicuus, Episcopali infulâ condecoratur anno 1087. 7. Cal. Martij, ex 1087.
Chronico Malleacensi. Interfuit Concilio Claromontano 1095. subscriptus habetur diplomati monaste-
C rij Vindocinensis 1096. quo anno adfuit Synodo Santonensi præside Amato, vt est in tabulario S. Hilarij. & in præcepto dedicationis Ecclesiæ S. Nicolai de Casâ, cuius exemplar ab archetypis tabulis Vicecomitum Thoarcensium ipsismet verbis desumpsimus: *IN NOMINE Domini Iesu Christi Saluatoris nostri. Ego Herbertus Dei nutu Toarcensis Vicecomes, discretissimi patris mei Aimerici Vicecomitis bono zelo congaudens, imò permotus, exhortante Apostolo qui ait: dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes, maximè autem ad do-*
D *mesticos fidei, quidquid pater meus ob salutem animarum nostrarum S. Florentio & monachis eius vbique donauit, & concessit, sollicitus & memor iniquitatum mearum itidem donaui & concessi. Pater meus itaque vir miræ prudentiæ cœpit ædificare Ecclesiam prædictis monachis apud Casam in honorem S. Nicolai, in quâ Deo deuotè & ordinatè famularentur, quam multis dotauit bonis, pluribúsque se dotaturum promittebat. Sed quia, vt est nostræ naturæ, pater meus necessariò ineuitabili resistere nequiuit, ingrediens viam*

viam vniuersæ carnis, relinquit mihi filio suo & hæredi, tanquam Dauid filio suo Salomoni, perficere cœptum opus quod affectauerat: adhortans me multis & rationabilibus supplicationibus, vt quod Deo & S. Florentio, & monachis eius voueramus, diligenti studio perficeremus. Nunc igitur cùm sim eiusdem conditionis, dum licet, dum tempus habemus, ne fiat fuga nostra hyeme vel Sabatho, decreui cùm consilio domini Petri patris nostri Pictauensis Episcopi, & fratris mei Gauzfridi, & Optimatum nostrorum consecrari prædictam S. Nicolai Ecclesiam, & ampliùs dotare de rebus meis, sicut pater meus morte preuentus se facturum promiserat. Itàque dono & concedo Deo & S. Nicolao, sanctóque Florentio terram de Crechis, terram Durandi de Greleriâ, terram Morini cùm totâ syluâ, terram Guillelmi Belini, ochas meas quæ sunt apud S. Florentium, feudum quod Raynaldus præfatæ Ecclesiæ presbyter tenebat de Loho, & quod ipse Loho indonauerat, & concesserat in vitâ suâ, vt esset S. Nicolai, Goslenus de Nois cùm ipsis Nois, forestarum pasnaticum, vendam, atque pedagium hominum S. Nicolai Dominicorum: Ecclesiam S. Florentij cùm toto presbyterali feudo, Ecclesiam Lemosinariæ, Giraldum de Tamis meum medietarium. Ad burgum faciendum à portâ Casæ, sicut via leuat ad sinistram, vsque ad Bauras: feudum Petri de Portâ illud teneat de monachis, quemadmodum tenebat de me, si monachi non potuerint secum aliud placitum facere. Forum dedicationis Ecclesiæ S. Nicolai per totam hebdomadam quietum. Ista verò quæ supradictis monachis concedo, tam liberaliter eis confero, vt nullus ex iudiciariâ potestate ibi causâ exercendi potestatem ingrediatur, nec aliquid imperare audeat. Addo etiam auctoritate & velle totius terræ meæ Baronum, quatinus ipsi Barones, & omnes diuersorum officiorum meorum procurationem tenentes, fidei signaculo promiserunt in singulis annis, in transitu S. Nicolai certum censum sese reddituros; eo quoque tenore, quòd si fortè aliquo accidente casu ipsi, vel officiorum meorum ministri demutentur, eorumdem successores in prædicto termino persoluanc. Vt autem hæc omnia impermutabilia persisterent, ego Herbertus & frater meus Gauzfridus, inter nos fidem nostram in conspectu prædicti Episcopi, atque Vuillelmi Aquitanorum Ducis, ac innumerabilium nobilium virorum tam Clericorum, quàm laicorum promisimus, cùm successoribus Baronum præsentialiter regnantium, nullum de feodis illorum placitum obfirmare, donec eodem modo cùm signaculo fidei prædictum censum se reddere promittant: simili modo de nostris propriis villicis. Nomina verò eorum qui censum promiserunt, hæc sunt: Hildegardis vxor domini Hugonis de LezinIaco pro amore patris sui Aimerici Vicecomitis reddet 20. solidos, Mauricius de Monteacuto 20. solidos, Ebbo de Parteniaco 10. solidos, Simon de Aureaualle 10. solid. Hugo de Doe 10. sol. Sigebrannus de Passauante 10. sol. Aimericus de Argento 10. sol. Ioannes de Berceurio 10. sol. Sauaricus filius Teimari 10. sol. Aimericus de Tellio 10. sol. Rainaldus de Forestâ 10. sol. Radulphus de Maloleone auunculus præfati Herberti Vicecomitis 10. sol. Gauzfridus de Telfagiâ frater Herberti Vicecomitis 10. sol. Vuillelmus de Castellomuro 10. solidos, Mauricius de Pozalgis 10. sol. Bertrannus de Exarsis 10. sol. Stephanus de Blesis, seu de Bornezello 10. sol. Bernardus de Rochâ 10. sol. Barbotinus de Asperomonte 10. sol. Goscelinus de Lezay 10. sol. Petrus de Guasnatbiâ 10. sol. & multi alij. Cùm verò ea quæ ab antecessorum consideratione constituuntur, succedente temporum varietate deprauari soleant, ego Petrus Pictauensis Episcopus factâ deliberatione prædictæ Ecclesiæ, ante Dominicum altare, priusquam Missa celebraretur, prædictos Barones vocari præcepi, & in eorum præsentiâ prædicta concessi, & sigilli mei impressione signari iussi, ipsique de manu meâ hoc totum confirmauerunt. Et si hi Barones, seu hæredes & successores eorum hoc donum reddere neglexerint, excommunicati sint, & anathematizati vsque ad emendationem. Hoc autem actum est apud Casam 7. Idus Decemb. anno ab Incarnat. Domini 1098. in- 1098.
dictione x1. regnante Philippo Francorum Rege anno 40. Petro Pictauensium Episcopo anno 14. Guillelmo Aquitanorum Duce an. 14. Herberto Toarcensium Vicecomite an. 7. Guillelmo Abbate S. Florentij anno 30. Ex manuscripto veteri de Casâ instante Herberto Vicecomite an. 1102. 7. Idus Decemb. consecrata est prædicta basilica S. Nicolai in honorem beatæ Trinitatis. Porrò eiusdem Pe-

tri Episcopi nutu atque auctoritate, fundatur nobile Sanctimonialium monasterium Fontebraldense in pago & diœcesi Pictauiensi, instituto-re famoso Presbytero Roberto Ar-
1100. bresellensi paulò post annum 1100. vt habet Chronicon Turon. quo celebratur Synodus Pictauensis 13. Cal. Nouembris in causâ Philippi Regis Francorum, ad pristinam adulteram Bertradam redeuntis; quámque celeberrimam fuisse scribit Gaufredus monachus in vitâ S. Bernardi Ponti-uensis, vbi cùm Legatis Apostolicis centum quadraginta Patres consederint. Cùm ergo esset contemporaneus Roberti de Arbresello, ipsíque amicus, hanc non modò Congregationem institui probauit in diœcesi suâ, sed illam quoque stabiliuit & auxit; restes sunt literæ ipsius ex maiore cartulario hùc proferendæ, quæ ferunt eundem Robertum Ecclesiæ S. Mariæ in loco Fonsebraudi conditorem, Paschalem Papam adiisse, à quo Petrus Abbatiam suo priuilegio muniri, & vt virgines ibi viuerent, obtinuerit coram matricis Ecclesiæ Pictauensis Canonicis, subscribentibus Aimerico Decano, Vuillelmo Archidiacono, Harueo & Petro Archidiaconis, Vuillelmo Magistro Scholarum an-
1106. no 1106. Huius prætereà confirmationis Fontebraldensis Abbatiæ in citato cartulario aliud diploma reperitur: *EGO PETRVS Dei gratiâ Pictauorum Episcopus, quieti sanctæ Ecclesiæ prouidens, & in ipsâ pacem formare, & altercandi occasionem sopire desiderans, Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis de Fonte-Heurandi, quam frater noster Robertus de Herbressello vir religiosus, verbo sanctæ prædicationis deditus, nostro tempore in nostrâ diœcesi fundauit, Dominus Paschalis Apostolicus auctoritate sui priuilegij muniuit; eáque modò possidet, quæ pro suarum salute animarum subscripti homines sibi dederunt, quietè in perpetuum possidenda sine reclamatione alicuius, vel personæ, vel Ecclesiæ concedo & confirmo: scilicet terram in quâ ipsa Ecclesia fundata est, quam dederunt prædicto Roberto Aremburgis & Adalaidis filia eius, à terrâ Berlai quæ suprà fontem est, sicut via publica diuidit, vsque ad secundum molendinum; prætereà tantum terræ, quantum quatuor boues possunt excolere in duobus temporibus, & terram quam dederunt præfatæ Ecclesiæ Hugo filius Gregorij, & Berlaius de Monsteriolo, & vxores eorum, & filij, à terrâ Guidonis Osmundi filij, vsque ad boscum Milonis de Tuillé, & vsque ad clausum S. Martini, vsque ad terram S. Radegundis: & totum nemus vsque ad Vlmum de Maistré; insuper omnes consuetudines quas prædictæ Ecclesiæ dedit Gauterius de Monte-Sorelli, quascunque homines huius loci facturi erant per totam terram de Logiis: concessit & Vigeriam, & alias consuetudines quas habebat Gauterius in illâ terrâ, omnes pro amore Dei eidem Ecclesiæ dedit, & quidquid homines ipsius Gauterij huic Ecclesiæ dare voluerint, saluo suorum militum seruitio, & quicunque dabit huic loco terram in sylua Borni, dedit eidem Ecclesiæ idem Gauterius Secretariam suam, & Vigeriam suam, & omnes consuetudines suas. Hæc autem huic Ecclesiæ data, auctoritate nostrâ confirmamus, vt in perpetuum quietè possideant: & si quis contra hæc machinari aliquid præsumpserit, anathematis gladio feriatur, & illius machinatio irrita deficiat. Hoc venerabilium Canonicorum nostrorum consilio egimus: Sig. Petri Pictauensis Episcopi, S. Petri Archidiaconi, S. Vuillelmi Archidiaconi, S. Ragmaudi Succentoris, S. Vuillelmi Magistri Scholæ, S. Rainerij Archipresbyteri, S. Vuillelmi Aleelmi, S. Vlarij, S. Vuillelmi, S. Ioannis. Data Pictaui in camerâ anno ab Incarnatione Domini MCVI. Indictione XIV. Epactâ XIV. Papâ Paschali, Petro Pictauorum Episcopo, Philippo Francorum Rege, Vuillelmo Aquitanorum Duce.* Annuente Synodo diœcesanâ anno
1109. donauit Ecclesiam de Rossiaco inter Losdunum & Montemsorelli matri Ecclesiæ Pictauensi, vti palam est hisce codicillis cartophilacij Fontebraldensis: Ego P. Dei gratiâ Pictauorum Episcopus, notum facio omnibus tam futuris quàm præsentibus, me dedisse sponsæ meæ sanctæ Pictauensi Ecclesiæ, ammonente dilectissimo fratre meo Roberto de Herbressello viro religioso, Ecclesiam de Rossiaco inter Lausdunum & Montemsorelli sitam, ac Ecclesiam de Senentio inter Anglam & Caluiniacum positam, vt eas amodò in perpetuum habeat & possideat; eo tenore, vt nulli meo successori

» liceat supradictas Ecclesias alij Ec-
» clesiæ dare, vel aliquo modo do-
» num meum transmutare: quod vt
» firmum & inuiolabile permaneat,
» præsentis priuilegij paginâ muniui,
» & omnem dandi, vel accipiendi, vel
» transmutandi licentiam, interposito
» anathemaris gladio resecaui. Si ta-
» men fortè, quod absit, aliquis Epis-
» copus, vel frater Ecclesiæ nostræ ig-
» norantiâ huius nostri decreti, aut ali-
» quo alio modo prædictas Ecclesias
» alij Ecclesiæ dare præcipio, consti-
» tuo, confirmo vt eas habeat Eccle-
» sia quam supradictus Robertus in ho-
» nore Sanctæ Dei genitricis sempér
» que Virginis Mariæ in loco qui Fons-
» heuraudi vocatur, Deo opitulante
» misericordiâ fundauit. Hoc autem
» factum est communi consilio vene-
» rabilium Ecclesiæ nostræ Canonico-
» rum, & auctoritate totius synodi ge-
» neralis confirmatum. Signum Petri
» Episcopi, Aimerici Dec. Gaufridi
» Canonis, Vuillelmi Archidiaconi,
» Aruei Archid. Vuillelmi Archidiac.
» Rainerij Capicerij, Vuillelmi Ma-
» gistri Scholarum, Raginaldi Subd.
» Sig. omnium Canonicorum. Data
» Pictaui anno ab Incarnatione Do-
108. » mini MCVIII. Indictione II. Epactâ
» XVII. 13. Cal. Iulij, secundo Pascha-
» li Papâ, Petro præsidente Cathedræ
» Pictauorum, Lodouico Rege Fran-
» corum, Vuillelmo Duce Aquitano-
» rum, in Christo Iesu fœliciter. Amen.

Mentio fit quoque eiusdem Petri in tabulariis S. Cypriani, vbi consilio Canonicorum donat monachis curtem iuris Episcopalis regnante Philippo: necnon in cartis S. Hilarij Maioris dicitur pacem inter Capitulum & Vuillelmum Thesaurarium fecisse anno 1102. & ex Chronico S. Maxentij, Abbati Adæ, consilio Aimerici Decani cessit Ecclesiam S. Martini de Rochâ, monasterio quoque S. Amantij Buxiensis in manu Rampulfi Abbatis Ecclesiam S. Clementis villæ Cassenolij anno 1098. cuius rei plura diplomata inseruit Historiæ Episcoporum Pictauensium Ioannes Besly. Eodem Pontifice, Rainaldo Abbati S. Cypriani Hugo Liziniacensis toparcha, filiúsque cognominis Hugo Brunus dedêre S. Cypriano Ecclesiam B. Crucis de Inglâ: memoratur & in concordiâ munialium Fontiseuraudi cùm Abbatiâ S. Crucis Pictau. mense Octobri 1104. Prætereà Cathedrali suæ dedit Ecclesiam de Senentio; probat etiam fundationem Conuentus Tucionensis, concordiámque transegit cùm eâ domo & monachis Nantolienfibus anno 1112. Eodem Antistite fauente basilica de Belloquercu fundatur, capellámque de Raalio prædicti Ordinis Fontebraldensis dedicauit: eique scribit Iuo Carnotensis ep. 36. Cæterùm Petri nostri mira laus est apud Vuillelmum Malmesburiensem; cùm enim Guillelmum 8. Aquitaniæ Ducem, Comitem Pictauensem, Anacleti Pseudopapæ fautorem, propterea quòd adulterium cùm Castri Eraldi Vicecomitissâ ageret, nec suasu Pontificis sui abstineret, à sacris arcuisset, ab ipso in exilium pellitur, vbi beato fine conclusus, magnis miraculis inclaruit. Legendus idem Malmesburiensis lib. 5. de Gestis Henrici I. Anglorum Regis, vbi sic loquitur: *Erat tunc Vuillielmus Comes Pictauorum fatuus & lubricus, qui priusquam de Hierosolymâ rediit, ita omne vitiorum volutabrum premebat, quasi crederet omnia fortuitò agi, non prouidentiâ regi. Nugas porrò suas, falsâ quadam venustate condiens, ad facetias reuocabat, audientium rictus cachinno distendens. Denique apud castellum quoddam Iuor habitacula quædam, quasi monasteriola construens, Abbatiam pellicum ibi se positurum delirabat, nuncupatim illam & illam, quæcunque famosioris prostibuli esset, Abbatissam, vel Priorem, cætera verò officiales instituturum cantitans: legitimâ quoque vxore depulsâ, Vicecomitis cuiusdam coniugem surripuit, quam adeò ardebat, vt clypeo suo simulachrum mulierculæ insereret, perinde dictitans, se illam velle ferre in prælio, sicut illa portabat eum in triclinio. Vnde increpitus & excommunicatus à Girardo Engolismorum Episcopo, iussúsque illicitam venerem abijcere: Anteà, inquit, crispabis pectine refugum à fronte capillum, quàm ego Vicecomitissæ indicam repudium, cauillatus in virum cuius pertenuis cæsaries pectinem non desideraret. Nec minus, cùm Petrus præclaræ sanctitatis Pictauorum Episcopus eum liberiùs argueret, & detrectantem palam excommunicare inciperet, ille præcipiti furore percitus crinem Antistitis inuolat, strictúmque mu-* 1112.

cronem vibrans: iam inquit, morieris, nisi me absolueris. Tum verò Præsul timore simulato inducias petens loquendi, quod reliquum erat excommunicationis, fidenter perorauit, ita Comitem à Christianitate suspendens, vt nec cùm aliquo conuiuari, nec etiam loqui auderet, nisi maturè respisceret. Ita officio suo, vt sibi videbatur peracto, martyriique trophæum sitiens collum protendit, feri, inquiens, feri. At Vuillielmus refractior consuetum leporem intulit, vt diceret, tantum certè te odio, vt nec meo te digner odio, nec cœlum vnquam intrabis meæ manus ministerio. Veruntamen post modicum viperio meretriculæ infectus sibilo, incesti dissuasorem detrusit exilio. Vbi beato fine conclusus, frequentibus, & magnis miraculis innuit mundo, quàm gloriosè viuat in cœlo. Quibus auditis Comes dicacitate insolenti non abstinuit, professus palam pœnitere se, quòd non ei iamdudum mortem accelerasset, vt ipsi anima sancta grates haberet potissimùm, cuius furore cœleste mercatus esset commodum. Vitam Petri & mortem versus isti commendant.

De viuo dictum est.

Corpus, opes, studium, mores, cibus asper, egenus,
Lectio, probra, domat, carpit, alit, fugiunt.
Virtutes, culpas, fructum, colit, amputat, auget:
Ius, litem, pacem, protegit, odit, amat.
Fert misero, tribuit peccanti, seruat amico
Auxilium, veniam, continuámque fidem.
Mente Maria vacat, sed in actum Martha laborat,
Est intenta gregi Martha, Maria Deo.
Sic apud hunc regnat Deus intra, proximus extra,
Hic desiderio, proximus obsequio.
Diligit ille Rachel, nec Leam ferre recusat,
Vxorémque nouus duxit vtrámque Iacob.
Huius amat vultum, iuuat huius carpere fructum,
Cùm sit pulchra Rachel, fertiliórque Lea.

De mortuo dictum est.

Exutus rebus, intentus, pulsus ab vrbe
Præsul pauperiem vincla, fugámque tulit.
Nunc diues, liber, stabilis, sua præmia, Christum,
Astra capit, sequitur, possidet iste PETRVS.
Vitam religio, mentem discretio, famam
Lux operum, studium lectio, verba modus,
Iudicium ius, iustitiam rigor, ora venustas,
Ornabant pietas viscera, virga manum,
Promouit, priuauit eum, profugúmque recepit,
Papa, Comes, Christus, ordine, sede, polo.

Migrauit ad Dominum anno 1115. 1115.
apud castrum Caluiniacum in suâ diœcesi pridie Nonas Aprilis, vt habet liber obituum S. Hilarij de Cellâ Pictauensi; in basilicâ S. Cypriani iuxta portam claustro contiguam sub tumbâ humatus; refertur autem illius epitaphium in Chronico Malleacensi:

Captio, vincla, minæ sensus, domuúmue ruinæ
Nunquam Pastorem flexère suúmue rigorem,
Imò magis fortis instanti tempore mortis.
Nulla relaxauit quæ iure liganda ligauit.
Qui sedit in Episcopatu 29. annis & vnum mensem.

De huius miraculis Gaufredus Grossus monachus in vitâ S. Bernardi Abbatis de Tironio scribens hæc ait: *Quæ dum agerentur, Pictauensis vrbis Episcopatum regebat venerabilis Petrus Episcopus, qui posteà exilium pro iustitiâ vsque ad mortem sustinuit, cuius vitæ sanctitas mirabilis extitit, vt post ipsius obitum miraculorum attestatione patuit.* Docet id quoque Chronicon Richardi Pictauensis: « In illo tempore, illud famosissimum cœnobium fœminarum quod dicitur Fons Ebraldi, constituitur in pago Pictauensi à Roberto de Bruxello, iuuante Pictauorum Petro Episcopo: cuius sanctitatem crebra miracula tumuli eius loquuntur, & prædicant. Cæterùm hâc ætate mausolæum pio Antistiti, cœnobij Fontebraldensis deuoti studij monimentum, Abbatissa Leonora Borbonia ex Leuitanensibus Vi-

cecomitibus orta excitandum curauit, cui apposita hæc epigraphe, è regione Roberti Arbresellensis fundatoris: *Sciant posteri hic iam dudum quiescere ossa pibsque cineres admodum Reuerendi Præsulis Petri Pictauorum Antistitis, qui venerabili Roberto istius Ordinis parenti contemporaneus fuit, eique apprimè charus. Huius enim auspicys & munificentiâ exædificatum est hoc templum, in quo deinceps alij quidam Præsules, Reges, Dynastæ, ac illustres viri sepulturæ locum sibi deligendum curarunt, quorum nomina mortalibus excidisse mirum non est quia immortalitate digna. L. B. H. M. P. C.* *Anno* MDCXXIII.

GISLEBERT. 59. GVILLELMVS GISLEBERTVS I. nuncupatus DE RAGIOLES in Galteri codice: ordinationem illius notat anno 1117. Chronicon Malleacense, inauguratus vnà cùm Petro Santonensi Pontifice. Ecclesiam de Fugerosâ pro monialibus S. Sulpitij iuxta Redonas Radulfo de Fragerio religioso viro donauit: fraternitatem quoque instituit in Ecclesiâ Fontiseuraudi quam probat Callistus 2. Papa rescripto dato Turonis in Maiorimonasterio anno 1119. cuius Præsulis suasu Pontifex, peragrato Pictauensi territorio, ad præfatum monasterium Fontebraldense deuenit, vbi Oratorium & altaria dedicauit: Voillelmus autem Sanctimonialibus loci decimas laborum quos in Episcopatu suo exercebant, & omnium animalium quæ habebant, liberaliter contulit. Consilium dedit fundationi Abbatiæ S. Mariæ de Trizaco, & Absiæ in territorio Gastinæ, delegato ad eius reædificationem Petro de Bunt Eremitâ, è cuius monasterij cartophilacio sequens membrana exscribitur:

1117.

» OMNIVM tam præsentium quàm » futurorum memoriæ commendetur, » quòd ego Gislebertus de Losduno » Abbatiæ quæ vocatur Absia famam » audiens, & bonorum quæ in eâ fiunt » cunctis diebus particeps esse desiderans, laudante & rogante Dom. meo » Vuillelmo Pictauorum Episcopo, » dono in eleemosynam monachis Ab» siæ omnes costumas & seruitia quæ » iuris mei sunt, & hæredum meorum » in omnibus terris d'Escocai, & de » Fallosio, quas iam acquisierunt, & omnes terras in quocumque territorio sint quas in dominio habent, « & sunt habituri, & quas propriis « aratris excoluerint, vel alij in quo- « libet feodo ab ipsis in capturam te- « nuerint, ab omnibus consuetudini- « bus & seruitiis mihi & hæredibus « meis pertinentibus libertico. Hoc « autem donum meum apud Losdu- « num feci in Ecclesiâ S. Crucis in ma- « nu dicti Vuillelmi Episcopi, cuius si- « gillo muniri præcepi, & Petro Ab- « bati Absiæ concessi, spirituale tan- « tùm mihi & hæredibus meis retinens, « quod iamdictus Abbas sicut vni è « fratribus libentissimè concessit, & « anniuersarium meum in Abbatiâ. « Hæc omnia viderunt & audiuerunt « Gosbertus Decanus Ecclesiæ Pictauiensis, Arueus Archidiaconus, Gosfridus Cantor, Hilarius Cantor, Capicer. Laurentius Archipresbyter « Losdunensis, Radulphus Prior Absiæ, Guilielmus de Loche miles, anno ab Incarnatione 1123. Præsens « insuper fuit dono Vuillelmi Thoarcensis, Aruei de Marolio, & Gislebertì de Volnirâ militum Abbatiæ B. Mariæ Brolij grollandi: Sublatus è viuis anno 1123. sepelitúrque apud Fontemebraldi, teste Chronico Malleacensi: cuius cœnotaphio ad sinistram maioris aræ sub arculâ & effigie habitu pontificio indutâ, legebantur hæc verba: 1123.

Hic flos requiescit Pictauensis Præsul Præpositus Cleri hic est depositus.

ADELELMI. 60. GVILLELMVS ADELELMI II. ex Archidiacono Pictauensi consecratur Calend. Ianuarij anno 1124. in prædicto Chronico: quem cognomento Adelelmum vocitari fidem faciunt Monasterijnoui & S. Hilarij tabulæ. Sub an. 1128. delegatur ab Honorio 2. Papâ in dissidio Canonicorum S. Hilarij cùm Heliâ domino de Viuonâ. Ei scribit Innocentius 2. Pontifex Maximus in fauorem Fontebraldensis monasterij: iudex etiam nominatus pro dirimendâ controuersiâ Vlgerij Episcopi Andegauensis cùm Fulcberio Abbate Orbisterij, de quibusdam feudis contra Petronillam Abbatissam Fontebraldensem, quæ pacificata est in claustro B. Hilarij, necnon alterâ dictæ Abbatissæ cùm S. Cypriani Cœnobiarchâ, illius quæ- 1124.

rimoniam in Capitulo S. Gildasij, Guillelmus coram Cenomanensi & Andegauensi Episcopis, in gratiam Fontebraldensis monasterij diremit. cuius cœmeterium solemni ritu post-
1135. hac benedixit anno 1135. ex cartis eiusdem Ecclesiæ. Fundauit Abbatiam Bellæuallis prope Fonteuaium, quæ nunc est tantùm Prioratus, cuius loci acquisita confirmat G. monacho & successoribus, chirographo dato apud Losdunum anno præfato. Is verò ab Episcopali cathedrâ eiectus, satagente Girardo Pontifice Engolismensi, ait enim Bernardus Bonæuallis lib. 2. cap. 6. vitæ S. Bernardi: *Imprimis ab vrbe Pictauensi Guillelmus Episcopus vir honestus, homo catholicus, in societate & defensione vniuersalis Ecclesiæ stabilis, violenter expellitur, & à Girardo, & Cardinale adiutore suo, quia Petrum abdicabat, damnatur. Erant & aliæ familiares causæ pro quibus ei Comes infensus, datâ occasione libentissimè eum persequitur, & abiurato Visum est autem tam Girardo quàm Comiti, vt ad confirmationem partis suæ sine morâ Pictaui crearent Episcopum. Et inuenerunt hominem ambitiosum, nobilem quidem generé, sed degenerem fide: quem, vt genus suum cùm eo in causâ ponerent, quibusdam ex Clericis consentientibus elegerunt, & prophanas ei imponentes manus, execrabile eius caput non tam vnxerunt, quàm contaminarunt.* Post autem anno memorato 1135. Ecclesiæ suæ restitutum fuisse innuit Gaufredus Prior Vosiensis in Chronico: *Guillelmus quoque cognomento Adelelmus tunc Pictauensem recuperauerat sedem, quam Petrus de Chastelleraut occupauerat propter dissidium Ducis &*
1140. *Præsulis.* Fatis cessit anno 1140. vt habet Chronicon Malleacense.

61. GRIMOARDVS ex Abbate B. Mariæ de Allodiis in diœcesi Pictauensi subrogatur, ordinatus 26.
1141. Ianuarij 1141. quemadmodum refert citatum Chronicum Malleacense: Huius, inquit, Regis tempore mortuus est Pictauiensis Episcopus Vuillelmus Adelelmi anno 1140. in mense Octobri, pridie Nonas ipsius mensis, cui successit domnus Grimoardus Abbas Allodiorum, vir benè religiosus eodem anno: qui Pascha apud S. Maxentium celebrauit primo ordinationis suæ anno; sacrauitque chrisma feriâ quintâ Cœnæ Domini, vti decebat cùm honore & reuerentiâ. Hunc ergo locum elegit famulus Dei Grimoardus esse dignum tantæ consecrationis, ob honorem & reuerentiam almi Confessoris Maxentij, & fratrum loci; hic itaque à Rege supradicto (Ludouico VII.) post consecrationem suam non concessus: à die autem consecrationis suæ qui fuit 26. dies mensis Ianuarij vsque Pentecostem propriam sedem non tenuit, neque sessum habuit donec Rex præciperet: Et apud S. Maxentium clementiam suæ concessionis in literis ostenderet, ac præcipiendo propriæ sedi reditum daret. Eodem itaque die meruit sacrari apud Engolismam, quo die fuit Septuagesimæ initium. Huius Grimoardi rogatu Vuillelmus Thoarcensium Vicecomes reddidit matri suæ Aureamuallem, de eius dote, ipsúmque Vicecomitem ac germanos anathemate soluit, quod in eos promulgarat Guillelmus Adelelmi decessor Episcopus, vt ferunt tabulæ Toarcenses Arnaldum Archidiaconum Pictauensem nominauit, qui posteà Gilbertum Porretanum coram Romano Pontifice accusauit, ex epistolâ Gaufredi monachi Claræuallensis, insertâ actis Concilij Remensis.

62. GISLEBERTVS DE LA PORRE'E II. ortu Pictauiensis, & Canonicus S. Hilarij Maioris: subtilissimus Philosophus, & in sacris literis plurimùm exercitatus, Pictauij Theologiam profitebatur, cùm creatus fuit Episcopus anno 1141. Is ergo scrutatus nimiùm sublimia, ad Concilium Remense sub Eugenio 3. Pontifice habitum vocatus an. 1147. ad instantiam D. Bernardi arguitur quòd obscuriùs de Sanctissimâ Trinitate disseruisset, coactúsque fuit scripta sua interpretari: audiendus enim Otho Frisingensis lib. 1. Gestorum Friderici Imperatoris c. 46. & 47. ex quo sequentia Baronius tom. 12. Annal. inseruit verbis istis: *Fuit illis in diebus in Aquitaniâ Galliæ ciuitate Pictauis Episcopus Gilbertus nomine: hic ex eadem ciuitate oriundus, ab adolescentia vsque ad vltimam senectutem in diuersis Galliæ locis Philo-*

La Porrée. 1141.

sophiæ studium colens, re & nomine Magistri officium administrarat: nouitèrque ante hos dies ad culmen Pontificale in præfatâ ciuitate sublimatus fuerat, consuetus ex ingenij subtilis magnitudine, ac rationum acumine, multa præter communem hominum morem dicere. Is igitur cùm quâdam vice conuentum de suâ diœcesi Clericorum magnum celebrans, sermoni, quem fortè gratiâ exhortandi habebat, quædam de fide sanctæ Trinitatis interfereret, à duobus Archidiaconis suis, Arnaldo & Calone, tanquam contra Catholicæ normam, Ecclesiæ doctrinam instituens, ad Summi Pontificis, Romanæque Sedis examen, interpositâ appellatione vocatur. Sic vtrique viam carpunt, Romanòque Pontifici Eugenio ab Vrbe in Gallias tendenti, Senis ciuitate Tusciæ occurrunt. Quibus Romanus Antistes auditis, causâque viæ cognitâ, breuiter respondit se Gallias introire, ibique de hoc verbo, eò quòd propter litteratorum virorum copiam ibidem manentium, opportuniorem examinandi facultatem haberet, plenius velle cognoscere. Archidiaconi in Gallias redeunt, ac consulto Bernardo supra memorato Abbate Clareuallensi, eum incommodum causæ suæ aduersùs Episcopum inclinant. Erat autem prædictus Abbas, tam ex Christianæ religionis feruore zelotypus, quàm ex habitudinali mansuetudine quodammodo credulus, vt & magistros qui humanis rationibus, sæculari sapientiâ confisi nimiùm inhærebât, abhorreret, & si quidquam ei Christianæ fidei absonum de talibus diceretur, facilè aurem præberet. Id sanctus Bernardus cùm per Archidiaconos præfatos de Gisleberto rescisset, confestim cùm eis sedulò laborauit, vt quæ à Gilberto hæreses ventilari ferebantur, iudicio Apostolico damnarentur: & quidem Autissiodori primò, inde Parisiis, denique ad vltimum in generali Synodo Remis Gilibertus, vt se sisteret, compellitur, responsurus ad ea quæ de ipso promulgabantur. Quæ autem contra illum obiectiones fuerint, subdit memoratus Otto, Præsulis nostri vitæ institutionem ab adolescentiâ sic subiungens lib. 1. cap. 50. Prætaxati » Archidiaconi adscito sibi tantæ au- » ctoritatis & æstimationis viro Abba- » te Bernardo, Episcopum Giliber- » tum, eadem, quâ prædictum Petrum » viâ damnare attentabant, sed nec

A eadem causâ, nec similis erat mate- « ria. Iste enim ab adolescentiâ ma- « gnorum virorum disciplinæ se subii- « ciens, magîsque illorum ponderi « quàm suò credens ingenio, qualis « primò fuit Hilarius Pictauiensis, post « Bernardus Carnotensis, ad vltimum « Anselmus & Radulphus Landunen- « ses germani fratres: non leuem ab « eis, sed grauem doctrinam hauserat: « manu non subitò ferulæ subductâ, « à scientiæ haud censurâ morum, vi- « tæque grauitate discordante, non « iocis, non ludicris, sed seriis rebus « B mentem applicarat. Hinc erat, vt « tam gestu, quàm voce pondus ser- « uans, sicut in factis, sic in dictis se « ostenderet difficilem, vt nunquam « puerilibus, vix autem eruditis, & « exercitatis quæ ab eo dicebantur, pa- « terent animis. Hactenus Otto. Eo- « dem loco Baronius memorat re ipsâ « probatum inuentum, Philosophos « Patriarchas nempe, hæreticos in Gil- « berto fuisse experimento, hoc tem- « pore infœliciter innouatum, cùm ex « Aristotelicis topicis quædam de diui- « nitate & Deo, quem separabat à diui- « C nitate, siue in concionibus, siue fami- « liaribus colloquiis temerè effutire sit « ausus. Isti autem fuêre errores de quibus ab aduersariis coram Pontifice accusabatur; nempe quòd assereret diuinam essentiam non esse Deum; « proprietates personarum non essent « ipsæ personæ; Theologicæ personæ « in nullâ prædicarentur propositio- « ne; diuina natura non esset incarna- « ta, & quædam alia capitula de qui- « bus Otto, gesta Conuentus Pari- « siensis hisce verbis enarrans: Itaque « præsidente cùm Cardinalibus, Epis- « copis, aliisque viris venerabilibus & « eruditis, in iam dictâ ciuitate Parisiis « D Summo Pontifice Eugenio: prædi- « ctus Episcopus Gilibertus Consisto « rio præsentatur, de his capitulis res- « ponsurus. Producuntur contra eum « duo magistri Adam de Paruo ponte « vir subtilis, & Parisiensis Ecclesiæ « Canonicus recenter factus, Hugo « de Campo florido Cancellarius Re- « gis, asserentibus eis, & quasi sub Sa- « cramento pollicentibus, se aliqua ex « his proprio eius ore audisse, non si- « ne multorum qui aderant admira- « tione: viros magnos, & in ratione « differendi exercitatos pro argumen- « to iuramentum afferre. Ibidem dum «

» hinc inde multa sibi obiicerentur,
» pluriúmque impulsationibus ad res-
» ponsionem de re tam ineffabili co-
» geretur, inter cætera dixisse tradi-
» tur: Audacter confiteor Patrem alio
» esse Patrem, alio esse Deum, nec
» tamen esse hoc & hoc. Cuius dicti
» obscuritatem, tanquam verborum
» profanam nouitatem, tam impatien-
» ter magister Ioslenus Suessionensium
» Episcopus excepit, vt iuxta prouer-
» bium, medium vitando incurreret
» ripam &c. Discussâ ergo eius sen-

tentiâ, Eugenius inspectâ causæ difficultate, ad generale Concilium Gilberti causam reuocauit in annum sequentem celebrandum Remis, in quo D. Bernardum vehementissimum propugnatorem expertus est, qui cùm adeò illum verbis suis & pondere rationum insectaretur, vt omninò hæreticum conuinceret, Eugenius Pontifex consulens ipsius famæ, id seorsum post finitam Synodum agendum duxit, testis Gaufridus in vitâ Bernardi sic scribens: *Igitur in Concilio, quod in vrbe Remorum Papa venerabilis Eugenius celebrauit, egit comminus aduersùs hunc Gilbertum Ecclesiæ sanctæ suo tempore singularis athleta Bernardus: primò quidem totum, quod ille verborum cauillationibus occultare nitebatur, eliciens; deinde verò tam suis ratiocinijs, quàm Sanctorum testimonijs biduanâ disputatione redarguens. Considerans sanè, nonnullos ex his qui præsidebant, iam quidem animaduertentes blasphemiam in doctrinâ, adhuc tamen auertentes iniuriam à personâ; accensus est zelo, & domesticam sibi Ecclesiam seorsum conuocat Gallicanam. Communi denique consilio à Patribus decem prouinciarum, alijs autem Episcopis & Abbatibus plurimis, dictante viro Dei, nouis dogmatibus opponitur Symbolum nouum. Cui & iam subscribuntur nomina singulorum, vt eorum videlicet omnium sicut irreprehensibilis fides, sic irreprehensibilis zelus cæteris innotescat. Ita demum Apostolico iudicio, & auctoritate vniuersalis Ecclesiæ error ille damnatur, Episcopus Gilibertus an eidem damnationi consentiat, interrogatur. Consentiens & publicè refutans quæ priùs scripserat & affirmauerat, indulgentiam ipse consequitur, maximè quòd ab initio cautus fuisset eâ lege eaudem ingredi disceptationem, vt promitteret sine vllâ sese obstinatione pro Ecclesiæ*

A *sanctæ arbitrio correcturum liberè suam opinionem.* Ex quibus patet Episcopum Gilibertum, vt scribit Baronius, licet hæretica dogmata senserit, non tamen fuisse hæreticum, cùm pertinacia, quæ secundùm S. « Augustinum libro de ciuitate Dei, « facit quemquam hæreticum, omninò caruerit; « & eam obrem non priuatus Episcopatu, quo multatus obseruaretur, si conuictus fuisset hæreseos, imò & hæresiarcha. Nec solùm idem Otto & Concilia generalia rem totam prolixiùs prosequuntur, sed prætereà de rebus gestis in B causâ eiusdem Giliberti Porretani, extat præclara epistola historica Gaufredi monachi Claræuallensis ad Episcopum Albanensem, vbi cuncta quæ ab Eugenio Papâ acta sunt fusè exscribens, integram Baronius Cardinalis prædicto tomo Annalium intexuit. Cæterùm vnà cùm Burdegalensi Archiepiscopo circiter an. 1150. 1150.
obortam controuersiam Mathildis Abbatissæ Fontisebraldi, & Iulij Abbatis de Coronâ super quibusdam feudis composuit: interfuerat anteà Synodo Burdegalensi prout testatur carta Gaufridi Archiepiscopi data C apud S. Romanum de Benais anno 1149. Viuere desiit anno 1154. vt auctor est Appendix Roberti de Monte ad Sigebertum: *moritur Gillebertus Episcopus Pictauiensis, vir religiosus & multiplicis doctrina, qui Psalmos & Epistolas Pauli luculenter exposuit*; de cuius obitu Laurentius Decanus Pictauensis planctum cecinit, qui habetur in MS. schedis, in cuius fine hæc verba leguntur: *dormiuit in senectute bonâ senex & plenus dierum anno ab Incarnatione Domini 1154.* 1154.
Episcopatus sui tertio decimo, Anastasio Romano Pontifice, Ludouico Francorum Rege, Henrico Aquitanorum Du- D *ce, mense Septembri, pridie Nonas Septembris, & sepultus est ab Episcopo Burdegalensi Goffredo, & Episcopis alijs, B. Santonensi, Vgone Angolismensi, Heliâ Petragoricensi, in Ecclesiâ B. Hilarij patris, & patroni sui. Dignum quippe maximè visum, & opportunum, vt cuius fuerat doctrinam sequutus, cuiúsque tenuerat vicem, sortiretur hæreditatem. Anima eius requiescat in pace. Amen.* Porrò sequens epitaphium inscriptum est Codici MS. Bibliothecæ Parisiensium Carmelitarum

melitarum Discalceatorum, quod A subiicitur operi eiusdem de Trinitate:

Temporibus nostris celeberrimus ille Magister
Hoc opus excepit, strenuus sapiénsque minister,
Floruit, & cunctis præcelluit ipse magistris.
Logicus, Ethicus, hic Theologus, atque Sophista,
Soláque de septem cui defuit Astronomia.
Artibus ac diuâ præcelsus Philosophia.
Qui quàm facundus verbis fuit atque profundus
B *Sensu, testantur benè qui legisse probantur*
Illius in libris magni commenta Boeti.
Hic alter rectè dictúsque Boetius ipse,
Cùm GISLEBERTVS *proprio sit nomine dictus.*
Pictauis hunc genuit, quem Pontificem sibi legit,
Nobilior tanto verè dictata patrono.
Hic requie æternâ potiatur pace supernâ.

Alia epigraphe in Necrologio Ecclesiæ Cenomanensis ita proloquitur.

C *Hic* GISLEBERTVS *Antistes Pictauiensis,*
Egregius Doctor vitæ finiuit agonem.
Sensu famâ minor, cuius modo viuit in orbe,
Viuat in æternum gaudenter spiritus eius.

Anniuersarium in Calendarii Sanctæ Trinitatis Pictauensis, S. Mauricij Andegauensis, & S. Mariæ Carnotensis agitur pridie Nonas Septembris, in quâ Ecclesiâ Canonicus primò, post Cancellarius, denique Pictauorũ Antistes fuisse notatur. Galteri codex Gilbertum asserit toparcham fuisse Ruffiaci, sed perperam, D cùm hæc dynastia viuente Porretano, ab antiquo tempore dominos cognomines habuerit, quorum hæres Leonora, castrum illud doris nomine transtulit in nobilem familiam Pictonicam de Voluito.

63. CHALO, vel CALO ex Archidiacono Thoarcensi in Ecclesiâ Pictauensi ad Episcopatum subuectus est anno 1155. (1155.) qui anteà interfuerat Burdigalæ dissidio dirimendo inter Gislebertum decessorem & Mascelinum Abbatem D. Cypriani, de iure Ecclesiarum S. Saturnini & Bonolij. Huius mentio exstat in arcluis Fontebraldensibus, & pactis concordiæ Capituli S. Hilarij Pictauensis cùm Petro Burgulij Abbate 1155. & 1157. in cartâ Petri Archidiaconi. (1157.) Sedit autem annis 2. mensibus 10. vt habetur in Galteri codice.

64. LAVRENTIVS Pictauensis Ecclesiæ Decanus sub Pontificatu Gisleberti Porretani anno 1154. in cuius funere planctum fecit nomine Canonicorum B. Petri, & habetur in Historiâ Episcoporum Pictauensium auctore Beslio. Episcopatum init die 26. Martij 1159. (1159.) cuius meminêre instrumentum tabularij Monasterij noui 1160. S. Hilarij Pictauensis 1161. & Abbatiæ Brolij Grollandi in Pictonibus. Præfuit duobus annis & totidem diebus, vt notat Galteri codex: obiisse autem memoratur in Martyrologio S. Trinitatis Pictauensis 5. Cal. Aprilis 1161. quippe ex tabulariis Fontebraldensibus, seu cartâ Roberti Abbatis de Nobiliaco Sedes Pictauensis Episcopo carebat anno 1162.

65. IOANNES DE BELLEMAINS III. (BELLEIMAINS.) natione Anglus & Thesaurarius Eboracensis Ecclesiæ, vir « iocundus, largus, & apprimè litte- « ratus, in Episcopum designatur anno 1162. (1162.) teste Roberto de Monte in Appendice ad Sigebertum. Querelam Prioris S. Radegundis aduersùs Canonicos eiusdem Ecclesiæ, & Abbatissam B. Crucis pro assignatione sedis composuit, codicillis datis Idibus Aprilis 1167. Mentio fit eius in cartis monasterij de Stellâ, cuius Abbatem Isaacum cùm Hugone Caluiniaci domino ad concordiam reuocauit: nominatur præsens consecrationi monasterij S. Amantij in agro Engolismensi anno 1170. & 1173. (1170.) item Ioannis Stellæ Abbatis pro decimâ Vastinensi composuit. Interest Concilio Albiensi 1176. & Lateranensi 1179. nominatur & in instrumento venditionis Comitatus Marchiæ per Adelbertum Comitem factæ Regi Angliæ. Anno 1178. à Regibus Ludouico 7. Franciæ, & Henrico 2. Angliæ, pro conuersione Albigensium missus est vnà cùm Petro

Cardinali S. Chrysogoni, Archiepiscopis Bituricensi & Narbonensi, quemadmodum legere est apud Rogerium Houedenum in Annal. Anglor. Legatione idem Sedis Apostolicæ per Gallias functus est, iuxta hæc verba codicis Galteri: *Anno gra-*
1181. *tiæ 1181. in Archiepiscopum Narbonensem electus est: qui cum Romam pergeret vt à Summo Pontifice Lucio confirmaretur, ab eodem factus est Archiepiscopus & Primas Lugdunensis, & ob eius eximiam eruditionem ab eodem in regno Franciæ creatus est Apostolicæ Sedis Legatus.* Eadem significat Robertus de Monte in Chronico, magnæ litteraturæ & eloquentiæ virum appellans. In eius manu ante altare Ecclesiæ d'Ozai, cessit monachis Absiensibus in feodo suo Hugo d'Ozai quædam dominia, ex tabulario Absiæ: Plures epistolas ad eum scribit Ioannes Saresberiensis Episcopus Carnotensis, & quidem epist. 182. » vocatur homo alienigena, apud ex- » teras gentes nutritus & institutus: tres pariter epistolas ei dirigit Stephanus Tornacensis Præsul: de quo supra consule Lugdunenses Archiepiscopos.

TEMPERII.
66. GVILLELMVS TEMPERII, III. ex Canonico Regulari in Abbatiâ S. Hilarij de Cellâ Pictauensi, vt habetur in Calendario, de
1184. Episcopatu prouisus est anno 1184. id constat ex donatione Vuillelmi Vicecomitis Castri Eraldi pro Ecclesiâ S. Germani de Pratis, in quâ scribitur Pictauensis Sedis tunc electus Pontifex. Testis autem nominatur in donatione factâ monachis Absiæ anno 1185. in quâ dicitur pro iure Ecclesiæ Pictauensis persecutionem laudabiliter passus, & in alterâ schedâ pro Religiosis S. Trinitatis. Iste in tuendis Ecclesiæ immunitatibus ac dominijs sedulò la-
1191. borans, anno Christi 1191. Ottonem filium Ducis Saxoniæ, feudatarium Ecclesiæ suæ pro dynastiis de Siuraio, Insulâ Iordanis, & de Dorato ad hominium clientelare adegit Lucius Papa 3. epistolam decretalem Veronæ datam 3. Idus Martij ei inscribit pro correctione Abbatis S. Cypriani. At verò patet ex instrumento Capituli Lemouicensis, rogatu Heliæ Succentoris instituisse

festum D. Guillelmi Præsulis & egregij Confessoris, cuius meritum semper accipit incrementum, sicut crebra, quæ per eum fiunt continuò Deo cooperante, declarant miracula. « Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ perperam obitum assignat anno 1195. cùm ex Rogerio Houedeno parte 2. constet decessisse anno 1197.
sic autem scribit: *Eodem anno obiit* 1197.
Vuillelmus Pictauensis Episcopus, & quamuis vita illius videretur hominibus valde reprehensibilis, tamen ipse post obitum eius claruit in miraculis: aiunt enim quædam documenta, sanguinis profluuio vexatos, susceptâ ad monumentum ipsius peregrinatione medelam accepisse; vnde S. Hilarij Maioris Pictauensis tabulæ datæ annis
1197. & 1198. ita desinunt: *Pontifica-* 1198.
li Cathedrâ vacante post fœlicem obitum domini Guillelmi Temperij, cuius memoria in benedictione est. Dies transitus Guillelmi assignatur 4. Calend. Aprilis in Martyrologio S. Hilarij de Cellâ; iacet in basilicâ S. Cypriani Pictauensis ad latus Ilemberti 2. Episcopi, in sacello B. Mariæ secus maius altare, vti notat Galteri codex.

67. AYMARVS, vel ADEMARVS DE PEYRATO, corruptè Anparus dictus in codice Episcopali Galteri, & Annalibus Aquitaniæ; consecrationem suscepit in monasterio Coronæ Engolismensis iuxta hæc DE PEYRATO.
verba: *In aduentu Domini 1197. con-* 1197
uenerunt ad Ecclesiam de Coronâ causâ consecrationis suæ Ademarus de Peirato Electus Pictauensis, vir magnæ mansuetudinis, & Raymundus de Castronouo Electus Petragoricensis. Sed iste quidem per manum Heliæ Burdigalensis Archiepiscopi, dominique Ioannis Engolismensis, Santonensis, & Caturcensis Episcoporum ibi consecrationem accepit, alter verò propter inhibitionem & metum Othonis Comitis Pictauensis consecrari non potuit. Sed Romam profectus, atque à Summo Pontifice consecratus, cùm ad vrbem propriam repedaret, veneno vitam finiuit. Eius electionem confirmauit Innocentius 3. Papa Epistol. lib. 1. quo tamen Ademari vt mortui meminit anno 1198. quippe tan- 1198.
tùm sedit septem hebdomadibus, & tribus diebus in codice Galteri præfato.

son.

68. MAVRICIVS DE BLASON ex nobili prosapiâ dominorum Mirabelli in Pictonibus ortus, quam lineâ maternâ prognatam è Regali sanguine asserit tabularium Fontebraldense, Ex Nannetensi Episcopo traductus ad sedem Pictauensem, enimuerò postulationem de se factam à Capitulo probat Innocentius
1198. 3. bullâ anni 1198. lib. 1. Epistol. vbi de minore ciuitate ad maiorem, de populosâ diœcesi in populosiorem, de nobili ad nobiliorem Ecclesiam transfertur. Subscribit literis cartophilacij regij an. 1199. cùm Episcopo Aginnensi, quibus Alienordis Angliæ Regina firmat donationes Ioannis filij pro animâ Richardi Regis factas monasterio B. Virginis de Turpenaio. Circa iurisdictionis iura transegit cùm Guillelmo Decano, & Clemente Malleacensi Abbate
1200. apud S. Cyprianum anno 1200. Fundauit Ecclesiam Collegiatam de Mirabello in Pictonibus, rogatu Theobaldi de Blasone nobilis toparchæ Andegauensis, Mirabelli dynastæ, vt apparet ex cartâ originali, cuius series apud Beslium his verbis conspicitur: MAVRICIVS *Dei gratiâ Pictauensis Episcopus &c. Omnibus notum fieri volumus, quòd in Ecclesiâ B. Mariæ de Mirabello, ad instantiam & supplicationem Cleri & populi eiusdem Mirabelli, Clericorum conuentum & Canoniam duximus cùm diuino auxilio statuendum, vt in eadem Ecclesiâ ad honorem Christi & B. Virginis matris eius, atque omnium Sanctorum diuinæ laudis exequutio laudabiliter augeatur, & ipsa Ecclesia per nostræ sollicitudinis qualecumque initium, ac successorum nostrorum regimen, necnon & Dei fidelium gratæ subsidia, diuino procurante auxilio, meritis beatissimæ Virginis ad optandum donante Domino perueniat incrementum. Volentes igitur præscriptam Canoniam in memoratâ Ecclesiâ B. Mariæ de Mirabello à nobis cùm assensu domini terræ, & voluntate, diuino intuitu constitutam, perpetuis temporibus iuxta instituta Canonica stabilem permanere, ad sustentationem Canonicorum ibidem Domino seruientium, ipsam Ecclesiam B. Mariæ, & Ecclesiam B. Hilarij in eorum castro statutam cùm omnibus earum pertinentijs, præfatis Canonicis donauimus illas ab omni questu liberas, eis in perpetuum concedentes: quæ videlicet Ecclesiæ de Pictauensis Episcopi donatione hactenus permanserunt. Canonicos verò, necnon & Clericos in Ecclesiâ B. Mariæ iam supradictæ Domino seruientes, ad præsentationem suæ personæ secundùm Ecclesiarum consuetudinem conuentionalium volumus ordinari. Prouentum etiam oblationum, quem etiam in Ecclesiâ B. Andreæ consueuit habere Episcopus Pictauensis, dedimus Canonicis prætaxatis percipiendum, sicut huc vsque Pictauenses Episcopi susceperunt, illud nobis & successoribus nostris in Ecclesiâ prætaxatâ, auctoritatis atque dignitatis retinuimus, quod nostrum erit & successorum nostrorum, vnum scilicet de Canonicis eiusdem Ecclesiæ in personam constituere qui caput sit Capituli, & in ipsâ Ecclesiâ supremum habeat personatum. Prætaxatos quoque Canonicos ab omni procurationis executione immunes, & liberos statuimus; ita tamen quòd ipsi Canonici nobis & successoribus nostris triginta solidos Andegauensis monetæ, de ipsis Ecclesiis, annis persoluant singulis censuales. Statuimus igitur vt præscriptam Canoniam à nobis rationabiliter, & canonicè institutam, seu donationes & constitutiones sæpe dictis Canonicis ab eisdem à nobis, & ab aliis factas, nulli audeant infringere, vel temeritate qualibet violare, decernentes præsumptores quoslibet anathemati subiacere.* Ratam habuit hanc dotationem Pontifex Max. sequenti diplomate deprompto ex archiuis Capituli Mirabellensis: « INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis & Canonicis B. Mariæ de Mirabello salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur quod iustum & honestum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur officium. Quapropter dilecti in Domino filij vestris iustis precibus grato concurrentes assensu, personas vestras & Ecclesiam ipsam B. Mariæ de Mirabello, in quâ estis per venerabilem fratrem nostrum Mauricium Pictauensem Episcopum diœcesanum constituti, Canonicè in omnibus pertinentiis suis, & aliis bonis, prout inpræsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis Deo propitio poterit adipisci, sub B. Petri & nostrâ protectione suscepimus. Propterea

» de donatione eiusdem Episcopi Ec- A
» clesiam ipsam, & Ecclesiam S. Hila-
» rij de Mirabello, & oblationes S.
» Andreæ,& eiusdem castri, quas idem
» Episcopus percipere in certis festi-
» uitatibus consueuit cùm possessioni-
» bus & prouentibus aliis, quos tam
» per ipsius Episcopi, quàm fidelium
» largitionem estis adepti, necnon li-
» bertates & immunitates ab eodem
» Episcopo vobis & Ecclesiæ vestræ
» concessas, sicut in eiusdem scripto
» authentico pleniùs continetur. Et
» vos & ea omnia quæ iustè & pacifi-
» cè possidetis, vobis & per vos eidem
» Ecclesiæ, auctoritate Apostolicâ con- B
» firmamus, & præsentis scripti patro-
» cinio communimus. Nulli ergo om-
» ninò hominum liceat &c. Anagniæ
» 3. Nonas Octobris, nostri Pontifica-
» tus 4. Pro animâ patrui Theobaldus
de Blasone in eadem Ecclesiâ Beatæ Virginis missam singulis diebus
celebrandam instituit. Traditione
ferunt tumulatum fuisse Mauricium
in choro basilicæ de Mirabello, cùm
sederit annis 25. ex libro Galteri: &
in Necrologio Fontebraldensi legitur: *Pridie Nonas Martias migrauit
à sæculo dulcis memoriæ dominus* MAV-
RICIVS *Pictauensis Ecclesiæ Pastor* C
*egregius, regali prosapiâ ortus, omnium
bonorum honestate præclarus, Ecclesiæ
dessensor, nobis pater deuotissimus.*

PREVOST. 69. GVILLELMVS PRÆPO-
SITI, IV. viuebat anno 1217. quo
1217. Losduni in templo S. Crucis die Octauæ Assumptionis Virginis, lis inter ip-
sum & Amelinum Abbatem Vindocini, pro debitò procurationis Prioratus de Olonâ consilio Michaëlis
Salmuriensis Abbatis, & Philippi Decani Pictauensis pacificatur. Gaufridi monachi militis de S. Sauino do-
nationem factam Prioratui de Vil- D
lesalem probauit anno sequenti ex
cartis Fontebraldensibus: nominatur & 1223. in tabulario S. Hilarij
Maioris, & in cartâ Abbatiæ Morolienssis Heruei de Voluirâ militis, qui
cùm grauissima damna eidem cœnobio intulisset, compensationis iure coram ipso Pontifice quædam re-
1224. stituit, literis anni 1224. eodem
tempore 10. Cal. Nouembris Abbatiam Misericordiæ Dei solemniter dicauit: ac Raynaldum Abbatem Malleacensem electum confir-
mat 1225. sedisse dicitur in Galteri
codice annis 10. & duobus mensibus.

70. PHILIPPVS ex Decano ad
Pontificiam dignitatem assumptus
est anno 1226. ex Chronico Turonensi, in quo memoratur apud Silliacum corpus S. Maximini Episcopi Pictauensis 5. Idus Octobris à terrâ leuasse. Illius extant quoque literæ in cartulario S. Amantij de Buxiâ, quæ agunt de commutatione
Ecclesiæ Cassanolij, cùm alterâ de
Chastain 1226. probat & pactum pro 1226.
Castellaniâ Vlmi de Auriaco iuxta
Castrum Eraldi anno præfato ex cartulario Episcopali: sacramentum fidei Radulfi Exoldunensis pro terrâ
de Siuraio, Pictauij in domo Episcopali excepit die 5. Cal. Aprilis anni
1228. idem sigillo suo muniuit cartam concordiæ Abbatis & Conuentus S. Benedicti de Quinciaco vnâ
cùm monasterio Fontebraldensi circiter an. 1230. ex archiuis loci: dis- 123
cessit autem è vitâ 6. Idus Februarias in Martyrologio S. Hilarij de
Cellâ.

71. IOANNES DE MELVN IV. MELVN
ex Archidiacono Senonensis Ecclesiæ ad Episcopatum Pictauiensem D'azur à sept besans
transfertur, nobili iuxta ac peranti- d'or en pal,
quâ stirpe Vicecomitum Melodu- 3. 1. 2.
nensium prognatus, Ludouici enim au chef d'or.
filius, Adami itidem Vicecomitis
germanus extitit: Ad hanc verò Se-
dem promotus anno 1236. teste Al- 1236.
berico, tametsi ex cartâ Malleacensi anni 1235. Radulfi Comitis Augensis donum firmarit Reginaldo Malleacensi Abbati, quod & rescripto
anni 1254. postmodum approbauit.
Ecclesiæ suæ sedilia, candelabra, &
alia id generis ornamenta fieri cura- D
uit: memoratúrque in codicillis testamenti nobilis dominæ Margaritæ
Montisacuti & Ganapiæ dominæ,
quod ad petitionem mariti sui Petri
de Branâ apud Ganapiam in festo
S. Albini 1244. chirographo Episcopali & stemmate insigniuit. Ab Innocentio 4. Papâ Iuhellus Remensis Archiepiscopus delegatur, qui
cùm Episcopo Ioanne prædicto, Abbatissâ & Conuentu Fontebraldensi
amicè ageret, in negotio exemptionum & visitationum diœcesanarum,
confecto hâc de re instrumento Lug-

duni 1245. quod reperies in carto- A
1245. philacio matris Ecclesiæ Pictauensis. Ex schedâ autem tabularij regij 1246. Alfonsum Regis fratrem Comitem Pictauensem exemit ab hominio Episcopo debito pro castro de Cyuraio: transegit pariter de feudis quæ ab Episcopatu possidebat nobilis miles Aymericus de Viuonâ, deligitur idem Ioannes vnà cùm Lemouicensi Præsule 1248. deffensor, vel executor testamenti Hugonis de Liziniaco Comitis Marchiæ: posteà
1257. vitam finiuit anno 1257. sepultúsque in Abbatiâ de Iardo prope Melodunum, sepulchro quondam gentilitio B Vicecomitum, coram altari, ad latus Ioannæ Comitissæ Drocensis, cùm hoc epitaphio cupreæ tumbæ insculpto: *Anno Domini 1257. 3. die post Natiuitatem B. Mariæ Virginis, obiit* IOANNES *filius Ludouici Vicecomitis* DE MELEDVNO, *quondam Archidiaconus Senonensis, & posteà Episcopus Pictauensis, cuius anima requiescat in pace. Amen.*

Præsul Pictauiæ præsenti subiacet æri
Iustus, clarus aui, lux recti, gloria Cleri;
Ecclesiæ murus dum vixit non ruiturus,
Constans, securus fuit, exemplo valiturus, C
Iustitiæ, legísque fuit defensor & æquus,
Quem pro iure gregis non flexit iussio Regis.

In Necrologio Fontebraldensi celebratur isto titulo: *Migrauit à sæculo dominus* IOANNES *Pictauiensis Episcopus, Minister strenuus; qui vtrôque parente nobilis, ætatis maturitate, morum grauitate, litterarum scientiâ Pictauensem Ecclesiam decorauit: quique gemma Præsulum, Ecclesiæ defensor, fidei Catholicæ columna firmissima extitit, & fidelis verbi diuini prædicator & custos,*
» *nobis pater benignus. Cùm iuxta Apo-* D
» *stoli verba dissolui cuperet & esse cùm*
» *Christo, specialis dilectionis fauore pro-*
» *sequens personaliter nos visitauit, in*
» *nostro Capitulo ita dixit: Desiderio desi-*
» *deraui manducare vobiscum antequàm*
» *patiar.*

CHASTEAVROVX.

72. HVGO DE CHASTEAVROVX I. diœcesis Bituricensis, excambium inter Agatham Vicecomitissam Castri Eraudi & Radegundim de Conflantio probauit litteris
1259. an. 1259. cui hominium præstat Eschiuardus de Pruliaco, dominus castri de Rupeposæâ ex tabulario Pictauensis Ecclesiæ, aliúdque sacramentum admittit anno 1260. Eodem anno post festum Omnium Sanctorum, rogatus fuit ab Eblone de Ventadorio milite, vti admitteret ad clientelam tenementi de Vlmo Auriaci Guillelmum de Riualso militem, qui posteà Hugoni diuendidit quidquid iuris possidebat in eodem Vlmo ac pertinentiis anno 1261. ex archiuis maioris Ecclesiæ. Ipso sedente, exemptio basilicæ D. Hilarij Magni sententiâ Vrbani 4. confirmatur anno 1264. necnon conduntur Franciscani in vrbe ab Alfonso Comite Pictauensi. In eius Præsulis manu Aimericus miles cùm omnibus bonis sese mancipauit Abbatiæ de Stellâ in Pictonibus, ac monialibus de Podiâ Ordinis Fontebraldensis feudorum suorum possessionem confirmat Hugo 1268. qui Gaufridi de Leziniaco dynastæ Iarnaci iuramentum recepit pro domicilio Haricuriæ, defunctâ Agathâ Vicecomitissâ Castrieraudi. Mortuus est anno 1271. post sedem annorum 12. & 7. hebdomadum. 1260. 1268.

DE BRVGIS. Vne croix de.... acostée de deux coquilles.

73. GALTERVS DE BRVGIS Ordinis Minorum, Flander, à patriâ Brugensis cognominatus, prouinciæ Turonicæ Minister, à Nicolao 3. Summo Pontifice creatus Episcopus; bullam autem ex tabulario Pictauensi fol. 49. erutam in hunc modum adscribendam putauimus: NICOLAVS *Episcopus, D. cariss. in Christo Regi Francorum illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Diuinæ gratiæ Maiestatis acquiritur, si ministris eius, & his præcipuè qui Pontificali sunt prædicti dignitate condignus honor impenditur, & fauor necessarius exhibetur. Sanè dudum Pictauensis Ecclesia Pastoris solatio destituta, Capitulum ipsius Ecclesiæ duas electiones, vnam videlicet de Radulfo Decano, reliquam verò de Ioanne Capicerio eiusdem Ecclesiæ in discordiâ celebrarunt. Negotio igitur electionum earumdem per appellationem ad Sedem Apostolicam deuoluto, post multos & varios processus apud sedem habitos in eodem: idem Decanus & Capicerius omne ius quod eis ex electionibus huiusmodi competebat, sponte ac liberè in nostris manibus resignarunt. Nos autem*

*paterna volentes sollicitudine præcauere
ne dicta Ecclesia dispendia prolixæ va-
cationis incurreret, & ad personam ve-
nerabilis fratris nostri Gualteri Episcopi
» Pictau. quem odor famæ nobis reddit
» acceptum, cùm habeatur vir vitæ lau-
» dabilis, literarum scientiâ præditus, dis-
» cretionis maturitate conspicuus, præcla-
» rus meritis, & aliàs in spiritualibus &
» temporalibus circumspectus, aciem mentis
nostræ conuertimus, ac sperantes quòd
eandem Pictauensem Ecclesiam salubri,
dante Domino, regimine gubernabit, ip-
saque vtilis præsidio munita Pastoris, op-
tatis affluet incrementis. Ipsum tunc
Ministrum Ordinis Fratrum Minorum
in Franciâ, prædictæ Pictauensis Eccle-
siæ, de fratrum nostrorum consilio, &
Apostolicæ plenitudine potestatis in Epis-
copum præfecimus, & Pastorem, sibique
munus consecrationis nostris manibus du-
ximus impendendum. Rogamus itaque
serenitatem Regiam, & hortamur at-
tentè, quatenus te præfato Episcopo pro
diuinâ & Apostolicæ sedis reuerentiâ red-
dens affectu beneuolum, & opere gratio-
sum, eiusdem Ecclesiæ iura quantum in
te fuerit benigno fauore protegas & de-
fendas; ita quòd idem Episcopus in exe-
quendâ sollicitudine sibi traditâ possit
prosperari faciliùs, & nos celsitudinem
Regiam digniùs inde laudum præconiis
attollamus. Datum Romæ apud S. Pe-
trum, Pontificatus 4. anno 2.* Accepto
munere consecrationis visitatur iu-
ridicè à Simone Archiepiscopo Bi-
1284. turicensi Aquitaniæ Primate 1284.
quod constat ex actis archiui Bituri-
censis: eodem sedente Ruffiaci in suâ
diœcesi celebratur Synodus 1304.
Cùm ergo esset ingenio acer, & eru-
ditione præcellens Galterus, iurium
ac libertatum Ecclesiæ suæ vindex
acerrimus quoque extitit aduer-
sùs Henricum de Gebennis Me-
tropolitanum Burdegalensem, pro-
pter fracta limina cuiusdam Eccle-
siæ ab Archiepiscopo sacratæ intra
clausuram Pontificiæ domus Picta-
uij. Obseruare interim hîc visum est
graui obortâ controuersiâ cùm Cle-
mente 5. qui Archiepiscopus Bur-
degalensis aliàs fuerat, Galtero Pon-
tificante, eò processisse eius iracun-
diam, vt ab ipsomet Papâ Episcopatu
suo Pictauensi fuerit priuatus: cuius
rei meminêre Historici, ídque pro-
lixiùs ex variis auctoribus prosequi
iuuat. Vetus intercesserat dissidium

A inter Archiepiscopos Bituricensem,
& Burdegalensem de Primatu Aqui-
tanico, qui decreto Sedis Pontifi-
ciæ Bituricensi fuerat adiudicatus,
& Egidius Bituricensis cùm ægrè fer-
ret Bertrandum Burdegalensem se
se Primatem Aquitaniæ vocitari, de-
dit in mandatis Galtero Brugensi E-
piscopo Pictauiensi, vt nomine suo
Bertrando eiusmodi titulo interdice-
ret, quin imò contradicentem, &
renuentem anathemate percuteret.
Primatis sui iussis confestim paruit
Galterus, quamquam Archiepisco-
patus Burdegalensis Suffraganeus, à
B cuius iurisdictione & superioritate
exemptum se prædicabat. At Ber-
trandus Gothus Pontifex creatus
Clementis 5. nomine, clementiam
aduersùs contumacem, vt aiebat,
Suffraganeum minimè seruauit; nám-
que succensus Galtero, quòd man-
data Bituricensis exequutus fuisset,
eumdem Episcopali dignitate priua-
uit, & ad claustrum suum remisit:
Quam iniuriam cùm impatienter fer-
ret Galterus, & paulò mox letha-
li ægritudine infirmatus ad extrema
deuenisset, appellauit à præfatâ sen-
tentiâ Clementis Papæ, seu ad iudi-
C cium Dei, vel futurum Concilium,
ac membranam appellationis ani-
mam exhalando 1306. die 21. Ianua- 1306.
rij in vigiliâ S. Vincentij, in manum
suam inseri iussit, cúmque eâ tumu-
lari in æde Minorum Pictauensium.
Cùm ergo Clemens huc venisset, &
Galteri mandatum resciisset, sepul-
chrum coram se secretò iussit aperi-
ri ad visendam schedulam: sed cùm
Archidiaconus vrbis è dextrâ cartu-
lam frustra extrahere è manu Galte-
ri conaretur, rem miratus Pontifex,
virtute obedientiæ, vt è manu assu-
meretur, Galtero mortuo imperauit,
D postquam iureiurando priùs pollici-
tus est de restituendâ schedâ, quam
cùm apertâ manu legisset Pontifex,
eam restituit. Rem totam Sacerdos
Iuliodunensis, & S. Crucis Collegij
sodalis, testatus est publico chiro-
grapho, cuius tenorem placuit ex
originali verbis istis proferre: V NI-
V E R S I S *præsentes literas inspecturis
salutem. Noueritis quòd in præsentiâ ve-
nerabilis & discreti viri domini Ray-
mundi Archipresbyteri de Loduno, ego
Ioannes Amandi Presbyter Canonicus
secularis Ecclesiæ sanctæ Crucis de Lo-*

dano, diœcesis Pictauiensis, fateor, & in veritate recognosco me audiuisse à quodam Scutifero bonæ memoriæ Clementis Papæ v. quod ipse vidit, & præsens fuit quando is domnus Papa Clemens intempestiuæ noctis silentio, seu de nocte, fecit aperire tumulum fratris Galteri quondam Episcopi Pictauiensis, pro eo quòd audiuerat dici quòd is frater Galterus appellauerat ab eodem, & quòd habebat appellationem in manu, quam petierat ibi poni post mortem, tempore quo viuebat, & quòd vidit is Scutifer, & præsens fuit cùm de mandato dicti domni Papæ Clementis v. Archidiaconus descendit in dictum tumulum sic apertum, & inuenit appellationem in manu dicti fratris Galteri, sed eam non potuit eripere nec habere de manu tenentis eam, donec de mandato prædicti domni Papæ, is Archidiaconus prædicto fratri Galtero eam sibi reddere sub asseuerationis certitudine repromisit. Quo facto, manum laxauit dictus Galterus, & eam accepit Archidiaconus, & tradidit domno Papæ; & cùm vellet exire idem Archidiaconus tumulo antedicto, non potuit, asserens se detentum, nec potuit, donec appellationem sibi redderet, & in manu posuit, vt promisit. Quâ appellatione restitutâ, vt promiserat, de tumulo facilè & leuiter exiuit. Hæc in verbo Sacerdotis me assero à Scutifero audiuisse, asserente mihi per iuramentum suum præmissa omnia esse vera. Datum anno 1339. Post hæc Pontifex Galteri memoriam colens, sepulchrum ornari iussit in basilicâ Minorum, quod per bella ciuilia dirutum, eius loco à Franciscanis ante maius altare Ecclesiæ positus lapis, qui nunc spectatur cùm eâ epigraphe: *Heic iacet S. Gualterus.* Cæterùm cùm Franciscus Sosa Ordinis sui Seraphici Generalis, in Hispaniam tendens Pictauium diuertisset, & in Minorum monasterio degeret, audiens de Galtero, quæ iactabantur, cœnotaphium eius inconsulto vrbis Pontifice Godofredo Sanbelino reserari iussit, qui grauem apud Papam de spretâ Episcopali dignitate querimoniam mouit, quòd sepulchrum illius coram monasterij sodalibus reuelasset, in quo ossa reperta sunt in tunicâ ex aureo filo intextâ, cùm digitorum articulis chirotecis inclusis, & annulo Episcopali, quem Generalis istc sumpsit, & ad Papam se laturum pollicitus

A est, scripto eâ de re eoram ipso documento die 30. Maij anni 1604. quod ex schedis Thuano quondam communicatis ipse fusiùs enarrat tom. 5. Historiar. lib. 131. & Spondanus in Annalibus Ecclesiasticis ad an. 1308. id etiam memoriæ prodidit. De eo plura Antoninus Florentiæ Archiepiscopus Chronic. parte 3. Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, qui opera eius ennmerat, vti & Suueertius in Athenis Belgicis, cæterique alij Historici quos recensere omittimus. Præsulum sedis suæ Catalogum texuit, habetur B is in tabulario antiquo Episeopatus, qui inscribitur, Galteri codex.

74. ARNALDVS D'AVX nobilis Vasco, è pago Condomiensi oriundus, Cardinalis de Auxio vulgo nuncupatus, Ecclesiæq; Albanensis Episcopus, non Sabinensis, vti affirmauit Ciaconius: vrbem solemniter inuectus est solitâ inaugurationis pompâ anno 1307. à Baronibus feudatariis Episcopatus in solium Pontificale sublimatus, quod perspicitur ex schedâ matris Ecclesiæ Pictauensis: — Avx, — 1307.

« IN NOMINE Domini. Pateat vni- C uersis, quòd anno à Natiuitate eiusdem 1307. indictione 5. tertiâ die introitus mensis Maij, videlicet die Dominicâ post Ascensionem Domini, Pontificatus sanctissimi Patris in Christo, & domini, domini Clementis diuinâ prouidente clementiâ Papæ v. an. 2. Reuerendus in Christo Pater dominus Arnaldus Pictauensis Episcopus anno & die prædictis, horâ Primæ, vel circa, sedens super quandam cathedram ante maiores fores ipsius Ecclesiæ Pictauensis, asportatus per nobiles viros dominos Guidonem Comitem Marchiæ, Ioan- D nam Vicecomitissam Castri Ayraudi, Guillelmum Archiepiscopum dominum de Parteniaco, & Mauricium dominum de Bellauillâ, ab Ecclesiâ sanctæ Mariæ Maioris Pictauensis, ac multis aliis religiosis ac sæcularibus ibidem astantibus in modum qui sequitur, Ecclesiæ Pictauensi præstitit tantummodò iuramentum: *Ego Arnaldus Dei gratiâ Pictauensis, iura Ecclesiæ Pictauensis seruare, & malè alienata reuocare pro posse: Statuta priuilegia, libertates & consuetudines Ecclesiæ Pictauensis rationabiles & adpro-*

batas; quæ & quas seruare teneor iuro me obseruaturum, excludendo leues obseruantias à prædictis. Acta sunt hæc
» Pictauis sub anno, indictione & die,
» Pontificatu & horâ prædictis. Obedientiam Arnaldo Archiepiscopo Burdegalensi & successoribus profitetur, bullâ Clementis datâ apud Vinhandraldum 12. Cal. Decembris, Pontificatus 4. Inter Cardinales allectus fuit ab eodem Clemente Sabatho quatuor Temporum Aduen-
1312. tus Domini Aueniоne 1312. 24. Decembris ex libro Obligationum, referente Vghello. In Angliam cùm Arnaldo Nouelli Cardinali S. Priscæ eodem anno missus est Legatus, vt inter Eduardum Regem ac Nobiles Anglos pacem conciliaret, teste Thomâ Valsinghamo. Sub eius Pontificatu 1317. Malleacensis & Lucionensis Episcopatus noui instituuntur à Ioanne 22. Papâ, qui eos à Sede Pictauensi auulsit. Massonus vult eum interfuisse cuidam Synodo in suâ diœcesi conuocatæ an. 1326. fato functus est idem Arnaldus Pictauiensis E-
1327. piscopus & Albanus, Aueniоne 1327. sepultus in Ecclesiâ S. Petri de Romano, diœcesis Condomiensis, quam ornauit Collegio Canonicorum. Prostabat olim inscriptio sequens in fronte Odæi Ecclesiæ Cathedralis S. Petri Pictauensis, quam Episcopus Henricus-Ludouicus è familiâ Castaneorum, ære ac marmore renouauit istis carminibus:

ARNALDVS *meruit Pictauis Pontificari,*
Et tandem voluit Deus ipsum Cardinalari.
Qui rerum compos, prudens multùm perhibetur.
Fortius inde nepos Pictauis Præsul habetur.
Anno milleno ter C. terque noueno
Obuia venit ei mors, festo Bartholomæi.

D'AVX. 75. FORTIVS D'AVX Arnaldi Cardinalis nepos ex fratre Guillelmo Equite: hic nominatur in cartâ Burguliensi fortassis abdicato Episcopatu in eius fauorem per patruum: necnon in vetusto inuentario cartarum Castellaniæ de Caluiniaco ab Episcopatu pendentis, cuius syluæ portionem à Guidone de Goson
1356. emptione adquisiuit anno 1356. memoratur & in Galteri codice anno 1340 Ioannes quoque de Haricuriâ Castrieraldi Vicecomes sacramentum hominij prædicto Episcopo exhibuit, quemadmodum & Andreas de Caluiniaco è Vicecomitibus Brociæ: obiit Fortius 8. die Augusti 1357. 1357.
De quo inscriptio eiusmodi in basilicâ S. Petri legitur:

Ecce figuratus est FORTIVS *iste vocatus*
Præsul Pictauis, sanctæ fidei bona clauis,
Et fulgens stella, per quem fuit ista Capella,
Hic benè fundata, cùm redditibus situata.
Anno milleno, ter centum, ter duodeno,
Pingitur, efficitur præsens opus atque politur.

DE MONS. 76. AYMERICVS DE MONS diœcesis Pictauiensis, ex nobilibus toparchis de Montibus, Philippi & Vuillelmi Equitum germanus: Pictauium ingreditur die Dominicâ 4. Iunij 1363. elatus pro more solem- 1363.
ni pompâ per Guillelmum de Anglâ dominum Pleumartini, Maingotum de Metullo Regis Angliæ in Pictonibus Proregem, ac Raynaldum de Maloleone Caroli 5. Cambellanum, ex cartophulacio matris Ecclesiæ Pictauensis. Synodum conuocauit anno 1367. testamentum verò diebus sex ante excessum Caluiniaci in castro Episcopali condidit 1370. mense Martio, quo sepulturam eligit in templo Pictauensi ante altare B. Mariæ de Donis quod construxit & dotauit, ad caput fratris sui Philippi militis ibidem tumulati. Plura tribuit Ecclesiis & monasteriis suæ ciuitatis, ac nepotibus Ioanni de Montibus, & Guillelmo Pictauensi Canonico. Codicillorum autographum ex armario basilicæ S. Georgij de Rexiâ, probationibus Historiæ Genealogicæ Castaneorum intexuit Andreas Quercetanus doctissimus Franciæ Historicus: quiescit autem in Ecclesiâ Pictauensi sub hoc epitaphio: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater & dominus, dominus* AYMERICVS DE MONTIBVS *Episcopus Pictauensis, nobiliter natus, vtriúsque Iuris Doctor egregius, qui fuit dicti Episcopatus per octo annos & menses tres, vel quatuor ...... Episcopus, fundatórque*

fundatórque huius Capituli, & obijt 17. 1370. *die mensis Martij anno Domini 1370. Oremus Deum pro eo. Amen.*

Malesec. D'argent au lion de gueulle, au chef d'azur chargé de trois estoiles d'or.

77. Gvido de Malesec Cardinalis Prænestinus, è dominis Castrilucij in Marchiâ, Pontificis Maximi nepos: ex Lodouensi Pontificatu ad Pictauiensem tralatus 1371. vti legitur in actis Consistorialibus; adscribitur inter Purpuratos Princi- 1371. pes 1375. mense Decembri, Auenione, per Papam Gregorium XI. tit. S. Crucis in Hierusalem. Postmodum verò, eodem Gregorio decedente, Pseudopontificem Clementem huius nominis 7. ad Apostolicum thronum inter alios euexit, eiusdémque partibus quoad vixit, adhæsit; qui & ipsum in Angliam misit Legatum ad Richardum Regem, vt ad obedientiam suam eum pertraheret. Denique Episcopus Cardinalis Prænestinus eligitur anno 1383. Interim mortuo Clemente Antipapâ, Benedictum 13. promouit ad Sedem, cuius fautor extitit; sed posteà eo relicto, ad Pisanam Synodum venit, vbi ab aliis Cardinalibus admissus, Benedicto 13. & Gregorio 12. qui de Summo Pontificatu contendebant, suppressis, in Comitiis Ecclesiæ Alexandri 5. creationi interfuit anno 1409. ab eodem confirmatus Episcopus Prænestinus. Denique à Ioanne 12. Alexandri successore in Gallias Legationem obiuit, & Pari- 1411. siis tandem extinctus anno 1411. in æde Dominicanorum tumulum habet cùm subiectâ inscriptione: In *Aquitaniâ parte Galliæ nobilissima familia Maleficcorum, vetustate, ac singulari virtute præclara, à Malesicco nomen habet. Eâ in gente multa clarissima orta sunt Aquitaniæ quondam lumina, viri rerum gestarum magnitudine florentes, alij Equites Aurati, alij S. Pontifices, alij Præfecti. Ex eâ generis claritate prodijt* Gvido a Malesicco *dicti loci, & Castri Lucij dominus, in doctrinarum, virtutúmque genere propè absolutus, cuius acta permulta Annalibus conscripta, his breuibus non capiuntur angustiis. Is vir summâ prudentiâ, amplissimísque meritis creatus fuerat Lodouensis Pontifex, deinde* Pictaviensis, *postmodum & cooptatus T. Prænestini Cardinalis, in quâ dignitate cùm octauo & trigesimo anno floruisset, tandem Legatum agens apud Regem Gallorum nomine Pontificis Maximi auunculi sui, Lutetiæ honesto mortis genere quieuit octauo Idus Martij* 1411. *Cuius corpus hac cellâ, & hoc saxo sepultum est, magno cùm omnium luctu, ac desiderio, donec propinquorum sententiâ ad maiorum sepulchra transferatur.*

Diues opum Gvido, *formæ, bonitatis, & artis,*
Ditior hòcque magis diues honoris erat,
Plura darent superi, nisi fatum plura negaret
Quò maiora darent, euolat ad superos.

De Malesicco Cardinali Ciaconius, Vghellus, & alij sparsim, qui tamen de testamenti sui tabulis, quas Prænestinensis Episcopus confecit nihilominus silent: eas verò ex originali perspicere nobis licuit in tegesto veteri cartarum Senatus Parisiensis, curâ dom. d'Herouual: ex apographo autem quod erat prolixioris styli sequentia delibauimus capitula: nempe ordinat sepeliri in templi Auenionensis capellâ S. Spiritus ad pedem altaris, legato facto pro exequis, Canonicis & beneficiatis Ecclesiæ memoratæ, & duo millibus Missarum celebrandis vult fundari de domo sua Auenione duas Capellanias in æde Auenionensi; donat Benedicto 13. quatuor mille florenos, hoc tamen pacto, ne Camera Apostolica exigat annualia beneficiorum quæ ab ipso illi collata fuerant, scilicet Archidiaconatus de Lantario in Ecclesiâ Tolosanâ, Prioratus de Montealto, & S. Orientij Auxitan. ac Præpositurae de Lesinhano: varia item largitur Canonicis, Presbyteris, Conuentibus ac Ecclesiis Cathedralibus: speciatim B. Priuati Tutellensis in quâ baptisatus fuerat: & infra de legatione Anglicanâ in fine hæc recenset: *Prætereà cùm olim fœlicis recordationis dominus Clemens Papa VII. me miserit ad partes Angliæ, & alibi pro negotijs S. Matris Ecclesiæ, cuius occasione quamplures pecuniarum summæ mihi per Ecclesias infra metas terrarum, & prouinciarum ad quas pro tunc missus eram, consistentes, deberentur & adhuc debeantur, pecunias huiusmodi ipsis Ecclesiis lego & remitto penitùs.* Donat Beraudæ

& Agneti germanis suis, Helietæ & A
Florentiæ neptibus in monasterio
Pruliano religiosis, constituitque
hæredem suum Guillelmum de Maleficco filium natu secundum domini Reginaldi de Rophinaco militis:
executores nominat Nicolaum Albanensem, Ioannem Ostiæ Episcopos, aliósue Cardinales; Ioannem
Rotomagensem, Amelium Turonensem Archiepiscopos, Andream
Casæ Dei, & Guidonem Grassensem
Abbates; apud Auenionem in domo
huiúsce Cardinalis 1407. 12. Septembris: prædictum testamentum aliis
confirmauit codicillis, quorum deli- B
gitur curator Abbas S. Maxentij, Parisiis 8. Martij 1411.

MAVMONT. D'azur à trois falces d'or.

78. BERTRANDVS DE MAVMONT ex nobilibus de Malomonte, vir probus & doctus, ad Episcopatus fastigium ascendit die 17. Ia-
1375. nuarij anni 1375. ex regesto Vaticano: ingressus vrbem consueto more
elatus à Ioanne Duce Bituricensi,
Comite Pictauensi, domino Leziniaci, & à Nobilibus domino de Valle Guidonis in Britanniâ, Ioanne Archiepiscopo Barone Partheniaci, &
Petro de Romenolio milite vices C
agente Ludouici de Haricuriâ Vicecomitis Castri Airaudi, confecto
1377. diplomate anno 1377. die 24. Martij.
Obtinuit & Biterrensem Episcopatum: decessit die 12. Augusti anni
1385. humatus in capella S. Andreæ
in Cathedrali, vbi sub tumbâ leguntur hæc verba: *Hic iacet reuerendissimus in Christo Pater & dominus, dominus* BERTRANDVS DE MAVMONT *Episcopus Pictauensis qui obiit an.* 1385. *orate Deum pro eo.*

CRAMAVD. Comme cy-dessus.

79. SIMON DE CRAMAVD
nobilis Picto, è familiâ Equestri do- D
minorum de Cramaudo propè Rupemcauardi: ex Cancellario Ioannis Ducis Biturigum, Pictonum Comitis, patriæ Antistes renunciatus
primò, inde Administrator, efficitur
Patriarcha Alexandrinus, ac tit. S.
Laurentij in Lucinâ Cardinalis. Variis legationibus clarus pro Ecclesiâ
Gallicanâ & Rege: subscripsit pactis
matrimonij Ludouici Aurelianensis
Ducis cùm Valentinâ Mediolanensi
1386. anno 1386. ex actis Regij Thesauri.
Præses Synodi Parisiensis Episcoporum ac Optimatum regni à Carolo
6. deligitur 1395. mense Februario,
ad tractandum de viâ vnionis in Ecclesiâ. Is est Cramaudus, quem Ioannes Iuuenalis Vrsinus nominatissimus æui sui Scriptor, præcipuum
Consistorij Regis & nominatissimum
Clericum nuncupat. Fundauit in Cathedrali Pictauensi præbendam in
sustentationem Magistri & sex puerorum chori, atque anniuersarium
solemniter peragendum die vltimâ
cuiuslibet mensis, datâ ad id terrâ de
Nosileyo, proprio & simplici nomine acquisitâ in pago Lodunensi 2. Iulij 1421. præsentibus Guillelmo de
Feudello Decano, Itherio de Martrolio Cantore, Petro Episcopo Gabulensi Ordinis S. Augustini In gratiam fratris Petri Cramaudi Equitis
emit quoque à Catharinâ de Maillé
castrum Capellæ Belloini in eodem
agro Iuliodunensi. Transfertur ad
Remensem Ecclesiam, vt ibi diximus: sepultus tamen in Cathedrali
Pictauiensi anno 1429. vbi appositum hoc epitaphium. SIMON *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & sancti Laurentij in Lucinâ Presbyter Cardinalis, & Episcopus Pictauiensis iacet in hoc sepulchro, cuius imago de albastro est super tumulum marmoreum, posita est statua Cardinalis in proximo pilari prædicto sepulchro continguo erecta: qui dum fuit Romæ promotus ad Cardinalatum erat Archiepiscopus Remensis, & pro substentatione sui status, fuit etiam sibi datus Episcopatus Pictauiensis, cuius etiam ante per multos annos fuerat Episcopus, & fundauit in istâ Ecclesiâ vnam Præbendam cùm grosso quadraginta librarum pro nutrimento vnius magistri & 6. puerorum in Musicâ instruendorum, ad faciendum diuinum seruitium.* Reliqua
legi nequeunt.

ORLEANS.

80. LVDOVICVS D'ORLEANS
1. ex Supplicum Libellorum in Regiâ Caroli 6. Magistro, iam ab anno 1389. Eo ad Episcopales infulas
prouecto, præfecturæ dignitas à Rege collata fuit Magistro Hugoni
Blancheto in locum Ludouici præfati tum Pictauensis Episcopi, codicillis datis 13. Martij 1390. vt videre 1390.
est in Computo veteri Raimundi
Raguier Magistri Cameræ denariorum 1. Ianuarij eiusdem anni: & in
regesto Cameræ Rationum Parisiis

asseruatur diploma, quo *dominus Ludouicus de Aurelianis Episcopus Pictauiensis legitimatus per litteras Regis, datas Parisius 22. Nouemb. 1392. sic signatum per Regem in suo Consilio, in quo erant domini Duces Bitur. & Burgund. vos Episcopi Lingonensis, Nouiomensis &c.* Translatus inde ad Episcopatum Bellouacensem. Coniectura est filium fuisse naturalem Philippi à Franciâ Ducis Aurelianensis, Philippi 6. Valesij nati. Huius autem Episcopi nomen, de quo tabularia Ecclesiæ Pictauiensis, Bouchetus, & cæteri alij silent in Catalogis suis, debemus vti pleráque alia, indicio dom. d'Herouual supra memorati.

DE BAR. D'azur à deux bars d'or adossez, semé de croix d'or recroisetées, au pied fiché.

81. LVDOVICVS DE BAR II. Cardinalis & Dux Barrensis, Episcopus Portuensis ac S. Rufinæ, Roberti Barri Ducis, & Mariæ à Franciâ, Ioannis Regis Francorum filiæ quartus natu filius; Administrator perpetuus Pictauiensis Episcopatus dicitur in regesto Vaticano 1391. 6.
1391. Aprilis: inde Lingonensis Episcopus creatus, & à Benedicto 13. Pseudopontifice Cardinalis tit. S. Agathæ, tum etiam ab Alexandro 5. in Synodo Pisanâ vbi Legatione fungebatur Caroli 6. legitimus Cardinalis pronunciatus est tit. SS. Duodecim Apostolorum. Demum à Ioanne 22. declaratur Portuensis Episcopus anno 1412. Ab Episcopatu Lingonensi transiit ad Catalaunensem, & postremò ad Virdunensem, vbi decessit anno 1430. 23. Iunij; in eâ Cathedrali sepultus in sacello S. Elizabethæ. Familiæ porrò Barrensis stemma exarauit eruditissimus Andreas Quercetanus.

MARTREVIL. D'argent au cheuron de gueulle, accompagné de trois quarteaux de sinople, au chef vairé d'or & d'azur.

82. YTHERIVS DE MARTREVIL Franciæ Cancellarius & Ioannis Ducis Biturigum, anteà Magister Libellorum, Doctor vtriúsque Iuris, ac frater Oliuarij de Martrolio Episcopi Cabilonensis. Ex Præposito Audomarensi & Cantore Pictauiensi Podiensis Episcopus, hinc transfertur
1393. 1393. quo anno designatus fuit curator testamenti Guidonis Tremolliæ & Soliaci domini. Legationem obiuit nomine Caroli VI. vnâ cùm Atrebatensi & Siluanectensi Præsulibus ad Benedictum Pseudopapam pro vnione Ecclesiæ 1394. cuius acta reperies in Regali cartophilacio Parisiensi. Admittit quædam hominia anno sequenti, ratione Episcopatus & dominij de Celles Leuescaut. Synodum habuit an. 1396. & biennio post deligitur vnà cùm Simone Cramaudo Patriarchâ Alexandriæ, executor codicillorum Petri de Giaco Galliæ Nomophylacis. Mortuus est anno 1405. 1394.

MONTAGV.

83. GERARDVS DE MONTAGV ex dominis de Monteacuto & Marcouciaci, Cancellarius Ioannis Ducis Biturigum, frater & Ioannis Archiepiscopi Senonensis, ad Ecclesiam Pictauensem vocatur 1405. quo anno in executione litterarum pro fundatione S. Capellæ Bituricensis nominatur, & ab Enguerrano Monstreleto vol. 2. c. 59. vbi S. Maxentij Abbas ei scribit de Concilio Pisano 1407. reperitur item apud Tilium interfuisse solemni promulgationi in Senatu latæ, cùm Rex Carolus 6. procurationem Regni detulit Principibus, Equitum Tribuno, & Cancellario: traductus inde ad Episcopatum Parisiensem anno 1409. migrauit è viuis 1420. die 25. Septemb. tumulatus in templo Cælestinorum Marcouciaci. 1405.

TROVSSEAV. De gueulle à vne bande de vair.

84. PETRVS TROVSSEAV III. Bituricus ciuis & Canonicus, S. Audomari Præpositus, Archidiaconus Parisiensis, & Libellorum Supplicum Magister, huic Cathedræ præficitur circiter 1409. Anno sequenti cùm Blancâ de Haricuriâ Abbatissâ Fontebraldensi transactionem init 4. Ianuarij de iurisdictione. Ex hac autem Ecclesiâ ad Remensem assumitur: defunctus mense Decembri an. 1413. sepulturâ elatus in æde maiori Bituricensi, in Capellâ ab eo conditâ & dotatâ, vbi conspicitur epitaphium quod supra in Bituricensibus legere est. 1409.

COMBAREL.

85. HVGO DE COMBAREL II. nobilis Lemouix, Ioanne de Combarel Equite, domino de Noailles parente natus, ex cuius gente Franciscus Abbas Virzionensis & Exolduni; malè à Boucheto in Annalibus Aquitanicis vocatur Guillelmus, constat enim Hugonem dici in actis

familiæ d'Isore. Legatus fuit pro pa-A cifcendis induciis Francorum cùm Anglis in vrbe Cenomanensi, eíque fidem clientelarem & obsequium pollicentur Ioannes Rupiscauardi
1433. dominus de Viuonâ 1433. & Ioannes de Lezay toparcha des Maretz anno 1434. Electum autem ex Biterrensi Præsule Pictauiensem, huiúsce Cathedralis memorant tabulæ: hæredes habuit Petrum & Franciscum de Combarel milites, ex actis Curiæ Parisiensis.

Govge. D'azur à la fasce d'or accompagnée de 3. croissants d'argent 2 en chef & 1. en pointe.

86. Gvillelmvs Govge v. dictus de Charpagnes, Cancellarius Ioannis Ducis Biturigum, B Martini Claromontensis nepos ex Supplicum Libellorum Præfecto & Comite Consistoriano eligitur 1441. confirmatus eodem anno ab Henrico d'Auaugour Archiepiscopo Bitu-
1441. ricensi & Primate, ad quem appellauerat à Petro Archiepiscopo Burdegalensi; campanam maiorem suis impensis fecit, ac dynastiam de Harcourt, aliáue feoda Episcopatui acquisiuit à Carolo Andegauensi Cenomanorum Comite, acceptis compensationis loco dominiis de Turcio, & S. Christophori de Faiâ.

Des Vrsins. Bandé d'argent & de gueulle de six pieces, au chef d'argent chargé d'vne rose de gueulle soustenuë d'or.

87. Iacobvs Ivvenal des Vrsins Patriarcha Antiochenus, ex Baronibus de Trainel in Campaniâ, Ioannis & Michaëlidis de Vitry filius. Ex Archidiacono Parisiensi, relicto Archiepiscopatu Remensi fratri suo Ioanni, creatur huius Ecclesiæ Administrator 1449 5. Nouembris quod indicant Acta Consistorialia: admittit verò hominium Ioan-
1449. nis Rupiscauardi domini Mortuimaris & de Viuonâ 17. Septemb. 1456. ex archiuis huius domus: decessit 12. Martij anni prædicti. Sepultus Au-D gustoriti Pictonum in Cathedrali iuxta maius altare. De eo hæc verba in tabulis Cartusianorum Parisiensium apud quos consecrauit Capellam S. Virginis & S. Blasij. *Pridie Idus Octobris Reuerendissimus in Christo Pater & dominus D.* Iacobvs *miseratione diuinâ Patriarcha Antiochenus, Episcopus Pictauensis, dedit in puram eleemosynam nobis pro fundatione vnius anniuersarij perpetui in vita, & in morte, summam c. scutorum nouorum auri, de cugno domini nostri Regis, & multa alia bona fecit nobis, & fieri procurauit.* Habet anniuersarium 13. Octobris in Ecclesiâ Bituricensi; fuit etiam Prior S. Martini de Campis Parisiensis, cuius, vt in eo Prioratu, sic in hoc Episcopatu ex nonnullorum sententiâ perperam successor datur Ioannes de Montalambert nobilis Picto, posteà Montalbanensis Episcopus.

Gverinet.

88. Leo Gverinet Pictauiensis, Ioannis & Perettæ Grasseteau filius: sororem habuit Perettam vxorem Ioannis Pagani domini de la Fougereuse, vnde malè à quibusdam noster hic Præsul appellatur Leo Pagani. Is ex Canonico & Decano Pictauiensi, necnon Consiliario Parlamenti Parisiensis à Capitulo patriæ declaratur Antistes 1457. quo anno die 27. Nouembris 1457. festiuâ pompâ vrbem inuectus est: at Ioannes Bellaius à Carolo 7. Rege huius Ecclesiæ designatus Præsul, Cathedræ regimen assumpsit, sub pensitatione tamen fructuum Episcopalium quotannis Leoni debitâ, cùm interim iste apud castrum de Rupeposéâ in Pictonibus se recepis-C set, vbi domicilium fixit, inde ad Episcopatum Foroiuliensem in Prouinciâ traductus circa an. 1461. Legendus Querceranus lib. 4. Hist. Castaneorum cap. 9.

Dv Bellay. Comme cy-deuant.

89. Ioannes dv Bellay v i. monachus & Abbas S. Florentij Salmuriensis, vetustâ æque ac nobili Bellayorum stirpe in Andibus, Hugone huius nominis ix. Bellaij toparchâ, & Elizabethâ de Montigny parentibus satus: qui cùm sub magisterio Ioannis Bellaij senioris in Salmuriensi monasterio regulam Benedictinam professus fuisset, ei successit in Abbatiæ regimine 1434. dein effectus Episcopus Foroiuliensis 1455. desinente anno 1461. Episcopatum Pictauensem consequitur; 1461. vrbem ingressus mense Iulio 1462. eam autem Ecclesiam administrauit vsque ad an. 1479. quo demum decessit 3. Septembris; in Abbatiâ S. Florentij sepultus iuxta altare Dominicum à latere Epistolæ. Gentilis fuit clarissimi Cardinalis Ioannis Bellaij, de quo cònsule Parisienses Episcopos, & indicem Abbatum Salmuriensium,

Clvgny. [..]ar à deux clefs [..]ar, les anneaux [..]ntez pômelez aux [..]les adossez, mises en pal.

90. Gvillelmvs de Clvgny vi. nobilis Burgundus Eduensis, è familia de Clugniaco, Henrico dynastâ de Conforgien & Perrenetâ de Chalongè dominâ de Raigni matre oriundus, & frater Ferrici Cardinalis. Ex Libellorum Magistro Caroli Ducis Burgundiæ, Canonicus, Officialis & Archidiaconus Aualonensis in Ecclesiâ Eduensi, Sedis Apostolicæ Protonotarius euasit: item Præpositus Bethunæ & S. Leonardi Leodiensis. Defuncto Duce prædicto per Ludouicum xi. ingeniorum solertissimum indagatorem allectus in Franciam, opimis donatur sacerdotiis; factus enim Canonicus S. Martini & S. Gatiani Turonensis, Abbásque S. Petri de Burgulio in Andibus, Regis patrocinio Pictauensem Episcopatum obtinuit, eóque
1479. nomine 1479. die 3. Ianuarij missus est cùm Iacobo de Bellomonte domino de Bercorio, Regis Cambellano, ac Pictauensium, Andium, Santonúmque Prorege, vti paciscerentur cùm Ioanne de Brocia Penteuriæ Comite, & Nicoleâ Britannicâ vxore, de iure cedendo, ipsis competente in Ducatu Aremoricæ, contra Franciscum 2. Ducem. Insequenti anno cùm Petro de Auriolâ Franciæ Cancellario, & Ioanne Episcopo Massiliensi, Legaro Renati Siciliæ Regis, Ludouici xi. nomine irem rractarum ineunt de hominio exhibendo per Renatum, pro Ducatu Barrensi, cuius acta habentur in archiuis Thesauri Regij. Porrò cùm esset adhuc sub dominio Burgundiæ anno 1465. flagrante bello aduersùs Ludouicum xi. à fœderatis Principibus regiæ stirpis in Angliam ad Eduardum 4. Regem destinatur, túmque Guillelmus Margaretæ Eduardi sororis marrimonium confecir cùm Carolo Comire Carolesij. Eidem, Ludouico regnante, parui Sigilli custodia demandata fuit. Philippus autem Cominius lib. 5. c. 17. Commenrariorum, memorat ipsum ex Teroanensi Præsule Pictauensem
1480. crearum: obiit in Turonibus, vt ferunt, circa an. 1480.

Amboise. Comme [..]-dessus.

91. Petrvs d'Amboise iv. monachus & Abbas S. Iouini de Marnis, filius Perri domini de Chaumont super Ligerim, & Annæ de Bueil, Georgij Cardinalis frater, electus Pictauiensis 1481. die 21. Nouemb. ex reg. Vaticano: is litem mouit anno 1481.
1502. Decano & Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ de Champigny super Veudam in Turonibus, quam Pontifex Alexander 6. instituerat rogante Ludouico Borbonio regij sanguinis Principe, domino Rupis ad Oyonam, quòd eidem Decano, vti Episcopalibus insigniis liceret, quemadmodum liquet ex actis Senatus Parisiensis. Vitam finiuit Blesis anno 1505. die 1. Septemb. iacet in Capellâ castri Episcopalis de Dissay, quod construxerat, vbi eius epitaphium visitur. 1505.

Exiguo claustro vitæ dilector honestæ,
Huius sarcophagi puluere Petre *iaces.*
Cui generosa dedit ortus Ambasia claros
Stirps, pater Abbatem téque Iouinus ait.
Vrbis Pictauicæ moderamina Præsul agebas,
Dormis cùm patribus puluis & ossa Petre.
Annis millenis quingentis quinque locatur,
Primâ Septembris mors tibi vita fuit.

La Tremoille. Ecartelé au 1. & 4. de la Tremoille: au 2. & 3. d'Amboise. Sur le tout de Thouars.

92. Ioannes de la Tremoille, vii. Cardinalis Ausciensis tituli S. Martini in Montibus, Episcopatus Pictauiensis Administrator perpetuus subrogatur anno 1505. post excessum Petri consobrini; parentes quippe habuit Ludouicum i. Thoarcij Vicecomitem, & Margaretam de Ambasiâ, ex genere dynastarum Ambasiæ, Vicecomitum Thoarcensium. Mediolani fatis concessit 15[.]7. corpus defertur in basilicâ Collegiatâ S. Mariæ castri de Thoarcio, vbi spectatur eius tumulus & epitaphium. De eodem Cardinali plura in Archiepiscopis Auxitanis. 1507.

Husson. D'azur à six annelets d'or 3. 2. 1.

93. Clavdivs de Hvsson, i. ex Comitibus Tornodori, filius Caroli Comitis Tornodorensis, domini de Hussonio & S. Aniani, ex Antonietâ Tremolliâ successit auunculo, huc translatus ex Administratione perpetuâ Episcopatus Sagiẽsis. Tempore postulationis suæ ad hanc Sedem, quorumdam Canonicorum suffragiis nominatus fuit Floren-

TIVS D'ALLEMAGNE, Abbas Commendatarius S. Sauini, Pictauensis diœcesis, Præpositus & Canonicus eiusdem Ecclesiæ, vir probus, vt notat Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ parte 4. qui eius epitaphium conscripsit; defunctus est prosequendo litem suam eoram Magni Consilij Senatoribus anno 1510. 17. Septembris ætatis 61. eodem verò è vitâ migrante Claudins pacifi-
1521. cam possessionem Episcopatus sui nanciscitur: denatus ipse an. 1521.

HVSSON. 94. LVDOVICVS DE HVSSON III. Comes Tornodorensis, patrui in Episcopatu successor designatus 1521. vix annos octodecim natus patre Ludouico Tornodorij Comite, & Franciscâ de Rohano matre, Francisci Archiepiscopi & Primatis Lugdunensis nepte. Qui cùm bullis ritè expeditis hunc Episcopatum obtinuisset vsque ad annum ætatis circiter 30. ei renunciauit in fauorem Gabrielis Cardinalis de Acromonte, priusquam munus vnctionis suscepisset. Interfuerat autem anno
1522. 1522. solemni pompæ ingressus Ioannis Aurelianensis Tolosani Præsulis. Subdiaconus ergo dispensatur, vt matrimonium contraheret ad dignitatem domus tuendam, Claudio eius fratre natu maiore Ticinensi prælio interempto 1525. Dedit quippe in mandatis Rex Franciscus 1. Autissiodorensi Episcopo Oratori suo, vt hanc dispensationem impetraret à Pontifice, codicillis 21. Iunij 1532. Paulò mox verò in castris regiis Auenione interiit 1537. cuius meminit cùm laude Bouchetus in Annal. Aquitaniæ.

GRAMONT. D'or au lion de gueulle. 95. GABRIEL DE GRAMONT Cardinalis S. Ceciliæ, frater Caroli Archiepiscopi Burdigalæ: ex Episcopo Consoranensi, Tarbiensis, dein Burdegalensis Archiepiscopus, Pictauensis autem Ecclesiæ iniit posses-
1532. sionem 26. Martij 1532. fuit demùm translatus ad Archiepiscopatum Tolosanum, vbi plura vide.

LONGVY. D'azur à la bande d'or. 96. CLAVDIVS DE LONGVY II. Cardinalis de Giury, Philippi domini de Giuriaco & Ioannæ Baufremontiæ filius: ex Administratore Petrocorensi, Episcopus Pictauiensis à Francisco 1. designatus, ingreditur vrbem solemniter 1541. posteà Lingonensis Præsul. 1541.

AMONCOVRT. De gueulles à vn saultoir d'or. 97. IOANNES D'AMONCOVRT VIII. nobilis Burgundus, filius toparchæ Montiniaci super Albam: ex Maiore Archidiacono Lingonensi, & Priore sanctorum Geminorum, necnon Vicario generali Claudij Episcopi Lingonensis affinis sui, Pictauensis Antistes nominatur ab Henrico 2. vrbem ingressus 25. Augusti an. 1555. nondum Præsul à Rege 1555.
commendatur Papæ, vt ei conferatur Abbatia Longiuadi 22. Decemb. 1532. vocante eum Doctorem Legum. Eodem Pontifice fatis concessit an. 1558. Iulioduni in patriâ Salmonius Macrinus, in Lyricis secundùm Horatium princeps ac poëta celebris, Francisco 1. gratiosus, cuius elogium scripsit Scæuola Sanmarthanus.

ESCARS. De gueulle à vn pal de vair. 98. CAROLVS D'ESCARS DE PERVSE, frater primogenitus Annæ Cardinalis Episcopi Lexouiensis, parentem habuit Iacobum de Perusio dominum d'Escars, & Annam à Iordano de Insulâ: nominatur anno 1564. posteà Episcopus & Dux Lingonensis. 1564.

DE FAY. De gueulle à vne bande d'argent chargée d'vne fouïne d'azur. 99. IOANNES DE FAY, IX. Antonij de Fay Vceticensis Episcopi patruus, ex nobili gente de Fayo in Vinariensi prouinciâ, Antonio domino de Peraut & Franciscâ de Suze prognatus, hanc administrauit Ecclesiam 1568. & anno 1578. è vitâ 1578.
discessit.

ESCARS. 100. CAROLVS D'ESCARS post obitum Ioannis iterum eandem Sedem obtinuit, ac paulòpost resignauit Godefrido.

S. BELIN. D'azur à trois testes de belier d'argent aux cornes d'or. 101. GODEFRIDVS DE SAINT BELIN Abbas sancti Sauini, patriâ Campanus, nobilibus parentibus natus, Ioanne scilicet de S. Belin domino de Tiuet, & Carlotâ de la Riuiere Chanleni, germanus verò Gabrielis Abbatis Morimundi. Interfuit Concilio prouinciali Burdegalensi 1582. & prout statutum fuerat 1582.
an. 1607. indixit omnibus suæ diœcesis Ecclesiasticis viris, vt diuinum

Officium celebrarent secundùm v- sum Romanum. Obtinet cùm Ca- pitulo à monachis S. Dionysij pro- pe Parisios partem sincipitis S. Hi- larij. Eodem Pontifice anno 1594. Pictauienses qui ab Henrico legiti- mo Rege defecerant ad fœderatos, summissionem decernunt sagacitate & prudentiâ Scæuolæ Sanmarthani, vt notat Præses Thuanus Hist. lib. 109. *Eodem mense*, inquit, *Pictauienses cùm Rege reconciliati sunt amplissimis condicionibus, quæ & ciuitatem & pri- uatos respiciebant, interuentu præcipuè Scæuolæ Sammarthani Franciæ Quæ- storis, viri optimi, & præter insignem eruditionem, & in pangendis versibus felicitatem rerum agendarum expertissi- mi; qui quàm ab Henoticorum partibus alienus, tam eis addictum initio Ludo- uicum fratrem habuerat, Regis benefi- cio tunc ob egregiam in eâ receptâ naua- tam operam Prætorem vrbis creatum. Ii à Pictauiensibus delegati Laodunum, quod Rex obsidione cingebat, venerunt, vt conciuium nomine fidei sacramentum præstarent, magnâ Regis gratulatione excepti, qui tam longè tunc à se distitam vrbem primariam ad obsequium redysse admodum lætabatur*: Egregia certè laus Thuani vndiquaque doctissimi de Scæuolâ nostro, apud quem etiam lib. 93. *elegantiâ ingenij, eruditione, ac integritate quouis alio munere dignissi- mus commendatur*; vti & ab Henrico- Cather. d'Auilâ bellorum ciuilium Franciæ præstantissimo Historico. Sammarthanus autem senex anno- rum 87. 1623. die 29. Martij, Iulio- duni in patriâ decessit, relictis Abe- lio sacri Consistorij Consiliario, Scæ- uolâ ac Ludouico gemellis, Regiæ Domus Historiographis, aliisve libe-
1611. ris. Godefridus verò ipse vitâ fun- ctus est an. 1611. die 21. Nouem- bris post sedem annorum 35.

CHASTEIGNIER. D'or à vn lion de sinople passant.

102. HENRICVS-LVDOVICVS CHASTEIGNER DE LA ROCHEPO- ZAY, Abbas S. Petri de Culturâ Ce- nomanensi, B. Cypriani Pictauensis, S. Sigiranni in Brenâ, & Nantolij in Valle; patriâ Italus ac Tybure pro- pè Romam natus, sed Gallus origi- ne, vetustâ nobilitate Castaneorum in Pictonibus, patre Ludouico dy- nastâ Abennij & Rochæpozaij, Ba- rone de Pruliaco & de Malual, Tor- quato S. Spiritus Equite, & in vtrâ-

A que Marchiâ Lemouicinâ Prorege, matre Claudiâ Puteanâ ex Baroni- bus Bellæfayæ editus in lucem 6. die Septembris an. 1577. dum parens eius vir illustris, ac suæ gentis decus singulare, pro Christianissimo Rege Henrico 3. legationem obiret apud Gregorium XIII. Pont. & Gallici Imperij dignitatem aduersùs Iberos in aulâ Romanâ laudatissimè susti- neret. Atque hic Henricus-Ludo- uicus noster Aloysium Cardinalem Estensem, & Eleonoram sororem susceptores habuit è lustralibus vn- dis baptismi; quibus propenso erga
B potentissimum Regem prædictum a- nimi documento, placuit Henrici nomen ante Ludouicum imponere. Adolescens humaniores & optimas litteras edoctus à summo præcepto- re Iosepho Scaligero, sui sæculi sine controuersiâ doctissimo, non modò eas excoluit, sed & Philosophiam, ac sacræ Theologiæ haud medio- crem cognitionem adiecit. Ille au- tem cum esset inter germanos felici partu septimus natu, Ecclesiæ no- men dedit; ac primùm quidem Ro- mæ 1596. tonsurâ Clericali, & qua- tuor minoribus Ordinibus à Claudio
C Sosomeno Episcopo Polensi in Istriâ, dein Lutetiæ ab Henrico Gondio Antistite, posteà Cardinali Rade- sio caractere Sacerdotali initiatur. Italiâ reuersus, non vulgarem de se opinionem excitarat, cùm à magna- nimo Rege Henrico IV. destinatur successor Godefridi, Coadiutoris ti- tulo; eódemque sublato è viuis, Lu- douici 13. regiâ schedulâ nominatus est anno 1611. ac demum munus con- secrationis excepit apud Fulienses Parisiis die 13. Maij 1612. ministerio 1612.
Ioannis Bonsij Cardinalis, Biterren- sis Episcopi, adsistentibus Gabriele
D de Albaspinâ Aurelianensi, & Ar- mando Ioanne Plessio Episcopo Lu- cionensi, posteà Cardinali Richelio: vrbem suam festiuâ inaugurationis pompâ ingressus mense Iunio se- quenti. Posthæc verò adfuit con- uentui Notabilium Rotomagensi 1617. Synodo prouinciali Burdega- lensi præside Francisco Cardinali Surdisio Metropolitâ, denique Co- mitiis Cleri Gallicani 1628. Eo inte- 1628.
rim sedente, cùm Antonieta Aure- lianensis præmaturâ morte fatis con- cedens an. 1618. Fulientinas apud

Auguſtorum inſtituere meditare. A tur, re infectâ, earum loco moniales de Caluario ſtabilitæ ſunt: item
1633. Virgines Viſitationis 1633. fundatrice Gabriele de Caſtaneâ Epiſcopi ſorore: Vrſulanæ, filiæ Noſtræ Dominæ, S. Catharinæ Senenſis, Franciſcanæ, Carmelinæ, & Patres Charitatis. Præterea Henrici curâ & operâ, multi Sectariorum quibus Pictonum regio ſcatebat, catholicam fidem profeſſi ſunt. Multa conſcripſit ingenij ſui monumenta, Diſtinctionum ſcilicet Theologicarum & Philoſophicarum ſynopſim. Exercitationes in varios Bibliorum libros. B Diſſertationes Ethicopoliticas. Nomenclatorem illuſtrium Cardinalium qui ab anno Chriſti milleſimo quidpiam commentati ſunt; ac libellum de Litaniis Pictonicis, ſeu Sanctorum, qui vel ortu, vel incolatu Pictonum oram nobilitarunt. Cùm autem ſtudio quietioris vitæ, in Diſſæo Epiſcopalis menſæ amœno caſtro demoraretur iam factus ſenex, apoplexiâ interiit die 30. Iu-
1651. lij anni 1651. Eius cineres non obtinuit Cathedralis B. Petri, vbi olim C ſepulchro apud ſacellum B. Andreæ iuſſerat apponi hoc epitaphium: *Henricus-Ludouicus Caſtaneus de la Rochepozay, Epiſcopus Pictauenſis, ad impetrandam Dei miſericordiam, quotidie Miſſam in hoc B. Andreæ ſacello perenni religione celebrandam inſtituit, ſibique viuens hoc monumentum præſtruxit, anno Chriſti 1635. ætatis ſuæ* LVIII. Cæterùm ſepulturam accepit in Eccleſiâ caſtri gentilitij de Rochapozaij.

BARBERIN. D'azur à 3 Abeilles d'or. 2. 1. qui eſt Barberin au chef de gueulle chargé d'vne croix pleine d'argent, qui eſt Malthe.

103. ANTONIVS BARBERIN ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Camerarius, Archypreſbyter D B. Mariæ Maioris, Magnus Franciæ Eleemoſynarius, Abbas Triumfontium propè Romam, & Vticenſis Monaſterij, aliàs S. Ebrulfi in Normanniâ. Romanus, ſed nobili proſapiâ Florentinâ oriundus, quam Vghellus ait, vetuſtam per plura ſæcu- » lâ in eâ Republicâ ſapientum, for- » tiúmque virorum vbique, & ſemper » fœtam enituiſſe. Hic filius fuit ſecundogenitus Caroli Barberini, Ducis de Monterotundo, Conſtantiæque Magalottæ; germanos habuit Franciſcum Cardinalem Barberinum tit. ſancti Laurentij in Damaſo, Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium ac Bibliothecarium, Epiſcopum Portuenſem, Sacrique Collegij nunc Subdecanum; & Thadæum Principem Præneſtinum, Vrbis Præfectum, ac Romanæ Eccleſiæ Gubernatorem Generalem. A patruo autem Vrbano 8. Hieroſolymitanæ militiæ deſtinatus, Prior & Maior Crucifer Melitenſis creatur, ſed Purpuræ ſtimulo incenſus, in quâ promerendâ non auguſtiorem honoris gradum collocabat, adeò Pontificis gratiam ſibi conciliauit, vt eum meritò ad illud faſtigium Cardinalatus euexerit anno 1627. Idem aliis Eccleſiæ ſummis muneribus inſignitus, nempe Camerarij Apoſtolici dignitate, Gratiæ ac Breuium Præfecturâ, & Legatione Auenionenſi; dein Generalis Romanæ Eccleſiæ Præfectus renunciatus, in Romaniâ, Boloniâ, & Ferrariâ, Eccleſiaſticas ditiones ſtudijs militaribus ac bellicis conſiliis, non ſine prudentiæ ac vigilantiæ laude propugnauit, & à populis magnam gratiam conſequutus eſt. Patruo Pontifice præcipuam negotiorum molem in aulâ Romanâ ſuſtinuit, & per plures annos celebri miniſterio Rerum Gallicarum Patroni potitus eſt. Demum Ludouicus XIV. eum in Galliis degentem vltrò renunciauit Epiſcopum Pictauienſem, demortuo Henrico-Ludouico Caſtaneo, regiâ ſchedâ anni 1652. 1652. die 16. Aug. ac paulòmox ſupremâ Magni Franciæ Eleemoſynarij dignitate cohoneſtatus per obitum Cardinalis Lugdunenſis, de eâ ſacramentum fidei pollicetur Lutetiæ 28. April. 1653. Interfuit Romæ Eccleſiaſticis Comitiis quibus creati Pontifices Innocentius X 1644. & Alexander VII. anno 1655.

A Isemberti Episcopi, ex tabulario.

DECANI PICTAVIENSES.

HVius Ecclesiæ Decanos, quos expiscari potuimus è variis tabulariis & scripturis, nostro labore ita digessimus.

» *Maynardus* totius ciuitatis Doctor » veridicus, ac mente deuotus ex cartâ S. Saluatoris Rotonensis monasterij in Armoricâ, quæ commemorat translationem corporis S. Maxentij de Britanniâ ad Pictauiensem vrbem anno 924. in tabulario Rotonensi.

924.

937. *Galtarius* anno 937. ex Chronico Malleacensi: præsens in Synodo Alboini Pontificis mense Maio, regnante Ludouico, vbi acta est proclamatio Aymonis Abbatis S. Cypriani de villâ Cusiaco. In alio diplomate eiusdem Alboini, continente donationem Froterij S. Cypriano, mense Aprili regnante Ludouico, & Hugone Comite Pictauorum subscriptus reperitur *Valtarius*, quem fortassis interpretari licet eumdem esse cùm Galtario memorato.

Bernonus tempore Gisleberti I. Episcopi ex tabulario S. Cypriani, de donatione Vuillelmi Aquitanorum Ducis factâ Ecclesiæ de Vouneuil.

Raginaldus subsignat donum Vuillelmi Ducis Abbatiæ S Hilarij Maioris de terrâ Ressiæ in pago Alni-
975. siensi post an Christi 975. de quo alia carta S. Hilarij anno 990.

Bernardus ex pancartâ nigrâ S. Martini Turonensis tempore Isemberti I. Episcopi Pictauiensis, subscriptus extat in notitiâ cum Canonicis B. Martini de compluribus altaribus, cuius documentum apud Beslium legere est in Historiâ Pontificum.

Arnaldus notatur in documento conuentionis Adalgisi Abbatis S. Cypriani cùm Theotbaldo, assensu

Albuinus, suo charactere & sigillo probauit cartam Goscelini B. Hilarij Thesaurarij, pro monasterio S. Porcharij, cùm Isemberto Præsule 1068. ex cartulario Burguliensi. 1068.

Buno reperitur item in cartis Burguliensibus.

Vmbertus subscribit diplomati Isemberti 2. Præsulis Pictauensis pro Ecclesiis de Argentone castro apud Mirabellum: eius pariter notitia ernitur ex cartâ anni 1076. de dissidio 1076.
Ebrardi Abbatis Talemundensis cùm Oderico Vindocinensi; & ex aliis annorum 1083. & 1086.

Aimericus tempore Isemberti & Petri Pontificum; signat instrumentum eiusdem Antistitis, quo Ecclesiam D. Laurentij in Thoarcensi Archidiaconatu è manibus laicorum eripuit: item donationem Aldeardis dominæ Thoarcensis de Aureaualle
1095. & aliud priuilegium Abbatiæ 1095.
S. Amantij Engolismensis 1098. ac Petri Pictauensis Episcopi, vt est in tabulario D. Cypriani: testis anno 1106. in diplomate cartularij Fontebraldensis.

Petrus I. anno 1109. ex vetusto originali Fontebraldensis monasterij. 1109.

Aymericus subscripsit dono Vuillelmi Episcopi de Samarcheriâ Pictauis 1119. pridie Idus Iulij, ex cartulario S. Florentij Veteris.

Gosbertus vixit circiter 1123. ex tabulariis monasterij Absiæ in Pictonibus; in quibus extat carta Gisleberti de Losduno donantis eleemosynam, teste eodem Decano. 1123.

Laurentius, sedente Gisleberto Porretano, cui totius Capituli Pictauensis & Canonicorum nomine scripsit planctum, seu elogium funebre obitus sui anno 1154. posteà Episcopus Pictauiensis. 1154.

Gaufridus anno 1186. ex pancartâ nigrâ S. Martini Turon. & regesto Andegauiæ.

Guillelmus I. anno 1200.

1217. *Philippus* anno 1217. ex titulo pacificationis controuersiæ cùm Michaële Abbate Salmuriensi, ac Guillelmi Præpositi cùm Amelino Abbate Vindocinensi, pro Prioratu Olonæ in Ecclesiâ S. Crucis Losdunensis. A

1226. *Andreas* nominatur 1226. in cartâ S. Amantij Engolismensis pro Ecclesiâ Castanolij.

Radulphus de Mirebeau Decanus Pictauensis & Canonicus Turonensis; delegatur à Sede Apostolicâ iudex Abbatissæ & Conuentus Fontis-ebraudi, cùm Gaufredo domino B d'Ancenis pro exemptione telonei 1254. Nominatur in quodam contractu Hugonis Episcopi Pictauensis cùm Vuillelmo de Riuallo milite 1261. ex tabulario Pictauensi: electus Pontifex post Hugonem, abdicauit in manibus Nicolai Papæ, vt constat ex diplomate prouisionis Galteri de Brugis.

1261.

Ioannes de Pontisarâ 1. eius mentio fit 1310. in regesto Cameræ Computorum Parisiensium.

Ioannes de Cherchemont 2. nobilis C Pictauiensis, ex cuius gente Ioannes toparcha de Venours Franciæ Cancellarius, floruit Decanus 1317. ex archiuio regio, Canonicus item S. Quintini: legatus Romæ 1318. moritur circa an. 1329.

1317.

Petrus-Raimundi d'Aux frater Fortij Pictauiensis Episcopi, & Guillelmi Succentoris circiter annum salutis 1336. de quo hi versus leguntur in Cathedrali:

1336.

Petrus Raimundi fugiens à limite mundi
Mente suâ sanus, Pictauis quippe Decanus, D
Hic in honore piè fecit hoc altare Mariæ,
Sit tibi recta via Paradisi Virgo Maria,
Anno milleno, ter centum, ter duodeno,
Mauricij festo sancti Lector memor esto,
Sic illustratum fuit hoc altare sacratum.

Aimericus, cuius mentio in transactione Fortij Episcopi cùm Capitulo 1350.

*1350.

Anianus Viole ex stirpe nobili Violâ Decanus an. 1400.

Guillelmus Fedeau 2. Canonicus item Parisiensis, & executor testamenti Ludouici de Tremoliâ Episcopi Tornacensis; Decanatum gerebat adhuc 1421. ex instrumento acquisitionis terræ de Nosilleyo per Simonem Cramaudum Episcopum. 1421.

Ioannes d'Estampes 3. Decanus & Cancellarius Vniuersitatis Pictauiensis 1431. posteà Carcassonensis Episcopus.

Leo Guerinet 1456. electus Pictauiensis, transfertur ad sedem Foroiuliensem in Prouinciâ. 1456.

Aimarus Gouffier ex dominis de Boisy & de Bonniuet, Abbas S. Crucis de Anglâ, Decanus an. 1507.

Ioannes d'Allemagne 4. ex dominis de Nalliers in Pictonibus, decessit anno ætatis 57. mense Septembri 1529 cui epitaphium Gallicè scripsit Ioannes Bouchetus libro Inscriptionum sepulchralium. 1529.

Bertrandus de Keneringhen natione Germanus, Abbásque S. Satyri in Biturigibus & Flauignei; Decanatum tenuit post annum 1530. 1530.

Renatus le Febure in Senatu Parisiensi tertiæ Inquisitionum classis Præses, ac successor præstantis Iurisconsulti Æmari Ranconeti 1559. Is ortu Iuliodunensis ex nobili Fabriciorum gente, Guillelmi domini de Bizay & Destrepied, Cognitoris Regij, & Mathurinæ Berthelot primogenitus; frater verò Guillelmi Fabricij Canonici Pictauiensis, viri Hebraicè, Græcè, & Latinè eruditi, Roberti Stephani celebris & docti Typographi familiaris, qui epistolâ præliminari ad editionem Bibliæ, per eundem Fabricium in eâ emendandâ & annotandâ, candido ae liberali studio adiutum fuisse testatur. Renatus autem à Francisco 1. propter eruditionem Senatoriâ dignitate in Parlamento Parisiensi honestatus vnà cùm Andreâ Tiraquello Pictone, omni disciplinarum genere pariter exculto, de quibus meminit

LE FEBVRE. D'azur au cheuron d'or accompagné de deux croissans de mesme en chef, & d'vne estoille d'argent en pointe.

Guillelmus Paradinus lib. 3. cùm ait: A *Eius classis esse audio Fabricum Iuliodunensem, cuius nunquam falli iudicium, aut remitti studium ferunt*: Magnâ probitatis opinione huuianis rebus exemptus ætatis an. 67. sepelitur in Cathedrali Pictauensi eâ inscriptione: *Hic iacet nobilis vir dominus Renatus le Febure, Doctor Regens in hac Vniuersitate, Præsesque in Senatu Parisiensi, qui obijt 20. Martij*
1569. *1569*. Ludouicus Sanmarthanus dominus de Neuilly, ex Nicoleâ Fabriciâ vxore, huius Renati sorore, suscepit Scæuolam Quæstorem Franciæ, Ludouicum Prætorem Pictauensem, ac Renatum Cathedralis Maiorem Archidiaconum & Subdecanum.

Antonius de la Sayette interfuit Comitiis Blesensibus nomine sacri Ordinis pro Pictauensi diœcesi. 1588.
1588.

Franciscus de la Beraudiere posteà Episcopus Petragoricensis.

Bartholomæus Aubert Abbas sancti Cypriani.

N. Tillier.

Ioannes Tillier ex Conseruatore priuilegiorum Academiæ Pictauiensis.

Mathæus Thoreau, Renati domini de la Grimaudiere Quæstoris Franciæ apud Pictones filius, in Decanatum suffectus Ioannis resignatione, qui cùm interfuisset cœtui Cleri Gallicani Lutetiæ 1650. demum A-
1650. gentis Generalis eiusdem Cleri functus est dignitate in Comitiis an. 1655.

ECCLESIÆ
PICTAVIENSIS
SVBDECANI.

Nairannus in cartâ Alboini Pictauensis Episcopi Galtario Decano.

Reginaldus in pancartâ nigrâ S. Martini Turonensis Bernardo Decano, subscripsit nomine Hypodecani in notitiâ Isemberti Præsulis Pictauensis.

Petrus de quo tabula Burguliensis anni 1068. 1068.

Odo signum apposuit tabulæ pro Ecclesiâ Cassanolij an. 1098.

Petrus de Borreto 1304. missus ad partes Burdegalenses pro collectâ prouentuum beneficiorum, à festo Natiuitatis vacanrium, virtute bullæ Benedicti Pontificis, Biterrensi & Meldensi Episcopis directæ: ex actis tabularij Regij. 1304.

Guillelmus d'Estampes Episcopus B Condomiensis 1455. frater Ioannis Episcopi Carcassonensis, Thesaurarij sancti Hilarij Maioris, & Ioannis Præsulis Niuernensis. 1455.

Ludouicus de Chambon Abbas sancti Launi de Thoarcio 1510. 1510.

Ioannes Belandeau anno 1520.

Abelius de la Fontaine Iuliodunensis, Vicarius generalis Claudij de Longouico Episcopi, & Cardinalis de Giuriaco, præerat an. 1555. ad quem extat hymnus Salmonij Ma- 1555.
C crini lib. 1. sepultus in Cathedrali Pictauensi prope Renatum Fabricium Decanum hoc titulo: *Hic iacet Abelius de la Fontaine Canonicus & Subdecanus huius Ecclesiæ, anteà Pastor S. Mellani in Normanniâ, qui decessit 16. Iulij 1570. Deus misereatur eius animæ.*

Oliuarius de la Fontaine Abelij nepos successit 1570. abdicat die 7. Februarij 1609. 1570.

Sebastianus du Chastelier 1609.

Ioannes Filleau 1621. 1621.

D *Renatus de Sainte Marthe*, dominus de Marigny, Canonicus & Archidiaconus Maior Pictauensis, ac demum Subdecanus anno 1625. obiit 20. Iunij 1633. anno ætatis 83. sepultus in æde D. Ioanni sacrâ. SAINTE MARTHE. D'argent à trois fusées & deux demyes de sable posées en pal, & rangées en fasce: au chef de mesme.

Henricus de Sainte Marthe Renati nepos ex fratre Scæuolâ Sanmarthano Quæstorum Franciæ Præside in Pictonibus, & Renatæ de la Haye septimus natu filius, resignatione patrui Subdecanus ab anno 1629. 1629.

PODIENSES EPISCOPI, COMITES VALLAVENSES.

Le Puy en Vellay, prés de la Borne, & de la Loire.

ANICIVM, vel Auicium, quod & Podium, oppidum est vetus Vellaunorum, seu vrbs pagi Vellaunici, aut Vellauensis, cuius po- B puli Vellaui Aruernis finitimi apud Cæsarem lib. 7. de Bello Gall. immò sub ipsorum quondam imperio degentes, Augusto imperante ciuitatem per se instituêre Straboni lib. 4. quæ in Notitiâ Honorij Vellauorum nuncupatur. Anicium autem Gregor. Turon. vocat locum vrbis Vellauæ lib. 10. c. 25. ab alueo Ligeris leucâ vnâ, à fonte sex distans, sub Tolosano Parlamento, & Archiepiscopatu Bituricensi in Aquitaniâ olim, à cuius tamen iurisdictione exemptus dicitur, Bituricensi Archiepiscopo contradicente, & ad di- C uinum iudicium appellante, ex Chronico Albcrici. At Podium videtur dictum à similitudine Podij in theatro, vel circo eminenris loci, vnde scena, & stadium despiciuntur, quâ de re post Vitruuium lib. 5. c. 7. Lipsius de Amphiteatro, Bulengerus de Circo, & Sauaro in Sidonium lib. 8. cap. 9. In hanc vrbem iam ab antiquis temporibus translatus fuit Episcopatus à Sampauliano, quod nonnulli volunt esse Ruissium Ptolemæi lib. 2. c. 7. Quod si verum est, malè in tabulis eiusdem Geographi ponitur ad Garumnam, quod ita magis D conueniret Riuis in Occitaniâ. Cathedralis Deiparæ Virginis, summâ religione, præsertim ob frequentiam miraculorum culta, & peregrinantium copiâ celebris, in edito montis colle sita est, structurâ & mole opus insigne, duplici constans choro, cuius sacrarium reliquiis, & pretiosâ supellectili locupletatur. Episcopus verò Comes Vellauæ Sedi Apostolicæ immediatè in spiritualibus, nulli alteri Metropolitano in quoquam subijcitur, vtens iure Pallij in

A Pontificalibus, olim fruebatur iure cudendæ monetæ. Huius nobilis Ecclesiæ primariæ Dignitates recensentur Decanus, Præpositus, Cantor, Thesaurarius, Sacrista, cum viginti quatuor Canonicis, & duobus Abbatibus S. Petri in vrbe, & sancti Euodij, qui huic titulo annexam possident præbendam in Cathedrali: numerantur quoque Abbatiæ:

S. THEOFREDI O B. *Monastier S. Chaffre.*

BELLÆCVMBÆ *Bellecombe fœm.* O C.

CLAVATII *fœm. Claunas* O C.

SYLVÆ-BENEDICTÆ *fœm. La Seauuebenifte* O C.

DOÆ *Doüe* O P.

De huius Ecclesiæ Episcopis copiosè scripsit Gallico idiomate Odo Gisseus Soc. Iesu Presbyter, à quo, & compluribus auctoribus, monumentisque desumpsimus hunc nostrum Catalogum, nonnullis in locis emendatum, & auctiorem.

1. S. GEORGIVS primus occurrit Episcopus in vulgatis Ecclesiæ tabulis.

2. MACARIVS.

3. S. MARCELLINVS, cuius corpus Monistrolij quiescit, & festum 7. Iunij agitur.

4. RORICIVS I.

5. EVSEBIVS.

6. S. PAVLIANVS, à cuius nomine Vallauum, vel Ruessum, dictum est Sampaulianum; de quo Martyrologium Aniciense 14. Februar. & Gisseus plura, tum in Hist. Podiensi, cùm in tabulâ Episcoporum Aniciensium Latinè editâ.

7. S. EVODIVS sedem Episcopalem Sampauliano Podium transtulit, Diuæque Mariæ templum excitauit.

8. SCRVTARIVS.

9. EPIPODIVS.

10. S. SVAGRIVS, de quo & superiore Martyrologium Aniciense 12. Nouembris.

11. S. ARMENTARIVS.

12. FAVSTINVS memoratur apud Sidonium Apollin. lib. 4. epist. 6. *per Faustinum Antistitem, non minus mihi veteris contubernij sodalitate, quàm nouæ professionis communione deuinctum, verbo quæpiam cauenda decreueram, dicto paruisse vos gaudeo.*

13. FORTIVS.

14. FLAVIANVS.

15. S. AVRELIVS diptychis Sanctorum Aniciensium inscriptus: de eo fit mentio apud Greg. Turon. lib. 10. Hist. c. 25. cùm loquitur de Pseudopropheta præstigiis populo illudente hoc modo: *Quidam ex Biturico, vt ipse postmodum professus est, dum saltus syluarum ingressus, ligna cæderet ad explendam operis cuiusdam necessitatem, muscarum eum circumsedit examen: qua de causâ per biennium amens est habitus. Vnde intelligi datur diabolicæ emissionis fuisse nequitiam. Post hæc transactis vrbibus propinquis, Arelatensem prouinciam adiit. Ibique indutus pellibus quasi religiosus orabat. Ad quem inludendum pars aduersa diuinandi ei tribuit facultatem. Ex hoc, vt in maiori proficeret scelere, commotus à loco, prouinciam memoratam deserens, Gabalitanæ regionis terminum est ingressus, proferens se magnum, ac profiteri se non metuens Christum, adsumptâ secum muliere quadam pro sorore, quam Mariam vocitari fecit. Confluebat ad eum multitudo populi, exhibens infirmos, quos contingens sanitati reddebat. Conferebant enim ei aurum argentúmque, ac vestimenta, hi qui ad eum conueniebant. Quod ille, quò faciliùs seduceret, pauperibus erogabat. Prosternens se solo, effundens orationem cùm muliere memoratâ, & surgens, se iterum à circumstantibus adorari iubebat. Prædicebat enim futura, & quibusdam morbos, quibusdam damna prouenire denunciabat, paucis salutem futuram. Sed hæc omnia diabolicis artibus, & præstigiis nescio quibus agebat. Seducta est autem per eum multitudo immensa populi, & non solùm rusticiores, verùm etiam Sacerdotes Ecclesiastici. Sequebantur autem eum ampliùs quàm tria millia populi. Intereà cœpit quosdam spoliare ac prædari, quos in itinere reperisset, spolia tamen non habentibus largiebatur. Episcopis ac ciuibus minas mortis intentabat, eò quòd ab ijs adorari despiceretur. Ingressus autem Vellauæ vrbis terminum, ad locum, quem Anicium vocitant, accedit: & ad basilicas propinquas cùm omni exercitu restitit, instruens aciem, qualiter Aurelio ibidem tunc consistenti Episcopo bellum inferret. Mittens etiam ante se nuncies homines nudo corpore, saltantes atque ludentes, qui aduentum eius adnunciarent. Quod stupens Episcopus, direxit ad eum viros strenuos, inquirentes quid sibi vellent ista quæ gereret. Vnus autem ex ijs, qui erat senior, cùm se inclinasset quasi osculaturus genua eius, ac discussurus viam illius, iussit eum adprehensum spoliari. Nec mora, ille euaginato gladio in frusta concidit, cecidistque Christus ille, qui magis Antichristus nominari debet, & mortuus est. Dispersique sunt omnes, qui cùm eo erant. Maria autem illa suppliciis dedita, omnia phantasmata eius ac præstigias publicauit.*

16. S. BENIGNVS hospitalem domum extruxit in vrbe anno primo sedis.

17. S. AGRIPANVS solus inter Episcopos Anicienses Martyr Cal. Februarij: habet Ecclesiam Collegialem in vrbe sibi dicatam.

18. DVLCIDIVS qui B. Agripani corpus Anicium aduexit an. 653. 653.

19. TORPIO.

20. HIGELRICVS.

21. BASILIVS ædem construxit ad sepulchrum S. Theofredi Martyris.

22. RORICIVS II. ex domino pagi Vellaunorum.

23. HARDVVINVS, Vellaunensis Pontificis nomine subscriptus reperitur canonibus Synodi Tusiacensis 860. & Suessionensis 3. 866. 860.

24. VVIDO I. subscripsit Concilio Pontigonensi 876. de quo in

diplomate Caroli Calui apud Gisseum.

Poitiers. 25. NORBERTVS DE POITIERS Bernardi Pictauensis Comitis, Biturigum, & Aruerniæ, ex Ermengardi natus; nepos Ranulfi 1. Vuilelmi quoque 1. Ducis Aquitaniæ qui stirpem Comitum Pictauensium propagauit: relliquias B. Georgij Anicium, & S. Marcellini Monistrolium ex Sampauliano transtulit.

26. ADALARDVS viuebat anno
919. 919. ex cartâ S. Nazarij Eduensis, cui Rodulfus Rex ciuitatem dedit Anicium an. 923. vt est in antiquo documento apud eundem Gisseum.

27. GOTHESCALCVS reperitur sedisse anno 936. ex tabulario Chantigilonensi. Compostellam ciuitatem Hispaniæ ad D. Iacobi sepulchrum peregrinus adiit, vt testa-
951. tur Baronius in Annalibus 951. quo anno Gomesanus Hispanus Presbyter præfationem scripsit in Commentarium B. Hildefonsi Toletani Præsulis, de laude virginitatis Sanctæ Mariæ, rogante Gothescalco Episcopo, quem fuisse Aniciensem probatur his verbis: *Ad Gothescalcum Episcopum Gomesanus. Ego quidem Gomesanus licet indignus, presbyterij tamen ordine functus in finibus Pampiloniæ, Abbâ Hyldensis archisterij, in atrio sacro ferente reliquias sancti ac beatissimi Martini Episcopi, regulariter degens sub regimine patris almi videlicet Dulquitti Abbatis, inter agmina Christi seruorum ducentorum ferè monachorum, compulsus à Gotiscalco Episcopo, qui gratiâ orandi egressus à partibus Aquitaniæ deuotione promptissimâ, magno comitatu fultus ad finem Galliciæ pergebat, concitus Dei misericordiam, sanctique Iacobi Apostoli suffragium humiliter imploraturus, libellum libenter conscripsi à B. Ildefonso Toletanæ Sedis Episcopo dudum luculentissimè editum. In quo continetur de laude Virginitatis sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis Iesu Christi Domini nostri Genitricis. Vbi prædictus Ildefonsus Episcopus diuino spiramine afflatus, gladio verbi Dei armatus, Iouiniani perfidiam vulnerauit, & pugione verissimæ rationis Heluidij errorem destruxit: unde æstimo incunctanter vt pari gloriâ ditetur à Christo Pontifex Gotiscalcus, qui hanc laudem Genitricis Domini nunc Aquitaniæ S. Mariæ Anicio in propriam Sedem specialiter adnexit. Sicut Ildefonsus Episcopus, qui eam vniuersæ Ecclesiæ catholicæ dudum generaliter tradidit. Transtulit hunc libellum sanctissimus Gotiscalcus Episcopus, ex Hispaniâ ad Aquitaniam tempore hyemis, diebus cœptis Ianuarij mensis, currente fœliciter ærâ nongentesimâ octogesimâ nonâ.* A Lothario Rege confirmationem priuilegiorum suæ Ecclesiæ obtinuit: cuius exemplar habetur in opere Gissei.

28. ARDVINVS.

29. BEGO, de quo vetus Calendarium hæc ait: *Eodem die lacrymabilis transitus Begonis venerandi Præsulis, qui decus Ecclesiæ augere laborans, virtutum omnium flore perspicuus, in iuuenili ætate positus astra petit, Clericorum mentibus fletum addens.*

30. HECTOR: cuius acta intercidêre, nomen autem vetustissimis Ecclesiæ Aniciensis cartulariis inscribitur.

31. PETRVS I.

32. GVIDO D'ANIOV II. Godefridi Grisagonellæ Comitis Andegauensis frater, Fulconis autem Comitis Iunioris filius, Abbas & Cormaricensis, de Villalupe in Turonibus, Ferrariensis, & S. Albini Andegauensis, qui mendosè in Aniciensibus fastis cognominarur Guido de Lestrange. Episcopatum regebat anno 993. de quo in Gestis 993.
Comitum Andegauensium hæc reperies: *Fulco tres habuit filios, primogenitum Gosfridum, alter Guido Episcopus Podij, tertius Drogo.* Diuo Michaëli in excelsæ rupis vertice ædem construxit, in quâ ascenditur 220. gradibus anno 984. item D. Petri cœnobium in vrbe, vbi humatus. Sequitur vetus instrumentum vnde elici potest summatim breuiarium vitæ huiúsce Guidonis, quod communicauit dom. du Bouchet: FVIT vir « quidam ex nobili Francorum pro- « genie ortus GVIDO nomine, qui « prouidentiâ Dei disponente traditus « à parentibus literarum studijs, re- «

» lictis fecularibus pompis Monachus
» factus in cœnobio quod vocatur Cor-
» marinum : migrante ex hac luce Fra-
» trum concordante confenfu Abbas
» ibidem eligitur, vt etiam fama bo-
» nitatis eius perueniret ad aures Re-
» gis Franciæ, cuius Rex idem innixus
» confilio, difponebat, quod benè pla-
» citum erat : vnanimiter legati mit-
» tuntur ad Regem, vt daret illis vti-
» liffimum Paftorem, præfatum fcili-
» cet Abbatem, cui erat frater germa-
» nus nobiliffimus Comes Gaufridus
» cognomento Grifagonella. Vnde
» Rex nimium gauifus, conuocans ele-
» ctum virum, multâ prece monuit,
» tum vt pergens ad Podium fieret ibi
» animarum Paftor, fibi, & populo fi-
» deliffimus Procurator. Hæc ille au-
» diens, nec citius confentiens, Rege
» cogente velit, nolit fratribus vale
» dicens, fumptis inde fociis ad eum
» miffis Anicienfe iter aggreditur.
» Hoc factum audientes Pontius ac
» Bertrandus nepotes, Aquitaniæ cla-
» riffimi Confules, cùm matre eorum
» Adelaide forore ipfius, venerunt ei
» obuiam, fe & fua ei dantes, cum qui-
» bus Podium ingreffus, fit magna pro-
» ceffio Clericorum, fit grandis exul
» tatio laicorum, quòd Deus eis talem
» Patronum dediffet. Pontificali igi-
» tur cathedrâ fublimatus, cogitans
» affiduè de tenendâ pace, de rebus
» Ecclefiæ quas vi abftulerunt rapto-
» res huius terræ, iuffit vt omnes mi-
» lites ac ruftici de Epifcopatu conue-
» nirent in vnum, auditurus ab eis
» quale fibi de regendâ pace darent
» confilium Ipfe verò apud Briuaten-
» fem vicum nepotibus fuis mandans
» congregare exercitum, omnibus de
» Pontificatu fuo ordinatis in vnum in
» prata S. Germani prope Podium,
» quæfiuit ab eis vt pacem firmarent,
» res pauperum & Ecclefiarum, no
» uas primitias ablatas redderent, vt
» fic, ficut decet fideles Chriftianos,
» ita fe haberent; quod illi dedignan-
» tes, iuffit exercitum fuum à Briuate
» totâ nocte venire mane, volens eos
» conftringere vt pacem iurarent, &
» pro ipsâ tenendâ obfides darent, ru-
» ra & caftella B. Mariæ, & res Ec-
» clefiafticas quas rapuerant, dimitte-
» rent, quod factum fuit Deo auxi-
» liante. Poftquam verò Deus Omni-
» potens cuncta fibi fubijciens dedit
» ei tranquillam & ferenam pacem,

A conuocauit maiores Ecclefiæ, dicens «
voluntatem fuam. Ecce vt Clerici «
ibidem feruientes haberent commu- «
niter victum & veftitum fufficienter; «
hâc de causâ bipartitâ oblatione al- «
taris B. Mariæ, dedit vnam partem «
Canonicis Deo & eius Genitrici die «
ac nocte feruientibus· alteram verò «
referuauit fuis vfib. Prætereà cùm à «
Truano Decano optimo viro, magno «
ingenio fecit incidi Rupem quam «
vocauit Aculeam, in cuius cacumi- «
nè ædificauit Ecclefiam in honore «
B. Michaëlis Archangeli, quam fi- «
militer prius tamen ab ipfo ædifica- «
B tam, cùm magnis appendentiis de- «
dit prædictis Canonicis. His compo- «
fitis Dominus Guido Sanctæ VAL- «
LAVENSIS Ecclefiæ fuperno nutu «
Epifcopus, follicitâ inueftigatione «
mentis arcano fecum difcuteret, qua- «
liter Paftorali officio à Deo fibi com- «
miffo ad vtilitatem fuarum Ecclefia «
rum, feu cœnobiorum, atque ani- «
mæ fuæ profectum, & cæteris quæ «
Præfulari curæ congruere videntur, «
die, noctéque inuigilare deberet, fe- «
metipfum erga in officium Pontifi- «
catus in multis Deum offendiffe re- «
ferens in terrâ, iudicis Chrifti exa- «
C minatione perculfus, Domini beni- «
gnum cœpit implorare auxilium, ne «
vniuerfæ carnis iter perficeret, priuf- «
quàm quicquid deliquerit pro poffe, «
fatisfaceret. Vnde Dei gratiâ fuc- «
currente, cùm ftudiosè fecum taci- «
tâ cogitatione reuoluens, qualiter «
... ... fafciculos Deo propitio de- «
ponere potuiffet, fibi...... accidit «
quòd vt Ecclefiæ decus augeretur, «
per multas ciuitates, Monafteria, ip- «
fa verò Anicienfis cui præeffet, tali «
religione viduata manebat. Quocir- «
ca decus Vallauenfis Ecclefiæ aug- «
mentare contendens, vt peccami- «
D num molem fibi internus iudex re- «
mitteret, in Anicienfi vrbe Cœno «
bium conftituere Deo largiente dif- «
pofuit. Suam igitur difpofitionem «
fuæ forori Adelaidæ Comitiffæ, fuíf- «
que filiis videlicet Pontio & Ber- «
trando, eius nepotibus, manifefta- «
re. Cunctis hoc laudantibus, in præ- «
dictâ Anicienfi vrbe pro animæ fuæ, «
omniúmque Epifcoporum qui ante «
fe in eadem vrbe paftoralem curam «
rexerunt, & fuorum fucceſſorum, «
nec non Stephani fui cognati, Ade- «
laidæ fororis, eorúmque filiorum «

» Pontij & Bertrandi, & omnium Aniciensis Ecclesiæ Canonicorum, animarum redemptione, suorúmque peccatorum remissione, quandam Ecclesiam sub nomine Monasterij ædificauit. Posteà verò quadam die ipso Domino Guidone Episcopo iam prædicto in Capitulo Aniciensi personaliter existente, Dominis Canonicis ad hoc specialiter vocatis, ex quorum numero erant venerabiles viri Domini Guido Præpositus Aniciensis, & Valentinæ Ecclesiæ Episcopus, Truanus Decanus. Petrus S. Petri Abbas, Vincæciensisque Ecclesiæ Præsul, Guitardus etiam Vincæciensis Ecclesiæ Archidiaconus, & Abbas Robertus, qui tunc S. Aniciensis Ecclesiæ erant Canonici, cùm cæterorum Canonicorum Collegio in Capitulo residentium, per ferulam sui Pontificatus indagatricem tradidit prædictæ Ecclesiæ, seu Cœnobio prædicto, & S. Mariæ Aniciensis terræ, cunctis Canonicis consentientibus, in territorio Vincenensi quandam villam quæ dicitur Isia cùm omnibus iuribus & appendentiis suis, quæ ad Episcopi partem pertinere videntur, exceptâ dumtaxat Capellâ quæ in ipsâ villâ est ædificata, atque in honore B. Cypriani Episcopi, & Martyris consecrata, viuente Truano Decano. Post cuius obitum similiter dedit ipsam Capellam cùm toto dominio suo, siue cùm vniuersâ hæreditate quæ ad ipsum pertinere videtur, quæ est in ipsâ villâ Fustessinâ, de vineâ, & in villâ de Thauliaco mansus vnus: rursus de proprio in Viuariensi territorio in villâ nomine Gimellis mansos duos, quos acquisiuit de Guidone Desiderij nepote. In alio autem loco in territorio Vellaico in villâ quæ vulgò nominatur Citracius, totum quod modo ipse dominus Guido Episcopus in dominium tenere videtur, videlicet prata, vineas, campos, syluas, & appendarias duas. Et in eodem Vellaico quæ Lanciacus dicitur, mansum vnum quem Roffredus Canonicus in beneficio tenebat; in villâ S. Germani vnam appendariam ad gallinas nutriendas, & in eodem Vellaico in pago quem vocant Fiuer, vnam Ecclesiam in honore S. Iuliani dedicatam suo Episcopo Aniciensi subiectam, à suis ne-

A potibus Pontio & Bertrando accepit, eo quòd iam præfatum Guigonem Præpositum captum violenter à Beatæ Mariæ Aniciensis Ecclesia Mimate duxerunt. In ipsâ autem ciuitate cui præesse videtur vnum molendinum, quem 90. sol. Petrus sibi vendidit, & vnum furnum quem ab Hugone Arcadi Abbatis nepote ob Canonicam pro pretio 60. sol. accepit, & in ipsâ ciuitate de terrâ illâ quam vulgus propriè terram S. Mariæ nominat, quam Episcopus ipsius loci in propriis vsibus tenere semper solitus est; totam sepultu-B ram, & in Aluernæo quoque territorio clausum vnum, quem de Comberto Presbytero 100. sol. comparauit. Insuper pro cunctorum vtilitate, laborare contendens, & vt sui successores indeficientem à totius bonitatis largitore mercedem pro temporali dispendio accipiant, ex omnibus quæ in Ecclesiâ cæterarum Vallauensis matre, quæ cunctis sibi subijcientibus Pontificali Cathedrâ excellenti eminet, Christo Dei & hominum Mediatori pro requie defun-C ctorum, salute viuorum oblatum fuerit, decimam partem iam prædicto cœnobio tribuit, vt ita cœnobitæ sub B. Patris Benedicti regulâ in eodem Monasterio Christo famulantes, decimam partem sub futuris Episcopis ex eorum semper medietate accipiant. Super hæc omnia vnam integram Canonicam ex quadraginta dedit, & omnes Canonici tam præsentes quàm præteriti & futuri, sic in ipsâ societate perenne Deo concedente bonum valeant adipisci. Hæc autem omnia quæ supra descripta sunt, sic leguntur eo tenore, sicut ipse Dominus Guido Episco-D pus prædicto Cœnobio tradidit, vt Cœnobitæ ibi degentes Christo Domino pro salute viuorum & requie defunctorum seruientes, proprietario iure ita habeant, teneant, firmiterque possideant ad suorum, ipsiúsque Cœnobij vtilitatem dispensent, quatenus meliorando in ipsâ semper Ecclesiâ maneant, & nunquam nisi ad Ecclesiæ & eorum vtilitatem ab ipsâ recedant Canonicorum.... congregatio, vt partem sempiternæ remunerationis à Deo accipiant, pro eius rogatu promiserunt, si talem seueritatem pro stabilitate huius præ- «

dicti

» dicti Monasterij post mortem ipsius A » Guidonis Episcopi à futuris Episco- » pis ipsius loci petere, & hoc pro » consuetudine ac lege teneri lauda- » uerunt, qualem pro suâ parte alta- » ris & communiâ Sic enim futuri E- » piscopi ipsius loci omnia quæ Cano- » nici ex eadem Aniciensi Ecclesiâ in » suâ parte habent, & habere viden- » tur, iureiurando conseruare promi- » serunt. Ita res huius Monasterij su- » pradicti, vt quæ Deo propitio ibi » donatæ fuerunt, nullo modo à se- » metipsis, & Episcopis minorari iu- » reiurando promittant. Denique pro » certiori securitate & stabilitate, vt B » certius credatur, & firmius teneatur, » à se & à suis successoribus hanc car- » tulam in præsentiâ Canonicorum » præfatus Dominus Guido Episco- » pus scribere rogauit. Quam manu » propriâ inferiùs literarum apicibus » roborans, cunctis S. Aniciensis Ec- » clesiæ diuersorum ordinum Canoni- » cis, quorum nomina inferiùs descri- » pta habentur, propriis manibus fir- » mare præcepit. Nimis enim inho- » nestum & indecens, atque omnibus » bonis moribus & operibus contra- » rium videtur, vt quod ordinatum » est ad Ecclesiasticam vtilitatem, al- C » ter quærat perperam fundere, & » quod suo debet studio crescere, per- » niciosè tentet præuertere. Quapro- » pter &c. Actum est autem hoc in A- » niciensi ciuitate Idus Aprilis, Lunâ
993. » 17. Anno Incarnationis 993. Indict. » 6. Epactâ concurrente vi. fœliciter » hanc cartulam firmauerunt Truanus » Decanus, Guigo Præpositus Valen- » tinensis Ecclesiæ Episcopus, Petrus » Abbas. Episcopus Canonicus, Ade- » meus Abbas Canon. Guitardus Ab- » bas Canon. Theotardus Canon. Ro- » fredus Canon. Arnaldus. Robertus » Custos Ecclesiæ Canon. Adenan. D » Vibernus Canon. Serus. Odolricus. » Agarinus Petrus. alter Petrus. Ro- » handus. alter Bertrandus. Hugo. Ite- » rius. Arricus. Beraldus. Agitori. Ga- » nelmus. Strocardi Canon. S. Ade- » laide. S Pontij. S. Bertrandi. S Agni » Vicecomitis. S. Adegerij. S. Guillel- » mi. S. Bertrandi. S. Stephani. S. Pre- » dentis. S. Ricomerij. S. Hugonis.

ANIOV. 33. DROGO D'ANIOV in Episcopatum fratri subrogatur. Gesta Comitum Andegauiæ *Drogo*, inquiunt, *à Fulcone nimis dilectus, quia eum in senectute genuerat, peritiâ literarum & artium liberalium edoctus, benignitate Hugonis Regis in Episcopatum Podij fratri successit.* Ambo patruum habuêre Hugonem Suessionensem Episcopum: sed neuter in serie à Gisseo, aliisue editâ comparet.

GEVAV-DAN. 34. STEPHANVS DE GEVAVDAN I. ex Comitibus Gabalitanis, Stephanum Comitem Gabalitanum & Adelaidem sororem prædicti Guidonis parentes habuit: in Concilio Romano depositus à Gregorio v. Pontifice; fragmentum vetus eiusdem Synodi Can. 4. id subindicat his verbis: *Stephanus sanctæ Vallauensis Ecclesiæ dictus Episcopus, vt omni ordine Sacerdotali careat, auctoritate Apostolicâ indicimus, eò quòd à Vuidone viuente Episcopo auunculo & prædecessore suo sit electus sine Cleri & populi voluntate; ac post eius mortem contra Cleri & populi voluntatem à duobus tantùm Episcopis non Comprouincialibus sit ordinatus. Dagbertum Bituricensis Ecclesiæ Archiepiscopum, & Roclenum Niuernensis Ecclesiæ Episcopum à communione suspendimus, donec ad hanc sanctam & Apostolicam Sedem veniant & satisfaciant, eò quòd Stephanum Vuidonis Episcopi nepotem, eo viuente contra leges Ecclesiasticas electum in Episcopum ordinare præsumpserint.*

35. THEODARDVS ex monacho Aureliacensi in Aruerniâ fuit Episcopus anno 998. de quo meminit 998. Siluester 2. Pont. Maximus: decessit 21. Iulij.

ANDVSE. 36. FREDOLVS D'ANDVSE ex nobilibus toparchis de Andusiâ, cuius mentio fit in bullâ Benedicti 8. pro Cluniacensibus; cœnobium B. Petri redditibus auxit circa an. 1020. 1020.

MER-COEVR. De gueulle à trois fasces de vair. 37. STEPHANVS DE MERCOEVR II. ex nobili ac perantiquâ prosapiâ de Mercorio in Aruernis, filius nempe Beraldi 2. ac nepos Odilonis Cluniacensis Abbatis sanctimoniâ inclyti: hunc Episcopum Leo IX. Papa dicitur eximisse à Metropolitano Bituricensi pallio donatum 1051. Baronio. Lemouicensi Synodo 1051. interfuit, & mortuus est anno salutis 1053.

MERCOEVR.

38. PETRVS DE MERCOEVR
II. Stephani nepos ex Beraldo 3. fra-
tre Mercorij dynastâ, ad Episcopa-
1053. tum vocatur an. 1053. bullâ Leonis
IX. quæ in archiuio seruatur & ab ip-
somet Pontifice sacratus, adsistente
Henrico Rauennæ Pontifice. Præ-
sens cùm aliis multis Episcopis Sy-
nodo Tolosanæ 1056. Eodem Pon-
tifice Bernardus Comes Bigorrita-
nus terram suam subiecit clientelæ
B. Virginis: exemplar schedæ tan-
quam illius sæculi pietatis Princi-
pum venerabile documentum pla-
cet exhibere è cartario Palensi, ta-
metsi anteà vulgatum sit in analectis
Hist. Benearni lib. 9. c. 4. sic autem
se habet: MVNDI *ruinis crebrescenti-
bus, plurimis quoque hominum, potiùs
transitoriis commerciis, quàm perpetuis,
inhærentibus, coegit me valde humani-
tas meæ fragilitatis, vt non pertracta-
ret vltimum ineuitabilis mei obitus diem,
verumetiam præsentem, quoad vixero,
mei meorúmque vtilitatem. Hac ergo
sententiâ nec irrationabiliter suffultus,
non meis meritis, sed misericordiâ Chri-
sti præueniente, Bigorrensis Comitatus,
ab ipso auctore Deo, qui cuncta disponit
regna mundi, Comes præelectus, hoc
perutile negotium tractaui; Vt me, &
omnem præmissum Comitatum, omnipo-
tenti Deo committerem, & almæ Ma-
riæ Virginis tutelæ ac defensioni, me,
atque omnia mea commendarem. Do-*
1062. *minicæ ergo Incarnationis* MLXII. *an-
no, Petro Episcopo Aniciensi Ecclesiæ
præsidente. Ego Bernardus Bigorrensis
Comes egregius, adueni prædictam Ec-
clesiam, gratiâ orationis, imploraturus
suffragia pro salute animæ meæ, & cor-
poris. Ergo conuocatis Canonicis com-
misi me eorum orationibus assiduis, ac
deuoui me, & omnem Comitatum Ani-
ciensi Ecclesiæ, sub honore sanctæ & in-
temeratæ Virginis Mariæ consecratæ,
quatenus Regina cœli & mundi Domi-
na solamen miserorum, ac peccatorum
venia, protegat, defendat & muniat me
famulum suum, necnon & omnia mihi
subdita: eâ scilicet lege ac perpetuo te-
nore, vt quamdiu vitam mihi concesse-
rit Omnipotens Deus* LX. *solidos pro
salute, ac tuitione meâ offeram Ani-
ciensi Ecclesiæ, eósque vel deferam, vel
deferri faciam in Capitulo fratribus
meis Canonicis. Nec solùm ego, sed &
omnis posteritas mea hunc seruet teno-
rem, & quasi debitum censum prescri-
ptos* LX. *solidos offerat in perpetuam
mei commemorationem. Vt autem hoc
donatiuum, pietatis ac religionis gratiâ
peractum stabile permaneat atque fir-
mum. Ego Bernardus Bigorrensis Co-
mes, & vxor mea Clementia Comitissa,
hanc scripturam pro testimonio donatio-
nis fieri rogauimus, ac propriis manibus
stabilem atque inuiolabilem esse decreui-
mus. Quòd si quis, vel nos, vel posteri-
tas nostra, vel aliquis post obitum no-
strum præsidens honori quem mihi Deus
concessit, hanc donationem temerare, vel
violare molitus fuerit, omni subiaceat
anathemati, ac perpetuæ maledictioni,
donec ex præsumptione ceptâ Deo & B.
Mariæ Virgini satisfaciat, & Canoni-
corum congregationi. S. Bernardo de
Baseliaco. S. Guilhermo de Aster. S.
Arnaldo Guilhermo.* Sepultus est hic
Episcopus cùm patruo in Prioratu
Voltæ.

MERCOEVR.

39. STEPHANVS DE MER-
COEVR III. superioris Petri ex fra-
tre nepos, teste Baronio an. 1076. 1076.
in Concilio Romano propter simo-
niam anathemate percussus fuit, vt
habetur lib. 1. ep. 80. Gregorij 7.
Papæ.

MONTEIL.

40. ADEMARVS DE MON-
TEIL Apostolicus Legatus in cele-
bri expeditione Crucesignatorum
Duce Godefrido Bullionio anno
1096. quam ex fide litteris manda- 1096.
uit notissimus Rerum Orientalium
scriptor Vuillelmus Tyrensis Archi-
episcopus de Bello Sacro lib. 1. cap.
17. & l. 4. cap. 22. in eâ Ademarus
multis facinoribus insignis expugna-
tioni ciuitatum Niceæ & Antiochiæ
interfuit: preærat autem quartæ alæ
cùm suâ & Comitis Tolosani fami-
liâ, Dominicam secum deferens Lan-
ceam, in pugnâ memorabili quâ In-
fideles cruentâ strage perempti sunt,
vt patet ex lib. 6. Antiochiæ extre-
ma clausit Cal. Augusti 1098. apud 1098.
Albericum in Chronico, & Tyren-
sem lib. 6. cap. 3. *Reuersis*, inquit,
*Principibus de prælio, & vrbe iam in
omni tranquillitate compositâ, curæ fuit
omnibus, & præcipuè patrono exercitus
viro venerabili domino Podiensi Epis-
copo, cooperantibus aliis qui in eodem
exercitu erant Pontificibus & plebe suf-
fragia subministrante, tam maiorem vr-
bis Ecclesiam, quæ in honore Principis*

Apostolorum dedicata erat, quàm reliquas, quæ per vrbem erant constitutæ, in pristinum decorem reformare basilicas; & in eis Clerum restituere, qui diuinis iugiter se mancipares obsequiis. Eius obitum narrat verbis istis idem Tyrensis c. 1. lib. 7. *Suscitata est statim vrbe captâ & consummatâ victoriâ tanta clades in populo, vt vix aliqua præterires dies, in quâ triginta vel quadraginta non efferrentur funera; ita quod de populo supererat, iam quasi penitùs deleretur. Quâ lue pestiferâ & contagione, cunctos longè latèque indifferenter inuoluente, vir vitæ venerabilis & immortalis memoriæ dominus* ADEMARVS *Podiensis Episcopus viam vniuersæ carnis ingressus est, atque cùm gemitu & lachrymis, & intimis omnium suspiriis, tanquam pater & præcipuus plebis vniuersæ moderator in basilicâ B. Petri, in eo loco, vbi lancea Domini reperta fuisse dicebatur, cùm multâ sepultus est honorificentiâ.* Vnde in veteri fragmento Floriacensi, & in Chronico Lemouicensi dicitur, vir Dei per omnia clarus. Cæterùm in bello isto sacro Aimari vexillum ferebat nobilis Heraclius Vicecomes Polignacensis; quem etiam Pontificem sequutus est Raimundus de Agilés Canonicus Podiensis, & suus Capellanus, necnon Comitis S. Ægidij: auctor Hist. Hierosolymitanæ, quæ extat in lib. inscripto de Gestis Dei per Francos, siue Orientalium expeditionum. Subscripserat autem Ademarus instrumento pro Cluniacensibus anno 1095.

MONTBOISSIER. D'or au lion de sable semé de croix potencées de mesme.

42. PONTIVS MAVRICIVS DE MONTBOISSIER I. antiquâ ac perillustri familiâ Aruernâ genitus, Petri Venerabilis dicti, Abbatis Cluniacensis celeberrimi germanus, fratrem quoque habuit Pontium Abbatem Vezeliacensem; ex Abbate Casæ-Dei eligitur Pontifex
1102. Podiensis anno 1102. auctore Chronico Flauiniacensi: à Paschali 2. Papâ donatur Pallio anno 1105. 8. Cal. Aprilis, bullâ Laterani datâ. Hierosolymâ reuersus obiit in castro quodam Aruerniæ, ac sepultus apud Rochampauperem in Delphinatu.

DE TOVRNON.

43. PONTIVS DE TOVRNON
1130. II. anno 1130. iacet in Prioratu de Rochapaupere à Casâ-Dei pendēte.

44. HVMBERTVS, quo postulante Ludouicus VI. Rex, dictus Crassus, priuilegia Ecclesiæ Podiensis auxit: an. 1144. die 17. Oct. animam exhalauit; de eo mentio extat in tabulâ Prioratus S. Andeoli de Polignaco.

45. PETRVS II. anno 1145. Ludouicum VII. vota soluentem Deiparæ admisit, mortuus 3. Calend. Septemb. iacet Cistercij. 1145.

46. PETRVS III. bona Ecclesiæ Summi Pontificis tutelâ communiri fecit: de eo Stephanus Tornacensis epist. 29. cessit Abbatiam de Doâ regimini Canonicorum Regularium; de eodem mentio in tabulis Ecclesiæ an. 1187. 1187.

47. AYNARDVS in litteris Philippi Augusti Regis 1192. præcipitur ciuibus Anicij vt debitum honorem Antistiti suo exhibeant: mortalitatem expleuit circa an. 1195. 18. Februarij. 1195.

CHALANCON.

48. BERTRANDVS DE CHALANCON I. Abbas de Segureto in æde Cathedrali, è stirpe antiquâ de Chalanconio, post Aynardum huius Ecclesiæ Pontifex an. 1195.

MERCOEVR.

49. ODILO DE MERCOEVR Decanus Briuatensis in Aruerniâ, nepos Stephani Episcopi Claromonensis, & Odilonis Præpositi Briuatensis, filius autem Beraldi domini de Mercorio ex filiâ Vuillelmi Comitis Aruerniæ; nepotem habuit quoque Odilonem Præpositum Briuatensis Ecclesiæ, dominum de Salques, Episcopum Mimatensem. Regebat autem Aniciensem sedem an. 1201. ex membranis familiæ de Mercorio: quem frustra apud Gisseum quæsieris. 1201.

50. BERNARDVS I. viuebat an. 1212. ex tabulis antiquis, sed non recensetur à Gisseo.

51. RADVLFVS, inuenitur Episcopus Electus an. 1214. de eo silent Aniciensis Ecclesiæ cartularia, huic autem loco restituendus ex veteri diplomate cuius initium est: NOTVM *quòd nos Philippus Rex Fran-* 1214.

corum donamus carissimo consanguineo & fideli nostro Radulpho Aniciensis Ecclesiæ electo, eiusque successoribus in eadem Ecclesiâ substituendis in perpetuum, castrum de Chalancon, castrum de Rochebaron, castrum de Chaptuelle, castrum de Glauenas cùm pertinentiis eorum, sicut ea de iure poterit acquirere, & sicut ad nos regiæ dignitatis iure pertinere dicuntur. Plenam quoque proprietatem & dominium castri Arson cùm pertinentiis, quod piæ recordationis Bertrando Aniciensi Episcopo prædecessori suo pridem concesseramus dicto electo, & successoribus eius in perpetuum concedimus. Quod vt perpetuæ stabilitatis robur B

1214. *obtineat &c. Actum Parisiis anno Domini* MCCXIIII. *mense Martio.*

Mehun. 52. Robertus de Mehun prosapiâ nobilis ex Chronico Turonensi, interfuit Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. an. 1215. graui controuersiâ obortâ cùm Pontio de Montelauro milite, pax inter eos stabilitur, instrumento dato per Philippum Regem, inter eundem Robertum Episcopum Aniciensem dilectum consanguineum & fidelem suum vt vocat, ac Pontium de Montelauro, pro collectâ pedagij iuxta C castrum de Charboneriis Lutetiæ an. 1219. ex tabulario regio. Pro libertate Ecclesiasticâ à perduellibus die

1219. 21. Decemb. 1219. peremptus teste Alberico in Chronico, quod etiam in Autissiodorensi verbis istis describitur. Anno *Domini 1219. Robertus Aniciensis Episcopus, à quodam milite pro iniuriis Ecclesiæ irrogatis ab ipso Episcopo vinculo anathematis innodato occiditur; quod populus Aniciensis graue tulit; vnde & statim insurrexerunt in parentes ipsius, quædam ipsorum castella diruentes: erat enim idem Antistes nobilis genere, sed nobilior moribus. Nam & corporis virginitatem vsque ad vitæ exitum creditur custodisse, quod in eo valde laudabile fuit, cùm esset præ multis hominibus formâ speciosus, claruit autem nonnullis virtutibus.* D

Chalancon. Eschiqueté d'or & d'azur de 4. points à la bordure de gueulle semée de fleurs de lis d'or.

53. Stephanus de Chalancon III. ex Baronibus de Chalanconio, Bertrandi consobrinus, iuramentum fidei clientelaris profitetur Regi an. 1220. à Papâ Honorio 3. Sacerdotij caractere initiatur, Pallio & munere vnctionis donatus Bullâ Non. Iulij Pontificatus 7. obiit 1231. die 8. Februarij. 1231.

Montagu. De gueulle au lion de vair.

54. Bernardus de Montagu, II. nobilis Aruernus, nepos ex fratre Eustorgij de Aluerniâ Nicosiensis Archiepiscopi, & Episcopi Luconiensis Fulconis, fratris Petri Magistri Templariorum, & Garini Magistri Hospitaliorum, vt notat Albericus, qui eum successorem Roberto occiso subiungit. Eius beneplacito fit clausura murorum iuxta Claustrum Aniciense, saluo iure Regali & Episcopali; codicillis datis apud Anicium in crastino B. Mariæ Magdalenæ 1237. G. Decano, ex 1237. cartis tabularij Regij. Anicienses minus sibi obsequentes interdicto Ecclesiastico ligauit, ac sublatus est è viuis an. 1245. die 23. Februarij: conditus ad Prædicatores Podij, vbi tumulo æneo ad latus sinistrum maioris aræ spectatur hoc epitaphium:

B. vir discretus, affabilis atque facetus,
Sobrius & castus, pius, & sine crimine fastus,
Largus in expensis Præsul iacet Aniciensis
Hoc in sarcophago præsens, vt monstrat imago,
Cui de peccatis veniam det fons pietatis.

Murat. 55. G. de Murat ex nobili stirpe de Murato in Aruerniâ, successit Bernardo de Monteacuto: sedebat anno 1250. vt patet ex cartâ 1250. S. Andreæ de Claromonte, in quâ nominatur cùm Petro de Murato Equite germano suo.

Ventadour. Eschiqueté d'or & de gueulle.

56. Bernardus de Ventadour III. ex toparchis de Ventadorio in Lemouicibus; de eo fit mentio in actis supremæ Curiæ Parisiensis anno 1254. & D. Ludouicum è Syriâ redeuntem Anicij excepit. De consensu Capituli cùm Henrico Angliæ Rege transegit, pro cessione terræ d'Esquiuat apud S. Macarium secus Burdigalam 15. Iunij eiusdem anni. Primus Antistitum Aniciensium resignauit Episcopatum in fauorem sequentis ante mortem.

Polignac. Fascé d'ar-

57. Armandus de Polignac ex Abbate S. Petri de Turre Podiensis electus anno 1255. inaugu-

gent & de gueulle de six pieces. ratur ab Archiepiscopo Viennensi, A clarâ æquè ac nobili gente Vicecomitum de Polignaco apud Vallauenses in diœcesi Aniciensi prognatus,
1255. Pontio huius nominis 4. & Alcinoi de Montelauro. Ecclesias suæ diœcesis multis beneficiis locupletauit, templum Deiparæ Virginis, Abbatias S. Petri, & de Doâ, Capitulum Briuatense, necnon Franciscanorum cœnobium in ciuitate suâ dilatauit: fatis functus anno 1257. die 17. Maij.

Falcodi. 58. Gvido Falcodi ii. aliàs Fovlqveis, Occitanus è villâ S. B Ægidij ad Rhodani ripam, patre Fulcaudio, Germanâ matre oriundus: ex Archidiacono ad hanc Sedem po-
1257. stulatus 1257. quem acta Curiæ Parisiensis Fulcaudum nuncupant. Translatus inde ad Archiepiscopatum Narbonensem, & ex Cardinali Sabinensi euectus ad Apostolicam Sedem anno 1265. nomine Clementis iv. De eo consule supra Narbonenses Archipræsules.

La Rove. Fascé d'or & d'azur de six pieces. 59. Gvillelmvs de la Rove i. ex prosapiâ antiquâ dominorum de Rotâ, Thesaurarij S. Ma- C riæ Podiensis frater, & Petri de Rotâ, sponsi Delphinæ Vicecomitissæ de Lauieu & de S. Bonnet: consecrationem excepit Romæ ab Vrbano
1263. iv. Pontifice 22. Februarij 1263. eius electioni Decano & Præposito refragantibus, qui Simonem Thesaurarium S. Martini Turonensis ad munus Episcopale exposcebant. Monistrolium oppidum & Belloiocum Ecclesiæ suæ acquisiuit, referente cartophilacio 1270. Habetur in cartis Cameræ Rationum Parisiensium 1277. exortum dissidium cùm eodem Episcopo & incolis Aniciensi- D bus, qui Senatusconsulto multati pecuniæ summâ erga Regem, Præsulem ipsum, & Franciscanos, in quorum æde excessus plurimi fuerant patrati aduersùs Officiales Præsulis
1282. Guillelmi. Obiit 9. Augusti 1282. iacet in monasterio Casæ-Dei vbi fuerat monachus. Post obitum verò Petrus Destaing ex illustri prosapiâ Vicecomitum, suo Archidiaconatu Rutenensi contentus Episcopatum Aniciensem repudiauit.

60. Gvido iii. Raynaldum de Portâ Vicarium Generalem instituit absens à diœcesi suâ, vt constat ex cartâ anni 1283. De quo nulla men- 1283.
tio apud Gisseum: refert tantùm ex instrumento anni 1284. 4. Februarij Sedem Aniciensem tum vacasse:

61. Fredolvs, vel Fredoletvs de Saint Bonet Se- Saint Bonet.
gusianus, à Papâ Martino iv. Romæ inauguratur, eius electione probatâ anno prædicto 1284. 2. Sep- 1284.
tembris Anicium ingressus eodem mense. Carmelitas in vrbem assumpsit 1288. anno sequenti exiit ab humanis 4. Augusti, apud Dominicanos in medio Chori sepultus.

62. Gvido de Nevfville Nevville.
iv. confirmatur à Pontifice Nicolao iv. 1290. mense Iulio quo anno placito supremæ Curiæ Parisiensis illi 1290.
& successoribus Episcopis firmatur ius hominij in Comitatum Bigorrensem; de quo clientelaris fidei professionem nomine Ioannæ Nauarræ, Franciæque Reginæ, per Ægidium Archiepiscopum Narbonensem recepit 1293. ex actis eiusdem Curiæ: post ad Santonensem Episcopatum transfertur.

63. Ioannes de Cvmenis i. De Cvmenis.
ex Abbate S. Germani Parisiensis suffectus est Guidoni per Bonifacium viii. 1296. mense Aprili; vr- 1296.
bem iuuectus solemni pompâ 1297. solitum iuramentum profitetur die 25. Augusti, quo anno Philippum Pulchrum Franciæ Regem ad Paragium vrbis Aniciensis admittit, vnàque cùm Capitulo transegit cùm Rege de omni iure suo in Comitatum Bigorritanum, quem cessit sub debito annuæ pensitationis 300. librarum 1307. ex actis Curiæ: eodem tempore nominatur in ordinatione factâ per Guillelmum de Plasiano super fabricâ pontis S. Saturnini de Portu, Vricensis diœcesis. Defunctus mense Iunio, die festo S. Ioannis Baptistæ 1308. sepulturæ manda- 1308.
tur in Capellâ Archangeli Michaëlis à se constructâ in cœnobio Franciscanorum Podiensium.

64. Bernardvs de Casta- De Castanet.

neto iv. Monſpelienſis, auctore Almarico Augerio Biterrenſi in vitâ Innocentij v. à quo ex Apoſtolici Palatij Auditore, & præſtanti Iuriſconſulto ad Albienſem Epiſcopatum vocatus eſt 1276. quem venerabilem virum, magnificúmque Clericum appellat: rebus geſtis in eo Epiſcopatu enituit; Canonicos enim S. Ceciliæ diſcordes ad vnionem reuocauit, prouentus Eccleſiaſtici vigeſimam portionem, Capitulíque & beneficiorum Epiſcopatus ſui quadrageſimam impertiit nouæ Cathedrali conſtruendæ: ad hanc autem traductus eſt Eccleſiam 1308. in cuius Epiſcopatu dotauit Capitulum
1309. Moniſtrolij 1309. Puellas Religioſas, vulgò de Valle, ſub Regulâ Auguſtinianâ inſtituit: temporale dominium Epiſcopi auxit plurimùm, complures hominij profeſſiones à feudatariis Epiſcopatus exigit, ac tandem Cardinalis creatus à Ioanne Papâ 22. 1316.

Brosse. Comme cy-deſſus. 65. Gvillelmvs de Brosse ii. ex Comitibus Penteuriæ in Armoricâ, Epiſcopatus iniit poſſeſſionem per Decanum Santonenſem circa feſtum Omnium Sanctorum
1317. 1317. & iuramentum exhibuit Capitulo 1318. poſteà Meldenſis, tum Bituricenſis, ac tandem Senonenſis Archiepiſcopus, vbi plura de eo.

S. Povrçain. 66. Dvrandvs de Saint Povrçain Dominicanus Claromontenſis, à loco originis, oppido nempe S. Porciani ſic dictus, magni inter ſuos nominis Theologus, litteras ſacras ſummâ cum laude facundiæ profeſſus, inde à Papâ Ioanne 22. deſignatus Epiſcopus Anicienſis
1318. 1318. ex Actis Conſiſtorialibus, non Aletenſis in Galliâ Narbonenſi, vt perperam nonnulli ſcripſêre. Statuta condidit an. 1320. pro Clero, ac tandem tranſiit ad Meldenſem Eccleſiam. Operum eius elenchum habes apud Trithemium, & Bellarminum de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Govgevl. 67. Petrvs Govgevl, v. ex Cenomanenſi huc tranſlatus 1316. in
1316. citatis tabulis Vaticani: poſſeſſionem ſumpſit procuratorio nomine die 15. Aprilis, vrbem ingreditur 19. Maij, hæredem reliquit Ioannem A Gougeul, ex Regeſto Cameræ Rationum.

Brvni. 68. Bernardvs Brvni, v. Briuatenſis, ex Lemouicenſi Decano, Anicij ſolitâ inaugurationis pompâ excipitur 1327. præſtitit iuramentum in vigiliâ Epiphaniæ, inde Nouiomenſis Præſul. 1327.

Chamdorat. 69. Ioannes de Chamdorat ii. Vallauenſis, frater Geraldi domini de Montibus propè Anicium: ex Doctore Iuris Canonici B & Ciuilis, atque Auditore ſacri Palatij, necnon Abbate Caſæ-Dei ad patriæ Epiſcopatum euocatur anno 1342. vt patet ex bullâ Clementis 1342. Papæ vi. quâ ei dedit in mandatis, vt confirmaret permutationem habitam inter Robertum Priorem de Chantoïolio diœceſis S. Flori, & Armandum de Caſtronouo dominum de Meleto Auenione 8. Nouemb. Pontificatus 1. quam idem Ioannes ratam habuit in caſtro ſuo de Epaleto propè Anicium 8. Auguſti 1343. Eccleſiæ ſuæ redditus plurimùm ampliauit, C ac tandem ſublatus è viuis Moniſtrolij 1355.

Iofevri. 70. Ioannes Iofevri, iii. Profeſſor Iuris, quem Odo Giſſeus Ioſencum, aut Iauſenc, vel de Gauſſens appellant tabularia Dienſis Capituli. Ex Valentiâ vbi Epiſcopatum gerebat 1354. tranſiit ad Anicium, & ſedit ad annum vſque 1361. 1361.

La Tovr. 71. Bertrandvs de la Tovr ii. ex nobili domo de Turre in Vellauiâ, filius Bertrandi Baronis de S. Vidal, & Elizabethæ de Leuis, ſucceſſit 1361. 18. Decembris poſt regi- D men annorum 20. emiſit animam menſe Maio 1381. tumulatus 14. die Maij in baſilicâ Minorum Anicienſium, gentis ſuæ ſepulchro, iuxta maius altare.

Chanac. 72. Petrvs de Chanac, vi. Archiepiſcopus Bituricenſis, Cardinalis & Patriarcha Hieroſolymitanus, huius Eccleſiæ Adminiſtrator 1383. ſolitum iuramentum præſtat 1383. 18. Maij eiuſdem anni.

Girard. 73. Petrvs Girard, vii. Cardinalis Anicienſis cognominatus D'azur à

la bande d'argent & vne bordure d'or chargée de neuf besans.

tit. S. Petri ad Vincula. Ex Præposito Massiliensi Episcopus primò Lodouensis, inde Aniciensis 1384. postea Tusculanus creatur à Benedicto Antipapâ 1402. sanctæ Sedis Apostolicæ Maior Pœnitentiarius, Nunciúsque Apostolicus, creatus Cardinalis à Clemente VII. Pseudoponti-
1390. fice 1390. à partibus Benedicti postea defecit, & in Pisano Concilio inter legitimos Ecclesiæ Patres ascitus, Purpura, Maioris Pœnitentiarij munus, & Tusculanus Episcopatus illi adiudicantur. Alexandri V. & Ioannis 22. Comitiis interfuit. Auenione demum, vbi campanile S. Mariæ de Donis exstruxerat, & eiusdem Ecclesiæ Sacrista humanitatem exuit anno 1415. sepultus non in Cathedrali, vt asseruit Vghellus in Portuensibus, sed in natali solo ædis S. Symphoriani de Castello, diœcesis Lugdunensis, in medio chori, vbi Præbendas fundauit, quemadmodum constat ex schedis proprij testamenti eiusdem Cardinalis, in quo se 32. beneficia possedisse narrat, quibus se gratum & munificum in vitâ & in morte exhibet. Ex eo hallucinantur, qui scribunt Petrum Girardi Cardinalem natum fuisse inter Viennam & Lugdunum; constat enim ortum habuisse in diœcesi Lugdunensi in oppido S. Symphoriani de Castello, quod distitum est quatuor leucis à Lugduno, certum quidem est tria esse loca sub titulo D. Symphoriani, vnde ex huiusmodi equiuocatione natus est error, primum inter Lugdunum & Viennam in Delphinatu, secundum inter Lugdunum & Roanam ad Ligerim, distans octo circiter leucis ab eadem Metropoli, tertium in præfatâ diœcesi Lugdunensi, vulgò S. Symphoriani de Castro, in quo natus, baptisatus, ac sepultus est hic Cardinalis Girardus, cuius verus titulus fuit Sancti Petri ad Vincula, non Beati Clementis, vti liquet ex autographo exemplari MS. testamenti eiusdem Cardinalis, facto Bononiæ anno 1410. die 7. Nouembris.

BELLEMARE.

74. ÆGIDIVS DE BELLEMERE ex Rotæ Auditore, relicto Vaurensi Episcopatu, ad Aniciensem translatus
1390. 1390. 17. Octobris. inde ad Auenionensem Cathedram 1393. nondum tunc Metropolitanam perrexit. 1393.

MARTRVIL.

75. ITERIVS DE MARTREVIL Ducis Biturigum & Caroli 6. Regis Francorum Cancellarius: ex Præposito Audomarensi electus est Aniciensis Pontifex 14. Iunij 1393. ex Actis Consist. Vaticani; vrbem ingressus die 24. Martij: ab hac Sede ad Pictauiensem migrat, vt dictum supra.

AILLY.

76. PETRVS D'AILLY, VIII. Compendij ad Aisiam in Picardiâ natus, celebris Doctor Theologus Parisiensis & Cancellarius, primò Podiensis Episcopus, inde Cameracensis, ac Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, de quo in Cameracensibus.

LESTRANGE.

77. ELIAS DE LESTRANGE Theologus & orator eximius, nepos Guillelmi Archiepiscopi Rotomagensis: ex Santonensi hùc translatus sedebat anno 1397. die 20. Maij, ex 1397.
Actis Consistorialibus; adiit possessionem procuratorio nomine 28. Iulij, Ecclesiámque personaliter ingreditur 25. Iunij 1399. Interfuit Concilio Constantiensi anno 1417. Episcopus Aniciensis, vt patet ex sess. 20. vbi præclarè de Ecclesiâ promeritus est: disciplinæ Ecclesiasticæ in suâ diœcesi promotor vigilantissimus, statuta edidit synodalia; idem Lutetiam vocatur cùm aliis Optimatibus ad Conuentum de vnione Ecclesiæ. Mortuus an. 1418. 1418.
17. Iulij funeratur in basilicâ Minorum Podiensium.

CHALANCON. *Comme cy-deuant.*

78. GVILLELMVS DE CHALANCON III. Vuilelmi Baronis de Chalenconio & Catharinæ de la Mothe Saint Iean natus. Ex Præposito Aniciensi assumpsit infulas 2. Iulij 1418. procuratorio nomine primùm 1419. dein personaliter nanciscitur possessionem 12. Martij sequentis. Quo Præsule conduntur Clarissæ in vrbe à Claudiâ de Rossillone Armandi Vicecomitis de Polignaco viduâ 1432. Curionibus suis condendi testamenti fecit potestatem, idq; postea ratum habuit Martinus 5. anno 8. Pontificatus. Vitam finiuit die 1443.
25. Nouemb. 1443. iacet ad Minoritas.

BOVRBON. D'azur à trois fleurs de lis d'or à la barre d'argent.

79. IOANNES DE BOVRBON IV. Ioannis I. Ducis Borbonij & Aruerniæ filius naturalis; dispensatus super defectu natalium ab Eugenio IV. anno Pontificatus 9. intercedente Rege Siciliæ, bullâ quæ habetur in archiuio Podiensi: & certè labem ortus illegitimi virtutibus omnino illustrauit; elogium eius addi hîc potest ex Chronico Cluniacensi: *Flos religionis monasticæ, vineæ Domini optimus cultor, vir Angelicis animi dotibus præditus, exemplaris norma vitæ, nec minus Angelorum consortio dignissimus; non fucatus erat, sed sincerus, solidus, verax & simplex, domi benignus, in victu suo parcus, in cultu, vt Dei seruos decet, modicus, diuinis mysteriis & orationibus sedulò intentus, otij expers vixit, monasteria, Ecclesias, hospitalia, castra, domósque illorum ædificauit, nonnulla etiam collapsa in pristinum statum restituit.* Ex monacho & Abbate S. Andreæ secus Auenionem, ad hanc sedem conscendit 2. Decemb. 1443. possessionem adiit per
1443. procuratorem 2. Iunij, ipse præsens Ecclesiam suam inuisit die 19. Octobris anni 1444. deinceps Pontificatum summâ probitatis ac prudentiæ laude administrauit. Postulatus autem Cluniacensis Abbas 1456. à Callisto Papâ 3. prouisus est tantùm anno 1457. Quæ autem in hoc celebri Archimonasterio Ordinis Benedictini gesserit laudabilia, leges fusiùs in Chronico Cluniacensi: inter cætera domum Abbatialem extruxit, quatuor campanilia maiora monasterij de nouo cooperiri curauit, & cameras inferiores Ecclesiæ reparari, constructâ à fundamentis Capellâ S. Eutropij: dein sacrarium ipsum vario ornamentorum apparatu & donariis locupletauit. Nec minùs in Ecclesiam suam munificus, gazophylacium ædis B. Virginis vario item supellectilis sacræ instruxit munere; Collegiatam de Retornaco fundauit ac instituit, castrum de Espalero, turrim de Monistrolio, & alia Episcopalis dominij castra, aut condidit de nouo, vel saltem restaurauit. Creatus est porrò Lugdunensis Administrator Carolo nepote Archiepiscopo designato, sed adhuc adolescente; Occitanicæ item prouinciæ Præfecturam gessit vice Ioannis 2. Ducis Borbonij, Magistri Equitum Franciæ. Tandem gestis clarus animam Creatori reddidit in Prioratu suo Conuentuali S. Ragneberti diœcesis Lugdunensis 2. Nouembris an. 1485. 1485.
conditus autem Cluniaci in Capellâ à se mirâ structurâ & sumptu ædificatâ. Huius Præsulis elogium vide in Chronico Cluniacensi supra citato, Odonem Gisseum, & Sammarthanos lib. 23. Historiæ Genealogicæ Regiæ Domus.

POMPADOVR. Comme cy-deuant.

80. GODOFREDVS DE POMPADOVR Abbas Commendatarius B. Virginis de Cancellatâ in Petrocoriis, Maior Franciæ Eleemosynarius, Golferij dynastæ Pompadorij, ex Elizabethâ de Combornio filius, frater verò Antonij Episcopi Condomiensis. Ab Episcopatu Petrocorensi ad hanc Sedem translatus est, sacramentum fidei pollicetur Regi pro temporali 1486. 22. Iulij apud 1486.
Siluanectum: vrbem ingressus die 28. Septemb. eiusdem anni: obiit anno 1514.

CHABANES. De gueulle au lion d'hermines armé lampassé & couronné d'or.

81. ANTONIVS DE CHABANES I. ex dominis de la Palice, frater Iacobi Magni Franciæ Magistri, & Equitum Tribuni, vtérque parentibus satus Godefrido domino de la Palice, & Carlotâ de Prie, eorum proauus erat Iacobus Franciæ Archiœconomus: iste eligitur Aniciensis Præsul 12. Iulij 1514. die festo S. 1514.
Bartholomæi sequentis adipiscitur possessionem, & à Pontifice Leone X. 1515. Pallij confirmationem impetrat 5. Decembris, vrbem ingressus die S. Martini 1516. Eo sedente Comitia generalia Occitaniæ Anicij celebrata sunt, & conditur Ecclesia cùm hospitali S. Stephani 1526.

SARCVS. De gueulle à vn saultoir d'argent accompagné de 4. molettes de mesme.

82. FRANCISCVS DE SARCVS toparcha loci de Sarcus in Picardiâ, frater Ioannis Abbatis de Lanneio, filius verò Ioannis dynastæ de Sarcus, strenuissimi Equitis, legionis Picardæ Præfecti generalis, suffectus in Episcopatum circa annum 1536. 1536.
statuta quædam Synodalia pro presbyteris suæ diœcesis condidit.

BEAVNE.

83. MARTINVS DE BEAVNE Libellorum Supplicum in Regiâ Magister, Catharinæ Mediceæ Cācellarius, Abbásque Regalis Montis, & D. Petri in Valle,

Valle, frater Reginaldi Archiepiscopi Patriarchæ Bituricensis, tantùm
1557. designatus fuit Aniciensis 1557.

Sennecterre. D'azur a cinq fusees d'argent en fasce.

84. Antonivs de Sennecterre Abbas S. Geraldi Aureliacensis, & S. Theofredi, consanguineus Claromontensis Episcopi, è nobili stirpe Aruernâ, Nectarij domini de Saint Nectaire, & Margaretæ
1561. d'Estampes filius; de Episcopatu Podiensi prouisus mense Iunio 1561. possessionem accepit mense Nouembri, inauguratus à Georgio Cardinali Armaniaco Archiepiscopo & Legato Auenionensi 24. Decemb. B 1563. decessit anno 1592. iacet in Abbatiâ suâ Monasteriensi.

de Serres. Escartelé au 1 & 4 d'azur a vne main d'argent tenât vne crosse d'or, & au costé droit vne autre main d'argent, tenât e espée de mesme aux gardes d'or, à la bordure fi. lettée d'or. Au 2 de gueulle au lion d'or. Au 3. de gueulle à la bande d'or chargée d'vne fouine de sable. Sur le tout d'azur au benoû d'or chargé de ... estoiles de gueulle, accompagné de 3. estoiles de sinople a 1.

85. Iacobvs de Serres ex Abbate & Barone Montisburgi in Normanniâ, diœcesis Constantiensis, anno 1597. 19. Aprilis ingressus Anicium, solemniter possessionem adiit Sedis. Templi Collegij Societ. Iesu fundamenta iecit 1604. & conuentus sanctæ Catharinæ Senensis eodem anno: dicauit Ecclesiam Capucinorum 1613. quos admiserat die 3. Iunij 1607. Vrsulanas quoque in vrbem recepit. C

86. Ivstvs de Serres nepos superioris, Abbas & Montisburgi, mortuus est die 28. Augusti anni 1641.

Mavpas dv Tovr. De gueulle à vn griphon d'or.

87. Henricvs de Mavpas Episcopus Podiensis, Comes Vellauensis, nulli præterquàm Romanæ Ecclesiæ subditus, & in spiritualibus immediatus Suffraganeus, sancti Dionysij Remensis Abbas, primus Annæ Austriacæ Reginæ Eleemosynarius, à sanctioribus Consiliis Regis, Doctórque Theologus, ex genere Baronum du Tour in Campaniâ, Caroli Cauchon de Maupas Baronis du Tour, & Annæ de Gondy filius. Ad
1641. Ecclesiam Podiensem nominatus per Ludouicum 13. anno 1641. inauguratur Antistes Lutetiæ in templo domus Professæ Patrum Societatis Iesu vici S. Antonij 4. Octobris, die festo D. Francisci an. 1643. à Carolo de Montchal Tolosano Archipræsule, assistentibus Francisco Fonquet Agathensi, & Antonio Godeau Grassensi Præsulibus, Scripsit A librum de vitâ sanctimonialis famâ pietatis inclytæ Ioannæ-Franciscæ Fremiot, viduæ Baronis de Chantal.

EPISCOPI ET DOMINI SANCTI PONTII TOMERIARVM.

S. Pons de Tomieres en Languedoc.

Sancti Pontii vrbs in conualle, ad fontem ex antro scaturientem magnâ aquarum copiâ, qui B paulò post in fluuium Obrim incidit, ab exscindendis marmoribus, quorum ibi magna est copia, nuncupatum Tomeriarum oppidum placet Papirio Massono. Vetus ibidem monasterium Ordinis Benedictini, cuius Religiosi fuêre sæculari togâ donati anno 1615. à Paulo v. Pontifice, condidit Pontius Comes Tolosæ an. 936. inter Pezenatum & Carcassonam, vbi Ramirus Sancij Hispaniæ Regis filius 40. annos vixit monachus, indéque ad Regnum Hispaniæ euocatus, quâ de re Rodericus C Toletanus lib. 6. cap. 1. Stephanus Garibaius lib. 31. c. 23. Surita l. 1. c. 53. & alij Hispanici Scriptores. Abbatiam hanc quondam intra diœcesim Narbonensem, Ioannes Papa 22. ad fastigium Episcopatus euexit sub eodem Narbonensi Archiepiscopatu, cuius Ecclesiæ & diœcesis S. Pontius Patronus festum diem habet 14. Maij apud Vsuardum in ciuitate Galliarum Cemelenensi, de quo in Niciensibus dictum est supra: & corpus quiescere narratur in monasterio Tomeriensi, ex Chronico MS. Senonensi. Huius autem loci Abbati D Florido Isarnus Tolosæ Episcopus dedit Vaurum oppidum cuius erat dominus anno 1098. vt ibi Prioratum constitueret Ordinis Augustiniani, quem erexit in Episcopatum 1318. vt & ipsam S. Pontij Abbatiam cuius Præsul vrbis est toparcha, habens diœcesim quæ Narbonensi, Biterrensi, Castrensi, & Albiensi diœcesibus partim terminatur; ducentas & ampliùs parochias numerat cùm Abbatiis sequentibus.

S. Aniani *S. Signan* O. B.

Fontiscalidi *Fonchaud* O P,

At Episcopos huius sedis nondum A nancisci potuimus ex tabulario S. Pontij, solùm occurrerunt sequentes nostrâ industriâ collecti, de quibus nulla erat mentio apud Robertum. Catellus verò tantùm octo recensuit in Commentariis Historiæ Occitanicæ.

1. RAIMVNDVS; notitia eius eruitur ex regesto Vaticano sub an-
1324. num 1324.

ALDEBRANDI. 2. STEPHANVS ALDEBRANDI, I. aliàs DE CAMBARVTIS ex B Abbate monasterij Cellensis Tricassini, & Clementis VI. Thesaurario & Camerario, Episcopus Casinensis in Italiâ ab eodem Pontifice creatus est anno 1343. Idibus Martij ex reg. Vatican. ep. 92. anno I. præfuit duobus annis, inde transfertur ad Cathedram S. Pontij Tomeriarum
1345. an. 1345. Idibus Februarij per obitum Raimundi; denique promotus est ad Archiepiscopatum Tolosanum 1350. Porrò nomine Clementis & Ecclesiæ Romanæ soluit Ioannæ Neapolis Reginæ Prouinciæ Comitissæ, C pretium octoginta milium florenorum auri pro venditione ciuitatis Auenionensis, cùm omnibus iuribus suis, vt patet ex instrumento archiuij Romani dato die 9. Iunij 1348. Eiusdem Stephani meminit Vghellus in appendice ad 2. tom. Italiæ Sacræ.

ARNAVDI. 3. PETRVS ARNAVDI, I. viuebat an. 1354. 12. Aprilis ex Actis Consistorialibus; anniuersarium habet in suâ Ecclesiâ, ex libro Consuetudinum.

4. IOANNES I. Episcopus legi- D
1362. tur an. 1362. in tabulis Capituli generalis S. Pontij.

FLORENTII. 5. DOMINICVS DE FLORENCE Ordinis Prædicatorum ex Albiensi 1382. Legatus fuit Clementis VII. Pseudopapæ ad Regem Castellæ, eiúsque ope pax conficitur anno 1391. de quo Bzouius tom. 15. Ad Albiensem Cathedram iterum reuersus 1392. demúmque ad Archiepiscopatum Tolosanum.

6. N. Episcopus S. Pontij cuius nomen excidit in regesto Vaticano, Patriarchæ Hierosolymitano recognouit anno 1393. 18. Martij. 1393.

7. PETRVS RABANVS III. in RABANVS. archiuis Vatic. die 2. Maij 1398. Benedicti 13. Antipapæ Legatus cùm Petro Zagarrigâ Electo Ecclesiæ Ilerdensis, Romam ad Bonifacium IX. legitimum Pontificem pro vnitate Ecclesiæ missus est an. 1404. 1404. vt notatur in Annalibus Spondani, & apud Bzouium tom. 15. quem Index Arragoniæ lib. 3. vult Pseudocardinalem institutum à Benedicto, anno 1406. 10. Cal. Octobris, vbi Petrus Rauatius nuncupatur: sed perperam Tolosanum Antistitem asserit, de hoc enim nulla mentio in catalogo.

8. GAVFRIDVS DE POMPADOVR creatus dicitur Præsul ex Senatore Parisiensi circa an. 1408. POMPADOVR.

9. IOANNES DE ROCHECHOVARD ROCHECHOVARD. II. Ludouici I. Vicecomitis Rupiscauardi germanus, qui pro Rege Angliæ præfecturam obtinuit in pago Lemouico, Bituricensi, & Petrocorico; ambo patre geniti erant Ioanne I. Vicecomite, in pugnâ Pictauensi cæso, ex Ioannâ de Soliaco: memoratur in actis supremæ Curiæ Parisiensis anno 1410. recepit à 1410. Principe Walliæ terram de Tauniaco super Carantonum olim à fratre oppigneratam. Habet verò anniuersarium in Ecclesiâ Cathedrali ex citato libro consuetudinum.

10. VITALIS DE MAVLEON MAVLEON. Patriarcha Alexandrinus, ex Episcopo Rutenensi 1418. sedebat & 1430. auctore Catello.

11. GERARDVS eundem Episcopatum obtinuit ex tabulis an. 1448. 1448.

12. N. BALVE frater Ioannis BALVE. Cardinalis Andegauensis Episcopi, qui ex regesto huius Ecclesiæ notatur die Mercurij 7. Augusti 1482. exhibuisse in Capitulo bullas Sixti IV. reuocatorias administrationis Ecclesiæ Andegauensis, aliorúmque beneficiorum dicti Cardinalis.

13. FRANCISCVS-GVILLEL- CLERMONT.

M[illegible] DE CLERMONT [illegible] Magnus Archidiaconus Narbonensis & Episcopus S. Pontii 1502. posteà Narbonensis Archiepiscopus, Cardinalis, & Auenionensis Legatus.

14. FRANCISCVS DE LVXEMBOVRO, 11. Petri Comitis S. Pauli, Velleris Aurei Equitis, ex Margaretâ de Baucio filius, Ludouici Cardinalis Rotomagensis nepos, patruus ipse Caroli Episcopi ac Ducis Laudunensis: regebat Ecclesiam
1506. S. Pontij anno 1506. ex regesto Cameræ Rationum Parisiensium; idem transferrur ad Cenomanensem Ecclesiam vbi de eo plura.

15. IACOBVS DE CASTELNAV ex dominis Castrinoui, & Clarimontis de Lodenâ, Petri domini Clarimontis Occitaniæ Proregis, ex Margaretâ de la Tour primogenitus, Guidonis Seneicalli Carcassonensis germanus, nepos autem Francisci Cardinalis de Claromonte decessoris, Abbas & S. Florentij Sal-
1544. muriensis, Episcopatum rexit annis 1544. & 1577.

16. PETRVS DE FLEIRES Ruthenensis, sedebat anno 1616. mortuus die 25. Iunij anni 1633. sepelitur in Cathedrali.

17. IOANNES-IACOBVS DE FLEIRES Abbas S. Martialis, Petri demissione creatur Coadiutor 1621. quo anno interfuit cœtui Cleri Burdegalensis, inauguratus Episcopus Troianus anno 1622. ab Alfonso d'Elbene Albiensi Præsule, dein extincto patruo successit 1633. delegatur iterum à prouinciâ Narbonensi ad Comitia Cleri Gallicani Pa-
1621. risiis conuocata anno 1650. mortuus 1651.

18. MICHAEL TVBEVF ex Abbate S. Vrbani Catalaunensis diœcesis, Ordinis S. Benedicti, Priore B. Ioannis de Dammartino, & Regis Eleemosynario, frater Iacobi Ærarij Franciæ Intendentis, & in supremâ Rationum Curiâ Præsidis, ad hunc Episcopatum nominatur die
1653. 2[illegible] Iunij 1653. consecratus Lutetiæ in sacello Sorbonico Dominica Quasimodo 12. Aprilis anni 1654. qui cùm interfuisset cœtui Cleri Gallicani Medontæ 1641. nomine prouinciæ Parisiensis, in sequentibus proximè Comitiis 1645. electus est Agens, seu Syndicus eiusdem Cleri, & in Parisiensibus anni 1650. Secretarij munus obiuit. Inauguratus ergo ad suam diœcesim profectus est, vt functioni Episcopali incumberet, vocatus ex prærogatiuâ suæ digni- 1654.
tatis, ad Conuentus generales prouinciæ Occitanæ qui Monspelij annis 1654. & 1655. celebrati sunt.

REDONENSES EPISCOPI.

CONDATE Redonum in meditullio Britanniæ, inter antiquas vrbes quæ Metropolitanæ Turonensi suffragantur, nobilissima est, & prouinciæ Aremoricæ caput. Antoninus Redonum nuncupat; eadem appellatione vocitatur in veteribus Notitiis Galliarum, & à Glabro Rodulfo lib. 2. c. 3. Metropolis ciuitas Britonum gentis. Interluitur fluuio Vigelanâ, seu Vicenonia apud Greg. Turon. huius populi Redones dicti Ptolemæo. Illius decus non modicum, quod fuerit Ducum Britanniæ quondam regia, & superiori ætate Parlamento decorata per Henricum 11. anno 1553. mense Martio, in quo Episcopus Redonensis est Consiliarius, ac gaudet iure sessionis in Comitiis generalibus trium Ordinum. Vrbs autem firmissimo vallo & turribus munita, diu Britonum Ducibus, denique Francorum dominio adcreuit, per connubium Annæ Ducissæ Britanniæ cùm Regibus Carolo 8. & Ludouico 12. Præterea Templum habet Cathedrale sub inuocatione S. Petri Apostolorum Principis, cuius Capitulum constat Thesaurario, Cantore, Scholastico, Archidiacono Redonensi, de Deserto, aliisue Dignitatibus, & Canonicatibus. Porrò numerantur in diœcesi sequentes Abbatiæ:

RENNES, en haute Bretagne, [illegible]

S. MELANII O B.

Saint Melaine de Rennes.

S. GEORGII *fœmin.* O B.

Saint Georges de Rennes.

S. SVLPITII *S. Sulpice* O B.

RELEII *Rillé* O A.

Epiſcopi autem hi fuêre ex Bertrando Argentreo, & Auguſtino du Pas Aremoricæ Hiſtoricis, nec non aliunde ex tabulis Eccleſiæ Redonenſis collecti.

1. S. MODERANVS.

2. S. IVSTINVS.

3. S. RIOTISMVS.

4. S. ELECTRANNVS I.

5. S. IOANNES I. cognomento Albus.

6. ATHENIVS ſubſcriptus Con-
461. cilio Turonino 1. an. 461. & Venneteneſi 465.

7. S. AMANDVS colitur die 14. Nouemb.

8. S. MELANIVS Brito Venetenſis territorij, vti docet vita ipſius MS. *Sanctus Dei Sacerdos Melanius,* inquit, *Redonenſis Epiſcopus fuit admirandæ ſanctitatis, de parochiâ Venetenſi, ex nobiliſſimis parentibus oriundus. Qui in fundo, qui Platio vocatur, nutritus, quamuis emineret nobilitate generis, ſupereminebat tamen nobilitate fidei: quantòque nobilitate ſeculi inter ſuos elatus, tantò diuinorum munerum gratiâ erat præcipuus. His & huiuſmodi virtutibus pollens, Chlodoueo Regi Francorum fit cognitus, & eius præcipuus fit Conſiliarius. Eius quippe conſilio multas à fundamentis conſtruxit Eccleſias, dirutáſque reſtaurauit, & monaſteria quædam decentiſſimè fabricauit. Pauperes quoque eius conſilio abundantiſſimè ſuſtentans. Dei ſeruos, cuiuſcumque fuiſſent ordinis condignâ reuerentiâ honorabat. Iuſtitiam per populos ipſius monitis exercebat, cultúmque diuinum pro poſſe amplificabat. Clothario item Regi Clodouei filio carus.* Subſcri-
511. pſit Concilio Aurelianenſi 1. anno 511. & vitam finiuit 6. Ianuarij, ſo-

A lemni memoriâ anniuerſariâ cultus 6. Nouembris die tranſlationis illius. Eius exequiis interfuere quatuor Epiſcopi, S. Albinus, S. Victor, S. Landulphus, & S. Marſus. Habet vetuſtam Abbatiam ſui nominis proprio Breuiario vtentem.

9. FEBEDIOLVS ſubſcripſit actis
Synodi Aurelianenſis 5. an. 549. 549.

10. VICTVRIVS, vel VICTORIVS nomen appoſuit Canonibus Synodi Turonenſis 2. an 567. hoc chirographo: *Victurius peccator Epiſ-*
B *copus Eccleſiæ Redonicæ conſenſi & ſubſcripſi*: idem legitur in epiſt. [illegible] B. Radegundis apud Gregorium [illegible]. 9. cap. 39. qui filiæ ſuæ Domnolæ item meminit lib. 8. cap. 32. Nominatur cùm aliis Epiſcopis in dedicatione S. Petri Nannetenſis.

11. DVRIOTERVS in Concilio
Cabilonenſi anno 650. per procu- 650.
ratorem Bertulfum S. Melanij Abbatem.

12. VVILLELMVS I. anno 689.

C 13. S. MODERANDVS, vel Mo-
RANVS obiit die 16. Maij anno 719. 719.
in monaſterio S. Remigij quod conſtruxerat ad montem Bardonem in Italiâ, cùm Epiſcopatui renunciaſſet, & ſua pauperibus diſtribuiſſet: Flodoardus Hiſtoricus teſtatur id l. 1. c. 20. *Temporibus Chilperici Francorum Regis extitiſſe fertur Moderamnus Redonenſis Eccleſiæ Præſul, vir nobili proſapiâ oriundus: qui per licentiam prædicti Regis limina S. Petri adire diſponens, diuertit in monaſterium B. Remigij ſitum in ſuburbio Remenſis vrbis. Vbi liberaliter à fratribus eiuſdem loci ſuſce-*
D *ptus, impetrauit à Bernehardo ſacrorum cuſtode reliquias de ſtola, cilicio, atque ſudario S. Remigij. Quibus gratanter acceptis, iter inceptum lætus agens, dum permeat Italiam, in monte Bardonum quadam nocte metatum habens, memoratas in ilicis ramo ſuſpendit reliquias. Cumque diluculo ſurgens, iter cœptum arriperet, immemor horum (nutu, ſeu creditur, diuino) hæc ibidem remanſère pignera. Procedente verò aliquanto longiùs Epiſcopo, vbi relictarum memor fit reliquiarum, ſuum ſtatim ad has recipiendas dirigit Clericum, nonn-*

ne Vul adum. Quo ad has peruenientes, nullo valet eas in enio contingere, dum mirabili signo, vt eas attingere vellet eleuarentur in sublime. Hoc præfatus Episcopus audito miraculo, regrediens, in eodem loco fixit tentorium: sed relicta pignera eadem nocte minimè valuit recipere; donec facto mane, in monasterio quod vocatur Bercetum in honore S. Abundij Martyris ibi constructum, Missam celebrans, prædictorum partem munerum deuoueret ibidem se relaturum. Sicque rapta sibi recipiens, impleto venerabiliter voto, cœptum repetit iter. Cui obuius factus Luitbrandus Italorum Rex strenuus, qui hanc auditu iam comperérat sacrorum virtutem, amore B. Remigij ductus, idem Monasteriū Bercetum, cùm omnibus adiacentijs, omnique Abbatiâ, mansos octingentos (vt tradunt) continenti, præfato Præsuli Moderamno delegauit, eique in præsentiâ fidelium suorum, legali de more, vestituram ex eâ, & cartam fecit. Remeans autem ab vrbe Româ memoratus Præsul, accessit ad venerandum B. Remigij sepulchrum: atque sicut illi præmissus Rex hanc terram tradidit, ita nihilominus ille S. Remigio eandem contulit. Sicque prosperè in suum reuersus Episcopium, successorem sibi ordinari fecit, & valefaciens filiis suis, Bercetum monasterium repetiit, & vsque ad obitus sui diem in loco illo moderatè & honestè, vt seruus Dei, conuersatus vixit.

866. 14. WARINVS seu VVARNARIVS obiit an. 866.

15. ELECTRANNVS II. ab Erardo Metropolitano Turonensi inauguratus Pontifex, cuius consecrationis acta extant post opuscula Hincmari à Cordesio edita, & apud Sirmondum tom. 2. in formulis antiquis promotionum Episcopalium:
» sic ergo habent: ANNO Incarna-
» tionis Iesu Christi Domini nostri
» DCCCLXVI. indictione XIV. anno
» piissimi Regis Caroli 27. 3. Calend.
» Octobris, in parochiâ Turonicâ, or-
» dinamus & ad Pontificalem sedem
» Redonensis Ecclesiæ consecramus
» ELECTRANNVM, electione atque
» decreto Cleri & plebis eiusdem Ec-
» clesiæ, nos in Dei nomine Antisti-
» tes Ecclesiæ Turonicæ Metropolis,
» Actardus Nannetensis, atque Rod-
» bertus Cenomanensis cùm consensu
& literis cæterorum Diœcesanorum «
adhibito, apicibus etiam præmoniti «
iam dicti gloriosi Regis Caroli, hu- «
iusmodi statuto, & paternæ com- «
monitionis decreto ipsi viro allato, «
vt Canonicis sanctionibus, quantùm «
diuina suffragauerit pietas, libenter «
obtemperet, & ab inlicitis ordina- «
tionibus abstineat, & pestem simo- «
niacæ hæresis deuitet: Concilia quo- «
que sacris præfixa Canonibus certis «
sibi designata temporibus celebrare «
procuret, atque matri suæ Metro «
poli debitâ reuerentiâ se subdere non «
negligat, & iuxta sanctorum Patrum «
regulas nihil nisi quæ ad propriam «
Ecclesiam extra eius consensum per- «
temptet. Hæc ergo, aliáque ad in- «
stitutionem & informationem fide- «
lis viri, fratris & filij nostri Electran- «
ni, die præfixo, verbo pariter & sty- «
lo promulgantes, Pontificali eum «
infulâ adornantes, sacrâ quoque be- «
nedictione more sanctæ Redonensis «
Ecclesiæ Pontificali cum ordine præ- «
ferimus, & paternè Cathedrali solio «
sublimantes, confratrem, consacer- «
dotem, & comparticipem in regimi- «
ne & gubernaculo Ecclesiæ sanctæ «
nobis ex integro in Dei nomine ef- «
ficimus, manuum quoque adorna- «
tionibus confirmauimus. «

16. TETBALDVS dimisso Episcopatu fit Abbas S. Melanij.

17. NODOARDVS reperitur circa annum 954. in cartâ Ragenfredi Carnotensis Præsulis de reparatione monasterij S. Petri in Valle. 954.

18. GALTERVS DE LA GVERCHE I. ex dominis de Guerchiâ.

19. VVARINVS II. anno 990.

20. TRISCANDVS DE LA GVERCHE qui & Auriscanus, Galteri prædicti frater. LA GVERCHE.

21. GALTERVS II. obiit 10. Maij.

22. VVARINVS III. defunctus die 17. Maij 1036. 1036.

23. MAINVS vel MAINO anno 1065. decessit 20. Aug. 1075.

24. SILVESTER DE LA GVERCHE, LA GVERCHE.

CHE dominus de Pouence, & de Guerchiâ in Armoricâ, Conani 2.
1096. Ducis Cancellarius; diem clausit extremum 18. Ianuarij 1096.

25. MARBODVS ex Archidiacono Andegauensi, vir æuo suo eruditione insignis, & in omni scientiarum genere comptimis versatus, patriâ Andegauensis, vt patet ex epitaphio quod ipsi exarauit Vlgerius eiusdem Sedis Episcopus; ex quo apparet mendum Balæi, qui Anglum facit origine, scribentis è Cambriâ in Aremoricam transuectum, & insulis Redonicis cohonestatum. A primâ ætate Andegaui bonis litteris operam nauauit, Canonicus primò, dein Scholasticus, itidem Archidiaconus, ac demum Redonensis Pon-
1096. tifex eligitur anno 1096. subscribit enim diplomati Vrbani 2. pro cœnobio Cormariceno & Vindocinensi. Ad eumdem quod attinet, Andegaui partem ætatis exegisse, cùm Rainaldus de Martiniaco Romæ moraretur, significant tabulæ S. Mauricij, maximè verò instrumentum donationis, quo Fulco iunior an. 1109. inuestituram facit de Plessiaco Grammatici in manu Marbodi huiúsce Redonensis Præsulis, qui tum absente Rainaldo Episcopali functioni incumbebat. Sed cum electioni Rainaldi prædicti inconsultò nimis, sed gratâ animi voluntate patrocinatur, refragante Capitulo, vna cùm Ildeberto Cenomanensi Pontifice, & Goffrido Vindocinensi Abbate, qui Romæ eius ordinationi aduersabantur, captus est Marbodus ab inimicis Rainaldi, qui sanè posteà beneficij immemor, pessimam illi gratiam reposuit, Marbodus enim epistolâ ad Rainaldum sic conqueritur: *nam & carcerem & cathenas, dum ad te in auspiciis tuæ illius electionis vocatus festino, tui causâ passus sum, machinamento eius qui tibi nunc placet, Stephani, quasi tunc iam præsagiente & præmonente fortunâ, vt ab infausto cœpto desisterem*: Concilio Trecensi interfuit 1114. & exequiis Alani Fergentij Ducis in monasterio Rotonensi 1119. tandem verò factus monachus apud S. Albinum Andegauensem ibi in-
1123. teriit 11. Septemb. an. 1123. de quo Ildebertus ep. 80. & 20[illegible] Sirmondus variis locis ad Notas ep[illegible]. Goffridi lib. 3. ep. 14. Sigebertus de viris illustribus, & alij. Epitaphium illi conscripsit Vlgerius Canonicus, postmodum Andegauensis Episcopus, quod in perantiquo exemplari S. Albini asseruatur his carminibus.

Si quis quantus erat MARBODVS *noscere quærit,*
Postulat hoc quod ego dicere possem ego.
In toto mundo non inuenietur eundo,
Vllus compar ei nominis atque rei.
Omnes facundos sibi vidimus esse secundos
Nullus in ingenio par, nullus in eloquio.
Cessit ei Cicero cessit Maro iunctus Homero,
Vt dicam breuiter vicit eos pariter.
Per cunctas metas per quas sua se tulit ætas
Nulla sibi placuit res nisi quæ decuit
Curans vt fieret virtutem quod redoleret,
Transtulit huc studium, transtulit ingenium.
Illi sic noto dedit eius sed sine voto
Christi iudicium, Pontificis solium.
Hic Præsul factus nolens licet atque coactus,
Effecit meliùs quæ bona cuncta priùs.
Æquâ mensurâ mensurus singula iura,
Lenis erat placidis, & rigidus tumidis.
Iugiter orabat, ieiunabat, vigilabat,
Quódque sibi minuit, pauperibus tribuit.
Hic tam laudari dignus quàm dignus amari,
Sorte cadens hominum, transiit ad Dominum.
Omnes personæ quæ sunt in religione,
Ingemuère nimis planctibus & lachrymis.
Nobilitas fleuit, nec plebs à flendo quieuit,
Tum gemit & plorat cùm bona commemorat.
In cunctis annis noua mors erat ista Britannis,
Quæ viuens tenuit, quos aluit docuit.
Præcipuè Rhedoni proprij quæ morte patroni
Est velut ægra iacens, factáque muta tacens.

Et paulò infra idem Auctor sic cecinit:

Marbodi vita doctrinæ luce perita
Enituit mundo, sensu fœcunda prophano
Natus erat quorum decus erat Andegauorum,

Post Rhodonum turbis & Clero præfuit urbis,
Dum studio vixit quæ prosunt plurima dixit.
Occidit Antistes, facit hoc occasio tristem,
Et succurrat ei Dominus & faciet requie.

Riuallo Archidiaconus Redonensis eum quoque sequenti decorauit epitaphio.

Reddidit ingenium sapientem, lingua disertum,
Mens memorem, vigilem sollicitudo gregis:
Ætas longa senem, iucundum gratia moris,
Ordo Pontificem, relligióque sacrum:
Sobrietas parcum sibi, munificentia largum
Pauperibus, rectum regula iustitiæ.
Hic basis Ecclesiæ pondus portabat, & idem
Mansuetudine bos & feritate leo.

De eodem Pontifice Marbodo audi si placet vetus Cartularium sancti
» Albini his verbis: VNIVERSIS
» Sanctæ Ecclesiæ filiis, humilis Con-
» gregatio Beati Albini Andegauen-
» sis Episcopi. Apostolica nos infor-
» mat auctoritas, vt pro inuicem om-
» nes alter alterius onera portemus,
» & sic adimpleamus legem Christi:
» Denunciamus vobis obitum domini
» Marbodi venerabilis Episcopi sem-
» per cùm laude memorandi, linguâ
» facundi, relligione præcipui, morum
» honestate præclari, litterarum eru-
» ditione doctissimi: cuius sermo sem-
» per sale conditus erat, & ex ore il-
» lius melle dulcior fluebat oratio; &
» quamuis eodem tempore variis stu-
» diis tota Gallia resonaret, ipse ta-
» men Oratorum Rex Gallicanæ elo-
» quentiæ arcem obtinebat. Tertiâ si-
» quidem die Idus VII. infirmatus car-
» ne, sed spiritu fortior excedens à
» sæculo, viuens in Christo suâ nos vi-
» duauit præsentiâ, & amoris iaculo
» vulneratos intolerabili dolore con-
» fecit. Qui post longa liberalium stu-
» diorum longè latéque vernantium
» .... nominatissimus extitit, magister
» efficacissimus claruit, electus à Re-
» uerendo Papâ Vrbano in Turonensi
» Concilio sanctissimo Sedis Apostoli-
» cæ Ecclesiæ, annuente Deo ordina-
» tus est Pontifex. Quam dignitatem
» &c. licet inter barbaros, & naturali
» quadam feritate armatos per annos
27. fideliter prudentérque guber- «
nans, superborum colla iustitiæ cen- «
surâ perdomuit: arguendo, obse- «
crando: tandem longæuo confectus «
senio, plenus dierum in sanctâ con- «
fessione, vt præmissum, in Domino «
requieuit, ingressurus viam vniuer- «
sæ carnis, mortémque sentiens one- «
re pontificali deposito, S. Benedicti «
habitum humilitatémque suscepit, «
monachum professus B. Albino se «
tradidit, & sic exoneratus pauperem «
Christum pauper & ipse sequutus est. «
Composuit carmina quædam, passionem Thebæorum, & S. Laurentij, poema super Canticorum Cantico iuxta triplicem sensum; vitam S. Magnobodi & Licinij Episcoporum Andegauensium, aliáque nonnulla de quibus apud Sigebertum.

26. ROTALDVS, qui debitum naturæ persoluit 21. Nouemb. 1126.

27. HAMELINVS ex Abbate S. Albini Andegauensis ad hanc sedem postulatus est Idibus Maij 1127. ex 1127.
Chronico Andegauensi, inauguratus die 15. Maij: fundauit Prioratum S. Michaëlis in castello Redonensi, ac fatis fungitur 1141. 4. Non. Februarias ex citato Chronico. Episcopus iste in dissidio Mainguenoij & Iuonis singulare certamen monomachiæ permisit, pro temporum vitio tum institutum, cùm ordinario iudicio controuersiæ terminari non poterant, de quo Hamelini extant litteræ in codice S. Petri Redonensis, prolatæ in analectis Sirmondi ad l. 3. Goffridi Vindocinensis, vbi recensentur ordine Maino, Siluester, Marbodus, & Rotaldus Episcopi: celebre autem fuit illud duellum, nam vt loquitur carta: *cùm die constituto ventum esset in campum, & post facta sacramenta pugiles hinc & inde fortiter & viriliter dimicarent in prato Episcopi, iuxta fluuium Isolam præsentibus nobis, & Comite Conano, & Roberto Vitreensi tunc excommunicato, & Oliuerio de Dinanno, & Hamone de Guirchiâ, & alijs proceribus multis, & ferè omni Clero & populo Redonensi tractatum est de concordiâ.*

28. ALANVS I. cuius extat epist. 128. ad Sugerium Abbatem, decessit Kal. Maij an. 1156. Robertus de 1156.

Monte in Appendice ad Sigebertum: *mortuo Alano Episcopo Redonensi, successit ei Stephanus Abbas S. Florentij, vir religiosus, & litteratus, & eloquens.*

LA ROCHEFOVCAVD. 29. STEPHANVS DE LA ROCHEFOVCAVD I. Engolismensis è Rupefulcaudi, honoratâ quidem familiâ, sed non vetusto dynastarum huius cognominis genere prognatus, Heliâ, Constantiâque parentibus. Religionem vouit primùm in Abbatiâ D. Florentij secus Salmurum, vbi Abbas electus, ante benedictionem, Mathæo ad Andegauensem sedem promoto, ipse in Episcopali solio Redonicæ ciuitatis collocatur an. 1156. sæcularibus & Ecclesiasticis rebus administrandis emicuit; professionem clientelæ Baronum Armoticæ, Gaufrido Duci nomine Constantiæ vxoris debitam excepit in æde S. Petri, ac decennio expleto in Episcopatu, migrauit ad
1166. meliorem vitam Nonis Septembris 1166. iacet in claustro Monachorum Abbatiæ S. Melanij, in ipso ingressu oratorij, sub tumbâ prætereuntium pedibus conculcandâ.

30. ROBERTVS I. ex Canonico Regulari S. Petri de Rilleyo suffectus 1166. diem postremum clausit 9. Decemb. 1167.

FOVGERES. 31. STEPHANVS DE FOVGERES II. ex Capellano Henrici 2. Angliæ Regis, Normanniæque Ducis, defunctus 23. Decemb. 1178.
1178. Appendix Sigeberti. *Obiit Stephanus vir honestus, & litteratus, Episcopus Redonensis. Huic accidit quædam visio mirabilis, quam ipse Episcopus cuidam monacho familiari nostro ante mortem suam manifestauit. Quædam enim persona ei apparens, leui sibilo hos versus ei dixit. Desine ludere temerè, nitere surgere properè de puluere. Ipse enim multa rythmico carmine, & prosâ, iocundè & ad plausus hominum scripserat; & quia miserator hominum eum in proximo moriturum sciebat, monuit eum, vt à talibus abstineret, & pœnitentiam ageret. Scripsit etiam vitam S. Firmati Episcopi, & vitam S. Vitalis primi Abbatis Sauigneij. Scripsit etiam mihi quinquaginta versus de senectute, in quorum vltimo prædictorum versuum, vnam clausulam posuit. Cui etiam Mater misericordiæ apparuit in obitu suo, cui deuotè semper seruierat.*

32. PHILIPPVS ex Abbate Claromontis propè Lauallem, Ordinis Cisterciensis. Inuenit thesaurum in Chori, seu capitis suæ Ecclesiæ fundamentis iaciendis 1181. apud Supplementum Sigeberti, ait enim Robertus de Monte: *Obijt Philippus Episcopus Redonensis qui fuit primus Abbas Claromontis. Hic per reuelationem caput Ecclesiæ Redonensis solo diruit, & in eâ diruptione multas pecunias inuenit, de quibus cœpit reædificare caput præfatæ Ecclesiæ meliori scemate.* 1181.

33. IACOBVS in cartâ S. Melanij 1181.

34. ERBERTVS natus de Vourejo in territorio Castrilidi, ex Abbate Claromontis consecratur mense Iulio 1184. Sigillo præfectus in Atmoricâ Principe Gaufredo, Henrici Angliæ Regis & Leonoræ Aquitanicæ filio: fatis cessit 10. Decemb. 1198. sepultus in Choro Cathedralis vbi dicitur claruisse miraculis. Hunc tabulæ B. Mariæ de Fontanis in Turonibus, cuius loci Abbas extitit, volunt in Pontificatu subrogatum Philippo. 1184.

DINAN. 35. PETRVS DE DINAN I. Aremoricæ Cancellarius, Rolandi dynastæ de Montafilant filius: ex Archidiacono Vestringensi in Archiepiscopatu Eboracensi: obiit an. 1209.

FOVGERES. 36. PETRVS DE FOVGERES II. Stephani decessoris nepos, sedebat anno 1210. mense Martio. Petro Duci Britanniæ in Cathedrali suâ diadema imposuit, ac mortuus est 10. Iulij 1222. 1210.

MONTAVBAN. 37. IOSSELINVS DE MONTAVBAN ex Montalbanensi familiâ progenitus in Armoricâ, quæ eandem cùm nobilissimâ Rohanensi sortitur originem, Alani Baronis de Montalbano filius hic fuit, vltimâ Nouemb. 1234. sepulturam accepit in Capitulo Abbatiæ S. Iacobi de Monteforti. 1234.

GIQVEL. 38. IOANNES GIQVEL I. 1235. pugnauit

pugnauit in Egypto aduersùs Sarra-
1235. cenos cùm Galtero Iaphensi Comite 1250. teste Ioinuillæo: mortuus 11. Nouembris 1257.

39. Egidivs i. qui solemni inaugurationis pompâ vrbem inuectus est astantibus quatuor Baronibus Episcopatus feudatariis, Guidone Barone Vitreij, toparchâ de Albigneio, Goffrido Castrigironis, &
1262. altero Goffrido de Guerchiâ dominis: exemptus è viuis anno 1262.

Trezigvidi. 40. Mavricivs de Trelidi aliis Trezigvidi dictus, nominatur executor codicillorum testamenti Guidonis domini de Lavalle 1265. obiit 16. Sept. 1282.

La Roche-Tangvy. 42. Gvillelmvs de la Roche-Tangvy ii. Magister in Theologiâ, animam reddidit 20.
1297. Septemb. 1297.

Semois. 42. Ioannes de Semois ii. ex Minorum familiâ ad Redonensem Cathedram euectus, de quo Vadinghus meminit in Annalibus Minorum: morte sublatus post regimen annorum quinque 1302.

43. Ivo i. electus 1302. ex archiuis Cathedralis, post sedem
1302. circiter annorum trium obiit 1304.

44. Egidivs ii. moritur 1308. die 27. Septembris.

Chasteavgiron. D'or au chef d'azur. 45. Alanvs de Chasteavgiron ii. Goffrido 2. Castrigironis toparchâ genitus: ex Thesaurario S. Petri, & Duci Ioanni 3. à secretioribus Consiliis ad Episcopatum conscendit: multa pro Clero priuilegia obtinuit, collatis 30. solidis ad suum anniuersarium faciendum: decessit die Veneris post Quasimodo 24. Aprilis 1327.

Chasteavgiron. 46. Alanvs de Chasteavgiron iii. superioris ex fratre nepos, nascitur 1284. ex Archidiacono Redonensi, necnon Ecclesiæ prædictæ Thesaurario designatur An-
1328. tistes 1327. obiit 21. Nouemb. 1328. sepultus in Cathedrali suâ retro maius altare, vbi prostat hæc inscriptio Latinè expressa: *Hic iacet dominus Alanus de Chasteaugiron dum viueret Episcopus Redonensis, qui decessit anno 1328.*

Ovvroing. 47. Gvillelmvs Ovvroing iii. in regesto Vaticano electus reperitur anno 1328. Concilio prouinciali interest Castrogonterij 1339. sedebat & 1347.

Rosmadec. 48. Ivo de Rosmadec ii. nobilis Brito successit 1347. decessit verò die 15. Octobris anni 1349.

49. Arcandvs subrogatus recensetur ex Actis Consistorialibus Vaticani sacrâ benedictione inaugurauit Aleidem de Mathafelone S. 1354.
Georgij Abbatissam; posteà migrauit è viuis anno 1354.

Laval. 50. Petrvs de Laval iii. Guidonis ix. domini de Lavalle & Vitreij, Comitis Casertæ, ex Beatrice de Gaure nobili fœminâ Comitatus Flandriæ natus, frater Ioannæ Abbatissæ D. Georgij Redonensis: reddidit animam 11. Ian. 1357.

51. Gvillelmvs iv. nominatur in cartulario Redonensi 1358. quo eodem anno fundationem Xenodochij S. Iuonis probauit codicillis datis post festum Conceptionis 1359.
nostræ Dominæ defunctus est anno 1359.

Gvemené. 52. Petrvs de Gvemené iv. solitô more & pompâ vrbem ingressus 3. Nouembris 1359. eadem die benedixit de nouo basilicam Cathedralem S. Petri, vt prodit martyrologium vetus Redonense.

Treal. 53. Radvlfvs de Treal nobilis Armoricus, ex Canonico Redonensi 1363. 28. Ianuarij vt indicant Acta Consistorialia. Ecclesiæ suæ bona multa contulit, cuius templum reparauit, insupérque in tuendis iuribus Episcopij strenuus, sed parùm acceptus extitit Ioanni Duci, cognomine Conquæstori, cùm quo grauissimis dissidiis laborauit; deprauatis autem Cleri moribus prouidens sedulus pastor, de ijs ad melioris vitæ institutum reuocandis vigilanti curâ incubuit. Tandem translatus est ad meliorem vitam anno 1383. 1383.
die 3. Februarij, humatur in basilicâ

S. Petri sub marmoreo tumulo extra Chorum. De quo vide Argentræum.

DE BRIS. 54. GVILLELMVS DE BRIS V. recensetur an. 1385. 7. die Iunij.

55. ANTONIVS sedebat anno 1388. ex vetustis documentis sancti Petri.

CHANTEMERLE. 56. ANSELMVS DE CHANTEMERLE Arturi Comitis Richemondi Equitum Tribuni familiaris, Præsul magnificus, apud Duces Britanniæ summoperè gratiosus, & maximâ auctoritate valens, consecratur Ca- B
1389. lend. Octobris 1389. mortalitatis debitum soluit 1427. legatis testamento calicibus argenteis, singulis parochiis suæ diœceseos; successoribus Episcopis quædam bona reliquit, dicitúrque auctor celebrationis festi Præsentationis Deiparæ Virginis in Cathedrali, vbi spectatur cœnotaphium marmoreum in sacello de Cantumerulâ dicto, hac inscriptione:

Hic iacet ANSELMVS *clarus Præsul Redonensis,*
DE CANTVMERVLÆ, *patiens, pius atque benignus,* C
Quem verus Papa Pallio sacro decorauit
Martinus quintus, sumpto de corpore Petri.
Dúmque Præsentat Virgo festum celebrauit,
Per quem fundantur Missæ, sancti venerantur:
Anno milleno cùm C. quater XXVII.
Septembris primâ, cadauer defertur ad ima:
Parcat ei Dominus qui regnat Trinus & vnus. Amen.

BRILLET. 57. GVILLELMVS BRILLET D VI. origine Armoricus, è pago Vitriacensi, vir mansuetus ac religione præditus, huc transfertur ex Episcopo S. Brioci. Multa Ecclesiæ suæ donaria inpertitur fundatione trium Capellaniarum, pueris Chori certos redditus assignauit, basilicæ Virginis de Vitreio ornamenta Pontificalia exquisitæ artis & pretij legauit, posteàque abdicat Episcopatum in fauorem nepotis Roberti successo-
1447. ris, factus Archiepiscopus Cæsareæ 1447. obiit 1470. superstes nepoti A resignatario vt nonnullis placet, sepultus in Cathedrali.

58. ROBERTVS DE LA RIVIERE II. ex Cantore Cathedralis, Gulielmi auunculi resignatione in successorem electus 1447. die 7. Cal. Maij ex Actis Consistor. Ioannis toparchæ de Ripariâ, Francici 1. Ducis Cambellani primùm, Britanniæ dein Cancellarij, ex Iametâ Brillet filius. Concilio prouinciali Andegauensi adfuit an. 1448. legatus missus ad Regem Carolum 7. per Ducem Armoricæ, vti de fractis ab Anglo induciis publicè expostularet, quemadmodum legere est apud 1450. Monstreletum. Decessit an. 1450. die 18. Martij, cuius sepulchrum ex ære in choro Cathedralis spectatur. LA RIVIERE.

59. IOANNES DE COATQVITS III. diœcesis Trecorensis, ex Canonico & Archidiacone de Deserto substituitur an. 1450. eodem anno Duci Petro 2. diadema imposuit in Cathedrali; cuius hominio Regi exhibito die 3. Nouemb. præsens interfuit: postmodum ad Trecorensem Episcopatum promotus 1454. Eiusdem gentis Philippus Archiepiscopus Turonensis & Cardinalis. COATQVITS. 1454.

60. IACOBVS D'ESPINAY, II. in Armoricâ natus ex prænobili stirpe, Roberto huius nominis 2. toparchâ d'Espinay, Archiœconomo Britanniæ, & Margaretâ de la Courbe; is ex suâ gente habuit quoque infulâ Pontificali decoratos nepotes ex fratre Ricardo Francisci 2. Ducis Archicambellano, Andream Cardinalem Archiepiscopum Lugdunensem, Robertum Nannetensem, Ioannem Mirapicensem, & alterum cognominem Valentiæ, Diæque Episcopos. Quamobrem his maioribus ortus, ad Episcopatum sibi gradum fecit, Maclouiensem scilicet, è quo traductus est ad Redonensem 1454. Vrbem ingressus 10. Aprilis, legationem obiit pro Duce ad Regem Ludouicum XI. Verùm vt docet Argentræus, calumniis Petri illius Landesij Quæstoris ærarij Britanniæ, vt obscuris parentibus editi, sic & fastu intolerandi apud Ducem cuius gratiam consequutus erat, adeò pertinaciter falsis accusationibus infecta- ESPINAY. Comme cy-dessus. 1454.

tus est, vt in carcerem detrusus, bonis fisco addictis, tædio & ærumnis
1482. longæuus excesserit è vitâ an. 1482. mense Ianuario. Sepulturam accepit in æde B. Mariæ Magdalenes de Champeaux iuxta Espinaium.

Gvibé. 61. Michael Gvibé ex Episcopo Dolensi, filius Adeneti & Oliuæ Landais sororis Petri Thesaurarij, fratrem habuit Robertum Præsulem Nannetensem & Cardinalem: adlectus autem Coadiutor Iacobi fauore auunculi, eo demortuo pacificam sedem adeptus est. Annæ autem Britanniæ Ducissæ, insignia coronæ imponit in Cathedrali, quam vario ornatu sacræ supellectilis lo-
1501. cupletauit. Mortuus est an. 1501. iacet in Capellâ quam in eadem basilicâ fundauit. Huic Episcopo subiungitur ab Argentræo Gvido le Lionnays Canonicus S. Petri & Abbas Belliloci, à Capitulo postulatus 3. Martij eiusdem anni, sed fortè possessionem pacificam haud nactus, contradicentibus Rege & Annâ Reginâ, sicut constat ex tabulis cartophilacij Britanniæ.

Gvibé. 62. Robertvs Gvibé iii. ex Episcopo Trecorensi fratri succedit, Abbas S. Melanij, & B. Gildasij; creatur Cardinalis anno ætatis 18. à Iulio 2. Pontifice 1506. eodémque anno translatus ex Redonensi ad Nannetensem Eccl. decessit Romæ 9. Septemb. 1513. ibique tumulatus in templo S. Iuonis.

Mayevc. 63. Ivo Mayevc, diœcesis Leonensis, non postremum Dominicanæ familiæ decus; à primis annis apud Montemrelaxum habitum induit religionis, cúmque magnâ existimatione floreret, probitate virtutis adeò emicuit, vt Anna Ducissa cum à sacris Confessionibus sibi asciuerit, cuius postmodum patrocinio ad hanc sedem promotus bullis Apostolicis Iulij 2. datis die 29. Ia-
1506. nuarij 1506. Carolo 8. & Ludouico xii. eodem munere perfunctus, in postremi exequiis, apud ædem Marianam Lutetiæ funebri oratione parentauit. De eius vitâ fusè Scriptores Aremorici, eximiam illius virtutem & vigilantiam in administrandâ Redonensi Ecclesiâ prædicantes.

Excessit autem apud domum suam de Breutz ætatis 70. Episcopatus 35. magnâ opinione sanctitatis suæ hominibus relictâ 20. Septemb. 1541. 1541.
conditus in Cathedrali: Codex S. Petri Redonensis ista proloquitur, quæ duximus ad viri de Clero benè meriti memoriam exhibenda, loco Epitaphij: Ivo Mahyevc *ex familiâ Dominicanorum, per annos amplius quadraginta Episcopatum Redonensem administrauit cùm summâ pietate & fide: fuit Reginæ Annæ vxoris Regum Caroli 8. & Ludouici 12. à secretis Confessionum: habitum Monachalem nunquam deposuit, omnia sua bona viuens pauperibus distribuit: decessit septuagenario maior, inuentæque sunt impressæ cruces in eius pectore post mortem, frequentatúrque eius sepulchrum in Ecclesiâ Cathedrali extra chorum ad latus dextrum, cùm summâ populi veneratione; vixit sub Ludouico* xii. *& Francisco* i.

64. Clavdivs Dodiev Lugdunensis, dominus de Vely, Regi à Consiliis, ex Libellorum supplicum in Regiâ Magistro, & Francisci i. ad Pontificem Paulum 3. & Catolum v. Cæsarem Legato Episcopus nominatur: adest sacro Catharinæ Medicææ in basilicâ sancti Dionysij 1549. necnon Comitiis generalibus regni Lutetiæ congregatis 1557. obiit 1558. sepultus in æde Cælestinorum Parisiis. Dodiev. 1549.

65. Bernardinvs Bochetel Biturigus, filius Guillelmi domini de Sassy, Francisci i. & Henrici 2. Regum à secretis epistolis & mandatis, ad Principes variis Legationibus functus, vti ad Maximilianum 2. Imp. Caroli 9. Orator pro connubio filiæ eiusdem Imperatoris cùm Rege, aliísue negotiis sæcularibus implicitus, cùm in Ecclesiæ castris militare, ac gregi & Regi simul inseruire non posset, munus Episcopale sequenti cessit non consecratus. Bochetel.

66. Bertrandvs de Marillac ex Abbate Tiernij in Aruerniâ diœcesis Claromontensis; cùm in Ordine Seraphico 40. annis vixisset, ad hunc Episcopatum promotus est 26. Octobris 1565. Marillac. D'argent maçonné de sable, remply de six merlettes de mesme.

me, & d'vn croissant de gueulle en cœur, au lieu d'vne septiesme merlette.

germanos habuit Carolum Archiepiscopum & Comitem Viennensem, necnon Gabrielem in Parisiorum Senatu Aduocatum generalem: consecratur autem Episcopus in Capellâ Episcopalis Palatij Lutetiæ die 27.
1565. Decembris anni 1565. spectatæ virtutis Antistes, facundiâ pollens, è sacro suggestu concionibus ad populum habendis, aliisque virtutibus summo Præsule dignis emicuit, pluribus hæreticis ad religionem Catholicam perductis: eo præsertim nomine laudatus ab Argentræo docto Britone Histor. Armoricensis lib. 1. c. 10. Testamento multa piè legauit Ecclesiis, præsertim religiosis S. Claræ monialibus Aquæsparsæ in Aruerniâ, vbi gentis Marillacæ cœnotaphium: bona egentibus erogauit, Cathedrali verò suæ ornamenta plurima elargitus, codicillis datis vltimâ Decemb. 1572. ac summo omnium mœrore anno sequenti migrauit ab humanis, tumulatus in Choro Cathedralis cùm hoc epitaphio: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater & dominus* BERTRANDVS MARILLACVS *Episcopus Redonensis, qui obijt*
1573. *die 29. mensis Maij 1573.* Prostat ibidem sequens carmen:

Mentem Christe tibi, telluri corpus, egenis
Cætera do, moriens hæc MARILACVS *ait.*
Mentem Christus habet, corpus reparabile seruat
Tellus, arca inopum cœlica condit opes.
Inclyta mens cœli corpus cœlesto moratur,
Ipsa suis solidum tunc fruitura bonis.
Præsulis hoc meruit pietas, hoc inclyta virtus,
Commissi hoc meruit sedula cura gregis.

HENNEQVIN. Vairé d'or & d'azur au chef de gueulle, chargé d'vn lion leopardé d'argent.

67. AYMARVS HENNEQVIN Canonicus & Consiliarius Parisiensis, ex Abbate S. Martini de Spartnaco diœcesis Remensis, assumptus fuit ad Cathedram decessoris & affinis Bertraudi 1575. oriundus ex amplâ & nobili familiâ de Hennequin origine Trecensi, quæ varias stirpes protulit. Aymarus autem Drusio do-
1575. mino Dassy Præside Rationum regiarum, & Renatâ Nicolai consorte prognatus, fratrem habuit quoque Hieronymum Episcopum Suessionensem. Difficillimis temporibus non degenerem Marillaei successorem se præbuit: Comitiis Blesensibus 1577. & prouinciali Synodo Turonensi 1585. adfuit. Breuiarium suæ diœcesis correctius edi curauit 1589. Confessiones D. Augustini & Epistolas S. Hieronymi sermone gallico donauit, ac notis eruditionem & pietatem redolentibus illustrauit. Demum extinctus 13. Ianuarij 1596. 1596.
sepelitur in Cathedrali suâ prope Iuonem Mayeuc decessorem, sicuti præscripserat.

DOSSAT.

68. ARNALDVS DOSSAT Nouempopulanus, ex Vareni apud Ruthenos Decano, Romæ degens post excessum Aymari nominatur ab Henrico 4. prouisus bullâ Papæ Clementis VIII. 9. Septembris 1596. inauguratus in æde D. Marci 27. Octobris sequentis ab Augustino 1597.
Cardinali Valerio Episcopo Veronensi: creatur Cardinalis ab eodem Clemente 1599. cuius elogium vide in Baiocensibus supra.

OLIVIER. Ecartelé au 1. & 4. de sinople à l'oliuier d'argent. Au 2. & 3. de sable au chef d'azur chargé de 3. fleurs de lis d'or, au lambel de .....

69. SERAPHINVS OLIVIER Cardinalis & Patriarcha Alexandrinus, Lugduni nascitur posthumus Oliuario patre Gallo, matre Italâ. Bononiæ Iuris scientiam edoctus, per biennium cùm laude singulari & auditorum concursu professus est: sub Pij IV. Pontificatu Auditor Rotæ, id munus exercuit 40. annis, mox per Clementem VIII. præfectus ad officium in Datariâ, Rotæ Decanus, demúmque Patriarcha Alexandri-
nus pronunciatus 26. Augusti 1602. 1602.
Variis Legationibus nomine Pontificum Gregorij & Sixti, ad Reges destinatus, fit Episcopus Redonensis per promotionem Cardinalis Ossati ad Baiocensem, Purpurâ decoratur à Clemente VIII. 9. Iunij 1604. nominatione Henrici Magni.
Romæ fatis cessit 9. Martij 1609. 1609.
sepultus in monte Pincio, basilicâ S. Trinitatis Minimorum; laudatus in funere à Ioanne Oliuario, sermone in lucem edito, vbi dicitur Bononiam studiorum matrem petiisse, publicéque ibi docuisse, indéque Romam euocatum, fuisse Auditorem Rotæ quadraginta annos, in eóque munere totius Italiæ, imò Eu-

ropæ oraculum celebre claruisse: id- A que Decisiones in vtróque iure editas abundè testari. Ei scribit Iustus Lipsius ep. 53. & 65. Centuriæ 5 Vide quoque Arnaldum Cardinalem Ossatum lib. 2. ep. 4. & lib. 8. ep. 143. Sanderum de Cardinalibus, & Spondanum. Eius elogium habetur in Purpuratâ Galliâ Frizoni.

LACHIVER. Couppé en porate, d'argent à vn double ancre de sable, au chef d'azur chargé d'vn croissant d'argent soustenu de 3. fasces ou iumelles de gueulle.

70. FRANCISCUS LACHIVER Armoricus, diœcesis Trecorensis: ex Pœnitentiario Britonum Romæ, resignatione Seraphini possessionem non adepti, consecratur die 24. Iunij 1602. Ciuitatem ingressus solemni ritu die Dominicâ Calend. Sep- B tembris eiusdem anni: Interfuit Comitiis Parisiensibus 1614. Patres Societatis Iesu 1604. Capucini cùm Vrsulanis & Carmelinis in vrbem admissi sunt eo procurante: obiit 1619. feriâ 6. 22. Februarij, humo manda-
1619. tus in Choro ante Cathedram Episcopalem, habet hoc epitaphium:

Me Britones genuère inter Capitolia creui,
Suscepit mores inclyta Roma meos.
Ad Redonum ascendi, Romano è colle thiaram,
Ad cœlum hinc, iam non altiùs ire C *volo.*

Oratione funebri commendatus est in æde primariâ ab Ægidio Camar Ordinis Minimorum non minimo lumine, quem penè tota Gallia concionantem mirata est: quo in elogio Franciscus præcipuè celebratur, quòd assiduus esset in confessionibus audiendis, prædicationibus habendis, sacris celebrandis, & infirmis visitandis.

CORNVLLIER. D'azur à vne teste de cerf d'or, brisé en chef d'vne hermine d'argent.

71. PETRUS CORNULLIER V. Abbas S. Meuennij, & Blanchæ Coronæ, Senator Parlamenti Britanniæ, ex Comite Consistoriano factus D Episcopus Trecorensis, ad hanc sedem transiit nominatus schedulâ an. 1619. die 17. Martij, vrbem ingreditur mense Septembri sequenti. Orauit coram Ludouico 13. nomine Cleri Gallicani Burdegalæ die 18. Octob.
1621. 1621. adstantibus Cardinalibus Radesio & de Valetâ. Sequenti anno cultui sacro inaugurauit Capellam Nostræ Dominæ de Bono Nuntio: construxit & cœnobium Minimorum; eóque Pontifice in vrbem inductæ Carmelinæ, filiæ Visitationis, & Benedictinæ de Caluario, ac postea sede vacante Vrsulanæ. Quædam ad opus Cathedralis impendit, & Redonis postremum diem clausit 1639.
22. Iulij 1639.

LA MOTTE HOVDENCOVR. Au 1. & 4. d'azur a la tour d'argent sommée de trois tours de mesme: Ecartelé au 2 & 3. d'argét au lion de gueulles flanqué de trois tourteaux de mesme, vn à dextre, vn à senestre, & vné dextre de la parte du bas: au lambel de trois pieces en chef de gueulle.

72. HENRICUS DE LA MOTTE HOUDENCOUR Danielis Episcopi Mimatensis Comitis Gabalitani, & Philippi Ducis Cardonæ, Proregis Cataloniæ, Equitum Franciæ Tribuni, Comitisque Bellimontis, germanus; Maior Annæ ab Austriâ Reginæ, matris Christianissimi Regis Ludouici XIV. Eleemosynarius, Abbas B. Mariæ de Sublaco in Cadurcis, ac Frigidimontis in agro Beluacensi; Philippo de Motâ Hodencurij toparchâ, & Aloysiâ Charles du Plessispiquet natus est. Ex Theologo Parisiensi designatus Antistes Redonensis à Ludouico 13. anno 1639. inauguratur Lutetiæ sexta die Ianuarij Epiphaniæ sacrâ 1642. in Ecclesiâ S. Germani de Pratis, à Victore Bouthillier Archiepiscopo Turonensi Metropolitâ, sacro operam nauantibus Nicolao Sanguin Siluanectensi, & Petro 1642.
de Broc Autissiodorensi Episcopis; procuratorio nomine iam possessionem adeptus 5. Augusti 1641. Eo sedente stabilitæ sunt moniales Dominicanæ, Filiæ Pœnitentes, Hospitalariæ dictæ de Misericordiâ in maiore xenodochio: Francisci autem Cardinalis Barberini spontaneâ abdicatione designatus est maior Reginæ Eleemosynarius 1653. adhuc superstes.

REIENSES EPISCOPI ET DOMINI.

Riez en Provence.

REIVS, vel Reiensis ciuitas, Albecum Reiorum Apollinarium Plinio l. 3. c. 4. colonia Reiorum in veteri inscriptione Eustathio in Dionysium, cuius territorium Reginse appellatur apud Greg. Tur. l. 4. c. 37. de quâ vrbe Sidonius ad Faustum epist. 3. l. 9. in Notitiâ Honorij ciuitas Reiensium subest, vt nunc, Metropoli Aquensi, amœno in solo & fertili sita est in Prouinciæ meditullio. Sex diœcesibus terminatur, ab Ortu Senecensi, ab Austro Foroiuliensi, ab Occasu Aquensi Metropolitano in cuius Parlamento est, ab Arcto partim Sistaricensi, Vapincensi, & Diniensi. Cathedralis patronam agnoscit B. Mariam de Sede: in vrbe cœnobia Minorum, Capucinorum, necnon Vrsulanarum: Sodalitates Pœnitentium Candidi, Atri, Cæruleique coloris, & multa alia sacella, & xenodochia visuntur. Porrò seriem Episcoporum Reiensium quam hîc compendiario exscribimus, ex Simonis Bartelli Presbyteri Reiensis Theologi non paruam hausimus, quam ex plurimis antiquitatis monumentis, historiis, & aliis probationibus eruit.

1. S. PROSPER Aquitanicus, sanctimoniâ æque ac insigni eruditione clarus, sed de illius Pontificatu complures historici varia commemorant. Vulgati enim omnes hactenus elenchi Episcoporum, in fastis suis eum Cathedram Regensem in Galliâ Narbonensi rexisse asseuerant, sed Regij Lepidi in Insubriâ tabulæ Ecclesiasticæ illum quoque sibi vindicant. Hic Papæ Leonis I. Notarius & à Secretis Scriba, pro S. Augustini doctrinâ cuius se vocabat alumnum, & acerrimum defensorem profitebatur, contra Pelagianos, aliósque hæreticos, labores plurimos exantlauit. Ille autem Episcopatus fastigio de-

A coratus à Leone Pontifice decessit, anno 466. vt placet Baronio, tametsi eo tempore sederet Faustus ex dicendis; postmodum in æde quam D. Apollinari erexerat humatus, ibidem mansisse fertur vsq; ad tempora Luitprandi Longobardorum Regis, vnde tradunt elatum corpus ad Ecclesiam sui nominis. Bellarminus Cardinalis Aquitanicum Prosperum negat Regij Lepidi fuisse Præsulem, sed huius Reiensis Ecclesiæ in Galliis, Suffraganeæ Archiepiscopatus Aquensis. Henricus Spondanus Episcopus Appamiarum opinatur Prosperum Aquitanum, aut nunquam B fuisse Pontificem, quod à Gennadio Massiliensi appelletur tantùm homo Aquitanicæ regionis, & non Episcopus, vel Regensis Ecclesiæ in Prouinciâ Antistitem fuisse. Iacobus Sirmondus adstipulari videtur in Notis ad Sidonium Apollinarem Episcopum Aruernorum, negans Prosperum hunc fuisse vnquam Episcopum in Galliâ. Sed de his omnibus consulenda est dissertatio Ferdinandi Vghelli Tom. 2. Italiæ Sacræ, qui Prosperum illum Aquitanicum ex fastis Ecclesiasticis Præsulum C Regij Lepidi in Æmiliâ Italiæ regione auctor est successisse Elpidio; atque adeò diligenter, inquit, inspectis & ponderatis rationibus Baronij, ac Bellarmini; ex coniecturâ veteris Ecclesiæ Regij Lepidi, tertium Prosperum posse assignari, qui per idem tempus Regio Lepidi cùm sanctitatis opinione præsideret, in quem virtutes Aquitanici parùm cautus scriptor eodem tempore, & nomine deceptus contulerit. Quin & adscribitur alter Prosper in Galliis diuersus à Reiensi, successor Aniani in sede Aurelianensi, cuius præ- D conium annis singulis celebratur in diptychis 5. Cal. Aug. At verò si constat Aquitanicum decessisse anno 466. Maximo postponendus esset in numero Episcoporum, qui iam Reiensi Ecclesiæ præsidebat an. 433. Verùm cùm ex tribus Prosperis, nulla alia de Aquitanici Reiensis Episcopatu præter relata suppetant argumenta, in dubium ab aliquibus reuocatur, vtrùm Reiensis Gallicæ potiùs, an Italicæ Præsul fuerit vrbis: cuius rei iudicium penes lectorem remaneat; nobis certè

hæc prætermittere non licuit, ne A quis in hac nostrâ serie Chronologicâ quid desideraret.

2. S. MAXIMVS Ecclesiæ Cathedralis Patronus sedem iniit anno Incarnationis Domini 433. ex Prouinciâ oriundus, adolescens cœnobij insulæ Lerinensis famâ allectus, sub D. Honorato insigni Abbate disciplinâ monasticâ se instituendum mancipauit, eâque conuersatione breui ita se dignum virtutibus & meritis præstitit, vt Fausto referente fundator Honoratus, post se moderamina monasterij ei commiserit, vti patet B ex epistolâ S. Eucherij de laudibus Eremi, & vitâ Maximi, auctore Dinamio: Ad infulas prouectâ ætate promotus, subscripsit Concilio Regensi an. 439. Arausicano I. 441. & epistolæ Synodicæ ad Leonem Papam anno 451. Miraculis tam in ipso sepulturæ tempore, quam post obitum inclytus, quæ refert Dinamius in eius vitâ, & Gregorius Turon. prædicat opere de Gloriâ Confessorum. Iacet in Ecclesiâ B. Petri Reiensis à se constructâ: de eo plura vide in Chronologiâ Lirinensi, & apud Baronium in Annalibus ac C Martyrologio, qui eum putat successisse Prospero.

433.

439.

3. FAVSTVS I. ortu Britannus, habitaculo Reiensis teste Auito Viennensi epistolâ ad Gondobadum Regem Burgundiæ: & Facuncundus Hermianensis Episcopus in epistolâ ad Mutianum Scholasticum, Gallum appellat: Sidonius verò Britannum, quod accipiendum esse de Britannis Gallis supra Ligerim, vt alibi loquitur, seu Armoricis in Prouinciâ Lugdunensi 3. auctor est Sirmondus in Notis ad Facun- D dum; idem Sidonius epist. 9. lib. 9. ad Faustum indicat librum suum de Spiritu sancto per Riochatum Antistitem & monachum popularem suum, pro se Britannis suis misisse.

462. Faustus iste suâ ætate inter Gallicanos Præsules non minus eruditione, quam famâ nobilitatus, ex Abbate Lerinensi Reiorum Antistes electus, Maximi in vtrâque dignitate successor, post eius transitum extitit; vnde à Sidonio coætaneo Aruernorum Episcopo magnâ laude celebratur lib. 9. ep. 3. *seruat*, inquit, *consuetudinem suam tam facundia vestra quàm pietas: animam malè sibi consciam, & per horas ad recordata pœnalis vitæ debita contremiscentem, frequentissimus tuis illis, & valentissimus orationum munerare suffragijs, precum peritus Insulanarum, quas de palæstrâ congregationis eremitidis, & de Senatu Lirinensium Cellulanorum, in vrbem quoque (cuius Ecclesiæ sacra superinspicis) transtulisti, nil ab Abbate mutatus per Sacerdotem: quippe cùm nouæ dignitatis obtentu, rigorem veteris disciplinæ non relaxaueris.* Et ep. 9. eiusdem libri: *Nam quis æquali vestigia tua gressu sequatur? cui datum est soli loqui meliùs, quàm didiceris, viuere meliùs quàm loquaris. Quocirca meritò te beatissimum boni omnes, idque supra omnes tuâ tempestate concelebrabunt, cuius ita dictis vita, factisque dupliciter inclaruit, vt quandoquidem tuos annos iam dextera numerauerit, sæculo prædicatus tuo, desiderandus alieno, vtrâque laudabili actione, decedas, te relicturus externis, tua proximis.* Egregiè autem ipsius præconia cecinit eucharistico poëmate, vbi inter cætera gratias agens quòd ab ipso Reiis humaniter & lautè admodum exceptus fuerit; sic canit:

Seu te Lirinus priscum complexa parentem est,
Qua tu iam fractus pro magnâ sæpe quiete,
Discipulis seruire venis, vixque otia somni,
Vix cœtus capture cibos, abstemius æuum
Ducis, & insertis pingis ieiunia psalmis,
Fratribus insinuans, quantos illa Insula plana
Miserit in cœlum montes, quæ sancta Caprasij
Vita senis, iuuenisque Lupi: quæ gratia patrem
Mansit Honoratum; fuerit quis Maximus ille,
Vrbem tu cuius, monachúsque, Antistes, & Abbas
Bis successor agis, celebrans quoque laudibus illis
Eucherij venientis iter, redeuntis Hilarij.
Seu te commissus populus tenet, & minor audet
Te medio humidos maiorum temnere mores,

Seu tu sollicitus curas, quâ languidus escâ,
Quàue peregrinus viuat, quid pascat, & illum
Lubrica crura cui teneat sub compede carcer.
Seu mage funeribus mentem distractus humandis,
Liuida defuncti si pauperis ossa virescant,
Infastiditum fers ipse ad busta cadauer.
Seu te conspicuis gradibus venerabilis aræ
Concionaturum plebs sedula circumsistit,
Expositæ legis bibat auribus vt medicinam.
Quicquid agis, quocunque loci es, semper mihi Faustus,
Semper Honoratus, semper quoque Maximus esto.

Quantus porrò hic vir fuerit, argumento est ex variis monimentis quæ elucubrauit auctore Gennadio Massiliensi, à quo in diuinis scripturis exercitatissimus nuncupatur: composuit librum de Spiritu sancto, deque Gratiâ Dei opus egregium, & libero arbitrio, aduersùs Arrianos & Macedonianos libellum, Epistolas quasdam & Homilias aliquot, vt est in opere de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus. At cùm in scriptis de gratiâ Dei & prædestinatione quosdam miscuisset errores Pelagianæ hæresis, hinc euenit, vt missâ ad Lucidum Presbyterum epistolâ, Prædestinatorum sectæ, & Synodiq; Arelatensis tempore editâ, necnon à multis Præsulibus, ipsóque Lucido
475. subscriptâ an. 475. cùm de eâ graui ac diuturnâ quæstione turbæ motæ fuissent, tam in Orientali, quàm in Occidentali Ecclesiâ, Gelasius Papa hæc scripta inter apocrypha reiecit. Cæterùm de Fausto multa habent Annales Ecclesiastici Baronij & Spondani, vbi de eius vitâ & erroribus à Sede Pontificiâ damnatis pluribus disseritur, & apud Chronologiam Lirinensem. Decessit Faustus valde longæuus: at resipuisse argumento est, quòd affirment acta Synodorum Arelatensis & Lugdunensis, cùm Orthodoxis Episcopis Gallicanis communicasse.

4. CONTVMELIOSVS interfuit Synodo Carpentoratensi an. 527. &
527. Vasensi 2. 529 sed de grauibus criminibus ad Cæsarium Arelatensem delatus, ab Episcopatu pulsus est, vti explicat epistola Ioannis 2. Papæ tom. 1. Conciliorum ad Cæsarium sic scribentis: *Caritatis tuæ literas animo libenti suscepimus, in quibus corporeas necessitates allegans, etiam quæ sacrius ille, qui lapsus est, fecerit, indicasti. Dolemus de amissione Pontificis, rigorem tamen Canonum seruare necesse est. Atque ideò prædictum ab Episcopatus ordine nostra suspendit auctoritas, Neque enim fas est pollutum criminibus, sacris ministeriis deseruire. Sed te ordinante in monasterio dirigatur: vbi delictorum memor in pœnitentiâ lachrymas effundere non omittat. In cuius locum Visitatorem constitui te, donec proprium Ecclesia quæ euacuata est eius sacerdotio merere valeat Sacerdotem.* Misit & aliam epistolam summus Pontifex ad Episcopos Galliæ, & ad Clericos Regensis Ecclesiæ, vt Visitatorem in locum Contumeliosi substituant, qui ad Sedem Apostolicam appellauit, quod patet ex rescripto Agapiti Papæ ad Cæsarium.

5. FAVSTVS II. primi in Cathedrâ Regensi post Contumeliosum successor, vt asserit Sirmondus in Notis ad Sidonium. Synodo v. Aurelianensi an. 549. chirographum 549.
ponit hac formâ: *Claudianus Diaconus directus à domino meo Fausto Episcopo Ecclesiæ Regensis subscripsi.*

6. EMETERIVS.

7. CLAVDIANVS ex Diacono Regensis olim Ecclesiæ, in Synodo 573.
Parisiensi 4. 573.

8. VRBICVS in Concilio Valentino 2. 584. & Matisconensi 2. 585.
laudatur à Dinamio viro Patricio 585.
illustri, epistolâ nuncupatoriâ ad vitam S. Maximi Regensis Episcopi, cuius isthæc verba: *Domino beatissimo patri Vrbico Papæ Dinamius Patricius salutem. Cùm Apostolicæ fidei ardore succensus vniuersa de virtutibus S. Maximi, quæ fidelis relatio gestorum manifestat, sollicitâ indagatione perquiris, imperitiam meam pulsare non desinis: Paternis etiam monitis prædicandi auctoritate confirmans, quòd non parum ipsius delicti noxâ reus efficiar, nisi omnia in vitâ eius, quam me ante aliquot annos rurali sermone conscripsisse constitit, studeam addere quæcumque*

cumque vos de illius mirabilibus proximis manifestum est inuenisse; praeceptis vestris parere dispofui, placiturus obedientiâ, non doctrinâ. Vetera vos igitur cartarum indicasti reuoluisse volumina, in quae quid ex eius operibus B. Fausti Antistitis praedecessoris vestri solertia deuota collegerat, vnde pauca sensu potiùs, quàm obtutu, vix decernere potuistis. Nam plurima aemulae vetustatis edacitas consumpserat, quae latebant: dubium non est, quòd quantùm integrâ deuotione cordis, ipsius S. Antistitis gesta profers, tantùm opera mediteris, vt eius integrâ auiditate mentis coneris sequi vestigia, cuius actionum diligis ornamenta: dummodò diuino beneficio, & ipsius patrocinio tibi concedatur temporalis vitae prolixa tranquillitas, & sancti operis expetita facultas, domine verè sancte & beatissime Papa.

9. BONIFACIVS.

10. PAVLINVS.

11. CLAVDIVS in Concilio Re-
630. mensi an. 630. & Cabilonensi 650.

13. MAVRITIVS.

14. THOMAS basilicam ampliorem struxit quam à Prospero admonitus dedicauit, cuius corpus transtulit 8. Cal. Decemb. Flaminius in vitâ S. Prosperi ex Surio refert sequentia: *Praeerat Ecclesiae Regiensi, vitae, & morum sanctitate venerabilis Episcopus nomine Thomas, qui dignus B. Prosperi successor, ita gregem sibi commissum regebat, vt verbo, & exemplo, cunctis rectè viuendi norma esset: hic vigilijs, orationibus, ieiuniis, eleemosynis, & caeteris quae Episcopale fastigium decent, assiduè erat intentus. Is dum ex more oraret, in templo, &c. diuino monitu expergefactus Episcopus, Sacerdotes statim suos & populum ad se vocauit, & quid sibi mandatum foret aperuit. Extructâ igitur aede, ac praeparatò magnificè loco, in quem sacrae transferrentur reliquiae, conuocatis Religiosorum omnium collegiis, & populo, qui frequens confluxit, sepulchrum vetus, in quo vsque ad Luitprandi Longobardorum Regis Christianissimi tempora quieuerant, apertum est.*

15. ARCHIRINCVS cuius nudum nomen in tabulis Reiensis Ecclesiae, vti & sequentium Episcoporum.

16. ABSALON.

17. ANTHIMIVS.

18. RICOLFVS.

19. ROSTAGNVS I.

20. BERNO, seu BERNARIVS è Lirinensi coenobio ad infulas assumptus.

21. RODVLFVS.

22. EDOLDVS interfuit Synodo Mantalensi an. 879. 879.

23. GERALDVS an. 938. cum S. Odone Abbate Cluniacensi inuisit limina Apostolorum, per Alpes Cotias iter aggressus, testis vita Odonis lib. 2. *Sæpius*, inquit, *eum hoc vidi facere. Ille videlicet tempore, quo cùm Geraldo Regiensis Ecclesiae Episcopo Cottias transiuimus Alpes, & Romam venimus pariter; memini eum de quadam muliere daemoniacâ hoc fecisse, quae statim reddita est sanitati, & vnà nobiscum vsque Senam venit, dyssenterico morbo infirma remansit. Ad tactum videlicet cellae S. Odonis.*

24. ALMERALDVS, vel ALMERARIVS, de quo cartae Capituli Reiensis, & Chronologia Lirinensis; cui coenobio varia beneficia & oblationes contulit Varnerio Abbate.

25. BERTRANNVS, seu BERTRANDVS I. praesens dedicationi Ecclesiae S. Victoris Massiliensis anno 1040. 1040.

26. GVILLELMVS I.

27. AMALRICVS ex Abbate Lirinensi ordinatur Episcopus, de quo Barralis in Chronico.

28. AVGERIVS, ex eodem Chronico illius notitia eruitur; enimverò adfuit dedicationi Ecclesiae S. Saluatoris Aquensis anno 1103. no- 1103.

minatur & 1116. in cartâ diffinitio- A
1116. nis pro castro de Soleriis ex tabulario Massiliensi; cui etiam superiore anno 5. Cal. Iunij Paschalis 2. Pontifex diploma direxit, quo Ecclesiæ suæ Regensis parochias, eiúsque terminos designauit: refertur autem in historiâ Bartelli, qui narrat Augerium administrasse annis 43. & multa quæ ad ornatum Ecclesiæ spectant, prouidisse, Ecclesiastica bona & iura à secularibus
1123. vindicando. Vapinci 2. Idus Martij decessit anno 1123. vbi sepultus.

29. Fulco I. Obiit 3. Nonas B Aprilis anno 1130.

Geraldi. 30. Petrus Geraldus I. morte sublatus 1152. 4. Cal. Febr.

Montlor. 31. Hugo de Montlor I. ex nobili prosapiâ de Montelauro in Prouinciâ, Præpositus anteà Sancti Saluatoris Aquensis Præsulatum Reiensem obtinuit & ad Aquensem
1166. demum Metropolim 1166. ascendit, vbi de eo plura.

32. Henricus, cineres S. Maximi transtulit 1167. posteà creatus C Aquensis Archiepiscopus vbi sedebat anno 1181. Hugonis de Montelauro post Bertrandum in eâ Metropoli successor.

Galberto. 33. Adelbertus de Galberto Concilio Lateranensi ad-
1179. fuit 1179. rebúsque humanis exemptus est 8. Cal. Decemb. 1188.

Garsini. 34. Bertrandus Garsini I. ex Præposito S. Saluatoris Aquensis suffectus 1189. per annum aut circa tantùm administrasse reperitur.

35. Imbertus Monachus cœ-
1190. nobij Lirinensis successit 1190. rexit nouem annis, reuersúsque ad ascetetium suum quietoris vitæ studio, mortalitatem exuit 14. Cal. Iunias 1199.

Raimundi. 36. Hugo Raimundus II. Legatus Pontificis contra Albigenses, & Simonis Monfortij Comitis strenuus adiutor; quem Abbatem Lerini ex Barralis Chronologiâ fuisse conijcit Bartellus. Singularis autem æstimationis Episcopus ad fidei Catholicæ propagationem aduersùs hæreses Albigensium; in primis verò Raimundi Comitis Tolosæ in sacro bello Legatus ab Innocentio 3. electus fuit, vti constat ex instrumento publico tabularij Arelatensis an. 1210. Circiter an. 1213. ad Concilium Lateranense profectus est, red- 1210.
diturus sacri huiúsce ministerij rationem; tum Nuncij Apostolici officio præfuit in Concilio Monspeliensi 1214. cui subscripsêre Narbonensis, Arelatensis, Auxitanus, Ebredunensis, Aquensis Metropolitæ, aliíue Episcopi. Ad Hugonem scribit Innocentius 3. ep. 86. regesti 13. de eo item Cæsar Nostradamus in Historiâ Prouinciæ; defunctus 11. Cal. Nouemb. 1223.

37. Rostagnus de Sabran II. è nobili stirpe de Sabrano renun- Sabran.
ciatus Episcopus circiter an. 1224. 1224.
toto sexdecim annorum quo vixit in Episcopatu tempore, plures Reiensi Sedi vniuit toparchias, dominium nempe Montispezati, castrum S. Ioaneti, & mediam partem pagi S. Laurentij; nec temporalibus tantùm Ecclesiæ suæ prouidit, sed & spiritualibus magis incrementis: Minoritarum cœnobium fundauit, quod S. Franciscus viuens Reij instituit, & præsentiâ suâ, miraculísque honestauit, idem Collegium Fratrum regulæ Franciscanæ, quos de Pœnitentiâ vocant, erexit, vti & B. Maximo ad 13. Cal. Iunias magno apparatu solemnem indixit triumphum, qui quotannis recolitur Regij, prout docent Ecclesiæ cartularia: deinde societatem fecit an. 1232. cùm Cle- 1232.
ro Collegiatæ B. Mariæ Vernonen-
D sis in diœcesi Ebroicensi, propter S. Maximum vtriúsque Ecclesiæ Patronum. Nominatur verò 1234. pridie Idus Decembris in Raimundi Berengarij assignatione factâ Ioanni Arelatensi Archiepiscopo, totius baiulæ Altauezij, & Aqueusis.

38. Gvillelmus II. in cartulario Reiensi memoratur ex quadam transactionis formulâ vixisse anno 1250.
circiter 1250.

39. Fulco Cailla, II. Bri- Cailla.

gnoliæ in Prouinciâ natus, Regensem Episcopatum assequutus est 1250. hoc eodem anno recensetur testis mense Nouembri, die Lunæ post festum Omnium Sanctorum, in cartâ cessionis factæ per Ioannem Archiepiscopum Arelatensem, de iurisdictione & dominio in Communitate Arelatensi ex archiuo regio Aquensi. Quamplurimis feudis & dominiis, partim ære proprio, partim munificentiâ Principum acquisitis, Ecclesiæ Regensi ab eo donatis, censum eius plurimùm auxit: quin & vetustate collabens Episcopale palatium instaurauit, ac D. Maximi basilicam amplificauit, adiecto sacello in honorem B. Catharinæ Virginis, cui deuotus erat, illúdque sacrâ supellectili abundè instruxit: dotatione insuper factâ monasterij Sanctimonialium numero centum, sub inuocatione eiusdem S. Catharinæ ad fontem de Sorpo vocitati anno 1255. cuius apographum ex cartophilacio Episcopali legere est apud Bartellum. Præsens fuit hominio Ioannis Arelatensis Pontificis Carolo Regi exhibito Calend Nouemb. 1254. Arbiter porrò electus fuit inter Præceptorem de Podio Moissono, & dominum de Bruneto 1272. 6. Cal. Iunij, vt habetur in regesto Senatus Aquensis: extrema clausit 5. Cal. Iulias an. 1273.

1250.

1255.

40. MATHEVS I. ad Episcopatum assumptus 1274. quem per annos circiter duodecim administrauit. Synodus Metropolitanæ Aquensis Ecclesiæ apud Regium 16. Cal. Martij 1285. celebrata est, præside Rostagno Archiepiscopo cùm Suffraganeis, in quâ plures Canones ordinantur: inter cætera verò preces promulgatæ sunt per totam Prouinciam, pro libertate Caroli Principis Salernitani, in carcere detenti, quemadmodum continetur in actis MS. huius Concilij. Memoratur & apud Barralem in historiâ Lerinensis monasterij.

1285.

DE MILLIA. 41. PETRVS DE MILLIA, II. anno 1289. cùm Capitulo suo Regensi, & Gancelino de Mayreriis Abbate Lerinensi disceptauit de iuribus Episcopatus sui: & an. 1294. Officium B. Teclæ martyris patronæ Reiensis, celebrari iussit: dominium integrum S. Ioanetti Ecclesiæ suæ acquisiuit, ac tandem fatis functus 1304.

1294.

1304.

MONTAMANT. 42. PETRVS DE MONTAMANT IV. an. 1309. ex tabulariis Aquensibus Roberto Siciliæ & Hierusalem Regi, Prouinciæ Comiti, fidem clientelarem pro temporali Ecclesiæ suæ pollicetur: controuersias similiter inter se & Capitulum amicè composuit 28. mensis Decembris 1310. ex codice Regensi.

1310.

GANTELMI. 43. PETRVS GANTELMI III. frater Raimundi Archipresbyteri & Canonici S. Saluatoris Aquensis, de quo in Necrologio huius basilicæ: *Anno Christi 1316. die verò 13. mensis Martij obijt Reuerendus in Christo Pater Petrus Gantelmi Episcopus Regensis, qui reliquit Ecclesiæ S. Saluatoris Aquensis vnam casulam & vnam Capam de Diaps, & vnum Ferratum, & Ysopum de argento: reliquit etiam 24. libras reformatas de quibus emantur reditus pro anniuersario suo annis singulis faciendo.*

1316.

SAVMATE. 44. GAILLARDVS SAVMATE traductus ad Magalonensem sedem anno 1317. vt obseruant acta Consistorialia.

1317.

DES PREZ. 45 PETRVS DES PREZ, V. Regensi Episcopatu nobilitatus anno 1318. ex Actis Consist. Vat. Archiepiscopus Aquensis & Cardinalis, de quo plura Tomo I. is Præsul in serie à Bartello editâ non comparet, sed ex membranis Ecclesiæ Montispezati in Cadurcis eum restituimus.

1318.

ROSSOLIN. 46. FRANCISCVS ROSSOLIN I. cui Ioannes 22. Pontifex in mandatis dedit reliquias in basilicâ B. Mariæ de Rochâ repositas perlustrare, quod præstitit 1323. coram Bernardo de Merlato Vicario Reiensi & Præposito de Bariolis 16. Septemb.

47. BERNARDVS electus anno 1327. 12. Maij ex libro Obligationum, de quo nulla mentio apud Bartellum.

1327.

RABETY. 48. GAVFREDVS RABETY,

Artaudi Cardinalis tituli S. Eustachij gentilis, à quo codicillis testamenti hæres declaratur 1336. præerat iam Reiensibus 1334. 5. Sept. ex actis Consistorialibus. Concilio Auenionensi Prouinciali interfuit
1337. apud S. Rufum 1337. 3. Decembris cùm tribus Prouinciæ Metropolitanis, & Suffraganeis Episcopis, Fundauit duo Sacerdotia in æde B. Mariæ Magdalenæ Aquensis: Auenione autem anno exeunte 1348. fatis concessit.

49. Ioannes i. anno 1350.

Fabri. 50. Petrvs Fabri v. rexit
1352. Episcopatum 1352. quo anno duobus sacrilegis Monasteriensibus absolutionis gratiam impertitur ex documento archiuij Episcopatus. Subscripsit Aptensi Synodo 1355. suum anniuersarium fundauit 1356. & sedebat adhuc 1362.

Maillac. 51. Ioannes de Maillac, i. clientelæ iuramentum feudatariorum Ecclesiæ excepit 1370. inter alios Ioannem de Auraisone Vrbem
1372. suam à Raymundo Vicecomite Turenæ oppugnatam, & concrematam auxit, eiúsque curâ in eum, qui nunc visitur statum, restituit: subscriptus legitur testamento Guillielmi de Gardiâ Cardinalis, Archiepiscopi Aquensis & Patriarchæ Ierosolymitani. Administrauit annis 30. mortuus an. 1399.

Fabri. 52. Gvillelmvs Fabri, iii. ex Fabriciorum Reiensium stirpe procreatus auctore Bartello, se-
1425. dit ab an. 1400. ad 1425.

Bovlliers. 53. Michael de Bovlliers i. ex dominis Centalli an. 1416. Renato Siciliæ Regi pro tem-
1426. porali Ecclesiæ fidem iurauit ex archiuis Episcopatus.

Bovlliers. 54. Michael de Bovlliers ii. decessoris agnarus Episcopatum tenuit an. 1441. aut circa: de quo Necrologium ms. Regense:
1449. *Anno Domini* MCCCCXLIX. *die 11. mensis Februarij, de mane ante auroram, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris & Domini Nicolai diuinâ prouidentiâ Papæ v. anno 3. Reuerendissimus in Christo Pater & Dominus Michael de Bollerijs Episcopus Regensis, viam vniuersæ carnis est ingressus, sedit in Pontificatu annos octo, cuius anima requiescat cùm beatis in pace, Amen.*

55. Robertvs i. anno 1450. diem clausit postremum, de quo si- 1450.
let Bartellus in suâ serie.

56. Ioannes Faccy, iii. Faccy.
Auenionensis cœnobij Carmelitarum alumnus, & eiusdem Ordinis Generalis Ratisponæ electus anno 1439 Roberto suffectus ex Actis Consistorialibus Vatic. 17. Cal. April. 1450. in Episcopatu Reiensi in Galliâ sub Aquensi Metropoli, non Regiensi Insubriæ: mendum enim est apud quosdam scriptores: Synodo Prouinciali Auenionensi interfuit, & 1464.
fatis fungitur an. 1464.

57. Mathævs ii. recensetur in tabulis anni 1466.

58. Marcvs Lascaris de Lascaris
Tende Præpositus Vesulanus in D'orà l'ai-
Casalensi diœcesi, ac Prior B. Ma- gleà deux
riæ de Intremontio, ex Comitibus testes de
Tendæ & Albintimiliensibus oriun- fable écar-
dus, perperam nonnullis ex gente telé de
Sabaudâ. Episcopus ab an. 1466. die gueulle au
6. Octob. hic iurium temporalium chef d'or.
sollicitus apud Regium, & Castrum Rotundum, seu Cornetum subditos quosque ad sacramentum homi- 1489.
nij adegit, viuebat an. 1489.

59. Antonivs Lascaris de Lascaris Tende.
Tende i. Præpositus Vesulanus, Marci fratris demissione Episcopalem honorem assecutus est, huius sedis vocatur Electus an. 1495. die 1495.
22. Octob. in Synodo diœcesanâ, quo nomine insignitus reperitur & 1501. noua statuta Synodalia condidit anno prædicto 1495. quibus hodiéque Ecclesia Regensis vtitur. Eo tempore Capitulum varijs dynastis è gente clarissimâ Tendâ nobilitabatur Thomâ videlicet Præposito, Antonio Archidiacono, Petro Sacristâ, & Honorato Canonico. Cùm autem basilica B. Mariæ de Sede olim à Thomâ Antistite huius nominis primo extructa, bellorum ciuilium fato pariter cùm ciuitate ex-

cisa fuisset, Marcus Antonij germanus & antecessor, aliam iuxta mœnia erigere cœpit, quam Antonius absoluendam curauit. Præerat adhuc
1517. anno 1517.

60. Hugo III. vixit ad annum 1520. interfuit Concilio Lateranensi sub Leone x. ac subscripsit sess. 6. 8. & 9. vnà cùm Dionysio Tolonensi, & Claudio Massiliæ Episcopis.

Lascaris. 61. Antonius Lascaris de Tende II superioris ex fratre nepos, Præpositus B. Mariæ de Donis Auenionensis, Abbas S. Mariæ de Soricinio, ex Canonico & Archidiacono Regensi inauguratur Antistes anno 1520. præfuit per biennium, traductus inde ad Bellouacensem Episcopatum.
1520.

Lascaris. 62. Thomas Lascaris de Tende II. Marci Episcopi filius naturalis: ex Præposito Regensi, & Antonij I. de Tendâ Vicario Generali à Iulio Pontifice Maximo dispensatus super defectu natalium, decessoris abdicatione eligitur: primo sedis anno 1523. Præpositus simul & Episcopus ad clientelæ professionem debitam compulit Petrum Fabricium dictum de Mazano, & Maximinum de Castellanâ Regenses condominos, ex libro hominiorum: diem clausit extremum
1526. 1526. 10. Aprilis, hærede nominato ex asse Antonio de Tendâ Episcopo Bellouacensi.

Dinteville. 63. Franciscus de Dinteville Abbas Deruensis, nobilis Campanus, vocatur electus Reiensis
1527. 3. Aug. 1527. possessionem nanciscitur eodem anno, & Episcopatum per Vicarios tantùm administrauit; per obitum patrui Francisci translatus est ad Ecclesiam Autissidiorensem.

Cenalis. 64. Robertus Cenalis II. ex Doctore Sorbonico, & Episcopo Venciensi in Prouinciâ, designatus Reiensis à Francisco I. apud Engolismam 7. Maij 1530. per obitum
1530. Francisci de Dinteuille vltimi possessoris pacifici Episcopatus Autissiodorensis, vel per reseruationem Francisci de Dintauillâ Episcopi eiusdem Ecclesiæ Reiensis, aut alias quouismodo, sicuti continetur in autographo diplomatis nominationis. Præsul vtique eruditione clarus, qui per triennium quo rexit Ecclesiam, saluberrimis constitutionibus, & statutis Synodalibus quæ exstant, informauit. De ipso plura consule in Episcopis Abrincensibus, ad quam sedem translatus 1532.

65. Antonius Lascaris de Tende Regensis anteà Episcopus, ex Bellouacensi, ad Lemouicensem Præsulatum traductus est, prioris sponsæ Reiensis Ecclesiæ amore illectus, eò migrare iterum constituit. Ioanne ergo de Langeaco, ex Abrincensi ad Lemouicensem Cathedram cedente illam Antonio de Tendâ, & Roberto Cenali, ex Reiensi ad Abrincensem sponte transeuntibus, idem Antonius huic sedi secundò præficitur, solemni pompâ vrbem ingressus pridie Calend. Decembris 1532. opimis insuper donatus sacerdotiis, Præpositus enim B. Mariæ de Donis Auenione, Priniensis, Bariolensis, & Reiensis ex dispensatione Apostolicâ, necnon Abbas B. Mariæ de Soricinio. Clementem 7. Papam Massiliæ inuisit, à quo statutorum Capituli Reiensis confirmationem obtinuit an. 1533. demum Barbentanæ ad Druentiam iuxta Auenionem codicillos testamenti scripsit 1541. 14. Nouemb. quibus inter alia legat Cathedrali quosdam reditus, pro maiore missâ singulis diebus ad sui, suorúmue perennem memoriam celebrandâ. Decessit Auenione in ædibus Præpositi B. Mariæ anno 14. Pontificatus sui Regensis. Lascaris. 1532. 1541.

66. Ioannes-Ludovicus de Boulliers Abbas Villarij, & B. Mariæ de Staphardâ in Pedemontio, Ludouico domino Centalli & Mariâ Triuultiâ Mediolanensi parentibus genitus; vir bellator potiùs quàm pedo Pastorali aptus: interfuerat pugnæ Cerisolensi cùm alâ equitum pugnans pro Rege Francisco I. anno 1544. vt testatur Blasius Monlucius in Commentariis; postmodum huius Cathedræ administratione potitur, suffectus post Boulliers. 1544.

obitum Antonij de Tendâ, prout A indicant tabulæ publicæ Senatus Aquensis. Eius Pontificatus non ex-
1550. currit annum 1550. etenim non consecratus imò veneno necatus fuisse creditus est.

CARLES. 67. LANCELOTVS DE CARLES Burdegalensis, Senatoriâ familiâ natus, adiit possessionem Episcopatus per procuratorem anno 1550. posteà Reium solitâ pompâ ingressus, ad Ecclesiæ suæ ornatum mentem adhibuit, quam aulæis, picturis, aliisue donariis locupletauit, & Sanctuarij parietes, fornicémq; de- B corandum curauit: circa annum 1547. missus fuerat Romam ab Henrico 2. vnà cùm Francisco de Rohano domino Giensi, cùm Pontifice acturus de amicitiâ sanciendâ, quemadmodum refert Thuanus Hist. lib. 3. Idem an. 1552. Regenses condominos feudatarios ad clientelam admittit, & Comitiis generalibus trium Ordinum
1557. Lutetiæ interfuit an. 1557. Porrò edidit versibus Gallicis Cantica benedicta, & alia, vt notat Antonius Verderius in Bibliothecâ, vnde à Lurbeo in libello de illustribus Aquitaniæ viris commendatur: *Lancelotus* C *Carlus honestâ familiâ Burdigalæ genitus, in literis omnem ætatem consumpsit: cùmque eo nomine ab omnibus doctis summo esset in pretio, & præsertim Lutetiæ, vbi quasi domicilium constituerat, atque ex eâ re aulicis gratus & probatus esset, ab Henrico Rege Regiensem Episcopatum adeptus est, in quo sui officij memor, piè & sanctè versatus est.* Extant aliquot eius commentationes Gallico sermone scriptæ: item epistola Gallica ad Regem Carolum 9. quâ obitum Francisci Lotharingi Guisij, eiúsque nouissima verba, post lethale vulnus acceptum in D obsidione Aurelianensi eleganter expressit. Michael Hospitalius Franciæ Cancellarius lib. 1. epist. eleganti carmine magnum Poëtam prædicat. Petrus Ronsardus Poëtarum nostratum Princeps lib. 1. hymnum 7. ei dicat: ac Ioachimus Bellaius eum lepidè hoc poëmate sic alloquitur:

Cùm tibi sint Charites, Venerésque, iocique, leporésque
Aonio cùm sis gratus & ipse choro.
Cùm populis tam grata fluant tibi carmina, CARLE,
Iam mihi non CARLVS, sed Charilaus eris.

VILLENEVVE. 68. HONORATVS DE VILLENEVVE Abbas Commendatarius B. Mariæ de Soricinio, Helionis de Vilanouâ domini de Sparrono, è nobilissimâ familiâ Marchionum de Trans, in Prouinciâ: per aliquot annos electus administrauit Episcopatum; antequam verò sacrâ vnctione inauguraretur, venenatâ potione interiisse creditur circa an. 1573. in 1173. propriis ædibus quæ adhuc visuntur Reij.

S. SVLPICE. 69. N. DE SAINT SVLPICE Electus Episcopus anno 1574. nuncupatur in registro Capitulari Regiensi, quem consecratum fuisse haud liquet. Sub eo capta vrbs à Nouatoribus, Claudio de Castellanâ Turnoni toparchâ & ciuitatis guberna- 1574. tore; at postmodum recepta est pulsis hæreticis, ab Alberto Gondio Franciæ Equitum Tribuno. Sedisse reperitur hic Præsul per biennium tantùm, aut circa.

ORAISON. 70. ANDREAS D'ORAISON ex nobili prosapiâ dominorum de Oraisone, Antonij Vicecomitis de Cadeneto, germani Claudij Castrensis Antistitis, ex Marthâ de Foix de Meille filius; ipsemet toparcha erat de Cadeneto, de Soleillas, & de Boulbon. Solo Electi Episcopi nomine contentus 1576. cum esset mi- 1576. litaribus studijs deditus, vxore ductâ posthæc abdicauit hæreticus, suffecto priùs Elziario de Rastelis.

DE RASTELIS. 71. ELZIAS DE RASTELIS Abbas Sinianquæ, & Firmitatis super Gronam, Prior Pontis S. Spiritus ad Rhodanum, Cauallicensis patriâ: ex cessione Andreæ circa annum 1585. Reiensi Ecclesiæ præfi- 1585. citur, turbulentâ eâ tempestate, quâ maxima pars Prouinciæ prætextu religionis à Rege defecerat ad Fœderatos: zelo nimiùm credulo ductus Elzias, quo item nobilium complures & Ecclesiastici delusi sunt, non tantùm huic societati nomen dedit, sed etiam à prouincialium Comitiorum suffragiis ad Regem Hispaniæ, & Ducem Sabaudiæ missus est 1590.

cùm Castellano Ampusio, inquit A Thuanus Hist. lib. 99. Reuersus autem, cùm eandem prouinciam variis vtrinque partium studiis scissam reperisset, Montiniaci in castro propè Reium secedens, à Nouatoribus obsessus, deditione factâ, pecuniæ summâ non modicâ se redemit. Cabellionem ergo se contulit ad patrias ædes, sicque ab Ecclesiâ suâ aliquot annis abfuit, donec redditâ regno & Ecclesiæ pace, ad sedem suam postliminio regressus est. Basilicæ Regensis desolatæ reliquias in monte S. Maximi, olim Guisij Ducis auctoritate puluere tormentario disiectas, B vehementer doluit: eâque ruinâ iterum ciuitate suâ abesse coactus est Elziarius, qui intereà quantum licuit per temporum iniuriam, Pastoris boni officium non intermisit. Synodalibus enim Prouinciæ Conuentibus interfuit, Concilio Aquensi in primis sub Alexandro Canigiani Metropolitâ celebrato anno 1585. & alteri à Paulo Huralto Hospitalio item Archipræsule congregato. Organa Cathedralis suæ confici curauit ad eius ornatum, necnon pro Episcopa- C li palatio diruto, aliud iuxta Eccle-
1596. siæ nouæ fores construere cœpit, sed vtróque opere nondum absoluto, Cauallione in paternâ domo interiit anno 1596.

S. Sixt. [illegible] a vne bande de [illegible]eu le [illegible]gée de [illegible] fl. d'argent

72. Carolus de Saint Sixt Comes Consistorianus, Prior Commendatarius S. Saturnini de Portu, aliàs B. Spiritus ad Rhodanum, Theologiæ Doctor, necnon Sedis Apostolicæ Protonotarius, Aueniome ortus honestâ familiâ, quæ olim ex Sabaudiâ, & gentilitio Sansixti municipio lares Auenione fixerat; parentes habuit Petrum de Saocto D Sixto Pontis Sorgiæ arcis præfectum, virum diuitem, sed in pauperes munificentissimum, qui cœnobium Capucinorum Auenione fundauit. Ex Rastellâ coniuge, Elzearij Episcopi sorore prognatus iste Carolus, auunculi sui Coadiutor designatus Regensis Episcopatus possessionem adi-
1601. piscitur 1601. quo anno funebri sermone parentauit Guillelmo Blanco iuniori, doctissimo Episcopo Grassensi; bienniòque post, Cleri Prouinciæ nomine in Comitiis Aquarum-Sextiarum iubente Henrico Magno præfuit. Postmodum verò boni Pastoris officium haud intermisit; tunc enim primùm conuenticula Caluinistarum in Regensi suburbio bellorum tempore suscitata, à ciuitate & territorij sui finibus supremæ Aquensis Curiæ Senatusconsulto eliminare curauit. Idem pro Episcopali palatio diruto aliàs, partim permutationis nomine cùm Claudio de Castellanâ Turnonij dynastâ pro S. Laurentij dominio, partim proprio ære aliud comparauit: sæpè autem Comitiorum prouincialium suffragiis delectus, varias Legationes obiuit ad eundem Henricum Magnum, cui inprimis gratus erat, ad Mariam Mediceam Galliarum Reginam & Regentem, vti ad Ludouicum 13. At verò Henricum IV. in publicâ exequiarum solemnitate in Cathedrali suâ oratione laudauit an. 1610. 1610.
quam posteà typis edidit. Monasterium Capucinorum Reij instituit circa 1612. xenodochium commodius pro pauperibus de nouo construxit, cui de propriis pecuniis perpetuos census assignauit. Demum Verbi Dei præco acerrimus: lusit præterea quædam vir eruditus ad normam Horatij Odarum: Tractatum de Liturgiâ Dionysianâ, siue Apostolicâ, à Gilberto Genebrardo nuper Latinè conscriptum, idiomate Gallico reddidit; sermonem etiam de sanctâ Eucharistiâ ad Ludouicum XIII. Regem. Denique Carolus ægrotans leuiter venenatæ potionis haustu, sibi à familiari, vt creditur, sub specie iusculi ad recuperandam valetudinem propinato, breui tempore oppressus interijt die Dominicâ 13. 1614.
Aprilis 1614. sepultus omnium luctu in cœnotaphio quod sibi ipse & successoribus extruendum curauerat.

Aleavme. D'azur à trois cheurons d'or, accõpagné de 3 besans de mesme 2. 1.

73. Guillelmus Aleavme IV. Senator Parisiensis, ac Guillelmi Varij in supremo Prouinciæ Senatu Aquensi Protopræsidis, dein Franciæ Procancellarij ex sorore nepos; huius Sedis Episcopus nominatur 1615. vrbémque suam ingressus 12. Maij 1616. At cùm Varius 1615.
auunculus Lexouiensis Antistes fuisset renunciatus, & Alealmum nepotem paulòpost sibi pro Episcopali munere Adiutorem dari obtinuisset, continuò Alealmus Vario è viuis su-

blato, à Reiensi Cathedrâ ad Lexouiensem transiit, an. 1621.

BENTIVOGLIO. Ecartelé au 1. & 4. d'or a l'aigle de sable: au 2. & 3 tranché endenté d'or & de gueulle qui est Bentiuoglio.

74. GVIDO BENTIVOGLIO Ferrariensis, Cardinalis, Archiepiscopus Rhodiensis, ex clarâ, vetustâque apud Bononienses gente satus, de quâ Raphael Volaterranus, & Franciscus Sansouinus in Historiâ illustrium Italiæ Familiarum. Qui cùm variis Legationibus ad Principes Christianos, præcipuè verò Nunciaturâ Apostolicæ Sedis ad Archiducem Albertum in Flandriâ, dein ad Ludouicum 13. Iustum Francorum Regem laudatissimè functus esset, posteà vrgentibus meritis creatur Cardinalis à Paulo v. Pontifice
1621. in vltimâ promotione anni 1621. 11. Ianuarij tit. S. Ioannis ante Portam Latinam donatus 17. Maij: huic autem Sedi Reiensi præficitur 1622. at cum totius Ecclesiæ Catholicæ negotiis occupatus Romæ à Summis Pontificibus detineretur, ob insignem rerum gerendarum peritiam, ita vt Episcopatum suum per se administrare non posset, obeundæ visitationis munia Ludouico du Chaine Episcopo Senecensi delegauit. Sed & posteà Episcopatum abdicauit consensu Pontificis Max. Vrbani 8. &
1626. Ludouici 13. 1626. defunctus Romæ in Vaticano 7. Nouemb. 1644. dum Comitia pro nouo creando Pontifice Innocentio x. celebrarentur: iacet in æde S. Siluestri in Monte Quirinali sine monumento & inscriptione, inquit Vghellus, qui decus & honor Romanæ Purpuræ fuerat. Scripsit vulgari idiomate Italico Historiam Belgij sui temporis, & alia nonnulla typis excusa.

LVPIS LA FARE.

75. FRANCISCVS DE LVPIS DE LA FARE III. Carpentoracti in Comitatu Venaisino natus, egregiæ indolis adolescens, cùm à teneris annis Auenione Minorum Ordini nomen dedisset, in eo tantùm profecit, vt ad omnes illius dignitates breui fuerit euectus: non modò enim prouinciæ suæ Præfectus, ac Prouincialis, vt vocant, extitit, verùm etiam Romæ in Capitulo generali plurimorum votis atque suffragiis ad supremum illius ministerium fuit expetitus. Cùm autem inter præstantiores æui sui Theologos ac concionatores Franciscus emineret, eiusque in dicendo vim atque facundiam præcipuæ huius regni ciuitates essent demiratæ, non potuit diu lucerna latere sub modio, sed super candelabrum poni illam oportuit, vt omnibus qui in domo Dei sunt, præluceret. Peruenit nàmque fama tanti viri Romam vsque ad Guidonem Bentiuolum Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalem, & Episcopum tunc Regensem, qui cùm animaduertisset se in Ecclesiâ suâ nequaquam residere posse, ac de successore sibi subrogando cogitaret, non putauit alium Francisco aptiorem, aut digniorem inueniri posse, qui hanc Cathedram occuparet. Cessit igitur Guido Cardinalis in illius fauorem Reiensem Episcopatum, retentâ pensione: sicque Franciscus accepto Apostolico mandato an. 1625. Lutetiæ inauguratus est in æde sacrâ Patrum Minimorum, à Guidone Huralto Hospitalio Archipræsule Aquensi, operam præstantibus Tussano de Glandeues Sistaricensi, & Ludouico du Chaine Senecensi Præsulibus. Post aliquot menses ad Ecclesiam suam pergens, à Reiensibus publicâ lætitiâ & congratulatione susceptus est, ac subinde quantus ipse Antistes futurus esset, egregiis concionibus satis ostendit, quas magno cùm audientium fructu habuit, tum Reij, tum in variis suæ diœcesis basilicis; sed heu! maiora quæ in Ecclesiæ vtilitatem à Francisco expectari poterant, præpropera mors inuidit: anno enim 1628 qui fuit eiusdem Francisci vitæ postremus, electus è prouinciæ Aquensis Præsulibus, qui res Cleri Gallicani in ipsius Cœtu generali Pictauis, ac dein Fontiniaci congregato procuraret, cùm ibi se opere ac sermone potentem exhibuisset, solutis Comitiis, plurimísque à Rege cumulatus honoribus antequam suam diœcesim repeteret, Lutetiam tendens, febre correptus Estiualij in Charniâ Benedictinarum monialium Abbatiâ, Cenomanensis diœcesis, humanissimè exceptus, cùm inualescente morbo decubuisset, paulòpost extinctus est die 28. Septemb. corpúsque eius apud Saligniacum oppidum vicinum, atque inibi nuper fundatum Ordinis Minimorum cœnobium, prout mandauerat, in sepulchrum illatum est, ad diem

(right margin: 1625., 1628.)

ad diem 11. Septembris anni supra memorati. Huius Præsulis encomium habet P. Franciscus Lanouins in Chronico eiusdem Ordinis Minimorum : prorsus iuxta sui nominis etymon, clara sapientiæ pharus, ac purum pietatis far In cuius etiam nomine ludens Abelius Sammarthanus Scæuolæ 2. filius, sacri Consistorij Comes, hoc epigramma cecinit :

Alta pharos cæco deprensis æquore nautis
Conspicuo lychni lumine monstrat iter.
At variis auctam ventorum hinc inde procellis,
Littore securam sistit amica ratem.
Tu quoque magne FARI *vibranti fulmine linguæ,*
Ad supera oppressis limina pandis iter.
Et ferè demersam vitiorum turbine mentem
Erigis, ac tutam victor ad astra vehis.

DONI D'ATTICHY.

Escartelé au 1. & 4. d'or & de sinople en saultoir, au lion passant de l'vn à l'autre accolé d'argent, lampassé de gueulle, chargé sur l'espaule d'vn Escusson d'argẽt à la croix de gueulle qui est de Tornabons. Au 2. & 3. d'argent maçonné de sable remply de six merlettes de mesme a vn croissant de gueulle en cœur qui est de Marillac. Sur le tout d'azur au lion d'or à la bande de gueulle chargée de trois croissantes d'argent qui est Doni.

76. LVDOVICVS DONI D'ATTICHY familiâ apud Florentinos illustri ortus est, è quâ nonnulli in Priores ac Vexilliferos, vulgò Gonfalonerios, id est supremos Reipublicæ Florentinæ magistratus (penes quos ius pacis erat ac belli) delecti sunt : ex eâ prognatus stirpe Octauianus Donius toparcha Attichij in Galliâ, cùm per Magdalenam Tornabonam matrem, ad Catharinæ & Mariæ Mediceæ Galliæ Augustarum progeniem, ex Lucretiâ Tornabonâ, Petri Medicei coniuge, affinitatis iure spectaret, à Regibus Henrico 3. & 4. primùm Sanctioris Consistorij Comes factus, tum regio Ærario præfectus, dein Mariæ Mediceæ, & Elisabethæ Franciæ & Hispaniæ Reginæ eius filiæ, Palatij Magister est constitutus. Is etiam Valentiam Marillacam sibi asciuit in coniugem, ex gente nobili apud Aruernos oriundam, è quâ prodière Carolus Viennensis Archiepiscopus, Bertrandus Redonensis Præsul, Michael sub Ludouico 13. Regni Procancellarius, & Ludouicus Franciæ Marescallus, cuius bellica virtus in obsidione Rupellanâ, apud Ream Insulam, & in Casalensi expeditione potissimùm emicuit; è quibus duo isti postremi, Antistitis Ludouici fuêre auunculi. Hic cùm adoleuisset, liberalibus disciplinis apprimè instructus, Ordinem Minimorum amplectitur, in quo doctrinæ præcipuum edidit specimen, quòd vix annum 24. supergressus, conscripsit Historiam eiusdem Ordinis Minimorum, ac postmodum vitam B. Reginæ Ioannæ à Franciâ, Biturigum Ducissæ, Virginum Annunciatarum fundatricis. Vnde ad dignitates sui Ordinis vocatus, cœnobio Parisiensi quamuis Romæ degens suffragijs præpositus fuit ; tum ad regendam inferioris Burgundiæ prouinciam expetitus, tandem à Rege Ludouico Decimo tertio in obsidione Rupellæ, ad Ecclesiæ Reiensis administrationem absens, nominatus est die 5. mensis Octobris anni 1628. sequenti verò à Summo Pontifice confirmatus, consecratur Dominicâ Quasimodo anni 1630. 1630.
Parisiis in æde S. Maglorij Patrum Oratorij Domini nostri Iesu Christi, à Ioanne Francisco Archiepiscopo Parisiensi, assistentibus Ioanne Lodouensi, & Bartholomæo Conuenensi Præsulibus. Eodem anno electus, vt apud Regem totius Cleri Gallicani causam ageret, vnâ cùm Gabriele Aurelianensi Episcopo, & Francisco Electo Tricastinensi, in Sabaudiam fame, bello ac lue grassantibus iter periculosum suscepit, eóque munere egregiè functus, legationem ad optatum finem perduxit, vt & Lugduni, vbi totius itidem Cleri nomine Regi gratias egit. Inde Regensem ciuitatem Pontificaliter ingressus est die 11. Maij 1631. 1631.
quo ex tempore optimi Præsulis partes egit ; nam integram diœcesim sæpiùs lustrauit, Palatium Episcopale instaurauit, ac mediâ parte auxit, villam suburbanam iuxta Sorpium fontem celebratissimo illi Sorgiæ non imparem, atque inde à fonte Episcopi denominatam, magnis sumptibus à fundamentis extruxit, atque perfecit. Moniales S. Vrsulæ in ciuitatem Reiensem, posteà etiam in vrbem Valenzoliensem eiusdem diœcesis recepit. Propria Sanctorum Ecclesiæ suæ officia ab vniuerso Clero diu expetita, proprio studio contexuit, atque ad formam Breuiarij Romani redacta typis excudi curauit. Anno autem 1637. tractatum 1637.
edidit de iure succedendi Episcoporum, ac de excellentiâ dignitatis Episcopalis, ex occasione litis quam habuit in Senatu Parisiensi pro adeundâ

hæreditate fratris Antonij Attichij Galliâ fundatoris. A toparchæ, qui aduersùs Belgas pro Rege dimicans, plumbeâ glande percussus occubuerat. Idem pro temporalibus Ecclesiæ suæ iuribus decertans aduersùs ciues & condominos Reienses vassallos, eius obsequium detrectantes, eos ad hominium compulit; quin etiam eisdem ciuibus temporale dominationis Ecclesiæ suæ iugum à ceruicibus suis excutere tentantibus, ac Regij nominis potentiam ei opponere (eùm præter summum imperium nihil iuris habeat Rex in ipsâ ciuitate, ac eius territorio) id obtinuit, vt penes B ipsum ac successores Antistites esse vniuersale ipsius ciuitatis dominium, & omnimodam iurisdictionem eiusdem Senatus placito declararetur, eique soli competere ius creandi in eadem vrbe Iudices, ac Magistratus, qui de causis tam ciuilibus quàm criminalibus quibuscunque cognoscerent. Cùm verò Cleri sui moribus reformandis inuigilaret, nefariorum quorumdam impetum ac certam necem solâ virtute diuinâ effugit. Cæterùm
1643. definente Aprili 1643. apud S. Germanum in Layâ interfuit cùm præcipuis regni Proceribus & Episcopis solemni baptismo Regis Ludouici 14. tunc Delphini, Ludouico Iusto patre in extremis agente. Sequenti anno 1644. Historiam B. Ioannæ Reginæ à se recensitam, & auctam denuò publicauit; ac etiam Homiliam, seu orationem panegyricam S. Maximi Episcopi Reiensis; eodem anno Regi Ludouico 14. nomine trium Ordinum Prouinciæ ipsius obsequij primitias obtulit, assistentibus Grassensi & Tolonensi Præsulibus: adfuit quoque generali Cœ-
1645. tui Cleri Gallicani anni 1645. Lutetiæ celebrati. Hinc ad sedem suam reuersus, Cathedralem basilicam septem sacellis amplissimis auxit, quorum prius cæteris augustius, ad suam & successorum Antistitum sepulturam in illius hypogæo designauit; tum cœpit opus moliri duobus tomis comprehensum, de Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalibus, qui à sex & amplius sæculis pietate floruerunt, quod prælum expectat. Præmisit verò quasi præludium operis, libellum de vitâ Petri Cardinalis Berulli, Congregationis Oratorij Iesu Christi in Galliâ fundatoris. Ac demum gregem verbo ac exemplo dum pascit Ludouicus, & in quosdam concubinarios incestuosos censuras Ecclesiasticas infligere parat, atque clandestinum matrimonium fieri vetat, tumultu plebis in se excitato, vt vitæ consuleret, à ciuitate suâ Regensi discedere coactus est. Denique an. 1652.
1652. transfertur ad Ecclesiam Eduensem.

77. Nicolavs de Vallavoire Abbas de Voulx, frater Marchionis de Vallauoire, ex nobilibus Prouinciæ, Petro patre natus est toparchâ de Vallauoire & de Voulx, matre Gabrieli de Fourbin stirpis vetustæ dynastarum de Soliers, quæ ad Ponteuenses maternam originem referebat. Is per Ludouici Donij resignationem, ad Eduensem Ecclesiam translati, ad hanc Regiensem sublimatur nominatione Regiâ Ludouici XIV. apud S. Germanum in Layâ 10. Maij 1652. admittitur in Consistorio Innocentij X. Pont. Max. 1. Nouemb. & 8. die Decemb. festo Conceptionis Deiparæ Virginis, vnctionem sacram excepit eodem anno C Lutetiæ Parisiorum in æde Fuliensium, ab ipsomet Ludouico decessore suo, assistentibus Ferdinando de Neufuille S. Maclouij, & Francisco Faure Glandatensi Episcopis: statimque fide Regi præstitâ pro temporali 14. die mensis prædicti, ineunte anno 1653. diœcesim suam 1653.
adiit, vrbem primò solemni pompâ inuectus 10. Martij; ac pro faustis suæ administrationis initijs, reliquam Episcopalis Palatij partem quam Ludouicus antecessor perficere meditabatur, quæque præ situ & vetustate ruinas minabatur, instaurauit. Cæterùm D ille ipse antequam ad hunc Episcopatum ascenderet, interfuit Comitiis generalibus Cleri Gallicani Lutetiæ anno 1645. celebrati, & ad Cœtum Parisiensem 1655. idem 1655.
vocatus est pro Metropoli Aquarum-Sextiarum.

Vallavoire. Au 1. & 4. de sable a vn espreuier d'argent auec ses grelots & longes: au 2. & 3. de gueulle.

RIVENSES

EPISCOPI.

Rieux en haut Languedoc prés de la Garonne, & de Rize.

SVB Archiepiſcopatu & Parlamento Toloſano ad Rizam fluuium, poſteà in Garumnam labentem, oppidum Riuenſe poſitum eſt, quod & villa de Riuis appellatur: à Ioanne 22. Epiſcopali Sede donata, & à Toloſanâ diœceſi auulſa. Huius verò Eccleſia maior Patronam agnoſcit B Deiparam Virginem: finitimos habet Epiſcopatus hæc diœceſis, Toloſanum & Appamienſem: ſunt in eâ Abbatiæ:

LESATI *Lezat* O B.

FVLIENSIS O C.

Fueillans chef d'Ordre.

CALERCII *Calers* O C.

SALANQVIÆ *fœm.* O C.

Salanques, dit l'Abondance Dieu.

Epiſcoporum autem ſeries ſequens C eſt, ex variis documentis, ac ſcriptoribus collecta Guillel. Catellus in Occitanicis lib. 5. quatuordecim tantùm numerat.

Rabastens

1. PILVS-FORTIS DE RABASTENS Cardinalis Preſbyter tit. S. Anaſtaſiæ à Papâ Ioanne XXII. primus huius Eccleſiæ creatus eſt E-
1318. piſcopus anno 1318. vt Acta indicant Conſiſtorialia: non Guillelmus de Brociâ ex Decano Bituricenſi ad hanc ſedem promotus, quemadmodum apud Catellum legere eſt: tranſlatus autem huc inuenitur ex Epiſ- D copo Appamiarum, poſtquam noua Riuenſis Eccleſia, à Toloſanâ per eundem Pontificem delibata fuit.
1319. Nominatur & Epiſcopus anno 1319. in Concilio Prouinciali habito per Ioannem de Conuennis primum Toloſæ Archiepiſcopum: deſiit eſſe in viuis ſub eodem Ioanne XXII.

2. BERTRANDVS I. electus re-
1321. peritur 1321. 30. Maij in tabulis Obligationum ſacri Collegij.

De Texenderia.

A 3. IOANNES DE TEXENDERIA I. Cadurcenſis, Ordinis Minorum, à Papâ Ioanne factus Auenione Epiſcopus Lodouenſis anno 1323. vt docent tabulæ eius Eccleſiæ: per eundem Pontificem vocatus eſt ad Epiſcopatum Riuenſem an. 1324. 1324.
2. Auguſti: ex quo mendum eſt in epitaphio hodiéq; ſub laminâ æneâ extante in ſacello Riuenſi, ab ipſo conſtructo in Toloſanâ Franciſcanorum maioris Obſeruantiæ baſilicâ, cùm ipſum Riuenſis Eccleſiæ primum Pontificem affirmat, repugnant enim regeſta Vaticana, quæ Pilum-Fortem, & Bertrandum ipſi præponunt: B inſcriptio autem ſic habet:

Hoc iacet in tumulo dominus fratérque IOANNES
Virtutum cumulo laudes promerendo perennes.
Cadurci ciuitas hunc protulit, & educauit:
Ad Chriſti ſemitas, Minorúmque ſacer Ordo vocauit,
In quo continuo ſtudio, moribúſque profecit:
Lector & officio plurimos Chriſto lucrifecit.
Deuotus, mundus, humilis, pietate fecundus, C
Senſu profundus, verax, conuictu iocundus,
Tandem vigeſimo ſecundo Papâ Ioanne
Chriſti Vicario, Chriſticolis & præſidente,
Hic ſublimatur Præſulatum ad Lodouenſem:
Poſteà mutatur ad paſcua grata RIVENSEM:
Vbi palatium conſtruxit Pontificale,
Poſteris eximium derelinquens memoriale.
Poſt hanc deuotam Capellam ædificauit:
Eccleſiam totam ſimul & hanc ipſe ſacrauit. D
Hoc Oratorium in cœmeterium, dans ſpeciale
Fratribus Ordinis huius agminis vltimò vale.
Tranſtulit & patrum Pater hic & corpora fratrum,
Quos hic condiuit, propriâ manu ſepeliuit:
Cùm quibus ponitur cùm præſens vita finitur,
Tranſit ad æternam requiem finito labore:

Sedem superham meruit vir dignus honore. A
Christi sancta Mater, Francisce pijssime Pater
Hunc filium gratum precibus habeto placatum,
Vt author fidei misereatur ei.
Nec sint ingrati Fratres tantæ caritatis
Sanctos implorent, & Christum iugiter orent,
Vt vitam tribuat, & bona retribuat.
Exorent Christum titulum qui legerint istum,
Vt hic locatum faciat sua pace beatum. Amen.

LOBENSIS. 4. ANTONIVS LOBENSIS sedebat circa an. 1345. ex antiquis documentis.
1345.

5. DVRANDVS, Episcopus huius sedis memoratur 1349. 15. Sept. in actis Consistorialibus Vaticani.

6. IOANNES II. electus est an.
1354. 1354. 12. Aprilis.

7. IOANNES III. successit antecessori eiusdem nominis, ac pro ipso recognouit 1386. 4. Septembris, vti testantur libri Obligatio- C num Vaticani. De his Præsulibus nulla mentio apud Catellum.

DE FVXO. 8. HIERONYMVS DE FVXO
1392. anno 1392.

S. MARTIAL. 9. PETRVS DE SAINT MARTIAL, I. ex Episcopo Riuensi Carcassonensis, dein Archiepiscopus Tolosanus, vt supra diximus.

FREDETVS. 10. ARNALDVS FREDETVS Ordinis Dominicanorum an. 1403.
1403.

LEON. 11. VITALIS DE LEON ex D Priore Sancti Caprasij & Canonico Aginnensi confirmatus Episcopus
1406. 1406. sede vacante, per Guillelmum Archiepiscopum Bituricensem.

BOVSQVET. 12. GAVCELINVS DV BOVSQVET eandem Ecclesiam administrabat anno 1412. vti documentum indicat concordiæ ipsius cùm Guillelmo de Arpaione Episcopo Cadurcensi.

ROVFFIGNAC. 13. HVGO DE ROVFFIGNAC nobilis Lemouicensis, patruus Bertrandi Sarlatensis Præsulis, dedicat Ecclesiam Cathedralem, & aliquot obitbaria fundat; ipse verò à Rege mandatum accipit conueniendi Carnotum cùm aliis Antistitibus Regni, prout testantur ipsius codicilli 1450. 1450.
15. Maij.

14. GAVFRIDVS DE BASILHAC memoratur in comitatu Petri BASILHAC.
Cardinalis de Fuxo cùm Ioanne Episcopo Consoranensi circa an. 1466. 1466.
apud Garibaium in Historiâ Hispaniæ; sedebat annis 1470. & 1478. B ex tabulario S. Petri Lesatensis.

15. PETRVS D'ABESAC II. ex ABESAC.
dominis de la Douse, anteà Abbas & monachus Beatæ Mariæ de Gratiâ, diœcesis Carcassonensis, Ordinis S. Benedicti, electus anno 1480. transfertur inde ad Metropolim Narbonensem.

16. BERTRANDVS, vel BERNARDVS DE LVSTRAC II. nobilis Vasco, ex hoc Episcopatu transiit ad Lectotensem anno 1485. Cal. Iulij. LVSTRAC. 1485.

17. PETRVS FABRI III. ex Præsule Lectorensi, eodem anno & die huc traducitur, quemadmodum ferunt acta Consistorialia Vaticani: idem Petrus reuersus est iterum ad Lectorensem 1. Iunij 1487. 1487. Hunc cum superiori prætermisit Catellus. FABRI.

18. IOANNES DV PIN IV. Tolosas, Philippi Beroaldi discipulus, cuius vitam scripsit, necnon S. Catharinæ Senensis, & librum de vitâ aulicâ: floruit in sede Riuensi anno DV PIN.
1500. Ei scribit epistolam 18. l. 4. 1500.
doctissimus Cardinalis Sadoletus, Carpentoracti Calendis Martij 1530. ex quâ liquet ipsi amicissimum, ait enim; *Cùm se mihi occasio, & prope dicam necessitas quædam obtulerit scribendi ad te, libenter hac opportunitate sum vsus. Etenim quibus in rebus egere mihi videor, cùm eruditi hominis doctrinâ, tum amici fide, tu mihi statim occurris ad vtrúmque aptus, cuius iudicium & integritas à me maximi æstimetur.* Et infra subdit: *Quamobrem à te peto, vt cùm hæc nostra leges* (Commentarium

in psalmum 90.) *reperiésque aliquid quod tibi satis non probetur, sensúmque acris iudicij tui aliquâ in re offendat, ne parcas monere & reprehendere me, fidémque amicitiæ, quam à te sanctissimè, seruari non dubito, in hac re mihi potissimùm præstes: in alijs ad quæ ego me paro, plurimùm mihi & tua eruditio proderit & auctoritas.* De eo Ioannes Gerardus Vossius de Historicis Latinis lib. 3. cap. 11.

VOLTAN.

19. PETRVS LVDOVICVS DE VOLTAN sub Rege Ludouico 12. multis legationibus clarus in Hispaniâ, Italiâ, & apud Heluetios: Episcopatum rexit anno 1515. Ecclesiæque suæ statuta condidit.

1515.

DV BOVRG. D'azur à trois tiges d'espines d'argent [illegible] en pal 2. 1.

20. FRANCISCVS DV BOVRG Aruernus, Antonij de Burgo Franciæ Cancellarij, ex Annâ Henard filius, Abbas S. Euurtij Aurelianensis, Antonij Baronis de Saillans in Aruerniâ, Senescalli Lugdunensis frater. Ex Magistro Libellorum Supplicum electus fuit in Episcopum, præfuitque an. 1530. & 1564. statuta diœcesis renouauit, ac duas maiores campanas refici curauit.

1530.

DV BOVRG.

21. IOANNES-BAPTISTA DV BOVRG, Libellorum Supplicum item præfectus, & antecessoris germanus. Concilio Tolosano subscripsit anno 1585. à Francisco de Ioyosâ Metropolitano Tolosæ habito; cui Petrus Burgius agnatus suus dicat Electa: eius auctoritate scripto Riuis dato 1588. die 28. Ianuarij, Monialium Fuliensium primordia sumpserunt agente Domno Ioanne à Sancto Benedicto, vulgò de la Barriere, Abbate Fuliensi in vrbe de Monrisquieu de Bolueste in sacello S. Mariæ Virginis, sacro velamine 19 Iunij eiusdem anni dato per eundem Præsulem tredecim virginibus & viduis Fuliensinis: leguntur autem quædam poëmata Latina ab eo Antistite elucubrata, quæ summam venustatem redolent.

1585.

BERTIER.

22. IOANNES BERTIER, V. Abbas S. Vincentij Siluanectensis, & Loci-Restaurati apud Valesios, diœcesis Suessionensis, Reginæque Margaritæ Valesiæ Cancellarius: ex Agente, seu Syndico Cleri Gallicani, successit Ioanni de Burgo in Episcopatu. Is natus est Tolosæ an. 1556. patre Ludouico de Berteriis domino S. Genesij & Montisrapidi, matre Margaretâ de Roques de Montels: Berteriorum familia vtrâque nobilitate & militari ac togatâ illustris, oriunda est in Tolosano agro ex castro de Pinsaguelio, in confluenti Aurigeris & Garumnæ, cuius castri toparchæ Berterij, à pluribus annis duplici generationum lineâ distincti sunt. Vna Baronum Pinsaguelorum muneribus militaribus insignium; altera Sangenesianorum, quæ Laticlauio iampridem in supremâ Tolosanorum Curiâ coruscans, Principatum tandem Senatus assequuta est in personâ Ioannis Berterij Montisrapidi domini, Protopræsidis Tolosani. Ioannes inter fratres minor natu, quos tres numero habuit, Philippum scilicet Præsidem infulatum Montisrapidi dynastam, Guillelmum Præsidem Inquisitionum, ac Petri Montalbanensis Episcopi patrem, & Bertrandum Abbatem Lesati, Ecclesiæque Tolosanæ Præpositum, seu maiorem Decanum. In Academiâ Tolosanâ humanioribus litteris imbutus, Iuri Pontificio se maximè dedit, in quo lauream adeptus est: Abbas Mansi Garnerij ad Garumnam, Canonicus & Archidiaconus Ecclesiæ Tolosanæ ac Tarbensis factus, ad Auxitanæ prouinciæ Francici Cleri Comitia generalia an. 1595. Parisios conuocata missus, tum primum Agens rebus Cleri per Franciam gerendis ipse institutus & electus est: eo in pretio & honore habitus per decennium, quo Agentis partes impleuit (prouinciis quibus Agentium electio competebat in id successiuè consentientibus) vt & Cardinales & Præsides Franci eum in rebus Cleri difficilioribus, quæ Comitiorum consensum desiderarent, vnicum arbitrum facerent, & ad ipsius domicilium tanquam ad ædem prudentiæ sacram, ad agitanda & decidenda Cleri negotia concurrerent. Henrici IV. placito, siue edicto apud Nannetes dato ipse intercessit, & ad eius orationem in secretiori consilio coram Rege habitam, edicto pro eâ clausulâ, quâ Rex vrgente rerum necessitate, Caluinistis decimarum vsum ijs in locis quæ detinebant, per-

miſerat, derogatum fuit. Margaritæ A Valeſiæ Reginæ domeſticarum rerum ſummæ & conſiliis præpoſitus, maximam erga eam promeruit gratiam; annuente illâ ſubdelegatus ipſe fuit die 17. Nouemb. 1599. vt ſe
1599. in caſtro Vſſonij in Aruerniâ commorantem audiret, & interrogaret ſuper articulos ab Henrico 4. propoſitos in cauſâ diſſoluendi matrimonij, ſubrogatus à Iudicibus in huiuſmodi quæſtione à Summo Pontifice delegatis, Cardinale ſcilicet à Ioyosâ, & Epiſcopo Mutinenſi Nuncio Apoſtolico. Regina ſapienti & fido miniſtro intima cauſæ, & libita B marito reſeranda commiſit. Hoc opere periculoſæ pleno aleæ prudenter præſtito, Secretiori Regis Conſilio adſcriptus eſt, & ad Riuenſem
1605. Epiſcopatum vocatus, anno 1605. fauſtâ Francorum procerum acclamatione, altero decurrente anno ad vicum de Villapetrosâ iuxta Lutetiam, à Cardinale Gondio ſacratus. Huic Epiſcopo facto Regina Margarita (cui ſe priuatus totum deuouerat) Sigillum tradidit, hoc eſt ſuum Cancellarium fecit, & Henricus 4. Laticlauio Præſulibus deſtinato in Senatu Toloſano decorauit. Anno C
1614. 1614. à Seneſcalliâ, ſeu Præfecturâ Toloſanâ ſelectus eſt, vt intereſſet Comitiis ordinum Lutetiam conuocatis ad regni difficiliores res decidendas. Sequenti anno 1615. Conuentui Cleri generali Lutetiæ habito interfuit. Ingraueſcente ætate, tot laboribus exantlatis pro religione, Rege & patriâ, Ioannem-Ludouicum ex fratre Philippo nepotem, in Coadiutorem permittente Rege, adſciuit. Quo fœliciter exacto, dum viſitandæ & regendæ diœceſi incumberet, necnon optimi Paſtoris vices impleret, diem clauſit extre- D mum, multis ille quidem flebilis, pauperibus maximè & Orthodoxis, quorum pater beneficentiſſimus, & aſſertor acerrimus extiterat, ætatis
1620. anno 64. Chriſti verò 1620. menſe Iulio; condidit teſtamentum, quo Riuenſis Eccleſiæ Cathedralis, ad Riſæ amnis ripam ſitæ, Chorum à ſuis prædeceſſoribus ædificari cœptum, perfici iuſſit.

BERTIER D'or à vn 23. IOANNES-LVDOVICVS BERTIER Abbas S. Petri de Lefato Riuenſis, & Capellæ diœceſis Toloſanæ, Eccleſiæ Metropolitanæ S. Stephani Præpoſitus, & in Senatu Toloſano Conſiliarius; Philippi Berterij eiuſdem Parlamenti Præſidis, Montiſrapidi toparchæ, & Catharinæ de Paulâ ſororis Antonij Magni Magiſtri Equitum Melitenſium filius; Philippi item Principis Senatus Toloſani germanus. Ex Heliopolitano Coadiutore, ad ſedem euectus eſt poſt exceſſum patrui 1620. Duobus Comitiis generalibus Cleri Pariſiis adfuit anno 1615. nondum Epiſcopus, tumque Canonicus ac magnus Vicarius Eccleſiæ Toloſanæ, & alteri cœtui Lutetiæ celebrato: adhuc ſuperſtes. 1620. 1645.

(rauteau effarouché de gueulle les cornes de la teſte & des pieds d'azur à cinq eſtoiles d'argent poſées en bande.)

RVPELLÆ
EPISCOPI.

RVPELLA Santonum famoſa ciuitas in territorio Alnienſi, ad ſinum Oceani poſita, commodum nauibus excipiendis & tutandis portum habet, quam nonnulli Santonum portum vocauêre. Sanè credibile eſt, cùm hæc ora maris Saxonum, Normannorum, & aliorum eiuſmodi hoſtium deprædationibus infeſtaretur, ibi portum & arcem conditam, vt eorum impetus frænarentur. Primùm enim ibi caſtrum excitatum eſt cùm domunculis aliquot in vicinio, quæ poſteà creuêre in vrbem florentem ædificijs, commercio, opibus, & bellicis munitionibus ac propugnaculis. Multis quidem ſæculis huius loci dominio potitæ ſunt familiæ de Maloleone & Rupeforti: tum Guillelmus Comes Pictauienſis & Dux Aquitanicus poſtremus Rupellam ſibi vendicauit; cuius filia Eleonora cùm nuptui tradita eſſet Regi Ludouico Iuniori, Pictauium, Rupellam, & plures alias poſſeſſiones titulo matrimonij accepit; ſed cùm Balgenciaci ſolutum eſt matrimonium, Henrici Ducis Normannorum vxor facta, Rupella quoque Anglorum poteſtati ſubijcitur. Mortuo tamen Richardo Rege, Radulphus de Maloleone, cuius erat Rupella, cùm Londini verſaretur, ab

LA ROCHELLE ſur mer, au pais d'Aunis.

Eleonorâ titulo commutationis ar- cem Bènonis accepit, nunc Tremoliæ gentis dominium Comitatus titulo insigne. Anteà quidem multis honoris gradibus hæc vrbs potiebatur, & quidem Maiore, ac societate ciuium, qui vrbem administrabant ab anno 1199. Anglis eam obtinentibus recuperata est, obsidente Ludouico 8. an. 1224. & priuilegiis aucta. Iterum Anglis derelicta est post Ioannis Regis captiuitatem. Froissardus narrat à Carolo v. vi expugnatam, arcem euersam, & ad portus ingressum turres excitatas, necnon fœdere peculiari vnitam eo tempore Rupellam dominio Coronæ. Ludouicus autem xi. eam Carolo Duci Aquitaniæ iure apanagij concessit cùm aliis prouinciis. At cùm & numero ciuium, & propugnaculis munita, pelagóque tuta sibi videretur, eò superbiæ deuenit, vt minas Galliæ Regibus obsequij suiti oblita intentaret, & rebellionis caput dici ambiret: sed inuicti Principis Ludouici 13. armis terrâ maríque obsessa, non sine quodam miraculo, cùm furenti Oceano frænum posuisset, rebellibus quoque iugum imposuit 1628. ibiq; orthodoxæ religionis & Episcopatus sedem figere statuit, quò nefaria hæresis trophæa sua quondam erexerat; id cùm meditatus esset Ludouicus Iustus, eius hæres Ludouicus xiv. fœliciter absoluit, concessione Pontificis, qui suppressâ Sede Malleacensi, eam Rupellæ transtulit, & Capitulum Malleacense adiunctâ Insulâ Reanâ, territorio Alnisiensi, ac centum circiter parochiis è Santonum Episcopatu. Iacobum porrò Raoul anteà Malleacensem Præsulem, primum constituit Episcopum diœcesis nouæ.

RAOVL. De sable à vn poisson d'argent, pery en fasce à quatre annelets de mesme 3. en chef, 1. en pointe.

I. IACOBVS RAOVL toparcha de la Guibourgere in Comitatu Nannetensi, eo nomine potissimùm nobis commendandus, quòd sollicitudine suâ effecerit, vt Rupella quæ multis ab annis hæreseos propugnaculum facta fuerat, nunc in melius commutata Catholicæ Ecclesiæ Sedes Episcopalis euaderet, & vnde impietatis vires disseminatæ fuerant, inde sanctioris veritatis fluenta dimanarent. Ad hanc ergo dignitatem his gradibus Iacobus euectus est; primò fit Senator Aremoricus 1616.

A tum Nannetensis Seneschallus 1620. quæ munia cùm prudenter obiret, tumultuantibus interim hæreticis Rupellæ, Maior Nannetensis eligitur, & à Rege sacri Consilij Assessor, necnon ter à Comitiis Britanniæ generalibus, in quibus ordini suo præfuit, ad Regem delegatur Orator. His ergo Coronæ Gallicæ exhibitis officiis, à Ludouico 13. nominatur Santonensis Episcopus, post spontaneam demissionem Michaëlis Raoul, consecratus Nannetis in basilicâ Cathedrali die 11. Ianuarij 1632. à Philippo Cospeano Præsule Nan-
B netensi, assistentibus Sebastiano de Rosmadec Vennetensi, & Claudio de Rueil Andegauensi: in eo munere disciplinam Ecclesiæ restitui curauit, dum à nobilibus quibusdam beneficia abstulit, quæ magnâ morum corruptelâ alieno nomine possidebant. Interfuit & vniuersi Cleri Gallicani Conuentibus an. 1635. ac 1645. 1635.
quibus absolutis, cùm Pont. Max. hortante Ludouico 13. necnon successore Ludouico 14. Sedem Episcopalem Rupellæ constituisset, eius nominatur primus Antistes, tum quòd perspectam haberet eius pruden-
C tiam, tum quia Rupella Santonensi sedi iam pareret. Paulò post Henrico de Bethune Malleacensi Præsule ad Burdegalensem Ecclesiam promoto, exorante Rege, & procurante Iacobo, Malleacensis Episcopatus à Pontifice suppressus, Rupellensi adcreuit, Capitulum autem à regulari vinculo solutum, sæcularique ordini Sacerdotum adiunctum, Rupellam transfertur, necnon territorium Alniense à Santonensi Sede separatum, Rupellensi adiungitur Bullis datis à Pont. Max. Innocentio 10. die 4. Nonas Maij 1648. 1648.
D Quod nihilominus ad exitum nondum potuit adduci, cùm domibus Canonici careant, & basilicâ, in quâ commodè diuinum officium celebraretur; Episcopus tamen ex concessione Regis sacris operatur in maiore templo, quod hæreticis inde pulsis, S. Bartholomæi parochiæ addictum fuerat à Rege, cùm ipsorum Ecclesia à sectariis belli furore grassante diruta fuisset; nunc autem cùm Cathedralis loco habeatur, sub inuocatione B. Virginis antiquæ vrbis patronæ dedicabitur. Porrò cùm

multæ lites suboriri possent Rupellensem inter & Santonensem Præsules, his obuiam itum est compositione facta Malleaci, inter ipsos & Capitula, quæ à Senatu Parisiensi rata, habita, & adscripta est.

RVREMONDENSES EPISCOPI.

RVREMONDE en Gueldre, sur le Roer. QVA se Rura in Mosam fluuium exonerat, Ruremonda ciuitas Gueldriæ B ad ostium eiusdem fluminis, vti nomen patrium indicat, in veteribus Menapiorum sedibus sita est, olimque Insula-Dei nuncupabatur; vrbs amœna, ampla, potens, ciuibúsque referta, quæ ab Othone 4. Geldriæ Comite muris cincta fuit; huius Icon tom. 3. Vrbium apud Georgium Brunum: sub Archiepiscopatu Machliniensi, Episcopalis facta à Paulo IV. Pontifice 1559. in cuius diœcesi decem oppida complectuntur, & Abbatiæ:

GERLACI O. P.

C

MONS S. PETRI.

Episcopi autem huic Cathedræ sequentes præfuêre.

LINDANVS. 1. GVILLELMVS LINDANVS ex Doctore Theologo Louaniensi primus Antistes electus 1561. inde
1561. Gandauensis factus 1586. Eiusdem vitam scripsit Arnoldus Hauensius.

CVICK. 2. HENRICVS CVICH I. patriâ Culemburgensis, Louanij laureâ donatus sacræ Theologiæ, ibique D Vicarius generalis, & Officialis Machliniensis adlectus est, tum ex B. Petri Louanij Decano, ad hunc Episcopatum euehitur, consecratus
1596. 30. Iulij 1596. obiit 1609. Nonis Octobris. Orthodoxæ religionis zelo flagrans, quam multis scriptis illustrauit, quæ recenset Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, & Arnoldus Hauensius, libro de nouorum in Belgio Episcopatuum erectione.

CASTRO. 3. IACOBVS A CASTRO pa- A triâ Amstelodanus, ex Theologiæ Doctore, memoratur in funere Alberti Archiducis 1621. sublatus è vi- 1633.
uis anno 1633.

CALENVS. 4. HENRICVS CALENVS II. ex Archidiacono Machliniensi anno 1646.

STRAVI. 5. PAVLVS STRAVIVS Suffraganeus & Canonicus insignis Ecclesiæ Leodiensis sub Ferdinando Bauaro, Coloniensi Præsule & Electore Imperij, Leodiensi Antistite an- 1648.
no 1648.

CRVESEN. 6. ANDREAS CRVESEN anno 1653. erat Episcopus Ruremondæ.

RVTENENSES EPISCOPI ET COMITES.

RODEZ en Rouergue, prés l'Aueiron. SEGODVNVM Rutenorum vrbs Aquitaniæ primæ in conspectu Auerionis fluuij, sub Bituricensi Metropoli, & Parlamento Tolosano; ciuitas Rutenorum in Notitiâ Prouinciarum; cuius populi Ruteni apud Cæsarem lib. 1. de Bello Gall. Narbonensi prouinciæ confines Straboni l. 4. & Plinio; deuicti sunt cùm Aruernis à Quinto Fabio Maximo: ipsorum vrbs Segodunum Ptolemæo, Rutena vocitata variis locis à Greg. in Historiâ, tum in epistolis Desiderij Cadurcensis Præsulis, & Rotenus Aimoino. Principatum huius regionis obtinuêre olim Comites Rutheni, quorum proles à multis annis defecit; fruebantur dominio Burgi Ruthenensis, Episcopi verò ciuitate, cuius etiamnum toparchas & Comites se inscribunt. Vrbs in colle sita, montibus cincta est: cuius Cathedralis Ecclesia patronam habet sanctissimam Virginem, in cuius diœcesi reperiuntur Abbatiæ:

S. GERMANI *fem.* O B.
S. Germain les Rodez.

CONQVENSIS *Conques* O B.
CONBRES

COGNERES O B.

BONÆCVMBÆ *Bonnecombe* O C.

BONÆVALLIS *Bonneual* O C.

BELLILOCI *Beaulieu* O C.

LOCI-DEI *Loc-Dieu* O C.

DE LARPTENNE *fœm.*

Præſules autem hac ſerie recenſentur, quam magnâ parte ex catalogo Ioannis Chenu, aliiſque tabulariis deprompſimus.

1. S. AMANTIVS primus Epiſcopus Rutenæ Eccleſiæ in cartulariis inſcribitur, de quo Martyrologium Romanum pridie Nonas » Nouembris hæc ait: Apud Rutenos » in Galliâ B. Amantij Epiſcopi, cuius » vita & ſanctitate & miraculis extitit » glorioſa: non exploratum habetur quanam ætate vixerit iſte Amantius, de quo in vitâ S. Quintiani apud Surium 13. Nouemb. hunc perperam facit Redonenſem Galeſinius, affinitate nominum vtriúſque vrbis deceptus. At Elaphius à nonnullis in ſerie Epiſcoporum collocatur ex coniecturâ epiſtolæ Sidonij Apollinaris Epiſcopi lib. 4. ep. 15. qui Rutenenſi Eccleſiâ Antiſtite orbatâ, ob crudelem Eurici perſecutionem, baptiſterium, ſeu Eccleſiam baptiſmalem Rutenis ſacrauit, rogatus ab Elaphio eius conditore.

2. S. QVINTIANVS Gregorij Turonenſis elogio commendatus, libro quem de eius vitâ conſcripſit; Gothorum ſæuitiâ pulſus in exilium, Aruernam vrbem deuenit, vbi ab Eufraſio Antiſtite exceptus humaniter, & de facultatibus Eccleſiæ huius ſubleuatus, necnon à Lugdunenſi Præſule, quemadmodum notat Greg. idem lib. 2. Hiſt. cap. 36. Subſcripſit Agathenſi Synodo 506. &
511. Aurelianenſi 1. anno 511. poſteà Aruernenſis, ſeu Claromontanus Epiſcopus.

3. S. DALMATIVS Concilio Aruernenſi adfuit an. 535. & Aurelianenſi 4. 541. Eo Pontifice circiter
535. an. 574. Rex Sigebertus erexit Epiſcopatum in Ariſitenſi vico, pagi Rutenici, cuius inſtitutionem debemus indicio Greg. Turon. lib. 5. c. 5. Hiſtoriæ vbi de Moderico loquens: *Sed cùm obtinere non poſſet à Rege vt in locum vnde deiectus fuerat reſtitueretur, nocte per fugam lapſus ad Sigiberti Regnum tranſiit, & apud Ariſitenſem vicum Epiſcopus inſtituitur, habens ſub ſe plus minus diœceſes quindecim, quas primùm Gothi quidam tenuerant, nunc verò Dalmatius Ruthenenſis Epiſcopus vendicabat.* Sed eâ ſede ſuppreſsâ, extinctóque Epiſcopatu, parochiæ illæ ad ius Rutenenſis Præſulis redierunt. De Præſulibus autem Ariſitenſibus, primus memoratur Deotharius, Ferreoli & Induſtriæ natus, Anſberti Senatoris nobiliſſimæ familiæ Regiæ propagatoris germanus, qui ab Aygulfo fratre Epiſcopo Metenſi nouæ ſedis honore inſignitus eſt. Secundus Mundericus, Deotharij nepos, Anſberti filius; is Epiſcopus Lingonum deſignatus cùm futurâ ſucceſſione Tetrico longæuo Præſuli, à Guntramno Rege in exilium pulſus, electione Pontificis Metenſis, ac Sigeberti Regis decreto præfectus eſt Ariſitenſi Cathedræ, vti ex Gregorij Hiſtoriâ diſcitur. Emmo item Ariſitenſis Præſul apud Flodoardum Synodo Remenſi an. 630. interfuiſſe memoratur; poſt quem nulla eorum Antiſtitum notitia inuenitur. Porrò de Epiſcopatus Ariſitenſis inſtitutione & Præſulibus ſcripſit Thomas Aquinas à S. Ioſepho Carmelita Excalceatus, non indoctâ Diſſertatione, quâ illius nomen, ſitum, inſtitutionem, fuſiùs recenſuit. Sed ad Dalmatium redeamus, de quo Greg. tradit lib. 5. c. 47. *Eo tempore Dalmatius Ruthenæ ciuitatis Epiſcopus migrauit à ſæculo, vir in omni ſanctitate præcelſus, abſtinens vel à cibis, vel à concupiſcentijs carnis: valde eleemoſynarius, & cunctis humanus, in oratione & vigilijs ſatis ſtabilis. Eccleſiam conſtruxit. Sed dum eam ad emendationem ſæpiùs deſtruxit, incompoſitam dereliquit.*

4. THEODOSIVS ex Archidiacono ad Sedem Epiſcopalem vocatur; Gregorius Turon. loco citato de eius electione hæc refert haud contemnenda: *Poſt cuius*, Dalmatij, *obitum, multi, vt fit, Epiſcopatum petebant. Tranſobadus verò presbyter, qui quondam Archidiaconus eius fuerat,*

maximè in hoc intendebat, fidus quòd A *filium suum cùm Gogone, qui tunc Regis erat nutritius, commendauerat. Condiderat autem Episcopus testamentum, in quo Regi sexcentum, qui post eius obitum acciperet, indicabat: adiurans terribilibus sacramentis, vt in Ecclesiâ illâ non ordinaretur extraneus, non cupidus, non coniugali vinculo nexus: sed ab his omnibus expeditus, qui in solis tantùm dominicis laudibus degebat, substituere-tur. Transobadus autem presbyter epulum in ipsa vrbe Clericis præparabat. Residentibus autem illis, vnus presbyterorum cœpit Antistitem memoratum impudicus* B *blasphemare sermonibus, & vsque ad hoc erupit, vt eum delirum & fatuum nominaret. Hæc eo dicente, pincerna poculum oblaturus aduenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere cœpit. Laxatóque de manu calice, super alium, qui sibi erat proximus, caput reclinans, reddidit spiritum. Ablatusque ab epulo ad sepulchrum, humo contectus est. Post hæc relecto testamento Antistitis, in præsentiâ Childeberti Regis ac Procerum eius, Theodosius, qui tunc Archidiaconatu vrbis illius potiebatur, Episcopus ordinatus est.* Decessit C anno IX. Childeberti Regis, eodem Gregorio referente, lib. 6. Histor. cap. 38.

5. INNOCENTIVS ex Comite vrbis Gabalitanæ creatur, de quo plura habet Greg. & cap. citato lib. 6. de eius ordinatione ita loquitur: *Theodosius Rutenorum Episcopus, qui S. Dalmatio successerat, diem obijt. In quâ Ecclesiâ intantùm pro Episcopatu contentiones & scandala orta conualuerunt, vt penè sacris ministeriorum vasis & omni facultate meliori nudaretur. Veruntamen Transobadus Presbyter rejicitur, & Innocentius Gabalitanorum* D *Comes eligitur ad Episcopatum, opitulante Brunichilde Reginâ. Sed adsumpto*
388. *Episcopatu, confestim Vrsicinum Cadurcinæ vrbis Episcopum lacessere cœpit, dicens, quia diœceses Rutenæ Ecclesiæ debitas retineret. Vnde factum est, vt diuturnâ intentione glíscente, post aliquot annos coniunctus Metropolitanis, cùm suis prouincialibus apud vrbem Aruernam residens iudicium emanaret; scilicet vt parochias, quas nunquam Rutena Ecclesia tenuisse recolebatur, reciperet. Quod ita factum est.* Vide eundem Greg. lib. 10. c. 8.

6. VERVS Concilio Remensi adfuit anno 630. apud Flodoardum; 6..
ad hunc extat epistola Sulpitij Bituricensis Episcopi, & eiusdem littera ad Desiderium Cadurcensem.

7. AREDIVS Ruthenæ Ecclesiæ Episcopus reperitur in vitâ S. Desiderij Cadurcensis MS. de quo silent tabulæ cartophilacij Ruthenensis.

8. ELISACHAR in cartâ Vabrensis monasterij 3. Nonas Nouemb. regnante Carolo Rege Francorum anno 23.

9. FARALDVS in vetusto originali Conquensis monasterij, die 10. Cal. Septemb. an. 25. Ludouici Imperatoris.

10. AIMARVS circa an. 865. 865.
subscripsit Concilio Pontigonensi an. 876.

11. FROTARDVS, de quo fit mentio in veteribus actis S. Antonini, cuius corporis translationi interfuisse narratur an. 887. 13. Cal. 887.
Iulij apud Bertrandum in Gestis Tolosanorum.

12. GAVSBERTVS circa annum 900. memoratur in vitâ S. Geraldi Aureliacensis Abbatis, auctore Odone Cluniacensi lib. 1. cap. 29. & 2. cap. 2.

13. DEVSDEDIT, aliàs DEODATVS viuebat anno circiter 920. 920.
aram marmoream condidit in Cathedrali Rutenensi, vt patet ex veteri inscriptione.

14. IORIVS seu GEORGIVS successit Deodato ex tabulis an. 933.

15. MANGAFREDVS præfuit 942.
circa an. 942.

16. ARNALDVS, præsens dedicationi S. Saluatoris Lemouicensis an. 1018. sub quo, vel decessore 1018.
fundatur xenodochium B. Mariæ Aubracensis in eâ diœcesi circiter an. 1000. quam Ecclesiam Presbyteris Regulæ Augustinianæ tradidit, ex cartis huiúsce domus.

17. Petrus i. an. 1038. in sche-
dis Ecclesiæ recensetur, & in Con-
1056. cilio Tolosano 1056.

18. Berengarius an. 1061.

Narbonne
19. Petrus de Narbonne
ii. ex genere pernobili Vicecomi-
tum oriundus, germanus erat Ber-
nardi Berengarij Vicecomitis; vtér-
que autem parentes habuit Bernar-
dum Berengarium & Grasindam,
patruum verò Ermengaudum Nar-
bonensem Archipræsulem: hunc se-
disse anno 1062. indicant tabulæ
monasterij Conquensis in Rutenis:
de quo apud Chenutum, cæteróſ-
ve elenchos Episcoporum vix quic-
quam est.

20. Pontius nominatur in actis
1075. ab an. 1075. ad 1099. quo reperi-
tur præsens in documento cœnobij
Conquensis.

21. Adhemarus viuebat an-
no 1109. ex tabulâ donationis factæ
S. Saluatori & S. Fidi de Conquis,
consilio Cleri sui, mense Martio:
sedisse fertur adhuc an. 1120. ex
1120. aliis titulis B. Amantij in burgo Ru-
tenensi.

Rhodez
De gueules a un lion d'argent.
22. Hugo de Rhodez i.
frater Hugonis Comitis Rutenensis,
sedit ab an. 1160. ita in publicis hu-
ius Ecclesiæ tabulis notatur: de eo
mentio extat in instrumento do-
ni Abbatis Aureliacensis, Raimun-
do Comiti Tolosano in castris Cap-
denaci confecti 1180. die 1. Octob.
prætereà in regio tabulario Parisien-
si asseruatur diploma Dûcis Narbo-
1191. næ, & Comitis Tolosæ anni 1191.
quo legat Hugoni & Ecclesiæ de-
cimam fodinarum argenti intra ter-
ritorium diœcesis suæ repertam; in
iisdem cartophilaciis Regiis cùm
Aginnensi Præsule memoratur an-
no 1207. at verò in elencho titu-
lorum Communitatis Burgi Ruteni-
ci, continentur litteræ istius Hugo-
nis, quibus legat Ecclesiam de Garâ
leprosis de Gambacrosâ, codicillis
1200. datis 1200. sepultus est Hugo in Ec-
clesiâ Monasterij Bonacumbæ, Ordi-
nis Cisterciensis, quod fundasse dici-
tur cùm Raimundo Tolosæ Comite
pridie Idus Ianuarias anni 1166. non

A longè ab vrbe. Cæterùm obseruatione non indignum erit exhibere Decretalem epistolam Alexandri 3. Pontificis, quæ pacem omni tempore, nullâ dierum vel personarum habitâ distinctione, in Ruthenensi prouinciâ à Præsule & Comite, totiúsque Cleri & procerum assensu stabilitam probat: Exemplar illud publici iuris pridem fecit dom. de Marcâ in dissertatione de Primatu Lugdunensi, & tenor eiusdem talis est: Alexander *Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Hugoni Ruthenensi Episcopo salutem & Apostolicam benedi-*
B *ctionem. Quoties ea quæ ad pacem pertinent, postulantur à Sede Apostolicâ confirmari, tanto super his benigniorem assensum nos conuenit adhibere, quanto ex bono pacis plura commoda, singulis proueniunt incrementa. Ex quodam rescripto à tuâ nobis fraternitate transmisso ad audientiam nostram peruenit, quod tu habito consilio Abbatum, Præpositorum, & Archidiaconorum tuorum, & Baronum terræ, cùm nobili viro Hugone fratre tuo Comite Ruthenæ huiusmodi pacem & concordiam statuisti: Quod omnes res mobiles & immobiles, & omnes homines tam Clerici quàm Laici, in*
C *omni tempore sint sub eâ pace securi. Nec vlli liceat præter armatos milites & clientes quælibet arma ferre, nisi milites, enses solummodò, & clientes singulos baculos ferant, qui pacis, sicuti cæteri debent securitate gaudere, Et præter eos qui hanc pacem noluerint firmare, & obseruare, sicut de his qui publicè periurant, vel fidem mentiuntur pro manifesto debito, seu pro cognitâ fideiussione, de rebus eorum pignorandis licentia non denegetur, vobis exceptis. Ad cuiusmodi verò pacis deffensionem statutum est, vt Abbates, Archidiaconi, Archipresbyteri, Monachi, Canonici, Priores &*
D *omnes Clerici, milites quoque & mercatores, atque Burgenses qui facultatibus abundauerint, & omnes tam Clerici quàm Laici qui habuerint par boum, seu aliorum animalium cum quibus arare possint, vel qui habuerint sommaraium, equum vel equam, mulum vel mulam, quæ ad portanda onera locent, 12. denarios Ruthenenses donent; cum verò habuerint ouile ouium, dent pro eo sex denarios; totidem autem dabunt qui habent vnum bouem, vel aliud animal cum quo valeant arare; clientes verò & artifices, scilicet fabri, sartores, pellicarij, & om-*

nes operarij, aut sex vel octo seu 12. denarios secundùm suorum Capellanorum arbitrium dabunt. Verùm si pater cum filijs, seu fratres siue consanguinei fuerint, qui nondum sunt inuicem separati, nec sunt res eorum diuisæ, vnus pro omnibus dabit, alioqui soluat vnusquisque pro se. Commune autem istud per singulas parochias debet reddi, cùm scripto vnius parochianorum, quem Capellanus cùm consilio sui Archipresbyteri, & voluntate parochianorum elegerit; Et in die statuta ab ipso parochiano, & cum eodem scripto ad Ruthenensem Ecclesiam deferatur. Quisquis autem res suas amiserit, postquam commune, sicut prædictum est, soluerit, in integrum restituatur; Si tamen certam personam quæ res sibi ablatas habeat, vel locum vbi sunt poterit demonstrare; sin autem minimè. Si verò inimicos villas vel oppida deprædari, vel diruere contigerit, res quidem mobiles emendabuntur de communi, sed damna rerum immobilium non restituentur: Clerici verò qui proprias Ecclesias non habent, nisi par boum habuerint, non cogantur dare, si noluint: Additum est in prædicta pace, vt Capellani Ecclesiarum & omnes Laici, à quatuordecim annis & suprà, pacem & commune firmare debeant, & obseruare. Qui verò obedire contempserint, debent ab Ecclesiæ liminibus coerceri, & ab omni pace fieri alieni. Ecclesiæ quoque parochiarum, in quibus violatores pacis habitauerint, à diuinis vacent officijs, donec ipsi ad emendationem venire cogantur. Quam siquidem pacis institutionem, quemadmodum à vobis facta est, & rescripto authentico roborata, firmam & ratam habemus, & eam auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentium scripto communimus: statuentes &c. Datum Verulis 2. Idus Maij, Pontificatus nostri anno secundo. Post Hugonis mortem Capitulum Rutenense scripsit Geraldo Archiepiscopo Bituricensi, pro licentiâ eligendi sibi Pastorem mense Iulio 1214. ex cartulario Bituricensi: nisi potiùs fuerint duo eiusdem nominis Hugonis Episcopi, immediatè sibi cohærentes, de quo alij viderint.

HENRI C. 23. PETRVS HENRICI, dictus
1214. DE LA TREILLE, III. dicitur electus 1214. pactum fecit cùm Comite Rutenico & Priore D. Leontij an. 1226. de clientelari fide castrorum de Copiaco & Caistroctio: arbiter fuit an. 1332. cuiusdam sententiæ inter Durandum Episcopum Albiensem, & Raimundum Comitem Tolosæ, pro villâ de Amiliano; hoc anno Franciscani in vrbem inducti fundatore Hugone Comite: cuius pariter mentio habetur in tabulâ
præfati Raimundi Comitis 1233. 123

24. BERTRANDVS I. siue BERNARDVS reperitur electus post Petrum; iste in feudum cessit an. 1239. Podium Varneium Raimundo Comiti, mense Maio: ex alijs
membranis Episcopus fuit an. 1245. 1245.

25. VIVIANVS Ordinis Minorum, Pontificatum gerebat 1247. die 6. Cal. Ian. de quo carta sententiæ promulgatæ à Fidei Inquisitoribus, quam subscripsit vnà cum Antistite Tolosano: recensetur & in tabulario Villæfranchæ Rutenorum, super oblationibus Ecclesiæ de To-
loniaco Rutenis Calend. Maij 1272. 12 2.
item in cartulario regio extat eius querela de militibus & subditis Comitis, qui Episcopatum Rutenensem multis grauaminibus infestabant, Guidone domino Seueraci, & Bernardo de Arpajone Testamento suo
an. 1274. deligit sepulturam in Con- 1274.
uentu Franciscanorum Rutenæ ciuitatis.

26. RAIMVNDVS DE CAL- CALMONT
MONT I. præsidebat an 1274. ex tabulis Ecclesiæ, & cœnobij Francis-
canorum. Testamentum fecit 1297. 129
quo inter cætera legat pecuniam in confectionem signi ænei apud Ruthenos, quod inde appellitant de Calomonte.

27. BERNARDVS DE MO- DE MO-
NASTERIO I. ab anno 1297. ad NASTE-
1299. ipsum sedisse affirmant tabu- RIO.
læ Episcopales.

28. GASTO CORVEVS ex schedis Iacobi Sirmondi, non inuenitur in serie eorum, qui Episcoporum Rutenensium indices texuerunt.

29. PETRVS DE PLANA CAS- PLANA
SAGNA IV. Patriarcha Ierosolymi- CASAGNA.
tanus, Ordinis S. Francisci Religiosus apud Wadingum in Annalibus

Minorum, apud quem Frater Petrus de Cassano vocatur, præerat
1304. an. 1304. ex tabulis Ecclesiæ: quin & Legatus Apostolicus in Orientem destinatur, dum Rhodus insula à Templariis militibus è Turcorum dominio erepta est & expugnata anno 1310. de cuius legatione à Clemente Pontifice in regnis Cypri, Armeniæ, & Insulâ Rhodo, necnon in Patriarchatibus Alexandrino, Antiocheno, & Ierosolymitano, plenâ potestate ei à Sede Apostolicâ indultâ, mentionem faciunt eiusdem Papæ epistolæ ad Reges Cypri, & Armeniæ, datæ 17. Cal. Octobris anno Pontificatus 4. quibus Petrum " sibi experientiâ familiari præcognitum, virum timore Domini ac literarum scientiâ conspicuum, in agendis grandibus circumspectum, fervidum Catholicæ fidei zelatorem " prædicat; habetur autem exemplar illud in regesto Clementis v. epist. 378. vt obseruauit Spondanus tomo. 1. Annalium, qui Ducem huius expeditionis in re militari fuisse adnotat quoque Fulconem de Villareto Gallum natione, & Hospitalariorum Magistrum. De quo Patriarchâ item Amalricus Augerius Biterrensis, & Bernardus Guido in Chronicis. Viuebat adhuc an. 1318. corpus eius
1318. quiescere tradunt in Ecclesiâ Cathedrali Rutenensi, in sacello S. Pauli.

30. PETRVS DE CASTRONOVO quem ad Episcopatum promotum an. 1318. die 18. Aprilis prodant acta Consistorialia Vaticani, non 1324. vti asserit Chenutus; Paturæ debitum persoluit 16.
1334. Maij 1334. humatus primò in monasterio Dominicanorum eiusdem vrbis, inde effertur cadauer Rutenis, & iuxta cœnotaphium Raymundi de Calomonte auunculi sui terræ mandatur.

31. BERNARDVS D'ALBY II. Cardinalis tituli S. Cyriaci in Thermis, Appamiensis origine, qui electus nuncupatur Rutenensis 1336.
1336. Februarij 8. ex regesto Vaticano, solemni ritu vrbem ingressus eodem anno die 15. Augusti, Assumptioni Virginis sacrâ. Purpurâ ornatur à Benedicto XII. an. 1338. 18. Decemb. sub Clemente VI. item in Hispaniâ Legationis munus gessit anno 1347. apud Petrum Aragoniæ, & Iacobum Maioricæ Reges, qui inter se disceptabant, ab his inducias impetrauit; de eo Zurita lib. 7. cap. 69. Annalium Arragoniæ · ex Iberiâ autem ad Curiam rediens an. 1348. defuncto Ioanne Conuenensi Cardinali Portuensi, in eius sedem assumitur. Ei scribit sæpiùs Franciscus Petrarcha in epistolis, Bernardum de Albia cognominando, vbi inter cætera:

Dij tecum vberiùs, quoniam tibi consecta cœli
Vox adamantina est, calamus quoque ferreus, omnes
Promptus ad insultus, pleno tibi carmina cornu
Copia suppeditat, versus breuis hora trecentos
Et septem decies excudit.

Mortuus anno 1350. die 13. Nouembris, vt ex libro Obligationum rectè compertum habetur, Ciaconius extinctum scribit 1344. ex inscriptione appositâ Auenione in epitaphio Benedicti Papæ XII. vbi leguntur hæc verba: *Is verò qui iacet ante pedes Benedicti, creditur esse Bernardus Episcopus Rutenensis, electus tituli S. Cyriaci in Thermis, ab eodem Cardinalis creatus, duarum Capellaniarum in hoc sacello fundator: Obijt Auenione sub Clemente VI. anno 1344. quorum animæ quiescant in pace. Amen.* Frizonius etiam defunctum testatur 1348. sed perperam, auctore Vghello in serie Episcoporum Portuensium, qui stemma Bernardi, hucusque incognitum eruit ab archiuis cœnobij S. Saluatoris Montis Amiati, Senensis ditionis.

32. GILBERTVS DE CANTABRIO ex Abbate S. Victoris Massiliensis, in cuius monasterij tabulis nominatur de Controbon, ad hunc Episcopatum ascendit 1339. 8. Februarij, ex actis Consistorialibus: quaidam indulgentias Pontificali auctoritate concessit in gratiam constructionis pontis noui molendini apud Rutenos 8. Septembris 1339. in archiuio Episcopali huius statuta synodalia asseruantur 1340. & complura documenta data Villefrancæ 1341. 5. Iunij 1341. cognominatur & de Cantobrio in exemplari cudicillo-

rum 11. Februarij 1342. quibus Officiali Ecclesiæ suæ dirigit in mandatis, vt promulgari curaret statuta prouinciæ & Synodi suæ; die 12. 1348. Martij 1348. testamentum scripsit apud Calidas-aquas in diœcesi sancti Flori, ex quo constat eum fuisse monachum S. Benedicti in Abbatiâ B. Papuli apud Occitanos, vbi Camerarius primò fuerit, inde Abbas S. Egidij, & B. Victoris, nepósque Bernardi de Turre, Protoepiscopi sancti Papuli.

AGRIFOLIO. 33. RAIMVNDVS DE AGRIFOLIO II. ex monacho S. Martialis Lemouicensis, & Abbate Angeliacensi in Santonibus, cui Ecclesiæ donauit ornamenta Pontificalia, itémque Archimandrita Cassiani, 1349. Pontificatum iniit an. 1349. 16. Iunij ex regesto Vaticano: germanos habuit iste toparcham locorum de Fonte & de Iudillo, necnon Petrum Claromontensi, Vceticensi, Gabalitanâ, & Vabrensi infulâ ornatum, sororem quoque Florentiam Abbatissam Nonnatici in diœcesi Vabrensi, quam progeniem explicat exemplar illius testamenti, annuente Pontifice Max. confectum 14. Iulij 1361. 1361. quo sepeliri ordinat in sacello Ecclesiæ Cathedralis Rutenensis, dicto de Petraforti, aliàs sancti Benedicti.

AGRIFOLIO. 34. FAYDITVS DE AGRIFOLIO superioris consobrinus, & Cardinalis, ex quâ gente Agrifoliâ duo Cardinales apud Ciaconium, istéque Auenionensis nuncupationem tulit, postquàm ab Ecclesiâ Rute-1364. nensi cui præerat 1364. translatus est ad Auenionensem Episcopatum: perpetuus item Administrator monasterij Montismaioris iuxta Arelatem 1385. de quo in Auenionensibus supra.

CARDAILLAC. Comme cy-deuant. 35. BERTRANDVS DE CARDAILLAC II. ex nobilibus de Cardaillaco è lineâ toparcharum de Varaire, Episcopus erat circiter annum 1365. 1365. vt patet ex cartis Rutenensibus.

CARDAILLAC. 36. IOANNES DE CARDAILLAC I. Administrator Rutenensis, fratri Bertrando successit 1371. non

A ex Archiepiscopo Bracarensi in Hispaniâ, quemadmodum docent regesta Vaticana: iste enim cognominis Metropolitanus qui & Sedem Tolosanam rexit, ortus fuit è ramo dominorum de Cardailhaco de Bieule: at præfati Episcopi mentio extat in indice tabularum communitatis burgi Rutenensis, quibus Ioannes Sedis huius Administrator, licentiam indulget Hugoni apud Rutenam construendi xenodochium S. Crucis in burgo Rutenico, die 18. Octob. 1373. 1373.

B 37. IOANNES D'ARMAGNAC, ARMAGNAC. Comme cy-deuant. II. Bernardi VI. Comitis Armaniaci & Fesensaci nothus, qui abdicans sæcularem militiam, Sacerdotio nomen dedit, Patriarchæ Alexandrini dignitate ornatus à Pontifice, quod aduertit Ojhenartus in stemmate genealogico Comitum Armaniacensium: deest autem in vulgaris Elenchis Episcoporum Rutenensis Ecclesiæ, cuius procurationem Administratoris titulo gerebat 1376. ex 1376. cartophilacio regio Parisiensi.

38. BERTRANDVS RAFFIN RAFFIN. III. natione Vasco, cuius cognominis C toparchæ de Pericard & de Pecaluary in pago Aginnensi. Episcopus erat an. 1377. ex lib. Obligat. Vaticani: item in archiuis Præsulis Rutenensis habetur compositio facta per Vicarium generalem Bertrandi, vnà cum Ecclesiastico ordine diœcesis, pro spolio eorum qui Beneficia obtinent, ad ducentas libras quolibet anno in Synodo pensitandas Rutenensi Antistiti, pactum illud conscriptum 1381. nec tamen 1381. ante septimam diem mensis Iunij solemniter ingressum fuisse in vrbem compertum est.

D 39. HENRICVS DE SENERY SENERY. origine Sabaudus, Episcopatum rexisse 1384. liquet ex actis Consist. memoratis, & 1395. ex membranis 1395. vetustis Ecclesiæ & Episcopatus: cuius annua memoria fit in codice obituariorum.

40. GVILLELMVS D'OLHERGVES I. aliàs DE ORTOLANO D'OLHERGVES. Moyssaci in Cadurcis natus, sanctiorísque Regis Consistorij Consiliarius anno 1398. Episcopatum admi-

nistrasse 1416. indicant veteres ta- A
1416. bulæ: quotannis verò pro animæ illius requie in Cathedrali Rutenensi oratur.

Mauleon.

41. Vitalis de Mauleon Patriarcha Alexandrinus eandem sedem moderatus est an. 1418. sicuti insinuat formula transactiouis inter eum & Ioannem Comitem Armaniaci, in causâ communis pacis, vt vocabant, quæ rata habetur eodem an. die 21. Martij, in [illegible]rinio Episcopatus [illegible]ntenta. Episcopatum verò abdicauit 14[illegible]8. in gratiam Guillelmi
[illegible]8. de Tu[illegible] non obstante nihilominus B eâ cessione Capitulum Rutenense cùm censeret Cathedram vacare, Petrum de Stagno Archidiaconum Conquensem in Ecclesiâ Rutenensi Antistitem postulauit, qui tamen confirmatione caruit, & ab Episcopatu priuatus Senatusconsulto. Vitalis deinde Episcopus S. Pontij Tomeriarum electus est.

La Tovr. D'azur se[illegible] de [illegible]eurs de lis [illegible]or, à la [illegible]our d'argent.

42. Gvillelmvs de la Tovr II. toparcha d'Oliergues, de Murat & de Caires: Agnonis domini Oliergij, & Beatricis de Chalencon tertius filius: ex Archidiacono S. Flori in Aruerniâ, cùm interfuisset Synodo Constantiensi 1415. C cuius acta conscribi curauit, tandem
1419. 1419. huic sedi præficitur à Pontifice Martino V. contradicente tamen eius electioni memorato Petro de Stagno, cui fauebat Capitulum Rutenense, donec sententiâ latâ in Curiâ, rescissa est eiusdem possessio. Plura reliquit post se pastoralis munificentiæ documenta, in Ecclesiâ enim, palatióque Episcopali multa reparauit & auxit, necnon turrim quæ adhuc superstes visitur, ædificauit. Infulas abdicat in gratiam D Bertrandi sequentis renunciatus Patriarcha Antiochenus: Episcopus olim Rutenensis testamentum con-
1461. didit 1461. in castro de Mureto 3. Nouemb. quo hæredem nepotem suum Agnonem de Turre Vicecomitem Turenæ, & executorem nominat Bertrandum de Chalenconio, tunc Episcopum Rutenensis Ecclesiæ, ex autographo relato in analectis Iustelli ad Historiam familiæ genealogicæ de Turre.

43. Bertrandvs de Chalencon IV. ex Baronibus de Chalenconio, resignatione Guillelmi successit in Episcopatum quem administrabat an. 1457. dimissâ Sede in fauorem sequentis, finem vitæ fecit die 24. Octob. 1501.

Chalencon. Comme cy-dessus.

44. Bertrandvs de Polignac V. Ludouici I. dicti Armandi, Vicecomitis de Polignaco, Baronísque de Chalenconio, ex Elisabethâ de Turre de Boloniâ filius, cedente Bertrando auunculo ad hanc sedem peruenit, & mortuus est 2. 1501. die Nouemb. 1501.

Polignac.

45. B. Franciscvs d'Estaing I. frater Antonij Episcopi Engolismensis, ex nobili progenie dynastarum de Stagno in Rutenis satus vtérque, parentibus Gasparo toparchâ de Stagno & Ioannâ Morolij dominâ. Iurium Doctor & Abbas Commendatarius S. Theofredi, Canonicúsque & Camerarius Lugdunensis, eligitur à Capitulo competitore Carolo de Turnone, sed Episcopatus pacificam possessionem nactus est tantùm 11. Nou. 1505. quâ 1505. die solemni ritu, & inaugurationis pompâ vrbem inuectus est: Ei Locumtenenti Auemone pro Georgio de Ambasiâ 1507. Symphorianus Campegius dicat librum de Pontificibus Summis in Galliâ oriundis: Construxit pinnaculum siue campanile Ecclesiæ Cathedralis, quod è ligneo lapideum ex parte erexit, & absolutum est anno 1529. quo Franciscus ad Christum migrauit die festo Omnium Sanctorum, non sine peruulgatâ sanctitatis famâ, iacet in choro Cathedralis Rutenensis, haud longè ab arâ maiore. Vide Elogia Patris Hilarionis de Coste Ordinis Minimorum, & Galteri Tabulam Chronolog. sæculo 16.

Estaing.

46. Georgivs d'Armagnac Cardinalis, Episcopatum eundem consequutus anno 1529. item Vabrensis Administrator, Lactorensis, 1529. Tolosanus Archiepiscopus vbi plura de eo, tandémque Auenionensis.

Armagnac.

47. Iacobvs de Corneillan ex Episcopo Vabrincensi, re-

Corneillan.

D'or à trois corneilles de sable 2. 1. au 2. & 3. de gueulle à la croix fleuronée d'or.

signatione Georgij nominatus est, regiâ schedulâ datâ vltimâ Ianuarij 1560. Aureliæ, quâ Rex facultatem indulget Georgio Cardinali Episcopatum hunc Rutenensem abdicandi in gratiam Iacobi de Corneliano neporis sui, vt vocat, & Præsulis Va-
1560. brensis; possessionem nanciscitur 1561. aliis 1562. 16. Maij in vigiliâ Pentecostes. Quo sedente Collegium Societatis Iesu in vrbe instituitur, & sorores Annunciationis stabiliuntur. Animam emisit Rutenæ in domo Pontificiâ 30. Augusti
1582. 1582. & mense Septembri humatur in Cathedrali.

CORNEILLAN.

48. FRANCISCVS DE CORNEILLAN II. ex Cancellario Academiæ Tolosanæ & Parlamenti Consiliario, patruo Iacobo viuente adlectus successor, post obitum sedis possessionem tantùm adipiscitur 1582. virtutibus Pontifice dignis effloruit, beneficentiâ erga pauperes, & Religionis Catholicæ tuendæ zelo aduersùs Nouatores. Comitiis regni Blesensibus adfuit 1588. lapidem primarium Ecclesiæ Capucinorum Francopoli in Rutenis imposuit: pro Clero prouinciæ Rutenensis ad Conuentus generales totius regni Lute-
1614. tiam proficiscens anno 1614. apud Spaleum oppidum quatuor leucis tantùm ab vrbe Rutenâ dissitum, improuiso fato correptus occubnit plusquàm sexagenarius 13. Septembris eiusdem anni; cadauer sepelitur in Cathedrali secus Iacobum patruum à maioris aræ parte, quæ spectat Cathedram Episcopalem in Choro, vbi situs est.

CORNEILLAN.

49. BERNARDINVS DE CORNEILLAN ex Coadiutore Francisci patrui, eo extincto, Cathedram conscendit 1614. inauguratus fuerat Episcopus Nicopolitanus in æde Abbatiali S. Germani de Pratis Lutetiæ, à Leonardo de Trappes Archiepiscopo Auxitano, assistentibus Episcopis Baionensi & Riuensi. In viuis agente patruo dicauit Ecclesiam Capucinorum Villæfrancæ in Rutenis, cuius instituti Patres admisit an-
1616. no 1616. 25. Octobris. Comitiorum prouinciæ Rutenæ nomine grauissimis de rebus ad Regem Ludouicum 13. delegatus fuerat anno 1610. vt ei nouissimè ad regni moderamina assumpto obsequia præstaret; decessit anno 1636.

CORNEILLAN.

50. FRANCISCVS DE CORNEILLAN III. Bernardini consanguineus, nominatione Ludouici 13. Rutenensem Episcopatum obtinuit, 1645.
quem regebat anno 1645.

NOAILLES. De gueulle à la bande d'or.

51. CAROLVS DE NOAILLES Abbas sancti Geraldi Aureliacensis, Prior Regulæ & de Voutâ: Henrici Baronis de Noailles, Comitis d'Ayen, Aruerniæ superioris Gubernatoris, ex Ioannâ Germanâ d'Espagne filius, sancti Flori Episcopus ad hunc 1648.
Præsulatùm traducitur 1646. obiit mense Martio 1648.

PEREFIXE BEAVMONT. Escartelé au 1. & 4 d'azur à 9. estoilles d'or 3 3 2. & 1. Au 2. & 3. d'argẽt à 7. fusées de gueulle en pal 4. en chef & 3. en pointe.

52. HARDOINVS DE PEREFIXE Pictauensis, Abbas de Sablonceilis, & S. Gemmæ in Santonibus Cœnobiarcha, sacri Consistorij Consiliarius, ac Theologiæ Doctor Sorbonicus, à Rege Ludouico 14. designatur Episcopus Rutenensis mense Aprili 1648. à quo eius Præceptor, ac pueritiæ regendæ, litterarúmque præceptis informandæ potissimùm electus fuerat: dein 1649. die 18. Aprilis inaugnratur Antistes in Ecclesiâ vici de Ruel prope Lute- 1655.
tiam ab Ægidio Boutault Adurensi Præsule, sacro operantibus Antimio Dionysio Cohon Dolensi, & Rogero d'Aumont Abrincensi Episcopis; adhuc superstes.

SAIENSES EPISCOPI.

SAIS en Normandie.

CIVITAS Saiorum secundæ Lugdunensis, quæ in Notitiâ Honorij Sagiorum dicta, sub Archiepiscopatu Rotomagensi & Parlamento, in veteri Capitulatione de nominibus regionum Galliæ, Salarnm Saius, quæ Saxia, & Sagium Iuoni Carnotensi, & Salariensis apud Ordericum, pro diuersitate exemplarium appellatur; vnde olim Saiensis Episcopus, tnm verò iuxta stylum Romanæ Curiæ Sagiensis,

Sagiensis, ciuitas, & diœcesis, ac A Archidiaconus memorantur c. 35. de Rescriptis, & c. ex Insinuatione de Procuratoribus. Vrbs Sesuniorum, vel Sesunorum ad fluuium Olenam Ptolemæo notum: in quam fama est translatam Sedem Episcopalem quæ in oppido Oximensi steterat, nunc Hibern. pagi cognominis caput sub eodem Sagensi Episcopatu, vti aduertit Iacobus Sirmondus tomo I. Conciliorum Galliæ ad Synodum Aurelianensem I. Ecclesia Cathedralis patronos habet Sanctos Martyres Geruasium & Protasium: in diœcesi verò numerantur & oppida duo Perticensis prouinciæ Bellismum ac Mauritania, vbi sedes Officialis Sagensis, B cuius loci dynastiam obtinuêre Comites antiqui Bellismenses, & Alençonij: at repetiuntur Abbatiæ:

S. Martini O B.

S. Martin de Sais.

S. Petri *supra Dinam* O B.

S. Pierre sur Dive.

Almonacharum *fœm.* OB.

Almenesches.

S. Andreæ in Gouferno O C.

S. André en Goufer.

Trapæ *la Trappe* O C.

S. Ioannis Falesiensis O P.

S. Iean de Falaise.

Sillei *Silly* O P.

Episcopi illius Ecclesiæ quorum ex tabulis & Historicis depromere memoriam potuimus, sunt qui sequuntur: eorum indiculum pridem emisit D in lucem Egidius Bry in Historiâ quam scripsit de Rebus, Comitibúsque Pertici & Alençonij ad concinnandam hanc seriem quædam etiam nobis suppeditauit monumenta Iacobus Camus de Pontcarré prædictæ Sedis Episcopus: nostrum verò Catalogum aliquot Præsulum nominibus adauximus, qui desiderabantur in indicibus vulgatis cartophilacij Saiensis.

1. S. Latvinvs, anniuersariâ memoriâ celebratur die 20. Iulij in Proprio Sanctorum diœcesis; hunc alij collocandum autumant post Sigeboldum, qui primus ab ijs Præsul Sagensis asseritur: præmonendum autem primos Antistites videri valde confusos.

2. S. Sigiboldvs.

3. S. Landericvs, qui Landricius scribitur in veteri codice Thuano.

4. Hillvs.

5. Hvbertvs vixisse fertur anno 500. 500.

6. Litaredvs, quem Lexouienses tabulæ suis fastis Præsulem subijciunt, tametsi in antiquis catalogis non legatur, locum hic habet ex testimonio Sirmondi, cùm subscripserit Concilio I. Aurelian. an. 511. Episcopus Oxomensis; eundem enim esse cum Saiensi ex ipsius assertione præfati sumus.

7. Passivvs interfuit Synodis C Aurelianensib. 2. an. 533. 3. 538. 4. 541. & 5. 549. 533.

8. S. Milehardvs.

9. Levdobavdis in Concilio Turonensi 2. anno 567. chirographum habet hac formâ: *Leudebaudus peccator Episcopus Ecclesiæ Sagensis consensi & subscripsi*; quo etiam titulo habetur ad calcem Canonum Synodi Parisiensis 4. an. 573. 567.

10. Hildebrandvs I. anno 575. 575.

11. Rodobertvs de quo fit mentio in vitâ S. Ebrulfi.

12. S. Raverennvs ex monacho Fontanellensi.

13. Amlacarivs in Concilio Cabilonensi an. 650. 650.

14. Gavfridvs I.

15. Robertvs I.

16. Avnobertvs subscripsit

priuilegio Fontanellensis monasterij in Synodo Rotomagensi anno
682. 682. vt auctor est Aigradus.

17. RADVLFVS.

18. HVGO notatur in tabulis Ec-
724. clesiæ anno 724.

19. BENEDICTVS.

20. LOTHARIVS Eremita, quem nonnulli Mosellanæ Lotharingicæ regionis, alij Principem Germaniæ faciunt: obijsse legitur die 15. Iunij
756. an. 756.

21. S. GODEGRANDVS Diuæ Opportunæ Virginis, Abbatissæ Almonacharum propè Saium germanus, quem catalogi Comite Oximensis pagi prognatum ferunt, ac
765. sedisse circa an. 765. Romam profectus, curam Episcopatus sui cuidam Chrodoberto eius ex baptismo filio demandarat, à quo peremptus fuit in pago de Nonanto.

22. RAGEMFRIDVS.

23. PATRATVS Episcopus circa annum 825. memoratur in actis translationis S. Quintiui: qui omissus in catalogis.

24. REGINALDVS circa ann. 834. ex Concilio Vormaciensi.

25. SAXOBODVS Concilio Pa-
845. risiensi an. 845. & priuilegio Corbeiensis monasterij Sagensis Ecclesiæ Episcopus subscripsit, Saiorum autem nomine in Turonensi 4. 849. ex epistolâ 84. Synodicâ Concilij ad Nomenoium Ducem apud Lupum Ferrariensem Abbatem.

26. HILDEBRANNVS II. vel HILDEBRANDVS multiplici subscriptione Conciliorum clarus: interfuit enim Suessionensi 2. 853. Ver-
853. meriensi 2. eodem anno, vbi nuncupatur Sagorum Antistes, apud Saponarias 859. Suessionensi 3. 866. Pontigonensi 876. memoratur & an. 878. in ep. 121. Ioannis 8. Papæ ad diuersos Galliæ Episcopos.

27. S. ADELINVS ex monacho

A B. Carilefi, scriptor vitæ S. Opportunæ Virginis & Abbatissæ: postponendus est Hildebranno, vt patet ex Actis eiusdem Opportunæ, quamquam de eo aliter tradat catalogus Episcoporum vulgatus.

28. AZO nominatur in cartâ Roberti Ducis Normanniæ pro Ecclesiâ Fiscannensis monasterij: restaurator Cathedralis basilicæ ex parte an. 986. apud Vuillelmum Gemmeti 986.
censem cap. 13. lib. 7. Hist. Normannorum: *Religiosus Azo*, inquit, *vetulus Præsul eiusdem vrbis* (Sagen-
B sis) *muros destruxerat, & ex lapidibus deiecti muri Ecclesiam S. Geruasio Martyri construxerat, vbi sedes Episcopalis longo post tempore fuerat.*

29. RICARDVS I. adfuit Radulfo Archiepiscopo Rotomagensi, benedicenti Ecclesiam S. Leonardi de Bellismo.

30. RADBODVS subscripsit cùm Roberto item Rotomagensi & Coepiscopis, Saxiæ ciuitatis Episcopus in cartulario Aganonis S. Petri in Valle, de Ecclesiâ Fontisbitidi: nec-
C non originali dotationis Prioratus Domnæ Mariæ in pago Bellismensi, cum Arnulfo Turonensi, Roberto Rege. Filium habuit Vuillelmum cognomento Bonamanimam, qui electus fuit Rotomagensis Metropolita.

31. SIGEFRIDVS testis in fundatione Abbatiæ de Lonlaio per Guillelmum de Bellismo Comitem Pertici & Alenconij anno 1026. qui 1026.
eodem Antistite donat dominium Breuillæ Ecclesiæ Saiensi, regnante Roberto Francorum Rege, & Ri-
D chardo Duce Normanniæ, ex tabulariis Cathedralis.

32. IVO DE BELLESME, aliàs BELLESME.
DE TALVAS, Guillelmi Bellismensis, Comitis Bellismi & Alençonij, domini Saiensis & Mathildis filius, Auesgaudi Cenomanensis Episcopi nepos, qui ipse toparcha Bellismi & Alençonij suffectus est in Episcopatum Sigefrido, Ordericus l. 3. de eo ait: *In diebus Vuillelmi Ducis Normanniæ, Iuo filius Vuillelmi Belesmensis Sagiensem Episcopatum regebat, &*

hæreditario iure ex paternâ successione fratribus suis Vuarino & Rotberto, atque Vuilelmo deficientibus, Belesmense oppidum possidebat. Hic erat literarum peritus, & corpore decorus, sagax & facundus, facetus, multúmque iocosus, Clericos & monachos, vt pater filios amabat, & inter præcipuos amicos Abbatem Theodericum venerabiliter colebat. Sæpè conueniebat ad priuata colloquia, nam Sagiorum vrbs septem solummodò leugis distat ab Vticensi Abbatiâ. Præfati Præsulis neptem nomine Mabiliam Rogerius de Montegomerici Oximensium Vicecomes in coniugium habebat; per quam, magnam partem pos- B *sessionis Vuillelmi Belesmensis obtinuerat; Qui prædicti Pontificis instinctu & consilio Ecclesiam S. Martini apud Sagium Theoderico Abbati S. Ebrulfi tradidit, eúmque vt ibidem cœnobium monachile construeret, cùm coniuge suâ summoperè rogauit.* Laudatur ab eodem Orderico loquente de Hugone Lexouiensi, & Vuillelmo Ebroicensi Pontifice: *Iuo*, inquit, *Vuillelmi Belesmensis filius æternæ salutis curam exhibebat Sagiensibus. Hi tres in Normanniâ tunc maximè pollebant diuini cultus feruore, & vnanimi consensu, tantóque nectebantur amore, vt quisquis* C *eorum in diœcesi confinis sui velut in propriâ (prout tempus & ratio poscebat) omne diuinum opus exerceret; sine liti-*

» *gio & liuore.* Et eodem libro: pol-
» lens excellentiâ præclaræ generosi-
» tatis, & claritudine religionis, mul-
» timodæque probitatis celebratur.

Eo Pontifice vetus Ecclesia Sagensis B. Virgini matri Domini sacra conflagrauit, immisso igne per Iuonem, contra nefarios homines decertantem; quapropter à Leone IX. Papâ acriter reprehensus in Concilio Remensi anno 1049. illi exprobrante quod matrem suam concremasset, iussit eam impensis suis restaura-
1053. re, circa an. 1053. constructâ nouâ basilicâ sub inuocatione B. Geruasij & Protasij, eâ formâ, vt nunc spectatur. Hanc historiam enucleatiùs describit Vuillelmus Gemmeticensis c. 13. lib. 7. memorat enim filios Vuillelmi Sorengij depopulatos fuisse hanc Ecclesiam, id ægrè ferens Iuo, nobiles Barones Normanniæ rogauit sibi cùm suis turmis adesse: huc autem referenda Gemmeticensis verba, tametsi prolixiora sint: A *Arnulfo nequiter perempto, venerabilis Iuo patruus eius Sagiensis Episcopus Belesmiæ castrum, & quæque ad ipsum iure pertinebant, accepit, & legit me, quamdiu vixit, pace cum Gerotanis aliisque vicinis factâ, tenuit. Sagax enim idem erat, ac decorus, & affabilis, multúmque iocosus, ac serenæ pacis cupidus. Sed perfidia malorum non cessat perturbare quietem bonorum. Itaque temporibus Iuonis Episcopi, Richardus atque Robertus, & Auesgotus filij Vuillelmi cognomine Sorengi, cuneum sceleratorum sibi asciuerunt, & omnem circa Sagium patriam sine reuerentiâ depopulati* B *sunt. Postremò Ecclesiam S. Geruasij inuaserunt, ibique turbam prædonum posuerunt. Sic de domo orationis speluncam latronum, stabulúmque fecerunt equorum. Religiosus Azo vetulus Præsul eiusdem vrbis muros destruxerat, & ex lapidibus deiectis muri Ecclesiam S. Geruasio Martyri construxerat, vbi sedes Episcopalis longo post tempore fuerat. Venerandus autem Iuo dum vidit Sorengos in diebus suis ita insanire, vt in templo Dei non dubitarent foueam furum, & lupanar meretricum facere: nobilis tactus irâ vehementer doluit, ac ad liberationem Ecclesiæ Dei toto nisu* C *animum conuertit. Quondam igitur, dum de curiâ Vuillelmi Ducis rediret, ac per Oximensem pagum transiret, Hugonem de Grantemaisnil, aliósque Barones cùm turmis suis secum adduxit, & Sorengos in turre Monasterij fortiter expugnari fecit. At illi audacter restiterunt, & pro se pugnantes proiectis telis plures læserunt. Quod Pontifex dum perspexit, vicinis domibus ignem imponi iussit. Mox parochiani iussis parent Episcopi. Ignis verò immissus flante vento ad Ecclesiam currit, ipsámque inuadens consumit, & impios in eâ furentes acriter angit. Sorengi tandem, dum se* D *vident flammæ sæuitiam pati non posse, arreptis armis inde fugiunt cùm dedecore.* Eo facinore, quemadmodum sub- «
dit cap. 14. prostratis filiis discordiæ, «
in pace circa Sagium licuit aliquan- «
tulum respirare. Nobilis Iuo Præsul «
Ecclesiam cooperire sategit, & 4. «
Nonas Ianuarij iterum dedicauit. Sed «
quia maceriæ virtute flammarum læ- «
sæ fuerant, ipso anno ante Quadra- «
gesimam corruerunt. Porrò agens «
de Synodo Remensi in quâ Iuonem increpauit huiusmodi verba profert cap. 15. Remis Papa grande Conci- «

» lium tenuit, & desides Episcopos
» vel Abbates acriter redarguit: inter
» quos, vt dicunt, propter combustio-
» nem Ecclesiæ Iuoni dixit: Quid fe-
» cisti, perfide? quâ lege damnari de-
» bes, qui matrem tuam cremare au-
» sus es? Eloquens Iuo palam con-
» fessus est se quidem malum fecisse,
» sed ad hoc scelus agendum se graui-
» ter coactum fuisse, ne deteriora fie-
» rent à scelerosis super filios Eccle-
» siæ. Deinde pœnitentiam secundùm
» sagacis Papæ iussum accepit, ac de
» restituendâ S. Geruasij Ecclesiâ ope-
» ram adhibuit. Igitur Apuliam, & in-
» de Constantinopolim perrexit, & à
» diuitibus cognatis & amicis suis si-
» mul multùm pecuniæ congessit, do-
» nóque Imperatoris de Ligno Domi-
» nicæ Crucis carum munus deporta-
» uit. Reuersus autem Sagium, Eccle-
» siam cœpit tam magnam ædificare,
» vt successores eius Robertus, Girar-
» dus, ac Serlo nequiuerint eam per
» 40. annos consummare. Nomina-
tur Iuo Episcopus Saxensis in dedi-
catione S. Martini Parisiensis 1067.
1074. mortuus an. 1074. ante maius altare
Ecclesiæ suæ iacet.

Ria. 33. Robertus de Ria, II. filius Huberti, de quo Ord. lib. 4. ait, *Iuone Sagiensium Præsule defuncto Rodbertus, Huberti de Riâ filius successit, qui ferè 12. annis Prælatus præfuit, & ipse circa Dei cultum feruens, Religiosos multùm dilexit.* Adfuit Concilio Rotomagensi sub Ioanne Archiepiscopo anno 1074. cùm Odone Baiocensi, Hugone Lexouiensi, & aliis: recensetur & in notitiâ Abbatiæ Maiorismonasterij pro compositione dissidij Canonicorum sancti Leonardi de Bellismo cùm eodem Episcopo.

34. Girardus I. ex Decano Ebroicensi ad hanc sedem conscendit: exequias Guillelmi Ducis Nor-
1087. manniæ Angliæ Regis celebrat 1087. ordinauit Abbatem S. Martini Saiensis Radulfum posteà Archiepiscopum Cantuariensem: vir apud Deum & homines laudabilis diem postremum clausit 1091. teste Orderico l. 8. loquente de obsidione Curseij: *Ad obsidionem*, inquit, *solers Girardus Sagiensis Episcopus vt dissidentes parrochianos suos pacificaret, venit, hospitiúmque suum apud Diuense cœnobium constituit. Pacem dissidentibus proposuit, sed discordiâ præualente repulsus ingemuit. Robertus insuper iniuriam ei maximam fecit, eúmque minus contristauit. Nam puerum quendam, qui Præsuli ministrabat, dum per exercitum puerili more ludens equitabat, eiectum de equo comprehendit, & in carcere trusit. Episcopus autem vt Clericum suum sine reatu à Roberto captum audiuit, sibi eumdem protinus reddi præcepit: & nisi redderetur, totum exercitum interdixit. Post aliquot igitur dies imberbis Clericus liber dimissus est, & Antistes languens Sagium ad primam sedem reportatus est. Ibi Dominicis sacramentis munitus est, & inter manus discipulorum 10. Cal. Februarij defunctus est. Cuius corpus in Ecclesiâ sancti Geruasij Martyris tumulatum est.*

35. Serlo ex Abbate Vticensi, aliàs S. Ebrulfi in Neustriâ, Episcopus inauguratur anno præfato 1091.
ita Ordericus lib. 8. *Post solemnitatem* 1091.
Pentecostes Guillelmus Archiepiscopus Synodum Episcoporum & Abbatum apud Rotomagum aggregauit, & cùm Duce Roberto, Suffraganeisque Præsulibus de Sagiensi Præsulatu tractare cœpit. Tandem finito consultu Serlonem Vticensium Rectorem elegit, eique Salariensem Episcopatum valde renitenti commisit. Denique 10. Cal. Iulij præfatum Cœnobitam Rotomagum conuocauit, & in Ecclesiâ sanctæ Dei genitricis Mariæ canonicè consecrauit. Porrò venerandus Serlo susceptam Pontificatus sarcinam XXXII. annis & IV. mensibus strenuè gessit, Ecclesiæque Dei solerti studio inter prospera & aduersa prodesse sategit. Sed duros nimis & proteruos habuit parrochianos, Robertum scilicet Belesmensem, & Rotronem Mauritaniensem, eorúmque complices, qui crudeliter inter se dissidebant, & pacem Ecclesiæ Dei frequenter violabant, ouésque Dominici gregis, quas Christus sanguine suo redemit, bellicis tumultibus dispergebant, & multimodis factionibus opprimentes dilaniabant. Contra eos gladium verbi Dei audacter exeruit, obduratos in nequitiâ multotiens excommunicauit; sed in pace firmâ rebelles discipulos erudire, vel seruare, vix aut nunquam potuit. Vnde nimirum quamdiu Pontificatum tenuit, semper in tumultu & perturbatione laborauit, & plerumque furiâ Ro-

berti nimiùm sæuiente, in Angliâ, vel Italiâ exulauit, multóque metu anxius gemuit. Munus suum maximas inter difficultates summâ vigilantiâ administrauit, Roberto de Belismo ei inprimis propter immanem crudelitatem infenso; sic enim Ordericus ad
1094 an. 1094. Sagiense Episcopium Robertus contra ius & fas comprimebat, & Guillelmo Belesmensi auo eius à Ricardo Duce datum asserebat: & multis oppressionibus ac detrimentis Ecclesiasticas possessiones valde aggrauabat. Vnde venerandus Serlo Episcopus eum excommunicauit, & Pontificali rigore totam terram eius interdixit; ne diuinum ibidem officium celebraretur, nec mortuorum corpora humarentur. Robertus autem qui pro duritiâ iure Talauacius vocabatur, induratus vt Pharao, Pontificalibus plagis, siue vnguentis non emolliebatur; sed ad omne nefas quotidie detestabiliter augmentabatur. Ipse sicut Ismahel contra omnes vicinos manus armatas atrociter erigebat, monachos & Clericos, & inerme vulgus sæuâ tyrannide terrebat, & damnis contumeliisque frequenter illatis miserabiliter affligebat. Homines priuatione oculorum, & amputatione pedum, manuúmue deformare parui pendebat: sed inauditorum commentatione suppliciorum, in torquendis miseris more Siculi Phalaris tripudiabat. Quos in carcere pro reatu aliquo stringebat, Nerone, seu Decio, vel Diocletiano sæuior indicibiliter cruciabat; tormentorum, quæ vinctis inferebat, delectatione gloriabatur, hominúmque detractione pro pœnarum nimietate crudelis lætabatur. Vnde peruaso Episcopatu, eius Principis proteruiam ferre non valens Serlo, Cathedrâ abscessit, quâ de re audi Ordericum l. 11. sub
1103. ao. 1103. *venerandus Serlo Sagiensis Episcopus tyrannidem Rodberti ferre indignum duxit: ideóque potiùs ab Episcopatu recedere, quàm sub eo degere maluit. Propriâ sede relictâ per extera vagatus est, & Rodbertum cùm adiutoribus suis anathemate feriens execratus est. Sic Præsul & Abbas tyranni iugo fatigati in Angliam fugerunt, & à Rege Henrico refrigerandi benigniter suscepti sunt.* Interfuerat verò prouinciali Synodo Rotomagensi 1092. & in Aruernensi, cùm excusatoriis apicibus eodem Order. referente: item dedicationi Vticensis Monasterij 1099. in quo aram, crucifixum, & altare benedixit. Hic verò primus Normannorum Regi Angliæ obsequium exhibuisse memoratur in loco Carentono 1104. vbi sacra solemnia 1104.
Paschatis celebrauit, Regémque publicâ oratione affatus est de Roberti Belismensis impiis facinoribus, quæ legere licet apud Ordericum. Tandem fatis functus est anno 1122. Or- 1122.
dericus prolixè nouissima eius verba literis mandauit, quæ haud duximus omittenda: ex lethali enim morbo decumbens, conuocatis Ecclesiæ suæ Canonicis surrexit, & accepto ligone in suam prædictam S. Geruasij quam ipse dedicauerat Ecclesiam ingressus, sepulchrum suum manu propriâ designauit, eodémque die ad meliorem vitam transfertur: sic autem narrat Ord. lib. 12. venerandus Serlo, postquam Salariensem Episcopatum 32. annis rexit, 7. Cal. Nouembris in Ecclesiâ S. Geruasij Martyris Missam cantauit; quâ finitâ, Clericis, & ministris Ecclesiæ vocatis, dixit: *ætate & debilitate frangor, finémque meum mihi iam imminere intueor. Domino Deo, qui me vobis sui Vicarium præposuit, vos commendo, ac vt pro me dignanter ei clementiam exoretis, obsecro. Locus amodò sepulturæ mihi præparetur, quia tempus habitationis meæ iam inter vos abbreuiatur.* Deinde cùm Clero ad aram Sanctæ Dei genitricis Mariæ perrexit, ibique ante aram pastorali cambutâ spatium loculi designauit, & orationibus ad Dominum fusis, cùm aspergine aquæ benedictæ sepulchrum sanctificauit. Protinus operarij foueam ligonibus foderunt, humúmque palis eiecerunt. Cæmentarij verò, lathomíque sarcofagum marculis cauarunt, & omnem apparatum ambulanti & loquenti Episcopo, quasi exanimis iam iaceret, in feretro coaptarunt. In crastinum feriâ 6. in basilicam venit, Missam quam frequentauerat, celebrare voluit, plus animi quàm corporis viribus vigens amictum super caput suum posuit: sed trementibus membris tam celebre seruitium inchoare timuit. Capellanum igitur id officium explere Guillelmo præcepit, Missâque ce-

» lebratâ omnes Canonicos accersiuit, A
Ante me, inquit, *post prandium conue-*
nite, quia thesaurum quem ad vsus hu-
manos congessi de redditibus Ecclesiæ, ad
eiusdem nihilominus vtilitatem volo le-
galiter distrahere. Summoperè cupio ad-
iuuante gratiâ Dei deuitare, ne pars ini-
qua inueniat aliquid super me, vnde in
conspectu Domini mei iure possit accusa-
» *re me.* Ad mensam horâ nonâ Præ-
» sul resedit, sed superiùs iam anhe-
» lans de præsentibus nil comedit. A-
» lios autem non auidè manducantes,
» quos nimirum tristitia repleuerit,
» pabulo doctrinæ pascens vbertim in- B
» struxit, & semen verbi Dei, vtpote
» affluens seminiuerbius, largiter dis-
» persit. Nullam, vt reor, elegantio-
» rem Serlone, seu facundiorem Nor-
» mannia prolem protulit. Staturâ
» enim erat mediocris, & omni de-
» core spectabilis, prout humana spe-
» cies exigit, terrigenæque, qui mul-
» tis repletur miseriis, competit. In
» adolescentiâ verò rufus fuit, in in-
» uentute citò canuit, & ante obitum
» suum ferè 50. annis niueus effulsit.
» Erat idem tam secularium, quàm di-
» uinarum eruditione literarum doctis- C
» simus, ac ad vniuersa quæ propone-
» bantur respondere promptissimus.
» In malis, pertinaci admodum erat
» austerus, sed cùm fletu scelus suum
» confitenti clementissimus, & more
» pij patris erga languentem filium mi-
» tissimus. Surgere de mensâ post re-
» fectionem paratis nuncius affuit, qui
» Cardinales Romanos Petrum & Gre-
» gorium adesse retulit. Vigiliâ quip-
» pe Sanctorum Apostolorum Simo-
» nis & Iudæ tunc agebatur. Mox Præ-
» sul Clericis dispensatoribus suis dixit:
velociter ite, & diligenter Romanis ser-
uite, abundanter eis omnia dantes quæ D
necessaria sunt, quia Legationem domi-
ni Papæ, qui post Deum vniuersalis
Pater est, deferunt: ipsique, qualeſ-
cúmque sint, magistri nostri sunt. Solers
» itaque senex in occursum eorum
» clientes suos destinauit, & ipse sine
» dolore seu manifestâ ægritudine, vt
» solebat, in cathedrâ sedens solus re-
» mansit. Cæteri omnes, vt iusserat,
» Cardinalibus occurrerunt, hospitio
» eos honorificè susceperunt, & om-
» nimodis, vt decuit, iuxta Pontificis
» mandatum honorauerunt. Intereà
» dum illis competens obsequium ex-
» hibitum est, Episcopus in cathedrâ

sedens, quasi obdormisset, defun- «
ctus est. Deinde ministri completis «
omnibus, ad seniorem suum redie- «
runt, sed ipsum iam in sede suâ de- «
functum lacrymabiliter planxerunt. «
In crastinum corpus eius in sepul- «
chro iam tertiâ die, vt dixi, præpa «
rato, tumulatum est à Ioanne Lexo- «
uiensi Episcopo: qui de obsidione «
Pontis-Aldemari à Rege ad hoc a- «
gendum missus est. «

36. IOANNES I. nepos Ioannis
& primogenitus frater Arnulfi Epis-
coporum Lexouiensium, qui laudabi-
lis vitæ, morúmque integritate cla-
rus, Serloni subrogatur. Ordericus
loco præfato sub an. 1124. defuncto «
Serlone, Ioannes Harduini filius, ne- «
pos præfati Ioannis Episcopatum «
adeptus est; qui sicut ætate iunior, «
sic eruditione literarum longè infe- «
rior prædecessore suo æstimandus «
est. Hic anno Dominicæ Incarna- «
tionis 1124. post Pascha consecra- « 1124.
tus est, officiúmque Pontificale in «
Episcopatu Lexouiensi primùm exer- «
cere iussu auunculi sui orsus est. Nam «
apud Cisеium 4. Nonas Maij Eccle- «
siam S. Albini dedicauit, & inde Vti- «
cum eadem die venit. Deinde 3. No- «
nas Maij feriâ 2. nouum Crucifixum «
benedixit, & ædem atque aram S. «
Mariæ Magdalenæ dedicauit, quam «
Ernaldus nobilis & antiquus Cœno- «
bita ex procuratione suâ, fideliúm- «
que largitionibus ædificauit. Eodem «
anno adfuit benedictioni Ecclesiæ
monasterij de Sauigneio, & ritu so-
lemni inauguratur basilica maior, Or-
dericus l. 12. *Anno*, inquit, *ab Incar-*
natione Domini 1126. indict. 4. Pon- 1126.
tificalis basilica sancti Geruasij Mediola-
nensis Martyris apud Sagium 12. Cal.
Aprilis dedicata est à domino Goiffredo
Rotomagensi Archiepiscopo, & alijs quin-
que Præsulibus. Ibi tunc Henricus Rex
Anglorum cùm proceribus suis affuit, &
eidem Ecclesiæ redditus 10. librarum pro
dote per singulos annos donauit. Ibi tunc
interfuerunt Girardus Engolismensis Epis-
copus Romanæ Ecclesiæ Legatus, Ioan-
nes Lexouiensis, Ioannes Salariensis,
Goiffredus Carnotensis, & Vlgerius An-
degauensis. Vocatus fuit ad Synodum
Rotomagensem, Mathæo Albanensi
Episcopo Legato 1128. vbi appella- 1128.
tur Salariensis Episcopus: præsens &
sacro Guillelmi Archiepiscopi Can-

tuarienſis; de quo in tabulis Fonte-
1129. braldenſibus fit mentio 1129. In hu-
ius gratiam ſcripſit quoque S. Ber-
nardus epiſt. 247. ad Eugenium 3.
Papam. Canonicos ſuæ Cathedralis
ex Secularibus effecit Regulares, in-
ſtrumento dato anno 1131. quod in
Capituli Sagenſis tabulariis aſſerua-
» tur eo tenore: IOANNES Dei gra-
» tiâ Sagienſis Eccleſiæ Epiſcopus, Ga-
» rino Priori, & fratribus in eadem Sa-
» gienſi Eccleſiâ ſub Regulâ B. Au-
» guſtini Canonicis profeſſis, eorúm-
» que ſucceſſoribus ſub eadem pro-
» feſſione regulariter viuentibus in
» perpetuum. Quamdiu authoritate
» Epiſcopali fungimur, & curam ſolli-
» citudinémque ſanctæ Eccleſiæ, licet
» minùs dignè tractamus, iuſtis actio-
» nibus inſiſtere, maximéque ſanctæ
» religioni ædificandæ, noſtrum ſtu-
» dium atque diligentiam adhibere de-
» bemus; vt quorum mens atque ani-
» ma vnâ in Domino legitur, & quo-
» rum vita atque ſynceritas in cœleſti-
» bus conuerſatur, eorum paci & quie-
» ti oportet intendere, vt vnitatem S.
» Spiritus in vinculo pacis poſſint ſer-
» uare. Quapropter Sagienſem Eccle-
» ſiam iamdudum & per multa tem-
» pora diuino atque debito officio val-
» de deſtitutam, annuente Dei gratiâ
» totis niſibus in meliorem ſtatum re-
» ducere, atque in regulare propoſi-
» tum ordinémque transformare la-
» borauimus; primùm ſiquidem per
» Apoſtolicas literas, hoc eſt autho-
» ritate & conſilio reuerendæ memo-
» riæ Honorij P. necnon & conſilio
» atque conceſſione bonæ memoriæ
» Gaufridi Rotomagenſis Archiepiſ-
» copi; inſuper & fauore & conſilio
» Henrici venerabilis Regis Anglo-
» rum, ac Ducis Normanorum, fra-
» tres in eadem Sagienſi Eccleſiâ ſub
» paupertate Chriſti aggregauimus,
» eóſque ibi dudum aluimus; deinde
» poſt multas difficultates per Dei mi-
» ſericordiam inuentâ, atque in capi-
» tulo confirmatâ opportunitate ſan-
» ctæ pacis & concordiæ cum Clericis
» eiuſdem Eccleſiæ Sagienſis, vt fra-
» tres qui cauſâ religionis conuene-
» rant, eorúmque ſucceſſores in Ec-
» cleſiâ illâ liberè & abſolutè omni-
» potenti Deo deſeruirent, & præben-
» dæ quæ vacuæ erant, & aliæ ſicuti
» vnuſquiſque clericorum deficeret,
» ſtatímque in communes vſus præ-

A dictorum fratrum ceſſiſſent. Quod «
diu ardenti deſiderio noſtra ſollici- «
tudo quæſierat, omni diligentiâ per- «
agere feſtinauit; Idus ergo Martij, «
id eſt eâ quadrageſimâ die quæ Do- «
minicâ vacat, intitulatur, præſenti- «
bus eiuſdem Sagienſis Eccleſiæ Cle- «
ricis atque annuentibus, ego Ioan- «
nes Sagienſ. Eccleſiæ Epiſcopus, ha- «
bitu ſanctæ religionis iam ſuſcepto, «
deſignatis fratribus qui cauſâ com- «
munis vitæ conuenerant, eidem Ec «
cleſiæ Beatorum Martyrum Gerua- «
ſij & Prothaſij ſeipſos deuouentibus, «
atque ſub regulâ B. Auguſtini in ea- «
B dem Eccleſiâ ſe viuere profitentibus, «
habitum ſanctæ Religionis ſolemni- «
ter & cum benedictione tradidimus. «
Idcirco dilectiſſime fili in Chriſto «
Garine Prior Eccleſiæ Sagienſ. tibi «
cæteriſque fratribus in Eccleſiâ ea- «
dem omnipotenti Deo regulariter «
famulantibus, veſtriſque in perpe- «
tuum ſub eadem regulâ, atque pro- «
feſſione S. Auguſtini ſucceſſoribus, «
auctoritate Dei & noſtrâ, damus vo- «
bis atque concedimus poteſtatem in «
Eccleſiâ Sagienſi, diuinum officium «
cùm reuerentiâ Chriſti & deuotione «
peragere, atque obſeruantiæ ſanctæ «
C religionis ſecundùm ſanct. Scriptur. «
ibi tenere, præbendas quoque va- «
cuas, & alias omnes ſicuti vnuſquiſ- «
que Clericorum Sagienſium Eccle- «
ſiæ, qui eas poſſident, deceſſerit, ita «
vt ſine omni dilatione atque calum- «
niâ, in regulares vſus veſtros, atque «
communes ſtatim proueniant, vobis «
eas concedimus atque damus. De- «
cernimus quoque atque conſtitui- «
mus, vt Archidiaconi, Sagienſis Ec- «
cleſiæ, de veſtris fratribus, vel veſtro «
Capitulo, veſtróque conſilio ab E- «
piſcopo eligantur, & beneficia & «
redditus, & quidquid eis de Archi- «
D diaconatibus prouenerit, in veſtros «
regulares vſus atque communes redi- «
gantur. Poſtquam autem Archidia- «
conus ad Sagienſem villam acceſſe- «
rit, ad nullum locum, niſi ad com- «
munem domum fratrum ſuorum di- «
uertendi habeat licentiam; ſecundò «
poſt quam venerit, modum & ordi- «
nem aliorum exequatur, & niſi li- «
centiâ ſui ſuperioris poſteà non egre- «
diatur: de exceſſibus verò ſuis, quem- «
admodum & alij fratres, in capitu- «
lo ſatisfaciat: quod ſi culpa talis fue- «
rit, adhibito Epiſcopi conſilio, iu- «

dicio sui Prioris & fratrum suorum in Capitulo deponatur. Insuper concedimus vobis atque confirmamus terram quam Henricus Rex Anglorum dedit in Angliâ Ecclesiæ Beatorum Martyrum Geruasij & Prothasij in dedicatione ipsius Ecclesiæ, & quæcunque deinceps futuris temporibus donatione Regum, liberalitate Principum, Dei annuente gratiâ, vel quolibet modo aliquid iusti acquirere poteritis, vobis & successoribus vestris firma & inconcussa permaneant. Concedimus atque firmamus possessiones vestras, & omnia ad communes vsus vestros pertinentia, ab omnibus angariis, vexationibus, perturbationibus, atque ab omnibus exactionibus omnino esse libera atque quieta, authoritate Dei & nostrâ constituimus, decernimus atque firmamus. Si qua igitur ecclesiastica secularisue persona contra hanc nostræ constitutionis paginam sciens obuiare tentauerit, secundò tertióue commonita, nisi resipuerit, atque canonicè satisfecerit, authoritate Dei & nostrâ à liminibus S. Ecclesiæ arceatur, & à sacratissimo Corpore & Sanguine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Facta est autem atque firmata suprascripta Confœderatio nostræ Institutionis Anno
1131. Incarnationis Dominicæ 1131. Henrico in Angliâ regnante, Innocentio Papâ secundo Ausoniæ Cathedræ præsidente, quæ vt certior & firmior habeatur, eam posteà scripto inseri & sigillo nostro muniri fecimus.

Egregie autem Arnolfus Lexouiensis de hac Canonici Ordinis S. Augustini institutione scribit epistolâ ad Alexandrum Papam quæ sic habet: *Habuit Ecclesia Sag. Episcopum, cui me fraterni sanguinis necessitudo coniunxit, sed arctius gratia beneficentiæ liberalis astrinxit: hic cùm prædictam Ecclesiam suscepisset, magnam temporalibus curam, maiorem spiritualibus homo sanctus impendit. Ipsam igitur thesauris ornatam, instructam ædificijs, possessionibus reddidit ampliatam, adeò quod pro xiii. Canonicis quos Sæculares appellant, ipsisque pauperibus, moriens ibidem xxxvi. Canonicos Regulares cùm omni ædificiorum sufficientiâ, & redditaum copiâ dereliquit. Cúmque eam in temporalibus nobilem reddidisset, in spiritualibus semper nobiliorem studuit*

A *exhibere vir magnificus, & omni sanctitate laudabilis, cui nec sanctitas magnificentiam tolleret, nec magnificentia sanctitatem. Quod bonum à prædecessoribus vestris viris Apostolicis, Honorio primùm, postmodum Innocentio, denique Eugenio & Adriano cœptum est & firmatum; præcedente siquidem gloriosissimi Regis Anglorum Henrici deuotione, qui ob eandem causam Ecclesiæ bona contulit, & præcepti regalis valituro in perpetuum munimine roborauit. Cúmque res hæc à prædicto viro religiosissimo Honorio traxisset initium, ab irreparabili viro Innocentio meruit incrementum, cu-*
B *ius auctoritate prædictus Episcopus electas ab Ecclesiâ S. Victoris Parisiensis personas accepit, quarum sanctitas & prudentia suis meritis tantæ rei posset initia consecrare. Quorum studijs tantum inter varias tribulationes sanctum opus excreuit, vt inter omnes Gallicanas Ecclesias illa cœperit de nobilioribus illius Ordinis æstimari, si quis circa eos hospitalitatis gratiam, vel ordinis vellet attendere disciplinam. Porrò ne qua posset oriri sæcularitatis in posterum reuocandæ suspicio, & quia potior fructus poterat de regularium administratione sperari, statum est & Romanæ Ecclesiæ ni-*
C *hilominus auctoritate firmatum, quòd in regulares personas sicut præbendæ, ita & Archidiaconatus, & omnium rerum tam potestas, quàm administratio conferretur; ita nimirum, vt omnes obuentiones deberent in commune referri, ne cupiditati daretur occasio, si eas liceret priuatis vsibus applicare. Quod adeò verum est, vt defuncto sæpedicto Episcopo, eum qui successit Episcopari Ecclesia Romana nullà ratione permiserit, donec eundem Ordinem in propriâ personâ professus est, & quòd ipsum in Ecclesiâ fide bonâ seruaret, iuramento corporaliter interueniente firmauit. Tantus*
D *siquidem fauor religionis extitit apud eam, ne statuæ aureæ, quod absit, caput æneum ipsius opificio diceretur affixum. Verùm Episcopus iste qui ad præsens, Domino permittente, successit, detestabilem concepisse prædicatur affectum, scilicet plantationem hanc penitus euellendi, destruendique bonum, quod fidelium deuotio, quod auctoritas Principum, quod Sanctorum religio, quod Ecclesiæ Romanæ priuilegia duraturo in perpetuum anathemate firmauerunt. Quòd si totum à discretione vestrâ non poterit impetrare, Archidiaconatus saltem ad*

sæculares

sæculares studebit reuocare personas, scilicet vt habeat carnalis affectio quod nepotibus tribuat & propinquis. Sed hunc ipsum pietatis specie palliabit affectum, dicturus Ecclesiam illam idoneas non habere personas, quæ talibus sufficere probentur officijs, tanquam si sanctæ simplicitati prævalere debeat sæcularis astutia, aut de Ecclesiâ S. Victoris, aut S. Rufi, vel alijs similibus personæ non possint auctoritate vestrâ ad hæc officia dispensanda transferri. Et ego quidem Ecclesiæ illius Archidiaconus extiti, ipsiúsque beneficiis educatus sum, ipsius institutionibus eruditus, iustúmque est ipsius me semper detrimentis occurrere, & vtilitatibus debitâ diligentiâ prouidere. Sed & bonum quod tanto domini & fratris mei labore contractum est, humeris meis sustinendum memoria fraternæ caritatis imponit, propter quòd inter me & Episcopum loci illius cùm domesticus noster extiterit, multisque à me beneficijs sit præuentus; nouiter est oborta discordia, quia Fratrum illorum iniurias sustinere non poteram, eique ad Ordinis subuersionem, opem & consilium non præstabam. Vnde illum, & eos qui cùm ipso sunt, tanquam aduersarios nostros & manifestos hostes sapienter accipite, quoniam vltrices linguæ neque fidem, neque facilem promerentur auditum &c. Absit igitur à vobis, vt prædecessorum vestrorum sancta plantatio vestris conuellatur manibus, vestris viribus extirpetur. Absit, vt per vos tot Romanorum Pontificum anathemata ducantur in irritum. Absit vt per eos remota sæcularitas auctoritatis vestræ sententiâ reuocetur. Vnde etiam sequenti epistolâ ad eundem Papam, Arnulfus pro Ecclesiâ
» Saiensi ita expostulat: Maiestatem
» vestram studui præmunire, super ze-
» lo quem ad remouendam de Eccle-
» siâ suâ religionem Sag. intendit Epis-
» copus, miror admodum, multíque
» mirati sunt quomodo factum huius-
» modi, scriptúmque publicum super
» eo facto vestræ potuit subripi sancti-
» tati. Quid enim? Episcopalem Ec-
» clesiam miserabili paupertate dam-
» natam, religiosus Episcopus reddi-
» tibus, ædificiis, ornamentis, & eâ
» ad quam plurimùm intendebat reli-
» gione fundauerat, ipsámque de pau-
» pere diuitem, prædicabilem de ob-
» scurâ, de ignobili, si dici fas est, fe-
» cerat gloriosam. Quod factum tota
» sanè partium nostrarum venerabatur
Ecclesia, omnísque vbíque religio «
commendabat, si quis vel effusam «
in omnes caritatem, vel Ordinis vel «
let attendere disciplinam. Nec ab «
ipso tantùm hoc, sed multarum ve- «
nerabilium personarum studiis mul- «
tarum fuerat auctoritate perfectum, «
quoniam ad studia laborum eius pro- «
specta semper optati prouentus auspi- «
cia concurrebant, adeò vt constitu- «
tionem Ecclesiæ illius contendere «
virtus & fortuna viderentur. Tum sub finem conqueritur de Episcopo Saiensi: Procedit interim inter cilicia «
pauperum fratrum & fortes, char- «
tularij filius sericis adornatus: auget «
metum quòd vacans Archidiacona- «
tus in eadem seruatur Ecclesiâ mi- «
nori nepotulo conferendus, quàm «
cito in legitimam ætatem videbitur «
excreuisse. Prætereà Priore Claustri «
remoto, quia acrioris ingenij crede- «
batur, & ad iniurias Ecclesiæ non «
silebat, ex conscientiâ Episcopus «
Priorem constituit idiotam, vt ipse «
scilicet locum suppleat idiotæ, & bo- «
na eorum in vsus proprios sine con- «
tradictione conuertat. Hactenus satis de regularis status Canonici commutatione in Ecclesiâ Sagiensi satis ex verbis Arnulfi, cuius frater idem Ioannes Episcopus vitam mortalem cùm meliore commutauit anno 1143. 1143.
chronica vetera Normanniæ: *obyt Ioannes Salariensis Episcopus, cui successit Girardus Canonicus eiusdem Ecclesiæ, vir iocundus, & admodum literatus. Iste Ioannes rem dignam memoriâ tempore Regis Ioannis effecit. Canonicos enim sæculares eiusdem Ecclesiæ regulariter & secundùm Augustini institutionem viuere fecit: additis officinis congruentibus, & claustro. Hoc idem Ioannes Lexouiensis auunculus eius & Gaufridus Carnotensis Episcopi tentare in suis Ecclesiis voluerunt, sed in ipso conatu defecerunt.*

37. GIRARDVS II. ex Canonico Cathedralis Sagensis in Episcopatum successit eodem anno 1143. dicauit basilicam Abbatiæ de Persegniâ 1145. vnà cùm Vuillelmo Ce- 1145.
nomannorum Pontifice: hunc verò sugillat D. Bernardus ep. 247. vbi agitur de statu Canonicorum Regularium Ecclesiæ Saiensis, quem Girardus aliquâ ex parte impugnare videbatur, vtpote ex seculari, ad re-

gularem, seu Cœnobiticam Eccle- A siam electus. Porrò cùm esset secularis, nullâ ratione permisit Romana Ecclesia eum Episcopari, donec Ordinem B. Augustini professus esset, quod obseruatur in epistolâ ci-
1157. tatâ Arnulfi. Decessit 1157. ex Roberti de Monte Appendice ad Sigebertum 10. Cal. Februarij, conditus in basilicâ S. Geruasij. Successisse autem Serloni Ioannem, & hunc Girardo compertum habetur ex Orderico, adeò vt mendosè in quibusdam catalogis interserantur post Serlonem Robertus & Rabotius de quibus dubium est, imò expungendi vi- B dentur.

38. FROGERIVS Eleemosynarius Henrici 2. Regis Angliæ, pro-
1158. mouetur ad hanc sedem anno 1158. in Chronicis Normanniæ, Robertus de Monte ait anno sequenti; ordinatus Dominicâ ante Natiuitatem Domini: præfati Principis inaugurationi adfuit anno 1170. & in eius cartâ datâ domui de Grandimonte apud castrum de Argentano testis habetur. Plura bona legauit Ecclesiæ suæ, memoratúrque in veteri cartulario S. Andreæ in Gofferno. In C curiâ Regis Henrici apud Cadomum, Ecclesia de Esuis in manu illius Præsulis, cui vellet donanda, ordine iudiciario tradita est, & D. Barbaræ Ecclesiæ egestatem, Canonicorúmque in eâ Christo famulantium propositum considerans, eis prædictam Ecclesiam in eleemosynam tradidit apud Floreyum in do-
1161. mo à se emptâ anno 1161. mense Ianuario, vti constat ex schedis S. Barbaræ in Algiâ: dotauit & hospitale S. Crucis Sagensis 1180. præsens translationi S. Romani Archiepiscopi Rotomagensis; dedicat etiam D ædem Cartusiensium Vallis-Dei in syluâ de Reno an. 1181. à Comitibus Pertici fundatam 1170. quámque suo diplomate Frogerius con-
1184. firmauit: Defunctus an. 1184. Supplementum Sigeberti: *Obijt Frogerius Episcopus Sagiensis, qui multùm emendauit Matrem Ecclesiam, & totum dominium suum. Reliquit etiam immensas diuitias in auro & argento, sibi non profuturas.* Habet anniuersarium in monasterio Brolij Benedicti 2. Idus Septembris, cuius Ecclesiæ dicitur specialis amicus.

39. SILVESTER, Episcopatum regebat 1203. Mathildis vidua Goffridi Comitis Pertici, annuente Thomâ filio, Theobaldo Decano Turonensi, & Vuillelmo Præposito Carnotensi territorium in castro suo Mauritaniæ ad construendam basilicam Collegiatam contulit pro fundatione Capellanorum, quibus redditus assignauit in Præposituris Mauritaniæ, & de Molendinis, codicillis datis in domo Longipontis an. 1203. in quâ basilicâ humatur Maria Armaniacensis vxor Ioannis 2. Ducis Alençonij. Nominatur & in cartulario S. Martini Sagensis, & obiit 1219. ex chronico S. Ebrulfi. 1219.

40. GERVASIVS I. natione Anglus, S. Iusti Beluacensis, & Thenoliensis Abbas, dein Generalis Præmonstratensis electus 1209. Honorij 3. Papæ Pœnitentiarius, nondum Episcopus adfuit Synodo Lateranensi sub eodem Innocentio 1215. vbi dono accepit à Pontifice Ecclesiam sancti Quirini vniendam Ordini suo: suffectus Siluestro 1219. in citato chronico. Ex cartis Sagensis Capituli in eius manu 1225. mense Septembri, Guillelmus Pichener quidquid habebat in patronatu & decimâ Sanctæ Mariæ de Mesnil Iean cessit Canonicis Beati Geruasij; sacellum in honore B. Ioannis Baptistæ 12. Iunij an. 1226. dedicauit: & anno 1228. exemptus è viuis, sepelitur in Ecclesiâ Abbatiæ de Silleio; 1228. varias Homilias, Epistolarum volumen numero 250. MS. in cœnobio Steinfeldensi Ord. Præm. secus Coloniam, ac commentarios in Prophetas minores scripsit: cuius epitaphium ab ipso compositum vide in catalogo Abbatum Præmonstratensium Bibliothecæ memoratæ: sic autem habet:

Anglia me genuit, nutriuit Gallia, Sanctus
Iustus, Thenolium, Præmonstratúmque dedêre
Abbatis nomen, sed Mitram Sagia, tumbam
Hic locus oretur, vt detur Spiritus astris.

Hunc Præsulem prætermisit auctor Historiæ Perticensis in Episcoporum catalogo.

40. HVGO dedicauit Ecclesiam A
de Tironeto 1231. cùm Mauricio
Cenomannensi; benedixit & Mabi-
liam de S. Lothario Abbatissam Al-
monacharum, & à Rege impetrat
ius temporalitatis Abbatiæ, Rega-
liorum iure ex tabulâ anni 1235. hic
mense Martio, in festo S. Benedicti
1236. 1236. vnà cùm Petro de Colleme-
dio Electo Rotomagensi, compro-
misit in arbitros de quibusdam con-
trouersiis. Canonici Regulares sancti
Victoris Parisiensis in martyrologio
depositionem illius faciunt pridie
Idus Septemb. B

41. LISIARDVS: extat illius di-
ploma in tabulario S. Dionysij de
Nogento Rotrodi apud Perticum,
eiusdem Prioratus monachis omnes
Ecclesias confirmantis quas possident
in territorio Corbonensi & Mauri-
taniæ: mendosè autem asseritur in
compluribus elenchis Mauricius Præ-
sul Sagensis, posteà Rotomagensis
1241. Metropolita, qui expungendus. Mor-
tuus est circa annum 1241.

Maiet. 42. GAVFREDVS DE MAIETO C
transtulit corpora Sanctorum apud
Sauiniacum anno 1243. & benedixit
Ecclesiam monasterij S. Andreæ in
Goferno, à Reginaldo Abbate re-
stauratam 1252. sepultus fuit in ea-
1257. dem Abbatiâ de Goferno 1257. sub
tumulo æneo; hoc eodem anno Sa-
gense Capitulum literas Regi direxit
mense Februario pro successoris ele-
ctione.

Avlnov 43. THOMAS D'AVLNOV in
cartis Regij Thesauri Parisiensis me-
moratur cùm nonnullis aliis Episco-
pis 1259 transegit cùm Fulcone to-
parchâ Merulæ Rodulphi pro pa- D
tronatu alternatiuo beneficij de Gas-
prec 1275. migrat ad alteram vitam
1278. 17. Cal. Iunij 1278. & in præfato
cœnobio de Goferno sepelitur.

44. GVILLELMVS I. Ecclesiam
Dominicanorum de Argentano di-
cauit 10. Octobris an. 1286.

Bernieres. 45. IOANNES DE BERNIE-
RES II. iacet in choro maioris Ec-
clesiæ sub tumbâ æneâ, & decessit
1293. 18. Aprilis an. 1293.

46. PHILIPPVS LE BOVLEN- Boulenger.
GER, ex Priore Canonicorum Re-
gularium S. Geruasij, seu Ecclesiæ
Cathedralis. Abbatem S. Martini Sa-
gensis electum solemni ritu bene-
dixit 1301. ex tabulario regio: an-
no sequenti idem benedictionis mu-
nus impendit Lutetiæ, S. Saluatoris
Ebroicensis Abbatissæ, Mathæo Præ-
sule Ebroicensi instante: defunctus 1315.
anno 1315.

47. RICHARDVS DE SEN- Sentilly.
TILLY II. ex Priore Canonicorum
Regularium Ecclesiæ Cathedralis ad
Episcopatum vocatur: desiit esse in
viuis 10. Cal. Nouemb. 1319. in ea- 1319.
dem Ecclesiâ quiescit.

48. GVILLELMVS MAVGER Mauger.
II. denatus an. 1356. iacet in Ec-
clesiâ sancti Leonardi de Bellismo in 1356.
Choro, vbi habebat cœnotaphium
quod hæretici solo tenus euertêre.

49. GERVASIVS DE BELLEAV Belleau.
II. benedixit Ecclesiam parrochia-
lem S. Petri in vrbe an. 1361.

50. GVILLELMVS DE RANCE Rance
III. Ordinis Prædicatorum, Con-
fessor Ioannis Franciæ Regis in An-
gliâ captiui apud Londinum, & testa-
menti eiusdem executor cùm Epis-
copo Bellouacensi ac Comite Tan-
caruillæ, instrumento dato 6. Apri- 1364.
lis 1364.

51. GREGORIVS LANGLOIS Langlois.
ex Cantore Cenomannensi, & Of-
ficiali Rotomagensi electus 1379. die
25. Augusti ex regesto Vaticano: fun- 1379.
dauit duo Collegia, prius in Vniuersi-
tate Parisiensi vulgò Saiense, poste-
rius in Andegauensi, ad filios paupe-
rum dictæ diœcesis in bursarios as-
sumendos pro seminario bonarum
artium: anno 1399. benedixit Eccle-
siam B. Hippolyti, ac vitam morte
commutauit 1404. executore codi- 1404.
cillorum testamenti nominato Ioan-
ne Foroiuliensi Pontifice; iacet in
choro Cathedralis vbi spectatur hoc
epitaphium: *Perpetuæ memoriæ R. in
Christo Patris* GREGORII ANGLI
SAGIORVM *Episcopi, Collegij Sa-
giensis in Scholis Paris. & Buellensis in
Andegauensi fundatoris benemeriti: cu-*

tus obitus in diem III. Eidus Maij in- A *cidit anno salutis hominum* MCCCCIV. ibidem insculptum legitur: *Nouum hunc tumulum R. in Christo Pater Iacobus Camus eiusdem Ecclesiæ Antistes, priore sepulchro in quo venerabilis Præsulis corpus depositum fuerat, sacrilegis hæreticorum manibus perfracto, religiosi officij memor, vnà cùm Magistro & alumnis Coll. Sagiens. grati animi monimentum P. C. 1644. R. I. P.* Cæterùm hîc notandum est IOANNEM IOLIS Episcopum Saiensem vocitari anno 1384. in regestis Parlamenti Parisiensis; quod si verùm est, oportuit eum sedisse abdicato Epis- B copatu per Gregorium decessorem, quod inquirendum: at deest in elencho Egidij Bry, quemadmodum & sequentes Præsules vsque ad Robertum Cornegium.

AVBLE'. 52. PETRVS DE BEAVBLE' I. cuius testamenti autographum in archiuis Capitularibus extat datum 16.
1408. Maij 1408. in quo expressum habetur, pro reparatione Ecclesiæ suæ, pacto cùm executoribus defuncti Gregorij Antistitis confecto, tam pro mithrâ, pedo & anulo pastorali, quàm alijs rebus, conscribi fecisse vnum C Pontificale duobus voluminibus.

ROVVRES. 53. ROBERTVS DE ROVVRES III. Supplicum Libellorum Magister, & à consilijs Regis Caroli 7. nominatur electus & confirmatus
1422. Præsul 1422. quo anno recensetur 1. Iulij in actu appellationis cuiusdam sententiæ latæ à Procuratore generali Regio; item cùm Cancellario ac Decano Parisiensi in actis regij Thesauri.

54. THEOBALDVS electus Saiensis Episcopus 1433. 5. Idus Sep- D temb. vt obseruant acta Consistorialia: de hoc nulla mentio in catalogis.

PERVSE. 55. IOANNES DE PERVSE III. nobilis Lemouic., cuius cognominis familia illustris Descars; subscripsit tabulis matrimonij Guillelmi de Britanniâ filij Ioannis Comitis Penreuriæ & Elisabethæ de Turre an. 145 . Palatium Episcopale nouis ædibus ampliauit, & an. 1451. Duci Alen-çonij fidem clientelarem pro Ecclesiâ iurauit.

56. ROBERTVS DE CORNEGRVE IV. ex Artium Magistro, Religioso professo, necnon Pœnitentiario Ecclesiæ Saiensis Episcopus confirmatur 23. Augusti 1454. vt patet ex regestis Secretarij Archiepiscopalis Rotomagensis. obiit 148 . 148
9. Decembris, & iacet in choro basilicæ Cathedralis suæ cùm epitaphio.

57. EGIDIVS DE LAVAL Guidonis domini de Loué, Proregis ac LAVAL Comme
Senescalli Andium, ex Carlotâ de cy-deuant.
Sanctâ Maurâ secundus natu filius, cui vices suas Philippus de Luxemburgo Episcopus Cenomanensis à diœcesi absens contulerat. Quercetanus in stemmate domus Lauallensis, testatur Episcopatum adeptum fuisse patrocinio Ioannis de Daillon domini de Ludo, sororij sui, qui apud Regem Ludouicum XI. plurimùm poterat; nihilominus in Senatu & regio Consistorio competitorem habuit Stephanum Goupillon eiusdem Episcopatus procurationem sibi vindicantem, de quo sacramentum hominij iurauit Regi, Ambasiæ pro temporali 1483. 10. Octobris; 1483.
de illo cartæ Capituli pro quodam Vicariatu mentionem faciunt annis 1485. & 1489. 22. Martij dispensationem dedit Renato Alençonij Duci, & Margaritæ Lotharingæ vxori, de iuramento præstito per dictam Margaritam, pro successionis iure. Egidius autem consecratur penultimâ Aprilis 1480. & dedicat parrochialem Ecclesiam S. Geruasij 25. Iulij 1494. Denique anno 1501. ex- 1501.
tinctus Egidius, qui erat toparcha de Monsabert, & de la Marcheferriere.

58. CLAVDIVS HVSSON ex HVSSON.
Comitibus Tornodorensibus, Pictauiensis Præsul & Administrator perpetuus Ecclesiæ Saiensis, electus confirmatur an. 1502. vacauit Sedes Pontificia per resignationem Clau- 1510.
dij penultimâ die mensis Decemb. 1510.

59. IACOBVS DE SILLY I. SILLY.

nobilis Normannus, frater Francisci Cadomensis Præfecti, iurat in verba Ecclesiæ Rotomagensis Metro-
1512. politanæ suæ 20. Aprilis 1512. sub quo Carolus Alençonij Dux, & Margarita Valesia coniux fundant monasterium monialium B. Magdalenæ Dessayo in suâ diœcesi 1519. necnon 1520. Margarita Lotharinga Ducissa vocatis monialibus è Mauritaniâ, Argentani condidit domum S. Claræ; Margarita item sacro velamine assumpto cùm prædictis sororibus, earum Ecclesiam consecrauit Iacobus, & castrum Episcopale de Floreio, multásque ædes extruxit, ac reparauit, in quibus familiæ suæ stemmata conspiciuntur: extrema clausit die 24. Aprilis 1539.

DANGV.

60. NICOLAVS D'ANGV Abbas Iuliaci, Libellorum Supplicum Magister & Regis Nauarræ Cancellarius, Administrator Ecclesiæ Sa-
1539. gensis confirmatus 1539. de quo Carolus Sanmarthanus in oratione funebri Margaritæ Nauarræ Reginæ: fit posteà Mimatensis Præsul vt diximus. In eo finem habuit electio Capituli quæ transiit ad nominationem Regis Christianissimi.

DV VAL. D'azur au cheuron d'or, accompagné de 3. [illegible] de pique d'argent.

61. PETRVS DV VAL, II. Parisinus, Præceptor liberorum Francisci I. Regis, Doctor Theologus, & Canonicus Rotomagensis, iuramentum exhibet Ecclesiæ præfatæ 14. Augusti 1548. quo eodem anno die 19. Ianuarij ex Regularibus Cano-
1548. nicos suæ Ecclesiæ sæculari togâ donari fecit, Dignitates & Præbendas ad suam collationem pleno iure vendicans, & nonnulla beneficia repetens, quæ Ioannes dec[illegible] Capitulo do[illegible]uerat, tabulæ [illegible] em asseruantur in archiuio Sagen[illegible] Ecclesiæ Sacro Catharinæ Me[illegible]ææ Reginæ in basilicâ S. Dionysij adfuit mense Iunio 1549. Vnus Patrum Concilij Tridentini, & eorum [illegible] in Colloquio Pisciacensi contra Bezam, alióſque Nouatores decertarunt. Edidit Critonem Plaronis Gallicè, & poëma de Maiestate Dei; mortuus anno 1564. iacet in sacello castri Saltus Vicennarum.

MOLINET. D'argent à

62. LVDOVICVS DV MOLINET Petri auunculi resignatione,

A consecratus Episcopus Romæ: adest Concilio prouinciali Rotomagensi 1581. suorum ciuium Sagensium amantissimus, pastórque ouibus suis
1581. semper inuigilans, doctus insuper Iurisconsultus, ac Canonum sacrorum obseruantissimus, eorum præsertim qui in Concilio Tridentino, cui (vt Doctor interfuerat) sanciti fuerant: multùm profuit in reducendo Henrico 4. Rege ad fidem Catholicam, eúmque cùm Archiepiscopo Senonensi, ac nonnullis aliis Prælatis regni, in sacris ædibus B. Dionysij ab hæresi absoluit, atque B Ecclesiæ reconciliauit: tandem plenus dierum, appositus est ad patres suos post sedem annorum 38. die 3. Martij anni 1601. iacet in odeo Ca- 1601.
thedralis, ac funebri oratione commendatus est à Claudio de Morenâ.

63. CLAVDIVS DE MORENNE II. ex Doctore Theologo, & MORENNE.
Rectore Ecclesiæ SS. Geruasij & Prothasij, Parisiensis, nonnulla reliquit monumenta Latino & Gallico idiomate, poëmata & orationes: moritur 2. die Martij 1606. apud Saium, 1606.
sepultus in Cathedrali.

C

64. IOANNES BERTAVT IV. BERTAVT.
oriundus è toparchiâ Condati super Noireau apud Pertic enses: ex Abbate B. Mariæ de Alneto in Neustriâ, Musarum alumnus, & egregius poëta, summísque Principibus gratiosus, maximè ab Henrico 3 Franciæ & Poloniæ Rege dilectus, cui tredecim annis à secretis cubiculis inseruierat, & ab Henrico 4. Reginaque matre Maria Mediceâ, cuius primus fuit Eleemosynarius; magnâ autem ingenij felicitate & puritate in pangendis versibus enituit, plura D cantica in Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, & Psalmos versibus Gallicis cecinit, item hymnum in S. Ludouici Regis, Borboniæque familiæ honorem: sermones in præcipuas anni festiuitates; demum orationem funebrem in obitu eiusdem Henrici Regis, pro cuius ad religionem Catholicam conuersione plurimùm laborauit. Decessit in suis ædibus Sagij 8. Iunij 1611. & iacet in 1611.
choro Cathedralis.

D'or à vne bande d'azur chargée de losanges d'or accompagné de six [illegible] et de gue[illegible] po[illegible]lez et [illegible] [illegible] en pointe.

65. IACOBVS SVAREZ II. Lu- SVAREZ.

D'azur à vn vase d'or.

ſitanus natione, Ordinis Minorum A
S. Franciſci, egregius Concionator,
ac in myſticâ, poſitiuâque Theologiâ
mirè verſatus, meritis ſuffraganibus
nominatur à Ludouico 13. Rege;
in ſuam Eccleſiam beneficus, quatuordecim
annis continuis apud Pariſios
temporibus Adnentus & Quadrageſimæ
prædicauit, hæreticorum
hoſtis acerrimus, obijt 3. Cal. Iunij
1614. 1614. ſucceſſor eius Iacobus hoc illi
epitaphium apud Franciſcanos Pariſienſes
in choro extruendum curauit: IACOBO SVAREZ *à S. Mariâ, Olyſipponenſi, Ord. ſancti Franciſci,
Theologo eximio, Epiſcopo Saienſi, cuius* B
*conciones Chriſtianiſſimus populus admiratione
multâ, & concurſu frequentiſſimo
comprobauit. Iacobus Camus Epiſcopus
deceſſori ſuo benè merito ſecundùm
voluntatem teſtamenti F. C. vixit
annos* LXII. *menſes 6. Pontific. an. 3.
depoſitus in pace 3. Calend. Iun. anno*
MDCXIV.

CAMVS PONCARRA'. Ecartelé au 1 & 4. d'azur a trois croiſſants d'or 2. 1 à vne eſtoille d'or en cœur à la bordure de meſme: Au 2. & 3. de Sanguin.

66. IACOBVS CAMVS III. Petro
domino de Poncarré, vtriúſque
Conſiſtorij Conſiliario, ex Ioannâ
Sanguin de Liury matre, naſcitur
Burdigalæ vltimâ Iunij 1584. cùm
parens eius in Aquitaniâ Iudicis C
Commiſſarij munere defungeretur:
tinctus eſt latice baptiſmali ibidem
in Cathedrali S. Andreæ, ſuſceptore
Iacobo Matignono Franciæ Mareſcallo,
eiuſdémque prouinciæ Præfecto.
Ex Canonico autem Eccleſiæ
Pariſienſis, & Iacobi Suarezij reſignatione,
paulò ante obitum poſſeſſionem
huius ſedis adipiſcitur, con-
1614. ſecratus menſe Augnſto 1614. Lutetiæ
in æde Metropolitanâ S. Virginis,
ab Henrico Cardinali Gondio
vrbis Antiſtite, adſiſtentibus Gabriele
de l'Aubeſpine Aurelianenſi,
& Ioanne Bertier Riuenſi Epiſcopis. D
Eodem anno vocatus eſt ad Comitia
generalia regni Lutetiæ: pro
Clero Gallicano in Conuentu Eccleſiaſtico
Bleſenſi ac Turonico Præ-
1619. ſulum nomine perorauit 1619. adſtantibus
Cardinalibus Surdiſio. Rupiſucaldio,
& Radeſiano. Eccleſiam
ſuam multis locis ruinâ fatiſcentem,
& caſtrum de Floreio cùm ſacello,
iniuriâ belli ciuilis penè dirutum, in
integrum reconcinnauit, & Epiſcopale
Palatium multis ædificiis item
decorauit; plura bona Epiſcopatus
abalienata proprio ære redemit: Baſilicam
verò multâ ſupellectili ornatam
reliquit, & lucidem argenteam
viginti ferè marcarum pondere lucernam,
ante maius altare chori perpetuò
vſturam donauit: cathedram
item concionatoris, necnon chori
& ſacellorum fecit clauſuram, & Aquilam
cupream. Ducentas quinquaginta
libras reditus annui, quinque
proceſſionum ſolemnibus quinque
feſtis diebus, ſingulis annis, duorum
anniuerſariorum, Paſchæ ſcilicet
& Septembris, Synodorum poſtridie
faciendorum causâ, ex teſtamento
legauit. Cæterùm plures Synodos
congregauit, ac diœceſim
ſuam ſedulò perluſtrauit. Abbatiſſis
Almonacharum, de Vignats, & Eſſey
benedictionis munus impendit.
Quin etiam eo ſedente, in diœceſi
ſtabiliuntur tres conuentus Capucinorum,
domus Vrſulinarum, altera
Filiarum noſtræ Dominæ, & Collegium
Ieſuitarum Alençonij; Priorarus
Benedictinarum Oximenſium, &
Argentani: cùm domo Clericornm
qui miniſterio Miſſionum incumbunt;
auxit xenodochium Saienſe, vti
& Collegium huius nominis quatuor
burſis. Cùm autem interfuiſſet Comitiis
Cleri Gallicani Lutetiæ 1645.
condito teſtamento 20. Iulij 1650. 1650.
eodem anno 4. Nouemb. in palatio
Saienſi enterocelâ exceſſit ab humanis,
poſtquam rexiſſet Epiſcopatum
an. 36. Ipſe ſibi viuens monumentum
elegit, vbi iacet Iacobus Silliacus
deceſſor.

ROVXEL. D'argent à 3. coqs de gueulle 2. 1.

67. FRANCISCVS ROVXEL
DE MEDAVY Abbas ſancti Andreæ
in Gofferno Saienſis, & Cormelij
Lexouienſis diœceſis: è nobili ſanguine
Comitum de Grancey oriundus
patre Petro Comite Granceij,
toparchâ de Medauy, regijs in exercitibus
caſtrorum Præfecto, Proregis
in Normanniâ Vicario generali, matre
verò Carlotâ de Hautemer, quæ
natales reperebat à Guillelmo de
Hautemer Comite de Grancey, domino
de Ferûaques, Franciæ Polemarcho,
Normanniæ Progubernatore.
Hanc quoque familiam illuſtrant
Franciſcus Epiſcopus & Comes Lexouienſis,
Sagenſis Epiſcopi patruus,
& Iacobus Rouxel germanus, qui
regiorum militum in Italiâ, Flandriâ,

& aliis locis multoties Imperator factus, ob fidelem operam nauatam Regibus Ludouico 13. & 14. inter Galliarum Tribunos Equitum re-
1651. nunciatus est anno 1651. quo etiam anno Franciscus ad Saiensem sedem nominatus est à Rege, ab Innocentio verò x. confirmatus mense Octobri, in Ecclesiâ Patrum Soc. Iesu Pontisaræ consecrationem suscepit an. 1652. Maij 21. à Carolo-Iacobo de Gelas de Leberon Valentinensi, & Diæ Episcopo, Petro de Marcâ Conforanensi, nunc Archipræsule Tolosano, & Claudio Auury Constantiensi Antistite; cùm anteà fi- B dei sacramentum exhibuisset Regi apud castrum S. Germani in Layâ
1652. 29. Aprilis 1652. Ecclesiam suam adiit, & in eâ splendido excipitur apparatu Maij 27. Nunc verò in augustissimis Comitiis Cleri Gallicani quæ Lutetiæ habentur 1655. locum obtinet.

PRIORES

ECCLESIÆ SAIENSIS.

1131. *Arinus* Prior huius Ecclesiæ Cathedralis reperitur in tabulis Capituli anno 1131.

Henricus an. 1153.

Hugo 1154.

1165. *Ioannes 1.* 1165.

Guillelmus 1. 1194.

Ioannes 2. 1208.

1226. *Guillelmus 2.* 1226.

Gillebertus 1252.

Ioannes Galliot 3. 1287.

1332. *Nicolaus 1.* 1332.

Ioannes Bourdon 4. 1416.

Robertus de Caulx 1441.

1469. *Lucas Robinet* 1469.

Thomas d'Ornal 1523.

1529. *Martinus le Huetier* 1529.

Nicolaus Vasseris 2.

A *Ioannes de Luxembourg 5.* Prior Commendatarius.

PRÆPOSITI

SAIENSES.

Ioannes Pallu primus Saiensis Præpositus post sæcularisationem Capituli 1550.

Radulphus Marescot obiit 1557. 1550.

Simon Galois per obitum superioris.

Claudius de Morenne 1. Parisiensis an. 1590. 1590.

Guillelmus Doron.

Carolus Polin 1.

Petrus le Roy Parisiensis, pronepos Ludouici du Molinet anno 1602. 1602.

Claudius Atidiensis 2. aliàs *de Seichespée.*

Carolus le Moulinet 2. an. 1626.

Iacobus Board Parisinus 1631. obiit 1652.
C an. 1652. mense Octobri.

SANTONENSES

EPISCOPI.

Mediolanum Santonum ciuitas Aquitaniæ in Notitiâ Honorij, sub Merropoli Burdigalensi, prouinciæ caput. Ad Carantonum fluuium sita inter Engolis- *Saintes en Saintonge, sur la Charante.*
D mam & Rupellam, media inter Pictauium & Burdegalam, sub cuius etiam Parlamentari iurisdictione degit. Strabo l. 4. populos Santones Garumnæ accolas vocitat, & Cæsar lib. 1. de bel. Gallico, Santonos Lucanus, Santonis Tacitus lib. 6. Annalium & Ausonius, vti Ammianus lib. 15. Elias Vinetus doctus Santo, qui de hac regione peculiari libello scripsit, negat vlla nunc extare vestigia Mediolani, quæ vrbs Sanctonica scribitur à Gregorio lib. 4. & incolæ Santonicj, Santonis apud Fredega-

rium Scholasticum in Chronico, & A Sanctonus à Fortunato: quam etiam Aimoinus inter nobiles Aquitaniæ ciuitates locat lib. 1. de Gestis Francorum. Territorium habet hæc regio feracissimum; templum Cathedrale Patronum veneratur S. Petrum à Segregibus dirutum, cuius solum companile admirandæ structuræ integrum remansit: est & basilica S. Eutropij in suburbio, vetúsque monasterium Sanctimonialium Nostræ » Dominæ. Episcopus vrbis, Decanus » & Capitulum memorantur c. 23. de » Verborum significatione, & c. 22. de » Electione & de Præbendis. In diœ- B cesi porrò hæ numerantur Abbatiæ:

S. IOANNIS ANGELIACENSIS.

S. Iean d'Angely O B.

S. MARIÆ *ad vrbem fœm.* O B.

Nostre Dame de Saintes.

MORTAIGNIER *fœm. in vrbe* O A.

BATHIACI *Baffac* O B.

BEANIÆ *Baigne* O B.

S. STEPHANI DE VALLIBVS

S. Estienne de Vaulx O B.

FONTISDVLCIS *Fondouce* O B.

S. LEODEGARII O B.

S. Liguaire.

DE CASTRIS O A.

Chastres lez Cognac.

DE SABLVNCELLIS O A.

Sablonceaux.

GRATIÆ-DEI O C.

la Grace-Dieu.

FRENADÆ *la Frenade* O C.

S. MARIÆ *fœm.* O C.

Nostre Dame de l'Isle de Ré.

S. LEONARDI *S. Leonard* O C.

Præsules huius Sedis hoc ordine sequuntur, quos ex variis cartophilaciis & Historicis desumpsimus.

1. S. EVTROPIVS Episcopus primus & Martyr, de quo Fortunatus Pictauensis lib. 1. carm. 13.

2. S. BIBIANVS, post Eutropium locum habet, qui in suburbio Santonensi cùm Troiano Antistite cœnotaphio conditus: *Suburbano*, ait Gregorius Turon. c. 58. de Gloria Confess. *vrbis huius Bibianus Antistes quiescit: cuius virtutum moles, liber qui tam de eius vitâ scriptus tenetur, enarrat, nunc autem exoratus crebro languentibus tribuit sospitatem.* Praeponendus autem Troiano, non vt perperam habetur in vulgatis catalogis ordine quintus.

3. S. AMBROSIVS.

4. PETRVS I. subscripsit Concilio Aurelianensi 1. an. 511. 511.

5. S. TROIANVS sedit in Ecclesiâ Santonensi defuncto B. Martino Turonensi: sepultus iuxta Bibianum, prædictus Gregorius de Gloriâ Confess. cap. 59. de eo hæc narrat: *Troianus Pontifex ipsius Sanctonicæ ciuitatis S. Bibiano huic coniunctus cœlo, vicinus est tumulo: magnæ enim virtutis fuisse dicitur hic Sacerdos. Quodam verò tempore, dum inter obscura noctium tempora, loca sancta quæ tunc in circuiC tu vrbis habebantur, vno tantùm Subdiacono comite circuiret, adparuit ei globus magnus luminis quasi de cœlo descendens &c. Igitur Sacerdos impleto vitæ huius cursu obijt. Subdiaconus verò plenus dierum ægrè ferens quòd virtus S. Troiani occuleretur, conuocato Episcopo eùm Clericis, ac quibusdam senioribus, omnia quæ à sancto audierat, & qualiter mysterium luminis viderat, quod manifestissimè fidem Troiani, Martinique gloriam patefecit, ex ordine referauit: magnæ enim virtutis fuit B. Troianus Antistes & honorabilis inter cunctos ciues vrbis suæ. Hic fertur dum esset in D corpore, si nouum, vt adsolet, amphibolum induisset, cùm quo processurus diœcesim circumiret, fimbriæ huius vestimenti à diuersis diripiebantur: qui sepultus in terris, cœlo se viuere multis virtutibus manifestat: nam infirmi plerúmque ad eius tumulum exorantes, acceptâ incolumitate recedunt.* Scripsit epistolam 539. Eumerio Episcopo Nannetensi, de puero ignorante an baptizatus esset, cuius exemplar tomo primo Conciliorum.

6. EVSEBIVS interfuit Synodo Aurelianensi

Aurelianensi 5. an. 549. de quo Fortunatus lib. 1. carm. 12. loquens de templo S. Bibiani quod Santonis honore eximio colebatur: hæc cecinit:

Digna Sacerdotis Bibiani templa coruscant,
Quò, si iusta petis, dat pia vota fides.
Quæ Præsul fundauit ouans Eusebius olim,
Ne tamen expleret, raptus ab orbe fuit.
Cui mox Emerius successit in arce Sacerdos,
Sed cœptum vt strueret, ferre recusat onus.
Qui precibus commisit opus tibi Papa Leonti,
Cuius ad hoc votum iugiter instat amor, &c.
Sacra sepulchra tegunt Bibiani argentea tecta,
Vnanimis tecum quæ Placidina dedit.
Quæ super effusum rutilans intermicat aurum,
Et spargunt radios pura metalla suos.
Ingenio perfecta nouo tabulata coruscant,
Artificémque putes hic animasse feras.

7. Emerivs successit Eusebio, teste Fortunato, depositus in Synodo Santonensi an. 563. per Leontium Metropolitanum Burdegalensem, quòd Regis imperio solùm, absque Cleri populiq; suffragio, nec sine Metropolitani assensu Cathedram iniisset: significat id Gregorius Turon. lib. 4. Hist. Franc. c. 26. cùm ait: *apud vrbem Sanctonicam, Leontius congregatis prouinciæ suæ Episcopis, Emerium ab Episcopatu depulit, asserens non Canonicè eum fuisse hoc honore donatum. Decretum enim Regis Clotharij habuerat, vt absque Metropolitani consilio benediceretur, qui non erat præsens. Quo eiecto, consensum fecère in Heraclium tunc Burdegalensis vrbis Presbyterum: Quod Regi Chariberto subscriptum propriis manibus per nuncupatum Presbyterum transmiserunt. Qui veniens Turonis, rem gestam beato Eufronio pandit, deprecans vt hoc consensum subscribere dignaretur; quod vir Dei manifestè respuit. Igitur post quàm Presbyter Parisiacæ vrbis portas ingressus Regis præsentiam adijt, hæc effatus est: Salue Rex gloriose, sedes enim Apostolica eminentiæ tuæ salutem mittit vberrimam. Cui ille: Nunquid, ait, Turonicam adisti vrbem, vt Papæ illius nobis salutem deferas? Pater, inquit Presbyter, tuus Leontius cùm Prouincialibus suis salutem tibi mittit, indicans Æmilium, sic enim vocitare consueuerant Emerium in infantiâ suâ, eiectum ab Episcopatu, pro eo quòd prætermissâ Canonum sanctione, vrbis Sanctonicæ Episcopatum ambiuit. Ideòque consensum ad te direxerunt, vt alius in loco eius substituatur: quo fiat, vt dum transgressores Canonum regulariter arguuntur, regni vestri potentia æuis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente, frendens Rex eum à suis conspectibus extrahi iussit, & plaustro spinis suppleto imponi desuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: Putásne quòd non est super quisquam de filijs Clotharij Regis, qui patris facta custodiat, quod hi Episcopum, quem eius voluntas elegit, absque nostro iudicio proiecerunt? Et statim directis viris religiosis, Episcopum in loco restituit, dirigens etiam quosdam de Camerariis suis, qui exactis à Leontio Episcopo mille aureis, reliquos iuxta possibilitatem condemnarent Episcopos. Et sic patris est vltus iniuriam.* Quâ de re scribit etiam Baronius ex Gregorio ad annum 566.

8. Concordivs.

9. Didymvs.

10. S. Palladivs prosapiâ nobilis vt refert Gregorius c. 60. de Gloriâ Confess. agens de sarcofago quod extabat in Oratorio, haud procul suburbanâ basilicâ vrbis Santonicæ, sic autem inquit: *hoc sepulchrum non modò peruium arcebat ingredientium, verumetiam qualiter paries qui ab stillicidio infusus fuerat, emendaretur, quia esset contiguus, inhibebat. Qua de causâ Palladius Pontifex ciuitatis, qui ex genere quondam diuitis Palladij descenderat, remouere ipsum summo à loco, nitebatur studio, ita vt coniunctis amplius 300. viris, cùm funibus trahere & vectibus impellere conaretur.* Idem Greg. c. 57. aduertit etiam Palladium Præsulem Martini Santonicæ vrbis Abbatis, in monasterio quò excesserat, vbi fiebant miraculorum virtutes sepulchrum composuisse. Interfuit Concilio Parisiensi 4. an. 573.

Matiſconenſi 2. 585. eique ſcribit Gregorius Magnus Papa l. 5. ep. 50. his verbis: Leuparicus, Preſbyter veſter inſinuauit nobis, fraternitatem veſtram Eccleſiam in honorem beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, necnon Laurentij atque Pancratij martyrum, conſtruxiſſe, atque illic tredecim altaria collocaſſe, ex quibus quatuor necdum dedicata comperimus remanſiſſe, ob hoc quòd ſupradictorum ſanctorum reliquias illic collocare Deo annuente diſponitis. Et quia reliquias Sanctorum Petri & Pauli, necnon Laurentij atque Pancratij martyrum cùm veneratione præbuimus, hortamur vt eas cùm reuerentiâ ſuſcipere, & collocare auxiliante Domino debeatis. Epiſtolâ 52. ad eundem commendat Auguſtinum in Angliam euntem. Gregorius lib. 7. cap. 31. teſtatur Nicetium Aquenſem Comitem in Nouempopulaniâ, Epiſcopum de-
584. lectum à Chilperico circiter an 584. expulſo Fauſtiano, auctoritate Gondobaldi conſtituto, conſecratum fuiſſe Præſulem à Palladio, iubente Bertchramno Burdegalenſi Pontifice, coram Oreſte Vaſatenſi Epiſcopo; eamobrem Regi infenſus extitit, Greg. lib. 8. cap. 2. id ſignificat, cùm ait: tunc Bertchramnus Burdegalenſis Epiſcopus cùm Palladio Sanctonico valde Regi infenſus erat pro ſusceptione Gondobaldi. Sed & Palladius Epiſcopus ob hoc maximè Regis iram incurrerat, quòd ei ſæpiùs fallacias intuliſſet. Diſcuſſi enim ante paululùm fuerant ab reliquis Epiſcopis & Optimatibus Regis cur Gondobaldum ſuſcepiſſent, cur Fauſtianum Aquis Epiſcopum ad præceptionem eius leuiſſimam ordinaſſent: ſed hanc cauſam ordinationis Palladius Epiſcopus à Berthcramno Metropole ſuo auferens, ſuper ſe deuoluit, dicens: *oculi Metropolis mei valde doloribus artabantur, & ego ſpoliatus & contemptus, inuitus ab eo in eo loco adductus ſum. Non potui aliud facere, niſi quæ ille, qui omnem Principatum Galliarum ſe teſtabatur accipere, imperabat.* Meminit præterea Palladij Gregorius, eiuſdem lib. c. 7. & 20. notat, Fauſtiano remoto ab Aqu[illegible]i vrbe, Palladium mulctatum vnà cùm Bertchramno & Oreſte qui eum ordinauerant, vt vicibus alter-
A nis eum paſcerent, ac centenos aureos annis ſingulis miniſtrarent. Fauiſſe autem conſiliis Fredegundis Reginæ, declarant verba Gregorij lib. 8. cap. 43. ſonus his diebus exierat quòd Fredegundis occultos in Hiſpanias nuncios dirigeret, eoſdemque à Palladio Sanctonicæ vrbis Epiſcopo clam ſuſceptos, & inanteà tranſmiſſos fuiſſe. Erant autem eo tempore dies Quadrageſimæ ſanctæ, & Epiſcopus in inſulam maris orationis causâ receſſerat. Secundùm conſuetudinem autem dum ad Dominicæ Cœnæ feſta ad Eccleſiam
B ſuam populo expectante rediret, ab Anteſtio in viâ vallatur. Qui nec diſcuſſâ rei veritate dicebat: *non ingredieris vrbem, ſed exilio condemnaberis, quia ſuſcepiſti nuncios inimicæ domini noſtri Regis.* At ille, *neſcio*, ait, *quid loquaris: tamen quia dies ſancti imminent, accedamus ad vrbem, decurſiſque ſolemnitatum ſanctarum feſtis, poſteà quæcunque volueris, oppone, rationem à me accipies, quia quod reputas nihil eſt.* At ille, *nequaquam*, inquit, *ſed non attinges limina Eccleſiæ tuæ, quia infidelis adparuiſti domino noſtro Regi.* Quid plura? tenetur in viâ Epiſco-
C pus, domus Eccleſiæ deſcribitur, réſque diripiuntur. Ciues cùm homine obtinere non queunt, vt ſaltem vel celebratâ ſolemnitate Paſchali diſcutiatur. Hiſque ſupplicantibus, & illo renitente, tandem patefacit vulnus quod latebat in pectore. *Si*, inquit, *domum, quam intra territorij Biturici terminum habere dignoſcitur, meæ ditioni, venditione factâ ſubdiderit, quæ flagitatis facio. Alioquin non effugiet manus meas, niſi trudatur in exilium.* Metuit negare Epiſcopus, ſcripſit, ſubſcripſitque, ac tradidit agrum. Et ſic datis fideiuſſoribus de præſentiâ
D ſuâ ante Regem, in ciuitatem ingredi permiſſus eſt. Tranſactis igitur diebus ſanctis, ad Regem pergit. Adfuit & Anteſtius; ſed nihil de his quæ opponebat Epiſcopo potuit adprobare. Epiſcopus autem ad vrbem redire iubetur, & vſque ad Synodum futuram dilatatur, ſi fortè aliqua de his quæ opponebantur euidentiùs poſſint agnoſci.

II. S. LEONTIUS in Concilio Remenſi an. 630. apud Flodoardum; 630.
Sigebertus in vitâ S. Maclouij apud

Surium 17. Nouemb. cap. 21.

12. ADELBERTVS.

13. ANIANVS.

14. LEODEGARIVS II.

15. VLRICVS.

16. DIZANTIVS.

17. MAYNARDVS.

18. ALO, quem tradunt Eccle-
siam suam impiè deprædatum fuisse.

19. GRIMOARDVS.

20. IVSTVS.

21. ISLO subscriptus anno 13. Re-
gis Roberti in cartâ Vuillelmi Aqui-
tanorum Ducis, Comitis Pictauensis,
pro cœnobio Burguliensi. Canoni-
cos, seu Clericos in claustro aggre-
gauit. Interest sacro Geraldi Lemo-
1012. uicensis Episcopi 1012. & dedica-
tioni basilicæ S. Saluatoris Lemoui-
censis 1028. necnon recensetur cir-
citer hunc annum in tabulario An-
geriacensi. De eo Chronicon Mallea-
1040. cense an. 1040. *His diebus supradictis*
Islo præerat Santonensibus, cui successit
Arnulfus Boso: ex quo apparet men-
dum reperiri in vulgaris catalogis,
in quibus superinducti Alo, Gautri-
dus, Eluerlieus, & Helias, cùm eo
tempore ex tabulis legitimis cathe-
dram obtineret Islo.

22. ARNVLFVS post Islonem
sedit, vti confirmatur originali carto-
philacij sanctæ Mariæ Santonensis, in
quo appellatur nouus Episcopus: di-
ploma in scriniis num. 75. conten-
tum haud pigebit recitare, cuius ini-
tium est: EGO *Agnes Comitissa com-*
paraui de Vuillelmo de Partentaco au-
ctoritate filij mei Aquitanorum Ducis
Vuillelmi, Insulam quæ vocatur Vicut
in pago Pictauensi, sitam in maritimis
aquæ Seuriæ, habentem sinistro latere
haud multùm castellum Fontenaci, ad
Orientem monasterium S. Petri Mallia-
censis prospicientem, quam de illo supra-
dicto Vuillelmo sic integram emi, vt ni-
hil penitus in eâ remaneret, quod pro
rectum debitum quiuis vnquam recla-

A *mare possit, totam scilicet Ecclesiam cùm*
appendentijs, terram & ædificia, & quæ
inde exire debent consuetudines, pisca-
rias per omne maritimum circumquaque.
Dedi Vuillelmo pro hac insulâ mille &
50. nummorum solid. cùm plurimis auxi-
lijs quæ sibi aliàs feci. Hanc meam em-
ptionem annuit meus filius Pictauinus
Comes Vuillelmus; similiter annuerunt
vxor huius Vuillelmi Partheniacensis
Arengarda nomine, & filius eius prior
natu Vuillelmus, & fratres eius Gosce-
linus S. Hilarij Thesaurarius, & Si-
mon & Geldoinus. Horum pater cùm
istis nominatis filijs iureiurando fiduciam
B *mihi dederunt, nunquam in futurum hæc*
mea emptio & venditio per aliquem de
suis hæredibus reclamaretur &c. Hanc
Insulam sicut emeram, concessi Ecclesiæ
quam apud Xantonas ciuitatem in ho-
nore sanctæ Virginis Mariæ & Omnium
Sanctorum humilis eius ancilla de nouo
fundaui, & Sanctimonialibus in eadem
Omnipotenti Deo, sub S. Benedicti Re-
gulâ seruientibus pro redemptione animæ
meæ, & salute filiorum meorum, tali
tenore supradictæ Ecclesiæ contuli Eccle-
siam cùm appendentijs, & omnia &c. Et
si fortè locus qui est apud Xanctonas
omnino destrueretur, sic destino, vt vbi-
C *cumque aufugeret Abbatissa cùm mo-*
nachabus, vel deueniret, vel hospitare-
tur, huius emptionis nostræ redditionem,
vel expletum sibi & suis accipiat in vi-
uendi vsum. Quod factum vt stabile vi-
deretur, D. Vuillelmus & vxor Aren-
garda filiam quam habebant paruulam
Deo & matri suæ, & omnibus Sanctis
ad inibi seruiendum obtulerunt, & de
hac venditione donum super altare ma-
tris miserunt. Hoc quoque donum con-
firmauimus, & fidelibus test. cartam ro-
borandam tradidimus. Signum Vuillel-
mi Ducis Aquitaniæ, S. Comitissæ Ag-
netis, S. Isemberti Pictaui Episcopi, S.
D ARNVLFI SANTONENSIS *Epis-*
copi, S. Vuillelmi Parthenacensis, S.
Vuillelmi filij eius, S. Ioscelini fratris
eius Thesaurarij S. Hilarij, S. Simonis
fratris eius, S. Geldoini fratris eius, S.
Ebonelli fratris eius, S. Beatricis soro-
ris eorum, S. Hugonis & Vuillelmi ne-
potum eius, S. Hugonis Vicecomitis de
Castroairaldi, S. Stephani Rufi de Ca-
stroairaldi, S. Ioannis de Chinone, S.
Guidonis de Pruliaco, signum Vuillelmi
Bastardi, S. Bucardi de Mauritaniâ.
His & alijs multis videntibus. Actum
est ciuitate Xantonis anno ab Incarnat.

1047. MXLVII. *Indict. XV. Henrico Re-* A *ge Francorum in Dei nomine fœliciter. Amen. Et sciendum quòd omnes Episcopi qui ad Ecclesiam B. Mariæ adfuerunt dedicare, excommunicauerunt illos qui donationes factas illi Ecclesiæ destruxerint. Isti Episcopi fuerunt Archembaldus sanctæ Burdegalensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Hugo sanctæ Bisunticensis Ecclesiæ indignus Archiepiscopus, Aimo sanctæ Bituricensis Sedis Archipræsul, Arnulfus sanctæ Santonicæ Ecclesiæ nouus Episcopus, Hugo Niuernensis Ecclesiæ humilis Episcopus, Vuillelmus Engolismensis Ecclesiæ humilis Sessor, Geraldus Petragoricorum* B *Episcopus, Pudicus sanctæ Nannetica Ecclesiæ Episcopus, Iordanus sanctæ Lemouicensis Ecclesiæ Episcopus.* Memoratur Arnulfus idem præsens consecrationi monasterij S. Ioannis Engeriacensis, sollicitante Agnete Comitissâ Pictauensi, cui interfuêre etiam Præsules Bruno Andegauensis, Guillelmus Engolismensis, & Isembertus Pictauensis. Arnulfus autem dicitur benedixisse caput Monasterij. Transtulit ossa B. Eutropij & Leontij; legitur & in sacro Philippi
1059. Francorum Regis 1059. porrò accusatus fuit quòd Ecclesiarum & or- C dinum Ecclesiasticorum consecrationem simoniacè, & interueniente pecuniâ fecerit, conuictus Synodali iudicio deponitur, ex appendice epist. Alexandri 2.

23. GODERANNVS ex Abbate S. Petri Malleacensis in Pictonibus, discipulus S. Hugonis Cluniacensis Pontificatum Santonensem assumpsit, ita produnt tabularia. De hoc Ildebertus in vitâ S. Hugonis hæc ait: *Goderannus monachus relicto B. Remigij monasterio cùm arctioris disciplinæ gratiâ Cluniacum demigrasset, me-* D *ritorum titulis & prærogatiuâ Malleacensis Abbas effectus, postea Santonensis*
1074. *Ecclesiæ adeptus est dignitatem.* Decessit 8. Idus Augusti 1074. aliis anno sequenti.

24. BOSO Episcopatus gubernacula cœpit post Goderannum anno 1074. vt auctor est Petrus Monachus Malleacensis Chronici Scriptor, ipsi Goderanno coæuus, dum in suo cœnobio Historiam scripsit: quo eodem anno sedisse recensetur in tabulâ Angeriacensi. In cartophilacio B. Stephani de Vallibus hic Boso controuersiam Benedicti de Mauritaniâ, qui cœmeterium huius monasterij violenter inuaserat, necnon res monachorum de Ecclesiâ & domibus cùm armatâ manu rapuerat, composuit, propter quod ipse cùm totâ terrâ suâ excommunicatus fuerat, tandem verò cùm monachis concordiam fecit in manu prædicti Episcopi, & iustitiam Ecclesiasticam quâ tenebatur, solui præcepit, nihil amplius exigendo de cætero, & Boso sigilli chirographo pactum muniuit apud Murciacum, in domo monachorum, per Clementem Notarium suum. Idem subscripserat fundationi Abbatiæ de Vallibus, quæ condita est tempore Synodi generalis, in quâ aderant Boso Episcopus, Eleasarus, & Goscelinus Archidiaconi, 1075. Incarnationis Christi, regnan- 1075. te Philippo Rege, & Gaufrido Duce Aquitaniæ, subscriptis Archipræsule Burdegalensi Goscelino, Guillelmo Engolismensi Episcopo, Bosone præfato; Goffrido Mauritaniæ, Heliâ Didoniæ dominis, Odone Abbate S. Ioannis, Segnino Engolismæ, Goscelino S. Stephani Batiacensis, Arnaudo milite, Hugone de Lesiniaco, Geraudo de Ranco, & Audeberto Comite de Marcâ. Quasdam Ecclesias concessit iisdem monachis de Vallibus. Expulsus autem fuit ab Episcopatu Santonico anno 1081. quod declarat carta Angeriacensis Geraldi Amelij ita desinens: 1081. *Philippo Rege, Gofrido Duce Aquitaniæ, Santonicâ Sede ab Episcopo vacuâ, eiecto Bosone.*

25. RANVLFVS DE BARBEZIEVS I. è prosapiâ illustri dominorum de Barbezillo in Santonibus fortasse oriundus erat, quæ toparchia nobilissimæ gentis de Rupefulcaudi dominio paruit. Ordinatur Antistes in Concilio Santonensi anno 1083. vbi altera Synodus cele- 1083. brata 1088. per Amatum Legatum Burdegalensem Archipræsulem 4. Nouemb. ex chronico citato Malleacensi. Excepit Vrbanum Pontificem Santones venientem, subscripsitque Concilio Aruernensi, ex litteris Vrbani & Paschalis: præsens item an. 1095. facto Regalis basilicæ

BARBEZIEVS.

S. Saluatoris Lemouicensis. Eiusdem mentio habetur in compluribus tabulis Abbatiæ Vallium suæ diœcesis; in tabulâ nempe Reginaldi Abbatis, » & Eliæ domini de Didoniâ anno
1098. « 1098. inquit carta, regnante Vuil» lelmo Duce Aquitanorum qui To» losanam accepit vxorem, & Ram» nulfo Episcopo Xantonico. Nominatur & in donatione Bernardi Descosa nobilis viri, Rainaldo Abbati & successoribus, cuiusdam Ecclesiolæ S. Germani, apud Burdigalam in Ecclesiâ Metropoli per manum Amati Archiepiscopi, & Eblonis Ar-
1104. chidiaconi 1104. regnante Vuillel- B mo Duce, nepote Fulconis Comitis Andegauensis, & eodem Ramnulfo Episcopo. Donauit ædem B. Martini de Arcis cùm decimis Arnaudo Gamno Mauritaniæ militi, qui eam cessit Abbatiæ Beati Stephani; post multas verò contentiones in generali Synodo coram Episcopo & Clericis definitum fuit, vt Abbates S. Stephani iure perpetuo id possiderent, cartarum tabularij de Vallibus instrumento num. 19. Coram eodem Præsule & Archidiaconis, Petrus Gamonis filius, Arnaldúsque eius frater confirmant fundationem S. Ste- C phani Vallium, eísque bona tribuunt ex titulo prædicti cartularij num 56 Ramnulfi eiusdem memoria inueni tur in Angeriacensibus tabulis annis
1100. 1100. & 1102 Ad quem scribit Gaufridus Vindocinensis Abbas lib. 3. epist. 31. vbi laudatur à constantiâ & iustitiæ integritate; item epist 32. pro concordiâ Gaufridi Tauniacensis, & aliis litteris vsque ad 37.

SOVBISE. 26. PETRVS DE SOVBISE I. ex Archidiacono Santonensi; nomi» natur in cartâ Benedicti de Mauri» taniâ militis, fratris Hugonis, duo- D » rúmque filiorum suorum Gaufridi, » atque Benedicti, Guillelmo Comite » Pictauensi, tempore Petri Sulbisien» sis, Episcopi Xanctonensis, qui S. Stephano de Vallibus ad salutem animæ, parentúmque largiuntur quidquid possidebant hucusque in Ecclesiâ S. Eparchij. Extant duæ eiusdem Abbatis Vindocinensis epistolæ lib. 3. ep. 38. vbi eius beneficia & caritatem erga se collaudat, vitæque laudabilis eum prædicat: » item ep. 39. scribit, carissimo domino & præcordialissimo amico Petro, « honorabilis vitæ Episcopo: præterea « de eo mentio in cartis Cluniacensibus & S. Maxentij; sedit annis 8. ac diem postremum clausit an. 1110. 1110.

27. RAINALDVS CARSALIVS CARSALIVS. successit Petro, ex chronico Malleacensi 1110.

28. PETRVS DE CONFOLENT CONFOLENT. II. inauguratus fuit vnà cùm Guillelmo Pictauensi Pontifice an. 1117. idem Chronicon Malleacense. Ec- 1117. clesiam & domum Episcopalem instaurauit, memoratúrque 1122. in cartâ Pictauensis Præsulis Vuillelmi, quâ cedit basilicam B. Geruasij & Protbasij de Prinsiaco, Guillelmo Priori ac Canonicis S. Radegundis Pictauensis.

29. GVILLELMVS GVADRA- GVARDRADI. DI I. filius Baronis de Ionsaco, cuius mentio fit in donatione Vuillelmi Aquitaniæ Ducis, Angeriacensi monasterio, de cameris, domibus, & plateis quas decessores Duces in burgo S. Ioannis possidebant. Adfuit & solemni satisfactioni eiusdem Ducis in basilicâ B. Ioannis exhibitâ anno 1131. quæ habetur in tabu- 1131. lario Angeriacensi. Reperitur & eius epistola ad Vlgerium Episcopum Andegauensem in Notis Ioannis Picardi ad epist. 200. D. Bernardi: nominatur & in pactis concordiæ Petronillæ Abbatissæ Fontisebraudi cùm Mathæo Salmuriensi Abbate 1136. In Gestis autem Comitum Engolismensium pax ordinata ipsius interuentu & Lamberti Engolismensis Præsulis refertur, inter Ducem Aquitaniæ, ac Vulgrinum Comitem.

30. BERNARDVS I. ex Priore Abbatiæ Sabluncellensis, Ordinis S. Augustini, ad Episcopatum sublectus est an. 1137. quod intelligitur ex au- 1137. tographo cartophilacij Abbatiæ S. Stephani de Vallibus, nunc primum in lucem edito: cuius tenor num. 29. sic habet: EGO BERNARDVS « Xanctonensis Episcopus, omnibus in « Christo fidelibus tam præsentibus « quàm futuris. Cùm in secularibus ne- « gotiis antiqua sit consuetudo testi- « bus & scripto, quæ rationabili & pru- « denti consilio gesta sunt, vt rata ha- «

» beantur, firmare, expedit in Eccle- A
» siasticis id fieri, quibus malignantium
» prauitas impugnans veritatem sæ-
» piùs nititur obuiare. Notum itaque
» fieri volumus, quòd Ecclesia B. Ste-
» phani de Val. quam Vu. de Monte-
» andronis dominus castri Didoniæ su-
» per quibusdam, eâ tam renitente in-
» festabat, ab omni exactione & illius
» & omnium successorum suorum im-
» munem se fecit, cùm de illis inter se
» altercarentur, hoc modo asserebat,
» siquidem Vu. ille in mansionariis ho-
» minibus illius Ecclesiæ, quàm illustres
» viri qui eam fundarunt possessioni-
» bus suis & reditibus ditarunt, quas- B
» dam exactiones & consuetudines se
» habere, de quibus has cæteris præ-
» ferebat, dicens quòd homines illius
» Ecclesiæ armis illum sequi quærens,
» terram suam hostes sui ingrederen-
» tur, & quòd ad mandatum suum
» cùm illos vocaret, venire debebant,
» quòd nisi facerent, pascua quæ sua
» esse dicebat, & vias, & aquas, &
» omnia quæ illius essent, illis inhibe-
» renr: & contra verò Ecclesia ista in-
» stantiùs cùm omni reluctamine hæc
» omnia negabat, asserens quòd nec
» consuetudines istas, nec vigeriam,
» nec exactionem aliquam in homini- C
» bus suis habebat, nec habere debe-
» bat, nam ex his omnibus & aliis ex-
» actionibus à primo lapide per tem-
» pora longa se fuisse liberam, & ho-
» mines suos, & esse debere dicebat,
» cùm verò hæc esset prædicti Vu. im-
» petitio, & negantis Ecclesiæ refu-
» tatio, inter eos pax inuenta est, me-
» diante concordiâ, & finis sic huic
» impetitioni, & querelæ Ecclesiæ im-
» positus, vt imposterum extincta ra-
» dicibus ita succideretur, quòd nec
» ille Vu. nec aliquis successor eius su-
» per his in aliquo Ecclesiam illam,
» vel homines suos infestare, nec ali- D
» quid ab eis violenter vnquam exi-
» gere deberet, nolens ..... Ecclesia
» quod suum erat retinere, quod sæ-
» pe fit: dedit 10. libras efforciatorum
» nummorum caritatiuè prædicto Vu.
» & iustæ an iniustæ forent illæ consue-
» tudines & exactiones, quascunque se
» ibi habere dicebat, Ecclesiæ illi &
» hominibus suis omnes eas finiuit &
» concessit tam in vigeriâ, quàm con-
» tra hostes terram suam ingredientes,
» prosecutione & hominum ante se
» aduocationem & in cæteris omni-

bus exactionibus quæ qualicunque «
modo ab hominibus illis exigebat, «
indultâ & concessâ libertate illis & «
pascuarum, & aquarum, & viarum «
quæ omnia communia debent esse: «
concessit nihilominus vt si super ali- «
quo de hominibus illis clamaret pro «
quolibet delicto, nec per se, vel per «
alium ad exequendam inde sibi iusti- «
tiam vocaret, nec cogeret, si cla- «
mans ad Abbatem prædictæ Eccle- «
siæ querelam suam illi ostenderet, «
qui de homine suo ante se iustitiam «
& clamanti faceret. Factum est hoc «
& concessum à iamdicto Vu. 5. Idus «
Decembris in domo Religiosorum «
Fratrum de Sabluncellis, apud S. «
Romanum de Benais, vbi ratum ha- «
beretur imposterum ipsemet huic «
cartæ ipsâ manu subiacens signum «
fecit in præsentiâ nostrâ, videntibus «
& audientibus Sigmino Abbate illius «
Ecclesiæ de Val. & Ioanne Vicario «
Fratre Sablnncellensi, & Vv. Alear- «
di Capellano nostro Cathedrali Ca- «
nonico Xanctonico, & Magistro Ga- «
bardo de Medis, & Magistro Osten- «
sio de Didoniâ Presbyteris, Ram- «
nulpho domino de Talamnndo ca- «
stro, & Heliâ filio suo, & Guiberto «
de Didoniâ, & Vu. Bouone, & Gon- «
baudo Arnaudi militibus, & aliis mul- «
tis tam Clericis quàm Laicis. Quod «
nos ne à memoriâ decideret, ad mu- «
nimentum rei, & præsentem cartam «
exinde præcepimus fieri, & sigilli «
nostri impressione muniri anno quo «
factum est 1151. ab Incarnat. Do- « 1151.
mini Indict. 15. Romano Pontifice «
domino Eugenio, Ludouico Rege «
Francorum & Duce Aquitanorum, «
domino Gaufrido Burdegalensi Ar- «
chiepiscopo, Episcopatus nostri 5. «
anno 10. Cùm Gisleberto Porreta- «
no Pictauensi, & Gaufrido Burde-
galensi Pontificibus aperuit capsam
S. Petri Puellaris: concordiam fecit
inter Andegauensem Ecclesiam &
monasterium Fontebraldense, ab A-
postolicâ Sede institutus arbiter dis-
sidij cùm Metropolitano Burdega-
lensi, vbi adstitit coram aliis com-
prouincialibus Episcopis in contro-
uersiâ aliâ Gisleberti præfati cùm
Mascelino Abbate D. Cypriani, pro
Ecclesiis de Bonolio, & S. Saturni-
ni extra muros vrbis Pictauensis 4.
Calend. Septemb. apud S. Roma-
num de Benais, iuxta locum de Sa-

bluncellis 1149. eodem anno eiusdem fit mentio in cartis Abbatiæ Gratiæ-Dei, & in Malleacensi an.
1151. 1151. seu iudicio lato per Ludouicum 7. contra Sebranum Chabotium Militem nobilissimum, pro iure Custodiæ Malleacẽsis Abbatiæ, præsens & Synodo Burdegalensi quam conuocauit Metropolita in causâ monasterij sancti Petri Generensis. Porrò sedente Bernardo fundatur basilica S. Bartholomæi Apostoli in Alnisiensi tractu, cuius tabulam ex chirographo monasterij Absiæ in Pictonibus sic deprompsimus: TEMPORIBVS *Ludouici Regis Minoris, filij Ludouici Magni Regis Francorum, qui mortuo Guillelmo Pictauorum Comite apud S. Iacobum, filiam eius consilio & voluntate patris cùm Consulatu Pictauensi, & Aquitanorum Ducatu sibi coniugio copulauit. Insurrexerunt in pago Alniensi duo viri consanguinei, Elbo de Maloleone, & Gaufridus de Rupeforti cùm filijs sceleratis, filijs inquam Belial, disperdentes totam terram, & interficientes homines, & castrum Iulij supra mare positum cùm viris & munitionibus nihilominus possidere cupientes. Hoc igitur castrum cùm adiacenti patriâ dominus Isambertus vir per omnia pacificus iure paterno possederat, quoadusque prædictus Comes inuidiæ stimulo agitatus, clandestinâ obsidione exinde quasi idem illum expulerat. Et quoniam præfati duo viri Elbosius & Goffridus videbantur esse de genere & familiâ ipsius Isamberti, adeuntes Ludouicum Regem impetrauerunt ab eo tam verbis pacificis, quàm armis dominium totius terræ, retenta ab eo duntaxat munitione castri Iulij, cùm medietate reditum Rochellæ. Deinde duobus his pacificatis, qui priùs discordiam inter se propter eandem possessionem habuerant, plurimis terra in conspectu eorum à prælijs, & dum pacificè dominarentur in territorio Alnisiensi multitudo hominum tam indigenarum, quàm aduenarum ex diuersis orbis partibus illuc per terram & mare applicantium, postulauerunt à prædictis dominis ad habitandum, campum Guillelmi de Syrc, qui erat villæ & portæ contiguus. Quia enim graue erat eis propter viæ longitudinem adire parochialem Ecclesiam S. Mariæ de Connia in superiori parte ipsius villæ sitam, postulauerunt sibi in campo prædicto Ecclesiam fieri in honore S. Bartholomæi Apostoli. Prænominati igitur duo viri eorum petitioni acquiescentes, conuenerunt Priorem Ayensem Guillelmum videlicet, & alios fratres suos ad quorum ius spectabat parochia matris Ecclesiæ totius Rochellæ, putantes vt commodùm, vt dictum est, ædificarent Ecclesiam: & ad ædificium operis vrgendum largiti sunt monachis 20. cubitos terræ in longitud. & totidem in latitud. vbi Guillelmus Prior instantibus fratribus cœpit ædificare Ecclesiam per manum Petri de Mogeno monachi sui, cui hoc opus pro remedio animæ suæ iniunxerat: Vnde iratus Bernardus Xantonensis Episcopus, in cuius diœcesi est Rupella, prædictum opus Guillelmo Priori interdixit. Quâ de causâ Guillelmus Prior consilio Fratrum suorum cùm domino Abbate Cluniacensi perrexit, & Papæ Eugenio apud Signiam ciuitatem tunc constituto rem gestam exponens, licentiam & concessum & libertatem ædificandi Ecclesiam sicut volebat, ab eodem Papâ obtinuit, insuper ad confirmationem rei literas Apostolicas ad Xantonensem Pontificem destinatas retexit. Datas anno 1152. Signiæ 10. 1152.
Cal. Martij.* Interfuit verò exequiis Gisleberti Porretani apud sanctum Hilarium Pictauis 1154. mense Septembri. Recensetúrque in titulo monasterij de Vallibus, quo cœnobium S. Petri Solliacensis, ex iure Abbatiæ Vallium, transfertur in dominationem Malleacensis. Ex relatis supra titulis est probabilis coniectura, expungendum ab albo Episcoporum Pontium de Pontibus, vel intra collocandum, cùm locum obtineat in vulgatis catalogis Pontificante Guillelmo, qui Bernardo decessit.

31. AIMARVS CARBONELLI CARBONELLI.
interest dedicationi Abbatiæ sancti Amantij Buxiensis anno 1177. &
Concilio Lateranensi 1179. delega- 1177.
turà Lucio 3. Pontifice iudex in causâ Guillelmi domini de Viuonâ in Pictonibus cùm Canonicis S. Hilarij 1184. & in Bibliothecâ Cluniacensi bonæ memoriæ dicitur ab Vrbano 3. cùm agitur de lite composità inter monachos Cluniacenses & 1186.
Petrum Archipresbyterum de Rupellâ circiter 1186.

32. HVGO I.

33. HENRICVS præfuit anno

1191. 1191. cuius memoriam facit vetus A cartula monasterij S. Stephani de Vallibus, quæ sic habet num. 21. *Ego Arnaudo Gemo, miles de Vall. excogitans quanta mala Ecclesiæ S. Stephani de Vallibus & eius membris intuleram &c. dedi præfatæ Ecclesiæ locum qui vulgo appellatur Defens: præterea quidquid iuris habebam in duabus mansionibus Petri Bru & Vu. Fou, & 10. solidos singulis annis ad illuminandam Ecclesiam. Actum apud Valles in manu Vu. Fanelli Abbatis qui tunc Ecclesiam regebat, qui me monachum fecit, & ad religionem huius Ecclesiæ me suscepit, Incarnati Verbi anno 1198. Innocente Papâ 3. regnante Philippo Rege Francorum, Richardo Rege Angliæ, Othone Ducatum Aquitaniæ feliciter gubernante, Henrico Episcopo Xanctonensi. Testes sunt S. Frio. eiusdem Abbatiæ, G. Prior S. Palladij, S. monachus, P. Archipresbyter Arnerii, R. de Montandrâ Clericus, A. Andros Clericus, Vu. Bocha & P. Sanaria milites, & domina Nembriea quæ hoc donum voluit & concessit.* Eodem sedente, Petrus de Didoniâ dominus de Tauniaco & de Roiano, cessit quidquid iuris habebat in Vicariâ de Vallibus monasterio; in originali autem C » dicitur, quòd cùm Guibertus de Di» doniâ pater suus violenter depræ» dasset cœmeterium Abbatiæ, Ber» nardus Episcopus eum excommuni» cauit: postea verò pœnitens resipuit.

1198. (margin)

1213. Actum anno 1213. Testis & in litteris Othonis Ducis Aquitanorum, Comitis Pictauensis, quibus cessit Fratribus Templi molendina de Rupellâ. Eiusdem hospitalis Hierosolymitani fratribus indulget priuilegium, Richardus Rex Angliæ, Dux Normanniæ, & Aquitaniæ, Comes Andegauensis, testibus S. Lemouicensi, H Santonensi Episcopis, Bal- D » duino de Bethune, Vualeranno de » Ferrariis, Roberto de Harrecourt, » Gaufrido de Sei, Aimerico Vicecomite de Thouars, Hugone le Brun, » Berlai de Monsteriolo, Ioanne Præ» posito de Doué. Datum per manus » Vuillelmi Eliensis Episcopi, Aposto» licæ Sedis Legati, Cancellarij nostri » apud Spiram 5. die Ianuarij anno » quinto regni nostri. Legitur & cap. » 34. tabularij Vallium in actu cessio» nis G. de Mauritaniâ, donantis Ec» clesiæ S. Stephani apud Valles ab Incarnatione 1201. Innocente Papâ 3. Philippo Rege Franciæ, Ioanne Rege Anglorum Ducatum Aquitaniæ tenente, Henrico Episcopo Xanctonum fœliciter existente, inquit tabula. Idem verò donationem probat Petri de Didoniâ domini de Talniaco, Abbati & monachis eiusdem loci an. 1213. 1213.

34. Helias I. confirmauit Vuillelmum Fortem Malleacensem Abbatem, Hugone de Lisiniaco Comite Marchiæ 1225. quem Episcopum frustra quæres in catalogo Santonensi, huius enim indicium debetur Chronico Malleacensi. 1225.

35. Boamundus anno 1237.

36. Pontius de Pons, I. Radulfi ex claro & antiquo dynastarum de Pontibus in prouinciâ Santonicâ, genere satus, præerat 1260. quòd testantur tabulæ genealogicæ familiæ. Pons D'argent à la fasce bandée d'or & de gueulle de 6. pieces 1260.

37. Helias de Fors II. 1265. Fors.

38. Petrus Laudis, II. 1267.

39. Pontius de Pons II. superioris nepos ex fratre Reginaldo Pontium Domino, & Agathâ Engolismensi matre, Hugonis Bruni ex toparchis Lesiniaci filiâ frater, & Pontij Decani Santonensis, Episcopatum gerebat 1275. 1275.

40. Gaufridus de Saint Briant I. 1281. & 1284. quo anno scribit Simoni de Belloco Archiepiscopo Bituricensi in cartulario eiusdem Ecclesiæ: executor fuit testamenti Guidonis de Lesiniaco cùm Galtero Pictauensi, ex actis Curiæ Parisiensis. S. Briant 1281.

41. Gaufridus d'Archiac, II. cuius nominis vetusta & nobilis progenies dominorum de Archiaco in Santonibus 1293. Concilium Episcoporum habitum est 1294. apud Pontes in eâ diœcesi, pro decimâ Regi Philippo Pulchro concessâ. Archiac De gueulle à deux pals de vair au chef d'or. 1293.

42. Ranulfus Carelli, II.

43. Hugo de Neufville Neufville. alias

aliàs Gvido, ex Podiensi Antisti- A te; obiit 7. Idus Aprilis 1321. in Calendario S. Germani de Pratis.
1321.

44. Gvillelmvs de la Roche, ii.

La Ro-che. 45. Theobaldvs de la Roche nepos Guillelmi, collector decimæ Regalis in suâ diœcesi 1324. de quo Acta Consistorialia; administrauit & Episcopatum 1329.
1329.

de Gar-do. 46. Stephanvs de Gardo 1342. obiit 1351. ex dictis Actus Coosistorialibus.

du Pvy. 47. Gaillardvs dv Pvy Gregorij xi. Papæ affinis, frater Ebbonis Præsulis Carnotensis, electus fuit 1351. 8. Februarij, ex iisdem Actis Consistorialibus. Coostruxit aulam Episcopalem Rupellæ 1360.
1360.

Angov-lesme. 48. Raimvndvs d'Angovlesme, i. Anenione decessit ante adeptam possessionem 1380.
1380.

de Be-rengiis 49. Helias de Berangiis iii. memoratur ao. 1381. 28. Ianuarij in Actis Consistorialibus.

de Saltv. 50. Bernardvs de Saltv ii. 1398. 24. Iulij ex tabulis Vaticani: qui Lutetiam anno 1399. detulit sacrum Sudarium Caduniensis monasterij.
1399.

Cheve-non. 51. Bernardvs de Chevenon iii. ex cartis Santonensis Ecclesiæ præfuit an. 1410.

Pervse. 52. Gavfridvs de Pervse iii. Episcopus cooptatur an. 1411. die 17. Iulij in Actis Consistorialibus; Legatus Apostolicæ Sedis cùm Archiepiscopo Pisano, necnon ad D collectam subsidij Ecclesiastici pro vnione Ecclesiæ. Is Carolo 7. Regi erat ab interioribus consiliis, quod patet ex tabulâ an. 1422. die 14. Decembris: nam intuitu officiorum quæ ipsi à pluribus annis in magni momenti negotiis apud Santones exhibuerat, summam pecuniæ ei largitur, ita habent Regesta Cameræ Computorum Parisiensis.
1411.
1422.

Bovrsier. 53. Ioannes le Bovrsier anno 1425.

54. Gvido de Rochechovard dominus de Vassilene, Aimerici 2. Mortuimaris toparchæ ex Ioannâ d'Angle filius; præerat Ecclesiæ Santonensi ab an. 1441. 26. Aprilis. Codicillos testamenti conscripsit anno 1469. iis verò hæredem statuit nepotem suum Ioannem de Rupecauardi Equitem. 1469.

Roche-chovar. Conti-cy-deua i.

55. Lvdovicvs de Rochechovard, i. ex Archidiacono Santonensi, Guidonis nepos, Ioanne 1. Mortuimaris domino, & Ioannâ de Torsay coniuge secundâ natus; B cuius electio confirmata à Primate Bituricensi in litteris Caroli 1461. 1461. datis Magduni super Euram, coram quo Primate ius electionis ad Episcopatum Santonensem ventilauerat contra Alanum de Coetiuy, Cardinalem S. Praxedis, qui se dicebat Administratorem perpetuum Santonensis Episcopatus, in litteris Petri Cadoeti Officialis, & Vicarij Ioannis Archipiscopi Bituricensis. Ei scribit Robertus Gaguinus epist. 23. 26. & 39. cuius Ludouici extat epigramma in versificatoriam artem ip- 1472. sius Gagnini. Pootificio munere fun- C gebatur adhuc 1472.

Ro-che-chovard.

56. Petrvs de Rochechovard iii. Ludouici oepos, ac filius fratris Ioannis 2. Baronis de Mortuomari, dynastæ de Viuonâ, & Margaritæ Ambasiæ sororis Georgij Cardinalis: germanos habuit Archidiaconos Ioannem & Ludouicum Maioris monasterij Abbatem. Hic concordiam inijt cùm Decano & Capitulo Cathedralis suæ, námque asserebant Ludouicum decessorem Petri immediatum, tabulis vltimæ voluntatis instituisse hæredem Ecclesiam: at eorumdem oomine Hugo de Ponuillâ Cantor & Canonicus Santonensis paciscuntur, de omnibus actionibus quas vindicabant aduersùs Margaritam de Ambasiâ, & natos suos, quæ domina vt immunis esset à debito Pedi pastoralis & mitræ Episcopi Guidonis, legat pecuniæ summam 26. Iunij 1509. quod documentum in veteribus tabulis familiæ Rupiscauardi continetur.

Roche-chovard.

57. Raimvndvs Peravld, ii. Cardinalis Gurcensis, Nuncius

Peravld.

Apostolicus per vniuersam Germaniam, & Diui Egidij Surgeriensis Prior, vbi & natalitia sortitus: post Petrum, ad patriæ suæ Episcopatum sublimatur: Purpurâ ornatus ab A-
1493. lexandro VI. Pontifice anno 1493. 12. Cal. Octobris, fauore Maximiliani I. Imperatoris, & in Consistorio illi adscriptus est titulus S. Mariæ in Cosmedin, mox S. Vitalis, atque etiam B. Mariæ Nouæ 1499. nomine Pontificum Pauli 2. Sixti 4. & Innocentij 8. pro bello Turcico in Germaniam delegatus ad colligendas pecunias, cùm eas pro libito distribuisset, reuersus, ac non ita prosperâ famâ vsus in eâ functione, priuatus Romam ingreditur, nullo obuiam procedente ex sacro Collegio, vti moris erat. Legationem gessit quoque apud Maximilianum Cæsarem, & à Iulio 2. insignitus est Viterbiensi, cuius Ecclesiæ Pontificatum, aut Nouariensem etiam nunquam administrauit. Mortuus anno
1505. 1505. conscripsit librum de dignitate Sacerdotali super omnes Reges terræ; de actis suis Lubeci & in Daciâ; epistolas aliquot: iacet Viterbij in æde S. Trinitatis Augustinianorum, cùm hoc epitaphio: RAYMVNDVS PERAVLDI *patriæ suæ Santtonensis Episcopus, ac sanctæ Rom. Eccl. Presbyter Cardinalis Gurcensis, proque eâ Legatus, adeò opulentiæ contemptor, vt elargiendo nihil sibi relinqueret, ab Iulio tamen II. Pontifice Maximo ditatus, dum Patrimonij legatione fungitur. Viterbij obijt Nonis Septembribus, anno salutis* MDV. *vtque ab Iulio tradita solùm retinere cœperat, sic monumentum hoc haud quæsitum reuerentiâ eiusdem approbare credendum est. Vixit annos septuaginta.*

SODERIN. 58. FRANCISCVS SODERIN Florentinus, è stirpe nobili Soderinâ, Cardinalis Volaterranus vulgò dictus, & eiusdem sedis in Etruriâ Episcopus, tandémque Ostiensis, & sacri Collegij Cardinalium Decanus. Nascitur 1453. 10. Iunij parentibus Thomâ Soderino, & Dianorâ Tornabonâ. Qui à puero ad omnes disciplinas nobiles Pisis institutus, leges publicè etiam professus singulari existimatione, creatur Antistes Volaterræ 1478. à Senatu Florentino ad Sixtum IV. missus, vt postularet

A nomine Reipublicæ à censuris Ecclesiæ absolui. Innocentio VIII. Pontifici ad Apostolicum thronum assumpto pariter gratulatus est, & obsequium publicum patriæ spopondit an. 1484. quin & Reipublicæ Florentinæ iussu comes datur Carolo 8. dum Regno Neapolitano recuperando exercitum Mauortio robore per Italiam deduceret. In Galliam verò eodem munere Legati perfunctus apud Ludouicum Regem 1498. tum Mediolani, Neapolitano regno armis parto gratulatus est, Petro autem ipsius germano perpetuo Flo-
B rentiæ Dictatore designato, Alexander VI. eum Purpurâ dignum censuit, honestatus titulo S. Susannæ 1503. pridie Cal. Iulij, & Romam reuersus, à suis Florentinis faustâ vbique gratulatione excipitur. Exinde summâ pollens rei aulicæ prudentiâ, gratiam apud Regem Francorum Ludouicum XII. promeruit, à quo Episcopatum hunc Santonensem consequutus est: inde Cortonensem & Vincentinum, abdicatâ Volaterrensi Ecclesiâ. Sed posteà, vt se habent rerum vices, in Leonem X. traditur conspirasse, at cri-
C men confessus, à Pontifice veniam postulauit, in arce S. Angeli Romæ ergastulo mancipatus, Leone extincto, cùm in Adriani VI. gratiam redijsset, ab eâ excidit, ac tanquam publicæ pacis perturbator in Adriani mole iterum coniectus, teterrimum squallorem carceris expertus est; eodem defuncto, gratiæ suffragandi restitutus in Comitiis. Romæ tandem decessit Decanus sacri Collegij anno 1524. die 17. mensis Iulij, 1524. tumulatus ad S. Mariam de Populo cùm hoc breui titulo: *Francisci Soderini Episcopi Ostiensis, & Volaterra-*
D *ni depositum.* Hactenus Vghellus: qui consulendus in Episcopis Volaterranis, Ciaconius, Victorellus, & alij, à quibus vir celebris, omnique litterarum, ac scientiarum genere peritissimus dilaudatur.

59. IVLIANVS SODERIN Florentinus, Pauli Antonij fratris Cardinalis Francisci natus, cessione patrui Volaterranus. Præsul creatur 1509. sub Iulio 2. adfuit Concilio Lateranensi, translatus inde ad Ecclesiam Vicentinam, permutatione SODERIN.

factâ cùm Francisco de Ruuere 1514.
12. mensis Iunij, quem Pontificatum
rexit ad an. 1521. Santonensem in-
super Episcopatum in Galliis regen-
dum suscepit: vir excelsi animi &
Galliarum Regi ita addictus, inquit
Vghellus tomo 5. vt eum non semel
ad regnum Italicum inuadendum
incitarit. Verùm detecto secreto,
Adrianum VI. Papam compulit ad
iram in patruum Cardinalem, tantæ
molis conscium, quem Pontifex, Iu-
liani interceptis litteris, in Adrianâ
mole coniecit tanquam Italiæ tran-
quillitatis perturbatorem: Iulianus
verò longè, tutóque loco in Galliâ
positus, Pontificis iram euasit: de-
1544. functus an. 1544. 30. Iulij, sepultus
est in suâ Ecclesiâ Santonensi. Ha-
buit verò Vicarium generalem Ca-
rolum Gommart Canonicum & Ar-
chidiaconum de Alnisio, Priorem
Subisiensem anno 1520. In actis Ca-
meræ Rationum Regiarum reperi-
tur Episcopus Santonum ODETVS
DE BRETAGNE Francisci 2. Co-
mitis de Vertus, domini d'Auaugour,
& Magdalenæ d'Astarac filius, qui
1548. anno 1548. Nouemb. 14. hominium
exhibuit Comitatus Virtutum in
Campaniâ, procuratorio nomine
Francisci Comitis: at cùm designa-
tus fuerit tantùm, nec consecratus,
imò vxorem duxerit, vt videre est
tomo 2. Historiæ Genealogicæ Re-
giæ Domus Franciæ Sammarthano-
rum, inter Episcopos vix locum ha-
bet in tabulis Ecclesiæ Santonensis.

BOVRBON. Comme cy-deuant.

60. CAROLVS DE BOVRBON
Cardinalis Vindocinensis, ex Niuer-
nensi Antistite factus Santonensis
1544. inde translatus est ad Archie-
piscopatum Rotomagensem regiâ
1550. nominatione 1550.

BIZET. D'azur au sautoir engreslé d'or, accompagné de 4. bizets de mesme.

61. TRISTANDVS DE BIZET
origine Trecensis, & Clarauallensis
monasterij alumnus, Abbas S. Ni-
colai in Bosco, diœcesis Laudunen-
sis, & Signiaci, Episcopus huius se-
dis factus post Carolum Borbonium
anno 1550. interfuit Concilio Tri-
1577. dentino, & anno 1577. legauit Col-
legio Bernardinorum Parisiensi mil-
le libras Turonicas annui census,
apud quos iacet, extinctus 1579. cor
sepultum in Clarauall e ante altare
Omnium Sanctorum; illius autem
A epitaphium huiusmodi est Lutetiæ:
*TRISTANDO DE BIZET Trecen-
si, Claraualliæ Religioso, Xantonensi E-
piscopo, S. Bernardo, cuius reliquias
argenteâ capsâ includi curauit, deuotis-
simo, ac de Bernardinis, quorum studia
fundatione iuuit, meritissimo: frater Ni-
colaus Boucherat Cistercij Cœnobiarcha
postremæ voluntatis executor posuit.
Vixit an. 80. obijt 6. Idus Nouemb.
MDLXXIX.*

CORNV. D'or au massacre de gueulle à l'aigle eployé de sable en chef.

62. NICOLAVS LE CORNV
sacri Consistorij Consiliarius, Am-
brosij domini de la Courbe de Breé,
B Torquati Equitis & Magdalenæ de la
Iaille filius, consecratur anno 1576.
interfuit Concilio Prouinciali 1583. 1583.
& Comitiis regni generalibus Pari-
siensibus 1614. sequenti anno Bur-
digalæ 25. Nouembris Philippum
Hispaniæ Principem, nunc Regem
huius nominis quartum, cùm Elisa-
bethâ Francicâ Regis Ludouici 13.
sorore, nuptiali fœdere copulauit.
Post annos sedis 41. diem postre-
mum obijt mense Iulio 1617. condi- 1617.
tus in Cathedrali.

RAOVL.

63. MICHAEL RAOVL ex A-
C gente Cleri Gallicani in Comitiis
Parisiensibus anni 1606. posteà de-
lectus est cùm Nicolao antecessore
à Clero Senescalliæ Santonensis ad
Comitia regni generalia Lutetiæ;
demum ex Decano Santonensis Ec-
clesiæ in Episcopatum successit 1618.
quo Præsule Rupella hæreticæ pra-
uitatis propugnaculum in suâ diœ-
cesi, Ludouici 13. Iusti victricibus
armis expugnatur desinente anno 1630.
1628. Mortuus est Michael an. 1630.

RAOVL. Comme cy-deuant.

64. IACOBVS RAOVL supe-
rioris nepos ex fratre Guillelmo, su-
D premæ Rationum Curiæ Nannetensis
sis Præside, consecratur die 11. Ianua-
rij 1632. à Philippo Cospeano Nan- 1632.
netensi Præsule in Cathedrali suâ,
Sebastiano de Rosmadec Venneten-
si, & Clandio de Rueil Andegauensi
Episcopis assistentibus. Vocatur ad
Comitia Cleri Lutetiæ nomine pro-
uinciæ Burdigalensis 1635. & 1645. 1645.
deinde ad Malleacensem Episco-
patum in Pictonibus translatus an.
1646. quâ Ecclesiâ Regis Christia-
nissimi auctoritate, & decreto Pon-
tificio Innocentij x. Rupellam no-

uam Sedem Episcopalem translatâ, primus Antistes nominatur à Ludouico 14. cui ex debito officij clien-
1648. telæ iusiurandum præstat 4. Septembris 1648.

Bassonpierre. D'argent au cheuron de trois pieces de gueulle.

65. Lvdovicvs de Bassonpierre ii. Abbas de Chery, & S. Georgij de Balcheruillâ diœcesis Rotomagensis: primus Eleemosynarius Philippi à Franciâ Andegauensis Ducis. Francisci domini de Bassonpierre, ex nobilibus Lotharingiæ Helueticæ Legionis Præfecti, & Equitum Franciæ Tribuni filius. Ex nominato Olorensi Antistite huc translatus est anno 1647. Parisiis die
1649. 17. Ianuarij 1649. inauguratur in æde Visitationis S. Mariæ prope arcem Bastiliæ, vici sancti Antonij, ab Henrico de Bethune Burdegalensi Archiepiscopo & Metropolitâ, sacro operantibus Bartholomæo d'Elbene Aginnensi & Philiberto Brandon Petrogoricensi Episcopis; is latice tinxit in sacello monialium vi-
1653. ci de Chaliot 8. Februarij 1653. Benedictam Henrietam Philippam de Bauariâ, Comitissam Palatinatus Rheni, susceptore prædicto Duce Andium Philippo, & Angliæ Reginâ.

SARLATENSES
EPISCOPI
ET DOMINI.

Sarlat en Perigord.

EST in pago Petrogorensi Sarlatum oppidum sub Archiepiscopatu & Parlamento Burdegalensi; vicus tantùm appellatur in vitâ S. Sacerdotis Præsulis Lemouicensis; ibi cœnobium vetus S Saluatoris, Ordinis D. Benedicti aliàs extructum fuit, quod tabulæ Abbatiæ perhibent à Pipino, aut etiam à Carolo Magno Imperatore fundatum: Bertrandus Comes Petrogoricensis locum Sarlatensem eidem Abbatiæ donauit, in quâ B. Sacerdotis Episcopi corpus asseruatur. Ioannes xxii. Summus Pontifex monasterium illud Episcopali fastigio insigniit an-

A no 1317. delibato ipsius territorio à
Sede Petragoricensi, & certos limi- 1317.
tes præfixit, quod ex publicis tabulis Episcopatus innotescit, quarum is tenor: Ad Perpetvam *rei memoriam. Dudum considerantes attentiùs, & intra pectoris claustra meditatione sollicitâ reuoluentes, quòd in tantâ multitudine populi quantâ fœcundauit Altissimus Ciuitatem & diœcesim Petragoricensem, singulorum vultus nequibat, vt condecet, vnicus Pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, quàmque durum erat atque difficile in eadem diœcesi, quæ lata & diffusa existit, ad*
B *vnum tantùm à tot personis Ecclesiasticis & mundanis recursum haberi. Nos ad augmentum cultus diuini, & spiritualem animarum profectum salubriter intendentes, præmissis & alijs suadentibus iustis causis, cum Fratribus nostris plenè discussis, de ipsorum concordi consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, ac ex certâ scientiâ, nostram diœcesim Petragoricensem in duas diœceses diuidentes, volumus, & auctoritate Apostolicâ decreuimus, quòd præter ciuitatem Petragoricensem quæ suam propriam & distinctam haberet diœcesim, certis finibus limitandam, Ciuitas Sarlatensis olim*
C *villa dictæ diœcesis, quam veluti ad hoc conuenientem & accommodam eadem auctoritate in Ciuitatem ereximus, & Ciuitatis vocabulo duximus decorandam, separatam habere diœcesim, à diœcesi remansurâ Ecclesiæ Petragoricensi, certis limitibus distinguendam. Et quòd Ecclesia sancti Sacerdotis quondam monasterij Sarlatensis esset, & ex tunc haberetur perpetuò Cathedralis, prout hæc in nostris super hoc confectis litteris seriosius continentur. Nuper autem per quem modum diœceses distingui & limitari debeant, & possint accommodè, & quæ & quanta de ipsis sit portio eidem*
D *Sarlatensi diœcesi deputanda, & qualis & quanta præfatæ Petragoricensi diœcesi remansura, & quid & quantum vtrique ipsarum conueniat, per fide dignas & sufficientes personas pleniùs & seriosius informati; ac per hoc ad separationem & limitationem dictarum diœcesum, in Dei nomine procedentes, volumus & decernimus infra scriptas separationem & limitationem, & deputationem nostras, eadem auctoritate ac de eiusdem plenitudine potestatis, in perpetuum inter dictas diœceses inuiolabiliter obseruandas, videlicet vt flumina*

Vesere & Dordoniæ ex nunc & in perpetuum dictas Petragoricensem, & Sarlatensem diœceses, prout sequitur, diuimant, conterminent & distinguant. Vt quæcunque videlicet vltra idem flumen Vesere, sicut descendit & fluit de Castro dicto de Larcha, quod est in Lemouicinio, vsque ad ingressum dicti fluminis Dordoniæ propè castrum de Limosio, vbi dictum flumen Vesere nomen amittit, & postmodum prout descendit dictum flumen Dordoniæ, in quantum protenditur dicta olim diœcesis Petragoricensis versùs eamdem Ciuitatem Sarlatensem consistere dignoscuntur, quæue fuerunt huc vsque de B *diœcesi Petragoricensi, sint de diœcesi Sarlatensi, & omnia quæ Petragoricensis Ecclesia mihi habuit hactenus & percepit, & habere & percipere debuit, quocunque nomine censeantur, cum eorum pertinentijs cedant, & accrescant in spiritualibus Sarlatensi Ecclesiæ prælibatæ, exceptis feudis ac iurisdictionibus temporalibus, quæ Ecclesiæ Petragoricensi volumus remanere, dictámque diœcesim taliter limitatam Episcopo Sarlatensi, qui est & pro tempore fuerit, ac Ecclesiæ Sarlatensi iuxta diuisionem, limitationem & deputationem nostras hu-* C *iusmodi ordinario Episcopali iure subiecimus, ac ipsam ab omni iurisdictione Episcopi & Capituli, ac Ecclesiæ Petragoricensis in totum eximimus, & etiam in perpetuum liberamus. Quæcunque verò sunt citra flumina prædicta versùs Ciuitatem Petragoricensem, prout prius erant de diœcesi Petragoricensi, integraliter eidem Petragoricensi diœcesi volumus remanere. Hæc igitur per dictæ sedis prouidentiam circumspectam sic facta salubriter & vtiliter ordinata, perpetuis esse valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædictâ districtius inhibemus, ne aliquis cuiuscumque præemi-* D *nentiæ, ordinis, conditionis aut status, etiamsi Archiepiscopali, vel Episcopali præfulgeat dignitate, huiusmodi ordinationem apostolicam, seu aliqua vel aliquod de contentis in eâ quouis quæsito colore, vel modo, siue causâ, vel occasione qualibet admunentis turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos enim irritum decreuimus & inane si secus super his à quocunque, quauis auctoritate contigerit attemptari; & nihilominus in eos qui ex certâ scientiâ contrarium præsumpserint, nisi infra octo dierum spatium post publicationem præsentium resi-* A *puerint, cum effectu excommunicationis in personas, & interdicti in vniuersitates, ac suspensionis sententias in Conuentus, Capitula, siue Collegia promulgamus, de consilio & auctoritate prædictis, à quibus non nisi per Romanum Pontificem absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo, valeant obtinere &c. Datum Auinioni Idus Ianuary anno 11.* In ea diœcesi oppidulum est Cadunium, vbi Abbatia Ordinis Cisterciensis, Dominico Sudario Iesu Christi celebris, quod Antiochiâ per Raymundum Comitem Tolosanum in Franciam delatum est, vti testantur Chronica MS. Moissacense & Alberici Monachi Triumfontium. Ecclesia Cathedralis dicata est S. Sacerdoti Lemouicensium Episcopo; súntque in diœcesi Abbatiæ:

TERASSONENSIS O B.

Terasson.

S. AMANDI S. *Amant* O A.

CADVNII *Cadoum* O C.

Præsules sequuntur ex MS. Historiâ Episcoporum, monimentis, tabulariisque Ecclesiæ Sarlatensis accuratè desumpti, quos publici iuris fecimus, beneficio Armandi Gerardi eiusdem Cathedralis Canonici.

1. RAIMVNDVS DE ROQVECOR I. è nobili familiâ de Rocacornu apud Aginnenses oriundus: ex Abbate Galliaci, Albiensis diœcesis eligitur 1318. vt habent Acta Consistorialia, primus Episcopus Sarlatensis, à Ioanne 22. Pontifice, qui Abbatiam Sarlatensem in Episcopalem sedem erexerat anno superiori. Cùm ergo possessionem adeptus, diœcesim suam perlustrasset, eam septem in Archipresbyteratus distinxit, duos quidem intra Dordoniam fluuium, nempe S. Andream & Audrixum, quinque verò extra constituit, scilicet Daglanensem, Palayracensem, Capdrotensem, Bouuiaguensem, & Flaugeacensem. Anno autem 1319. cùm à Nobilibus prouinciæ vrgeretur, vt admitteret plurimos qui offerebantur ad religionis habitum, cùm deficerent commoda quibus alerentur, ipsis repugnantibus diœcesis proceribus, statuit de consensu Capituli, nullos excipien-

ROQVECOR. Porte de.... à vne bande de.... 1318. 1319.

dos anteà quàm numerus monacho- A
rum ad quinquagenarium reductus
fuisset. Necnon etiam de Capituli
1321. præfati consilio decreuit 1321. ob
inopiam Ecclesiæ suæ, quæ ædificiis,
ornamentis, & aliis eiusmodi care-
bat, vt per quinquennium iis repa-
randis, omnes prouentus beneficio-
rum vacantium applicarentur, ser-
uatâ tamen interim pensione Vica-
riis, qui beneficiis inseruirent. Quo
eodem anno annexuit Officio Cele-
rarij quosdam Prioratus; præterea
hoc tempore aulam Episcopalem
quæ etiamnum visitur, instaurauit,
cùm ante nulla extaret commoda B
Synodis conficiendis, & aliis Eccle-
siasticis conuentibus. Porrò cùm te-
nui admodum prouentu gauderet
Episcopus, vt dignitatis oneribus fa-
ceret satis, à Pontifice Ioanne obti-
nuit, vt Decanatus de Issigiaco Or-
dinis S. Benedicti, diœcesis Sarla-
tensis, perpetuò mensæ Episcopali
adiungeretur, cùm Bertrandus tituli
S. Marcelli Presbyter Cardinalis fa-
cto cessisset, possessor istius Decana-
tus, bullâ datâ Auenione 7. Idus Au-
gusti Pontificatus 3. quo Decanatu
imposterum Episcopi sequentes iux-
1324. ta decretum Pontificum fruuntur. C
Raimundus autem ad annum 1324.
è vitâ migrauit.

BEREN-GER. I. 2. BERTRANDVS BERENGER
I. Episcopatu donatus à Ioanne 22.
codicillis Auenione datis 1325. in au-
lâ Pontificiâ Auenione ferè semper
commoratus, diœcesis administra-
tionem Bernardo Berengario Vica-
1329. rio generali consanguineo suo com-
misit: tum anno 1329. fatis functus
est.

RAMIAR. 3. ARNALDVS RAMIAR Pe-
trogorensis, professione Francisca- D
nus, quem Vadinghus Royardi nun-
cupat: è Salernitano Archiepisco-
patu in Italiâ transfertur ad Sarla-
tensem sedem, cùm Pontificem exo-
rasset, vt iuxta patriam suam vlti-
mos annos clauderet; vacante ergo
Pontificatu in Curiâ, ex obitu Ber-
trandi nominatus, Sarlati possessio-
1330. nem ipse adipiscitur 1330. 22. Au-
gusti ex Actis Consist. & anno se-
quenti cùm ciuibus composuit de
frumento & vino quæ debentur E-
piscopo, tanquam Curato primo ci-
uitatis. Ipse autem vitæ secretioris
amans, relictâ vrbe, apud castellum
de Boisserato syluas inter & solitudi-
nes ferè semper deguit: moritúrque
Nouembris vltimâ anni 1333. Ex 1333.
gratiâ Pontificiâ fruebatur eodem
Pallio quo vsus fuerat in Metropo-
li Salernitanâ. Conscripsit instituta
moralia quæ dicauit Roberto Nea-
polis Regi.

4. GVILLELMVS DE SEN- SENDREVS.
DREVS ex nobili familiâ de Pede-
reges natus, castellum est inter Li-
melium & S. Aluerium; primò S.
Benedicti Ordini consecratus, & D.
Leonis Prior factus, Religiosorum
Sarlati-calculis electus 15. Decemb.
1333. à Ioanne XXII. confirmatur: 1333.
beneficium de Proyssens vniuit Præ-
posituræ: ac decessit mense Maio
1338. post sedem annorum 4. men-
sium 4. cùm dimidio.

5. PETRVS BERENGER I. aliàs BEREN-GER.
BERGOIGNONS mense Iunio eius-
dem anni, vel 12. Nouemb. ex libro
Prouisionum Prælatorum Vaticani
creatus, ad finem vsque anni 1339. 1339.
sedit: quo tempore Religiosi Ca-
thedralis quinquagenarij facti, quo-
tidie præbendam, vel portionem vi-
ni & panis accipiebant ex tabulis
Sarlatensibus.

6. PETRVS ITERII II. anno ITERII
1340. euectus ad Pontificatum, B. D'azur à
Virginis sacellum iuxta Claustrum vne band
condidit, vt in eo Capituli Cathe- d'or, vne
dralis conuentus celebrarentur, & estoille
Austentius de S. Columbâ opus ab- d'or en
soluit, vt innuunt eius stemmata, chef, & 3.
quæ in vtriúsque Sacelli, tum for- besans de
nice, tum columnis apparent. Testa- mesme en
mentum edidit 28. Aprilis 1346. pointe.
apud Rocham de Gaiaco, quo Ta- 1340.
layrandum Cardinalem, & Petrogo-
ricensem Comitem executorem no-
minauit, qui defuncto Iterio 1350.
& 1351. Sarlatum delegauit propte- 1351.
reà Arnaldum Abbatem Cancel-
latæ.

7. PETRVS PORQVERY III. PORQVE-RY.
aliàs de MAYROLIS Franciscanus,
qui cùm prima sui Ordinis munia
dignè obiuisset, Iurisque Canonici
& Theologiæ scientiâ illustris euas-
sisset, quo nomine inter eos qui do-

ctrinâ floruère apud Franciſcanos A Toloſanos commendatur à Nicolao Bertrandi lib. de Geſtis Toloſanorum. Doctor actu Regens in eadem
1318. Academiâ eligitur Antiſtes 1350. & ſedem tenuit ad an. 1358.

8. Helias de Salignac, Baronis de Salignaco germanus, per menſes 30. circiter texit Eccleſiam Sarlatenſem : anteaquàm Regi pro temporali ſacramentum exhibuiſſet, à ciuibus ipſe tentauit ſibi fidem iurari, renuentibus autem, iure reſcripti Regij 12. Iulij 1360. eos pœnâ excommunicationis mulctauit. Nominatur teſtamenti executor Talay- B
1360. randi Cardinalis Epiſcopi Albanenſis, Auenione 1360.

S. Colombe. Porte de gueulle à 3. colombes d'argent.

9. Aostentius de Sainte Colombe Franciſcanus, Doctor & Profeſſor Theologus ad Pontificatum ita peruenit : mortuo Heliâ Capitulum elegit Gaillardum, cuius dum bullæ Pontificiæ Auenione ſigillo munirentur, anteà quàm ipſi concederentur, à Capitulo S. Andreæ Archiepiſcopus Burdegalenſis creatur, quam nominationem ratam habet & Gaillardus & Innocen- C
1361. tius Papa 1361. 8. Cal. Octob. cuius loco Aoſtenſium renunciauit, cùm eo caſu ius electionis ſibi deuolui crederet. Ruinam minabatur eo tempore Sarlatenſis Eccleſia parochialis, ciues habito conſilio 1365. duplices decimas colligi conſentiunt, vt vetus templum funditùs deletum reſtauraretur.

Ravillone.

10. Ioannes de Ravillone I. anno 1370. Raimundum de Capouille Rectorem Brenaci, & Abbatem S. Amantij elegit ſibi Vicarium generalem ac Officialem; Prioratui de Beluez vniuit parochiam de D Griues 1387. 28. Iunij. Delegatus fuit à Pontifice in Siciliam Sedis A-
1374. poſtolicæ Nuntius 1374. pro recipiendo iuramento Friderici 3. Regis Siciliæ, quem eodem anno deſponſauit die 17. Ianuarij Meſſanæ, magno procerum conuentu, ſolemnique celebritate, vnà cùm Antoniâ de Baucio Ducis Andriæ filiâ. Vixit autem in Epiſcopatu vſque ad finem anni 1395.

11. Gaillardus, alias Geraldus de Palayrac nobilis proſapiâ ſucceſſit Ioanni, & præerat 1396. 12. Aprilis. Moritur initio anni 1397. nam per menſes 18. circiter ſediſſe reperitur.

D'azur à vne croix d'argent & ... paux ... à la bordure de gueulle ... 10. beſans d'or.

Bretenous.

12. Raimundus de Bretenous II. è nobili ſtirpe de Caſtelnau de Bretenous, creatur ex Canonico Podienſi Præſul ſtatim poſt obitum Gaillardi, diploma enim bullarum Pſeudopontificis Benedicti XIII. datur Cal. Octobris 1397. Auenione : tum ad Petragoricenſem Eccleſiam transfertur ab eodem Antipapâ, Pontificatus 14. 4. Cal. Martij, cui eadem bullâ ſubſtituitur. 1407.

Amic.

13. Ioannes Amic II. Brito, Franciſcanus, Doctor Theologus & Epiſcopus Bethleemitanus, vltimum diem clauſit 15. Octobris 1410. cùm ſediſſet annis 3. menſibus 8. diebus 17. 1410.

Arnaldi.

14. Ioannes Arnaldi III. Franciſcanus quoq; & Doctor Theologus, Boloniæ à Ioanne XXIII. Pontificatus 1. & 4. Cal. Ianuarij 1410. conſtituitur Epiſcopus. Pariſiis vitam morte commutauit menſe Aprili 1416. Petrum Artuſij S. Cypriani 1416.
Priorem habebat Vicarium generalem: ſepultus in Capitulo Minorum Lutetiæ ſub tali epitaphio: *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater ac dominus frater* Ioannes Arnaldi *de prouinciâ Turoniæ & Conuentus Niorti, quondam Epiſcopus Sarlatenſis, ſacræ Theologiæ Doctor eximius, ac ſuis temporibus Hiſtoricus primarius, Confeſſórque illuſtriſſimi Principis Ioannis Ducis Biturice, qui obijt anno Domini* MCCCCXVI. *die 6. menſis Maij. Anima eius requieſcat in pace.*

La Cropte. D'azur à la bande eſchiquetée & 2. fleurs de lis d'or, 1. en chef, l'autre en pointe.

15. Bertrandus de la Cropte, II. è nobili familiâ de Languais, Archidiaconus Petragoricenſis, cuius electionem Petrogorij ratam habuit 2. Septemb. 1416. Dauid de Monteferrando Archiepiſcopus Burdegalenſis: tum Octobris 15. poſſeſſionem Eccleſiæ ſuæ ipſe adeptus eſt; ferè toto ſedis tempore Rupem Gaiaci, aut S. Cyprianì Prioratum habitabat. Moritur 26. 1446.
Octobris 1446.

BONALDI. D'azur à vne gerbe de bled d'or, & deux étoiles de mesme en chef.

16 PETRVS BONALDI, IV. ex A Canonico Aginnensi 11. Nouemb. paulò p st obitum Bertrandi electus est, ab Eugenio IV. confirmatur Romæ bulla 4. Calendarum Februarij. Posteà anno 1454. iudex arbitrarius eligitur, vt litem componeret quæ intercedebat inter Abbatem
1454. Caduniensem, & Capitulum S. Stephani Tolosæ, pro Sudarij Sancti restitutione; res digna est quæ ab æuo repetatur. Anno 1392. Bertrandus de Molinis Abbas Caduniensis tempore belli Aquitanici & schismatis, cùm metueret ne Sanctum Sudarium quod multis ab annis eius obtinebat B Abbatia, raperetur, clausulum illud Tolosam transtulit, & consentiente Capitulo S. Stephani apud Ecclesiam de Tauro id reponit; vt verò eius custodiæ inuigilaret, iuxta hanc ædem sacram cùm monachis suis quos ex Abbatiâ deduxerat, habitauit; biennio post Petragoricenses cùm procuratore fiscali Pontificio, & Ordinis Cisterciensis alio Syndico negotiorum generali contendunt in Curiâ Pontificis, & deposcunt Sudarium ad Abbatiam Cadunij referri, quibus obsistunt tum ipse Abbas Bertrandus, tum Capitu- C lum S. Stephani, & longe tutiori loco depositum Tolosæ volunt: Multis legationibus initis ob eam rem ad Pontificem, Regem, & Abbatem Cisterciensem, tandem conuenêre certis appositis conditionibus 1394. Sudarium apud Tolosam permansurum: tum mense Iunio anni 1399. Rex Carolus iubet id Lutetiam deferri, quod ab Archiepiscopo Tolosano, Abbate Caduniensi, & vno ex Canonicis S. Stephani præstitum est, inde relatum Tolosam, cui obuiam itum est ab vniuersis ciuitatis ordinibus. Cùm autem monachi Cadu- D nienses de furto S. Sudarij conquerí non desinerent, tandem illud datâ opportunâ occasione ab Ecclesiâ Tauri Tolosæ ad sedem antiquam detulêre: magnâ lite motâ, propterea Petrus Bonaldi cùm Abbatis Caduniensis fratre Abbate du Mas eliguntur indices huius controuersiæ. Sententiâ cautum est, vt deferretur Sudarium Tolosam, eâ lege vt sancti Stephani Capitulum 400. aureos persolueret Caduaiensibus monachis, quod iudicium nondum effectum sortitum est. Tempore Ludouici XI. eo iubente Abbas & Religiosi Cadunienses Sudarium ad Regem detulêre Pictauium, posteà relatum cùm muneribus, & toparchiâ de Badefol, quam Rex emptam Abbati & monachis concessit, hodiéque venerantur illud sanctum Sudarium in Abbatia Cadunij. Hactenus ex schedis tabularij Sarlatensis Ecclesiæ. Petrus autem Bonaldi ad Sedem Riuensem translatus est, postquàm sedisset Sarlati per annos 15. quo toto tempore Vicarium generalem habuit Bernardum Bonaldi Abbatem S. Amantij.

ROFFIGNAC. D'or a vn lion de gueulle

17. BERTRANDVS DE ROFFIGNAC, [illegible]I. cedente Petro Bonaldi Præsul eligitur. Tempore famis quæ per suam prouinciam grassabatur circa an. 1482. bis in die 1482.
pauperibus omnibus eleemosynam conferebat; quorum operâ vetus Episcopale Palatium restaurauit, auxit turre, gradu & cameris, at Prioratus Dommensis ædes quas inhabitare solebat, igne crematæ sunt cùm publicis instrumentis & membranis, quæ huc deferri iusserat Bertrandus. Paulò ante quàm moreretur, eligi curauit Archipresbyterum Ecclesiæ Capdrotij, quæ nunc translata est apud Montempazierum an. 1492. 1492.
priùs quidem erat tantùm Ecclesia parochialis, tum à Ioanne 22. insignita Collegio Canonicorum 1314. quorum primicerius Archipresbyter, cuius electioni præest Episcopus Sarlatensis. Defuncto ergo Petro Grifsoulio Archipresbytero 1485. initio Octobris, cùm Domini ægrotus decumberet Episcopus, Vicarium generalem suum Bertrandum de Cassagniâ delegauit, vt suo nomine præsideret electioni, cuius formam hîc adscribere non inutile videbitur. XII. Octobris, conuocatis Canonicis in Ecclesiâ Montispazieri, & illis certioribus factis de Episcopi ægritudine, eius procuratorem admittunt, tamen absque præiudicio statutorum & bullarum, deinde simul creant Vicarium Archipresbyteratus, tum in temporalibus, tum in spiritualibus, & promotorem qui curet omnia spectantia ad el[illegible]ionem quæ indicatur 24. Octobris in Ecclesiâ Mon-

tispazieri,

tispazieri, quia Capdrotij sacram ædem militibus armatis occupabat Armandus de Gontaudo Clericus, & frater toparchæ de Biron. Citatis omnibus ad quos ius electionis spectabat per præbendarium, qui publicum instrumentum fixit ad valuas Eccl. Montispazieri & Capdrotij; die 24. côuenêre omnes in Capitulo post Primam, adstante Notario & testibus tribus. Cùm ex mandato presbyteri omnes sacrum celebrassent, cæteri verò Eucharistiæ fuissent facti participes, per manum Cassagnij locum Episcopi obtinentis, qui solemni apparatu Spiritus sancti Missam B celebrauit, processione factâ circa Ecclesiam, capitulariter eligunt Cassagnium vt præesset; tum Promotor per Notarium comitantibus testibus ad portam Ecclesiæ cùm perrexisset, publicâ voce omnes aduocauit quorum ius erat eligendi; deinde affixam cartam ad valnas extulit: reuersi in chorum, Promotor petit de his omnibus scribi publicum instrumentum, & Notarium & testes religiosè silentium obseruaturos donec electio sit absoluta; quibus præstitis, omnes confessionem generalem emittunt, primùm quidem Cassagnius C flexis genibus ante Sacristam, postea coram ipso sedente ante maius altare cæteri omnes, à quo absolnuntur ab omnibus peccatis & excommunicationibus, & censuris; tum Præses declarat, & ab eis postulat quam rationem velint electionis, siue scrutinij, siue compromissi, vel Spiritus sancti; ac cùm viam scrutinij præposuissent, tres scrutatores eligunt qui sacramento fidelitatis sese astringunt: Præses autem monet ex constitutione Basileensis Concilij omnes teneri ad iusiurandum exhibendum, quod præstar ipse coram Sacristâ his D conceptis verbis, positis manibus super Euangelia: *Ego iuro & promitto omnipotenti Deo & B. Mariæ in cuius honorem Ecclesia de Capdroto dedicata est, illum eligere in Archipresbyterum, quem credam futurum Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus vtiliorem, nec illi vocem dare quem verisimiliter sciuero promissione, aut datione alicuius rei temporalis, seu prece vel per se vel per alium interpositâ, aut aliàs qualitercumque directè vel indirectè, pro se electionem procurare.* Quod idem à cæteris

A exhibetur ante Præsidem, qui obtestatione ignis sempiterni adhortatur vt eligant, quem bono Ecclesiæ fore idoneum censebunt: tum Notarius, scrutatores & testes recedunt à Choro, & S. Annæ sacellum ingrediuntur ad scrutinium destinatum; procedunt singuli electores ad sacellum, & flexis genibus, manibus supra Euangelia iterùm adiuratur à scrutatoribus vt suffragium scripto promulget, scriptum autem manu propriâ subsignatum' clarè perlectum tradit, & sic ordine suo cuncti, quos inter ipsi scrutatores iuxta suum ordinem à duobus aliis aduocantur ad electionem. Tum omnibus coram maiore altari aduocatis, Præses postulat an perseuerêt in electione suâ, & cartulas velint aperiri; quibus consentientibus Præses in scamno erectus iuxta altare clarâ voce perlegit, cartulis nomen consentiunt in electione Armandi Cassagnij Sacerdotis Baccalaurei in vtróque Iure; Armandus autem de Gontaud quatuor suffragiis obtinuit, tum Præses validam Cassagnij electionem declarat, eámque confirmat, & Archipresbyteratum Cassagnio confert, præscriptâ formulâ quam clarè recitari iubet, iterúmque postulat an ratam habeant electionem. Quibus consentientibus, omnes Ecclesiæ portæ reserantnr, accenduntnr luminaria, pulsantur tympana, Canonici interim sumptis superpelliceis cantant Te Deum laudamus; demnm procuratio traditur à Capitulo quatuor ex Canonicis vt electionem Cassagnij significent Episcopo apud Dommam, quam ab eo ratam haberi postulant, denique Promotor omnium quæ gesta sunt instrumentum publicum sibi concedi expetit à Philippario Notario regio & Apostolico. Bertrandus autem 5. Decemb. 1485. 1485.
in Prioratu Episcopali Dommensi diem vltimum clausit.

18. PONTIVS DE SALIGNAC frater Antonij Baronis de Salignaco, & Ioannis de Mothâ Fenelonis dynastæ, qui patentes habuêre Raimundum Salignaci item Baronem in Petrocotiis; matrem verò nobilem puellam è gente d'Escars. Ex Senatore Burdegalensi, & Abbate Clairacensi apud Aginnates, & Decano

SALIGNAC D'orà la bande de 3. pieces de sinople.

S. Aredij in Lemouicino, postquam
res magni momenti à Pontificibus
sibi commissas præclarè gessisset 14.
Decemb. eligitur paulò post obi-
tum decessoris, per Innocentium
1485. VIII. prouisus 4. Cal. Martij 1485.
tum Maij 21. solemni apparatu suæ
Ecclesiæ possessionem adeptus est.
Religiosi sub porticu S. Ioannis post
salutationem, à Pontio iusiurandum
exhiberi petunt, quod coram mensâ
reliquiis ornatâ, manibus supra Mis-
sale apertum positis ita pronuntia-
uit: *Nos Pontius de Salignaco electus
Sarlatensis & confirmatus, & de eodem
Episcopatu per sanctam Sedem Aposto-
licam prouisus, promittimus, & iura-
mus præsentem Ecclesiam Cathedralem
Sarlatensem, Religiosósque eiusdem in
suis iuribus, prærogatiuis, libertatibus,
statutis, & consuetudinibus laudabili-
bus, in quibus ipsa Ecclesia Religiosique
eiusdem sunt, & fuerunt tam per se, quàm
per eorum prædecessores, tenere & custo-
dire, & ipsa iura, prærogatiuas, liber-
tates, statuta, & consuetudines lauda-
biles prædictas, ne ipsorum aliqua per
nos, seu aliam interpositam personam
infringere, seu infringi facere, nec per-
mittere quouis modo*; Pontio sedente
1486. 1486. Prioratus Dailliaci circa an-
num 1140. ædificatus integer per-
seuerabat, quem Religiosi Cadu-
nienses incolebant, nunc superest
tantùm Ecclesia ferè integra. Pro-
curante autem eodem Pontifice, De-
canatus Issigiaci Ordinis S. Benedicti
cùm monachis in secularem statum
1488. translati sunt 1488 per Legatum
Pontificis in Galliis tum versantem,
septémque Canonici sunt instituti,
quorum primus erat Præpositus, ad
quem spectat cura animarum, se-
cundus Sacrista, cui onus incumbit
diuini officij. De consensu quoque
Pontij, Capitulum Capdrotij trans-
migrat ad Ecclesiam Montispazieri
bullâ Innocentij VIII. datâ 1490.
quæ effectum sortita est biennio post
per Petrum de Gais Cadunij Abba-
tem ad id delegatum. Sedit Pontius
per annos sex, menses octo, & dies
1492. 13. viuere desiit 14. Octobris in ca-
stello Temniaci an. 1492.

Gontavd Ecartelé en banniere d'or & de gueulle.

19. Armandvs de Gontavd,
Gastonis Baronis de illustri prosapiâ
de Bironio, & Catharinæ de Sali-
gnac filius: fratrem habuit Pontium
A Baronem de Bironio, & de Monte-
ferrando, proauum Caroli Ducis de
Bironio, ac Paris Franciæ, Tha-
lassiarcham, & Equitum Tribunum,
Burgundiæque Proregem. Iste de-
functo Pontio de Salignaco statim à
Rege nominatur, Romæ verò con-
firmatus sedis suæ possessionem adiit
23. Februarij 1492. cui tamen sese
opposuit Bernardus de Sedieres à
Capitulo electus, seruatis Canonum
regulis, cuius electionis antiquitatis
gratiâ, iuuat hic morem veterem ex-
scribere, qui etiam adhuc in Capi-
tulo perseuerabat. Ita scilicet habe-
B tur in archiuis. Auditâ morte Pon-
tij 14. Octobris Religiosi Ecclesiæ
Sarlatensis, post Primam decanta-
tam, solemni processione corpori sui
Præsulis, quod è Temniaco in vr-
bem à consanguineis & famulis de-
ferebatur, obuiam longè extra ciui-
tatem procedunt, deducunt ipsum
ad basilicam, & Missâ peractâ, ante
maius altare tumulo mandant. Ea-
dem die 14. horâ vnâ post meridiem,
in Capitulo quaruor Vicarios gene-
rales creant, vt diœceseos res per-
tractenr, necnon Syndicum, aut Pro-
motorem futuræ electionis Episcopi,
C qui exhibito fidei sacramento, can-
tatísque in Choro Vesperis, iterum
in Capitulo de Episcopi electione
deliberant. Hic primò ex quatuor
Vicariis aliorum nomine declarat
publicâ oratione, quantum necesse
sit electionem accelerare: tum exo-
rat, & protestatur vt nullus inter
electores admittatur excommunica-
tione, interdicto, vel suspensione li-
gatus. Omnibus se immunes decla-
rantibus, indicunt electionis diem
Martis 23. Octobris, manè horâ septi-
mâ post Primam in Capitulo; sta-
tuúntque conuocandos omnes ad
D quos ius spectat electionis, à quibus
secludunt Abbates Commendata-
rios, voto publico religionis minimè
astrictos; tum publico instrumento
subscripto à Vicariis, & Capituli si-
gillo munito, absentes aduocari or-
dinant: deinceps primus Vicariorum
propriâ voce præsentes ad diem con-
dictam prouocat, quibus annuenti-
bus, duo Sacerdotes nominantur,
qni absentes citent, alter quidem
Religiosos è monasterio absentes,
necnon Priores S. Mariæ Sarlaten-
sis, de Tanies, S. Leonis, de Beluesio,

S. Thomæ de Montignaco; alter verò Priorem de S. Sardos de Montralbano, de Doudas, de Monterouto, de Laurenguâ, de Caluiaco iuxta Montemflanquinum, omnes Prioratus immediatè Sarlatensi Ecclesiæ subiectos, electiuæ vocis iure potientes. Requirentibus autem quibusdam Sarlati Religiosis, electio ad 25. Octobris prorogatur, quo die Iouis, conuenientibus omnibus post Primam, Capitulum ingressi; primùm quidem tres Tabelliones aduocant, vt cuncta publicis cartis consignent, quæ ad hanc spectabunt electionem, tum Sacerdotes tres vt testium vice B fungantur, necnon tres viros peritos, à quibus consilium de agendis expetant, & hi omnes fidei iuramentum præstitère. Hora autem octauâ, cunctos præsentes & absentes citari iubent, tum in Choro Missa de Spiritu sancto canitur, & cæteri omnes post confessionem peccatorum Synaxi participant; deinde processione circa Claustrum absolutâ, cantando hymnum Veni Creator, Capitulum ingressi, Præsidem eligunt Bertrandum de Roffignaco Priorem Claustralem, qui sede Præsidis acceptâ, sibi tres Consiliarios C assidere statuit; tum aduocantur ij qui rationem exhibeant per libellos, quomodo Priores externos & alios in tribus partibus Claustri, ad quos ius eligendi spectat proclamauerint, & affixas valuis cartas publicas extulerint. Inde verò cuncti ante Præsidem procumbunt, & factâ generali confessione, eos soluit à vinculis peccati, excommunicationis & interdicti, quos posteà in sede suâ positos hortatur vehementer, vt eligant quem secundùm Deum sine acceptatione personarum, aut fauore, iudicabunt Ecclesiæ vtiliorem. Hinc D proponit quam viam electi ius præferant, scrutiniúmque vnanimes expetunt, aliâ vsuri si opus fuerit, iuramentúmque exhibent ante Præsidem positis manibus supra Missæ Canonem. Posteà tres scrutatores designant, qui vota eligentium secretò excipiant, describant, & publicent cùm oportunum fuerit; locum scrutinij statuunt extra Capitulum in Claustro, quo ante scrutatores, Notarios & testes, singuli ad electionem procedunt, interpellati solitâ formulâ.

Deinde cæteri ex Capitulo per scrutatores euocati sigillatim: acto scrutinio, Præses postulat an stet quisque suæ nominationi, quibus annuentibus, petit an velint scrutinium publicari, consentientibus verò, scrutatores declarant tres ad Episcopatum nominatos, scilicet BERNARDVM DE SEDIERES Sacerdotem, Licentiatum in Iure, Priorem Ecclesiæ Collegialis S. Caprasij Aginnensis; quinque verò suffragiis nobilem virum ÆGIDIVM DE TVRRE fratrem Francisci I. & Antonij Vicecomitum Turenæ, Agnonis filium, Sacerdotem Baccalaureum, Sedis Apostolicæ Protonotarium, qui etiam Abbas fuit Vosiensis, & Canonicus Ruthenensis. Tertium autem GVILLELMVM DE LA DOVZE Sacerdotem Canonicum Petragoricensem, Protonot. Apostol. Senatorem Burdegalensem vnico calculo electum. Nihilominus ij qui Ægidio de Turre, & illi qui Guillelmo suffragabantur, electioni Bernardi contradicunt, & è Capitulo exeunt: cæteri nouem electores statuunt, rogandum esse Bernardum de Sedieres qui tum in vrbe versabatur, vt electioni consentiat, qui post diem responsum pollicetur, quod ita scripto tradidit: *Ad laudem & honorem altissimæ Trinitatis Patris, Filij & Spiritus sancti, Mariæ Virginis benedictæ, sanctique Saluatoris sub cuius laude & præconio Ecclesia Cathedralis Sarlatensis est fundata, & S. Sacerdotis cuius corpus in ipsâ habetur, totiúsque agminis ciuium supernorum, Ego Bernardus Sediera Electus in Episcopum & Pastorem ipsius Ecclesiæ, visâ per me electione de me factâ, processu desuper facto cum subsequenti præsentatione, quia diuinæ voluntati resistere non possum, nec debeo, nec ambitiosè consentio, nec superbè resisto, sed quia caritatis necessitas me consentire compellit, ideò electioni mihi præsentatæ, votisque Religiosorum eiusdem in me consentientium & eligentium puro animo humiliter consentio.* Quo scripto Notariis exhibito, ipsi totius processus exemplar tradunt Bernardo de Sedieres, vt à Burdegalensi Antistite confirmetur, & à Papâ bullas accipiat. At Februarij 23. cùm Arman-

dus de Gontaudo Ecclesiæ possessionem adipisceretur ex regiâ nominatione, dictus Bernardus factâ oppositione, citat eum ante Metropolitanum, vt coram eo ius declaret, necnon ante Senatum Burdigalæ diem dicit. Armandus autem euocat ad priuatum Regis Consilium, & ad Senatum Parisiensem huius controuersiæ definitio demandatur. Interim cùm Aegidius de Turre à Pontifice rescriptum obtinuisset, citat Armandum coram Officiali Claromontano delegato, qui propterea Sarlatum venit. Guillelmus autem de la Douze alio diplomate Papali ante Petragoricensem Officialem euocat Armandnm, cuius pelluntur milites, & domestici custodes Episcopalis palatij ab Aegidio de Turre: eâ autem de re conquestus apud Regem Armandus, Supplicum Libellorum Magister mittitur, qui de litigio certior fiat:
1495. anno autem 1495. mense Septembri Bernardus de Sedieres Lutetiæ moritnr prosequendo suam litem; Capitulum verò eius loco eligit RAYMVNDVM DE COMARET Rectorem de Serezac, è sanguine de Langlade ortum propè Martellum oppidum, Vicecomitis Turenæ Cancellarium, quod effecit, instante ipso Aegidio, qui occultè pactum inierat, vt probabilius fit, cùm Raymundo, futurum vt ei iura sua cederet posteà. Rex enim cùm per epistolam Capitulo demandasset ne vllum præter Armandum de Biron eligerent, verebatur Aegidius ne si iterum crearetur, indignationem Regis subiret; vocato ergo in ius Armando à Raymundo de Comaret, Burdegalensis Præsul per iudices delegatos Sarlati 1495. Armandi nominationem comprobat:
1496. tum mense Maio an. 1496. Philippus Simon Senator Parisiensis Sarlatum missus, Episcopatum sequestræ manui tradit, creantur Vicarij pro spirituali, & ministri pro temporali 1498. nihilominus Romæ Comaretus obtinet à Pontifice rescriptum, vnde litigantes conuentione factâ arbitrnm eligunt Episcopum
1498. Cadurcensem. Demum Parisiis 1498. Armandus Senatusconsulto confirmatur, quo anno apud Lemouices consecratur: tum 1. Februarij eiusdem anni pacificam possessionem nanciscitur, quam etsi nondum adeptus, tamen iam ab anno 1494. Synodales constitutiones die Iouis post Dominicam Quasimodo ediderat & an. 1492. 20. die Martij clientelæ hominium Regi Carolo 8. exhibuerat apud Sauiniacum. Apparet autem ex monimentis publicis, ipsum conuenisse cùm Francisco de Caumont toparchâ de Castelnau de limitibus figendis iurisdictionis Sarlatensis & Castrinoui anno 1500. & 1514. assignat limites dominij Sarlatensis & Temniaci; at Februarij 6. 1504. veterem Basilicam Sarlatensem diruit, & nouam à fundamentis cœpit, excitatis circa chorum sacellis; primi autem lapides positi sunt ex parte quidem sacelli D. Petri à fratre Ioanne de Maignanaco Episcopi Vicario generali; ex parte verò sacelli S. Spiritus à fratre Guillelmo de Plamont Præposito, quam Ecclesiam Armandus sub inuocatione B. Mariæ Sarlatensis die Lunæ post Pascha an. 1507. consecrauit, dedicationis autem diem indixit 9. Maij. 15
cùm anno & die indulgentiarum, officium Ecclesiæ hac die audientibus. Sub hoc Præsule per Pontificem licuit vnicuique Canonicorum frumenti & vini modios integros accipere, non quotidianas portiones, vt priùs moris erat, necnon iis proprias domos habere. Festo verò Paschatis 1515. Canonici de Bironio sacra primùm fecêre in nouâ Ecclesiâ Collegiatâ, quam Pontius de Gontaud Baro de Biron erexerat, & dotauerat. Armandus autem imperfecto opere Cathedralis relicto sicuti nunc visitur, curam pastoralem & dignitatem commisit Carolo de Bonaualle 1519. seruarâ sibi collatione 1519.
beneficiorum de licentiâ Papæ & Decanatus Issigiaci, cuius loci nouam Ecclesiam ex integro condidit: nàmque in variis actis collationum Armandi Archiepiscopi de Nazareto, sedente Carolo de Bonaualle, interici solebat hæc clausula: *Cuius occurente vacatione ad Episcopum Sarlatensem pro tempore existentem, & ad præsens ad nos ex d[illegible]atione & reseruatione Apostolicâ in resignando nostrum Episcopatum nobis factis & indultis collatio & institutio pertinet.* Archiepiscopi

ergo Nasareth titulo postea insignitus est Armandus, qui tandem fatis cessit anno 1531. 19. Septemb. Collegiali Bironiæ arcis Ecclesiæ tumulatus, addito hoc epitaphio æreæ laminæ: ARMANDO DE GONTAVD SARLATENSI *vigilantissimo Pontifici, pio, frugi, casto, religioso, mentis magnitudine, animi virtute præstanti delubrum Dom..... immortalium ædificatori fanorum, aut vetustate, aut iniuriâ collapsorum restitutori, homini pietate cùm in suos omnes egregia, tum verò maximè in familiam de Biron ex quâ erat, singulari. Qui* LXIX. *ætatis suæ anno exacto*, 13. *Calend. Octobris an.* 1531. *diem suum obiuit: hæres ex fratre nepos virtutis ergo, aut referendæ gratiæ causâ benemerenti faciendum curauit.* Nec verò reticendum hîc ante excessum, quatuor Episcopalis sedis successores vidisse: Carolum de Bonaualle resignatarium suum, Guidonem d'Aydie, Ioannem de Rillac, & Iacobum de Larmandie.

BONNEVAL. [illegible] d'azur au [illegible] d'or semblé de gueulle.

20. CAROLVS DE BONNEVAL resignatione Armandi, Leone x. Pontifice Septembris die 9. anni 1519. Romæ admittitur Præsul in Consistorio, 6. Nouemb. insequenti Ecclesiam cœpit possidere; post

1527. annos autem 8. 1527. è vitâ decessit mense Nouembri. Patrem habuerat Antonium Bonaualliis dynastam, fratres verò Germanum Lemouicensem Proregem, maiorem suum, minorem verò Comitis Tendæ in Prouinciâ Vicarium, cùm Massiliam Carolus v. obsidione cinxit, vltimus extitit Fucaldus Episcopus Petragoricensis. Eo sedente 1520. Pontificiâ auctoritate Religiosi Cathedralis ad numerum XIV reducti more cæterarum Ecclesiarum, præbendatos, hebdomadarios, cantores, & musices magistrum constituêre.

AYDIE. [illegible]

21. GVIDO D'AYDIE Odeti Aydiæ Vicecomitis de Riberaco ex Annâ de Pons filius, Protonotarius Apostolicus, in Iure Licentiatus, Equitis, Baronis & Vicecomitis insignitus titulis, contra Regis voluntatem à Capitulo electus, Romæ promouetur 6. Februarij 1527. cuius electio & promotio rata habetur Burdigalæ à Vicario generali Ioannis Fuxensis Candalæ Archiepiscopi 3. Aprilis 1528. Cùm enim Rex audisset Caroli de Bonaualle obitum, scribit ad Capitulum Sarlatense 18. Septemb. 1527. vt si priuilegiis validis gaudent Episcopum eligendi, ea Regis Consilio nota faciant, interim prohibet ne quemquam promoueant ad sedem. Cùm ad Capitulum accessisset Emericus Cornil è nobilibus Regis die 27. Decembris, comitantibus eum Sarlatensibus togæ ministris, significat Regis imperium, & iubet per Religiosos mitti ad ipsum sua priuilegia, sub pœnâ verò rebellionis vetat electionem; nihilominus Guido eligitur & obtinet Cathedram, eo qui à Rege fuerat nominatus deserente. Moritur autem Calendis Aprilis 1529. 1528. 1529.

22. IOANNES DE RILLAC ari. toparchæ de la Douze nepos, Abbas S. Ioannis Angeliacensis, iubente Francisco 1. fit Episcopus: sepulto enim Guidone Aydiâ, Religiosi diem 7. Aprilis electioni indicunt, vt verò Consules tumultui Nobilium hanc sedem ambientium obsisterent, ianuas vrbis, exceptâ vnicâ quam armati custodiebant, clausêre. Paulò ante electionem per epistolam Regis, iubentem vt Religiosos inuitent ad nominationem Ioannis de Rillaco, tum Consules & ciues armati inuadunt Claustrum ac domum Episcopalem, prohibent electionem, temporale Episcopatus regiæ manui tradunt, Doctoréśque duos Cadurcenses quos aduócauerant Religiosi, ciues detinent & carceri mandant, donec electio confecta esset: at Monachi potestate sibi factâ per diploma Cancellariæ 24. Aprilis 1529. in ius vocant Senescalli Vicarium, Consules & ciues, vtque ius eligendi seruarent, FRANCISCVM BOVRGVEIL elegêre; at sub regiâ nominatione promoto Romæ Ioanne de Rillac, cessit Franciscus, paulò post moritur Ioannes, hoc est anno 1529. cùm sedisset tantùm per septem vel octo menses: quo Pontifice Burdegalensi Senatusconsulto cautum est, vt prouentus Episcopales debiti, Præsulibus defunctis tribus decessoribus restaurandæ Ecclesiæ impendedentur.

RILLAC. Escartelé, au 1 & 4. d'argent à la bordure & bade d'azur chargée de 9. besans d'or. Au 2. & 3. d'or à vne fasce de gueulle & six fleurs de lis d'azur 3. en chef, & 3 en pointe.

LARMANDIE. De gueulle à vne ſpée en pal d'argent à vne bordure d'azur chargée de 9. beſans d'or.

23. IACOBVS DE LARMANDIE è Petragoricenſium nobili familiâ oriundus, S. Benedicti monachus, Abbas Syluæ Maioris diœceſis Burdegalenſis, Præpoſitus Eccleſiæ Sarlatenſis, vltimus eligitur à Capitulo Epiſcopus ſtatim poſt obitum Ioannis de Rillaco, & confirmatur à Vicariis Eccleſiæ Burdegalenſis Sede vacante, tum Romæ prouiſus. Interim RICARDVS LE ROVLLIE' Abbas de Herivalle, & Palatinæ Capellæ Pariſienſis Canonicus, à Rege nominatus, antequam bullas à Pontifice accepiſſet vitam finiit, cui à Rege ſuffectus eſt toparcha d'Iuerny è familia de Longueioue Senator in maiore Conſiſtorio, & à Supplicibus Libellis; cùm tamen intereà Iacobus de Larmandie conſecratus, Eccleſiæ ſuæ adiiſſet poſſeſſionem, ei liberam deſeruit Dynernius: viuere deſiit Iacobus
1533. menſe Octobri 1533.

GADIS. Eſcartelé au 1. & 4. [illegible] à cinq cousseaux de gueu & vn plus gros d'azur en chef chargé de trois fleurs de lis d'or. Au 2. & 3. d'azur a vne [illegible] fleurons [illegible].

24. NICOLAVS DE GADIS I. Cardinalis Diaconus tituli S. Theodori creatus 1527. poſt S. Mariæ in Viâ Latâ, tum ſub Paulo 3. tit. Sanctorum Viti & Modeſti in Macello Martyrum. Florentinus natione, ac Cubiculi Apoſtolici Clericus, Catharinæ autem Mediceæ conſanguineus, quâ promouente, nominationem Regis ei Romam mittit, ibi promotus, poſteà per Paulum de Portis Apoſtolicum Protonotarium ſuum procuratorem adeptus eſt poſ-
1533. ſeſſionem 8. Februarij 1533. ſequenti anno ſolemni omnium ordinum apparatu ciuitatis Sarlatenſis exceptus eſt 1541. Aprilis 23. procedentibus obuiam Conſulibus, & ciuibus vſque ad fines Sarlatenſis ditionis, in campo de Rouſſiâ, portâ Lendreuillæ ingreſſus, ibi ſub arcu triumphali ſolitum iuramentum exhibuit. Vicarium generalem creauerat Antonium de Noailles 1546. per Ioannem verò Fabri Epiſcopum Aurienſem Suffraganeum Epiſcopatus adminiſtrabatur: deinde Nicolaus de Gadis ceſſit infulas Franciſco de Seneterre. Reuerſus ergo Romam Iulij 3. creationi interſuit 1550. obtinuit etiam Epiſcopatum Firmanum an. 1521. & à Cæſare, Archiepiſcopatum Coſentinum, Abbatiamque S. Leonardi in Apuliâ. Laudatur verò hic optimus Cardinalis à Iacobo Gaddi in elogiis Hiſtoricis Florentiæ editis 1637. & a Ferdinando Vghello in Epiſcopis Firmanis tomo 2. Florentiæ diem clauſit vltimum 27. Februarij anni 1552. ſepultus in ſacello Gadditanæ genti apud S. Mariam Nouellam: & tumulo affixum ſequens epitaphium:

D. O. M.

NICOLAO GADDIO, *Thadæi filio, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, de Republ ca Chriſtianâ optime merito, ſepulchrum hoc tanto patruo deberi Nicolaus Gaddius cenſuit anno ſalutis* MDLXXVII *Vixit an. 61. menſ. 7. dies 20. obiit anno* MDLII. 17. *Cal. Februarij.*

25. FRANCISCVS DE SENETERRE I. de illuſtri proſapiâ ſancti Nectarij in Aruernis, è ramo Fontanillæ genitus, ex Benedictino monacho, demiſſione Nicolai de Gadis fit Epiſcopus 1546. quo anno Auguſti 15. Eccleſiam ſuam primùm aduentauit, exhibitâ priùs fide ſolitâ ciuibus & Capitulo. Epiſcopum Cadurcenſem Petrum Bertrandi Montpazieri conſecrauit menſe Iulio 1558. at Decembris 6. ſtatuta eiuſdem Collegialis Montiſpazierij confirmat. Porrò conuenit cùm Canonicis, vt à menſe Octobri ad Martium incluſiuè Epiſcopus Sarlatenſis vacantes Canonicatus conferret, aliis ſex menſibus Capitulum eligeret, in quo deciſiuâ voce minimè fruerentur ij qui nondum ſacris eſſent initiati. Anno 1561. die 16. Apri- 1561
lis Religioſi donantur totâ ſeculari Canonicorum, iuxta confectos hac de re articulos per Cardinalem de Gadis, promouentibus Conſulibus & ciuibus 2. Nouemb. 1553. oblati ſunt ſupplices libelli in priuato Conſiſtorio Regis, qui tandem ſuum diploma edidit: approbante autem Pont. Max. Pio IV. Romæ 8. Idus Ianuarij 15[illegible]. bullæ in Conſiſtorio promulgatæ [illegible], quæ codicillis regiis comprobatæ 156[illegible] demum inſequenti anno executioni demandatæ 16. Aprilis per Petrum de Baynaco Officialem Sarlati ac Sedis Apoſtolicæ delegatum. Denique Sarlatenſium Præſulum vir liberaliſſimus, &

mansuetus quieuit in pace apud suos A Aruernos anno 1567. mense Septemb. cùm eodem anno paulò ante in gratiam Francisci de Salignaco Episcopatum resignasset.

1567.

SALIGNAC. D'or à trois bandes de sinople.

26. Franciscus de Salignac II. è stirpe dominorum de la Mothe Fenelon: qui cùm Episcopatu volens, libensque abiisset, abdicatione spontaneâ Francisci, Romæ à Papâ Pio 5. bullas obtinet prouisionis ao. 1567. die 28. Aug. ac postmodum possessionem procuratorio nomine adipiscitur die 25. Maij
1569. 1569. anno insequenti 29. Maij festi- B uo apparatu in vrbem exceptus iusiurandum præstat ciuibus & Capitulo ante ianuam primariam suæ Cathedralis. Antequam verò euectus fuisset ad sedem, per plures annos Auditoris, & Vicarij Generalis Ioannis Cardinalis Bellaij, necnon Francisci de Mauni Archiepiscoporum Burdigalensium perfunctus erat dignitate. Eodem Pontifice anno 1574. per Ducem militarem Sectariorum Viuantium die 22. Februarij expugnatur ciuitas Sarlatensis, deprædatæ basilicæ, Catholici vitam pretio redimunt, in quo excidio Pontius de C Salignaco, Insulæ Abbas, Archidiaconus Sarlati, & Præsulis germanus, vnà cùm Petro Salignaco Cantore Ecclesiæ, pugione confossi sunt; tum verò combustæ & dissipatæ reliquiæ, proiectum corpus D. Sacerdotis, & Ecclesiastica ornamenta impiè direpta: Franciscus autem Issigiaci degebat, sed à militibus Nouatorum coactus fuit ad deditionem, domus ipsius expilata, ac diruta basilica. Interim anno 1578. 11. Iunij fundatur Collegium Sarlatense per Petrum Blanchet Senatorem Bordigalensem in fundo paterno: D die verò 7. Nouemb. sequenti, eidem Gymnasio annexuit Episcopus de consensu Capituli sui fructus vnius præbendæ in Cathedrali, &
1578. an. 1578. cessit Episcopatum Ludouico.

SALIGNAC.

27. Ludovicus de Salignac I. nepos Francisci, subrogatur bullis Romæ datis à Papâ Greg. XIII. mense Martio an. 1578. ex demissione patrui, in possessionem mis-
1579. sus die 7. Septemb. 1579. cùm vacasset sedes per annum & aliquot menses: deinde 20. Maij 1580. comitante nobilium frequenti cordoã Sarlatum ingressus est. Vrbem autem obsidente Vicecomite de Turenâ hæretico 1587. die 25. Nouemb. sacræ militiæ in Ecclesiâ intentus officiis diuinis sedulò incumbebat Ludouicus, dum virtute bellicâ interim ciues eius conatus represserc. Delegatus hic fuit ad Synodum Burdegalensem 1582. in quâ bis Latinè perorauit; in Comitiis item Blesensibus pro Petragoricensi prouinciâ interfuit 1588. nec non Cœtui Cle- 1588.
ri Gallicani Parisiis 1596. mense Ianuario. Ascitus & à Rege in sanctius Consistorium, solus ab vniuersâ Aquitaniâ Præsul nominatur, qui ad Comitia Generalia Rotomagum conueniret: reuersus 1597. vigili curâ lustrare diœcesim confestim aggreditur, at vi morbi latentis eam absoluere non valuit, mortalitatem enim expleuit ætatis anno 40. Pontificatus 18. in castro Temniaci die 6. Februarij 1598. vir sanè non 1598.
indoctus, ac comitate morum præditus.

SALIGNAC.

28. Ludovicus de Salignac II. nepos superioris, Armando de Salignaco & Iudithâ de Baynac parentibus procreatus: successor in Cathedrâ Sarlatensi, nominatione Henrici IV. Romæ in Consistorio designatus fuit Pontifex mense Nouembri an. 1602. vbi 1602.
inauguratur Dominicâ 13. Ianuarij per Bonifacium Beuillaquam Cardinalem Ferrariensem, Episcopum Seruiæ, sacro operantibus Archiepiscopo Athenarum, & Præsule Nucerino, in possessionem Ecclesiæ admissus 6. April. 1604. Sub eo introducti Patres Recollecti 10. Iunij 1612. qui in conuentu Fratrum Minorum admissi fuerant, quibus prouocantibus ad Senatum Burdigalensem, Senatusconsulto anni 1614. 9. 1614.
Iulij in monasterij possessionem redintegrantur; ciues autem Sarlatenses Recollectis domum emêre, in quâ basilicæ iacta sunt fundamenta per Ludouicum anno 1618. admissæ item Moniales S. Claræ in vrbem 21. Aprilis 1621. & nostræ Dominæ Religiosæ 1632. 22. Iulij sedem fixê- 1632.
re; deinde 1636. migrarunt in suum

monasterium constructum in suburbio de la Boucairie, ex consensu præfati Episcopi. A

LINGENDES. D'azur à trois glands d'or 2. 1. 29. IOANNES DE LINGENDES IV. ex Regio Concionatore Ludouici 13. ac Comite Consistoriano, eximiâ eloquentiâ, sacro ex suggestu verbum Domini prædicando cùm inclaruisset, nominatus fuit Pontifex Sarlatensis Regis beneficio, & consecratus Lutetiæ in Ecclesiâ D. Ludouici Patrum Societatis Iesu, à Leonorio d'Estampes Remensi Archiepiscopo & Duce, assistentibus Nicolao Denetz Aurelianensi, & Petro de Broc Autissiodorensi Præsulibus die 14. Decemb. B

1642. an. 1642. Is scilicet ante adeptas infulas delectus fuerat, vt publicâ oratione parentaret Lutetiæ in templo S. Virginis anno 1637. 29. Octob. cùm funus Serenissimi Principis Victoris Amedei Sabaudiæ Ducis adpararetur. In funebri autem pompâ apud ædem S. Dionysij, Ludouico Iusto Regi iam Episcopus disertissimè perorauit in exequiis celebratis die 22. Iunij 1643. Anno insequenti, in suâ diœcesi & Abbatiâ Cadunij sacrum Sudarium Domini nostri Iesu Christi reuelauit, quam celebritatem in acta publica conscribi curauit. Cùm autem cessisset Episcopatui, factus est posteà Episcopus Matisconensis an. 1650. & ad Cœtum Cleri generalis Lutetiæ congregati, vnà cùm Iacobo de Nuchese Episcopo Cabilonensi & Comite, eorumdem Comitiorum posteà renunciato Præside, pro Lugdunensi prouinciâ delegatus est anno 1655. C

SEVIN. D'azur à vne gerbe d'or. 30. NICOLAVS SEVIN II. Episcopus & dominus Sarlatensis, toparcha de la Roque de Gayac, Regi à Consiliis: ex Abbate S. Vulmari diœcesis Boloniensis, Ioannis cessione Episcopus destinatur, ac Regi Ludouico XIV. hominium pro temporali exhibuit die 11. Augusti anni D

1648. 1648. qui Ecclesiam suam etiamnum administrat.

SEDVNENSES EPISCOPI COMITES VALLESII.

EPISCOPATVS Sedunensis accepit suam denominationem à ciuitate Sedunensi in Vallesio, quæ sita est in amœnâ planitie inter montes Alpinos ad Rhodanum, vbi olim Seduni. In hanc vrbem translata fuit Sedes Episcopalis, deleto Octoduro Veragrorum, seu regionis Vallesiæ inferioris ciuitate, quæ & Valensium in prouinciâ Alpium Graiarum & Penninarum dicitur in Notitiâ Prouinciarum, vnde Octodurenses Plinio ab Octodoro Cæsaris lib. 3. c. 1. quod nunc Sedunum appellatur. Archiepiscopatui Tarantasiensi subest, & paruit quondam Comitibus Sabaudiæ, nunc autem tam in spiritualibus, quàm & temporalibus Episcopum agnoscit superiorem, qui Comes & Præfectus Vallesiæ nuncupatur. In eâ ciuitate Præsul suam residentiam tenet; Comitatum verò & Præfecturam Vallesiæ Carolus Magnus Imperator circa an. Domini 802. donauit S. Theodulo Episcopo Sedunensi, suisque in dictâ sede successoribus, perpetuis futuris temporibus possidendum; vnde est, quòd vsque ad præsens sæculum in pacifico iure, vsu, & exercitio eiusdem Comitatus ac Præfecturæ fuerint. Habet Episcopus titulum Principis sacri Romani Imperij, iura Regaliæ, in cuius signum eidem Episcopo confertur gladius per vassallum ipsius nomine Seneschallum; habet quoque ius donandi vitâ, vel gratiam faciendi suppliciandis, eorúmque bonorum confiscationem; ad Antistitem spectat quoque fabrica monetarum, cùm omnigenâ vtilitate inde prouueniente; potitur etiam confirmatione Iudicum & Officiariorum sub iuramento præstando, mulctis & castigationibus delictorum, & grauiorum criminum, creatione Notariorum, legitimatione spuriorum; eorúmque bona si absque liberis legitimis

SION en Valais sur le Rhosne, & le Sure.

802.

timis [illegible] vendicant: item bona vacantia, conuocationem dietarum & Comitiorum, vectigalia multa, & varia feuda, aliaque iura quamplurima, tam in ſuperiori quàm inferiori Valleſiâ. Licet verò omnes penè iuriſdictiones in dictâ valle Valleſij mediatè, vel immediatè ab Epiſcopatu Sedunenſi dignoſcantur dependere, nihilominus tamen Præſul habet iuriſdictiones quaſdam ſpecialiſſimas, videlicet Martigniacum, Ardonum, & Chamoſonum, Maſſoniacum, Acarum, Herens, Nax, Mages, Agietes, Sauiſiam, Grimiſuam, Agent, Sanctum Leonardum, B Vallem Anniuiſij, Chauſon, Sempronium, Vallem Wieſch. vbi habet altum, merum & mixtum imperium. Super gubernatione S. Mauritij Epiſcopus habet virtute tractatus de Silinon idem imperium; hinc eſt, quod gubernator S. Mauritij ſit Officiarius Epiſcopi Sedunenſis, à quo iuramentum in plenâ ſeſſione accipit. Vallis de Bagnes Abbas S. Mauritij quidem eſt dominus, quando tamen Epiſcopus Sedunenſis eſt Martigniaci, aut tempore viſitationis in dictâ valle, & anno Biſſextili ſi eò ſe contulerit, C eſt dominus dictæ vallis. Habet prætereà Epiſcopus ibidem iura Regaliæ & alti dominij, iuxta tractatus initos tempore VValtheri & Matthæi Epiſcoporum Sedunenſium. Sedes Pontificia adhuc in præſentiarum poſſidet quinque caſtra, videlicet Seduni caſtrum Maioræ vocatum, vbi eſt modo reſidentia Epiſcoporum, aliud Turbillionis, munitiſſimum fortalitium magis naturâ quam arte, ſitum in præalto colle ad radicem ciuitatis Sedunenſis, tertium caſtrum eſt Leucæ, quartum Natriæ, quintum Martigniaci: D fuerunt quamplurima alia caſtra, vbi Epiſcopi tempore bellorum Sabaudiæ Comitum morabantur, quæ modò ſunt diruta, & in rudera conuerſa. Epiſcopus Sedunenſis vnà cum ſuo Capitulo & communitatibus ſeptem Deſenorum patriæ Valleſij habent fœdus cùm ſeptem Cantonibus Catholicis, quod propter multas rationes [illegible] maximè inſtitutum fuit, pro conſeruandâ in his regionibus fide Catholicâ. Et cùm vicinis etiam Bern[illegible] in articulis mere politi-

A cis tantùm, in nullâ parte fidem concernentibus. Epiſcopatus Sedunenſis in redditibus annualibus, complectendo ſtatos & fortuitos prouentus, non computatis obuentitiis, aſcendit ad 2000. coronatos Galliæ, qui habitâ onerum ratione, ſubducto accuratè calculo ſicuti acquiruntur, ita expeduntur omnia. Quoad electionem Pontificis attinet, olim Capitulum Sedunenſe ſecundùm communem vſum & conſuetudinem Eccleſiarum, & Iuris Canonici diſpoſitionem, vnum Canonicum de eorum corpore depromptum eligere ſolebat, qui populo deinde in B Eccleſiâ Cathedrali Sedunenſi publicè & ſolemniter exhibebatur, cui demonſtrationi vniuerſus populus acclamabat, votis applaudebat; denique tamen quia Epiſcopus ſpiritualis & temporalis Valleſiæ dominus eſt, inoleuit vſus, vt Capitulum Sedunenſe quatuor magis idoneos ac dignos per modum ſcrutinij electos, Senatui, ſiue Oratoribus ſeptem Deſenorum Valleſiæ præſentet, qui de quatuor præſentatis Sacerdotibus per Capitulum magis idoneum & gratum denominare ſo- C lent, cùm traditione per Decanum Sedunenſem, accedente etiam Balliuo, gladij Regaliæ in ſignum dominij alti Comitatus & Præfecturæ, móxque à ſeptem Deſenorum Communitatibus obedientia & fidelitas præſtari & exhiberi conſueuit; quibus peractis, petitur & ſollicitatur per Electum, Capitulum & Senatum Valleſiæ à ſummo Pontifice Electi confirmatio Apoſtolica. Eccleſia Cathedralis Sedunenſis agnoſcit Tutelarem B. Virginem Mariam in cœlum Aſſumptam. Patroni verò generales huius diœceſis ſunt impri- D mis beatiſſima Virgo Maria, S. Theodulus Epiſcopus Sedunenſis, D. Catharina Virgo & Martyr, S. Mauritius cum ſociis, eò quòd hanc diœceſim proprio ſanguine martyrio nobilitarint, quorum reliquiarum ſacer theſaurus in magnâ veneratione tam indigenarum, quàm forenſium concurſu, in Abbatiâ celeberrimâ Agaunenſi habetur, vbi honeſtiſſimè collocatæ ſunt: in caſtro verò Valleſiæ Seduni magnus earumdem reliquiarum cumulus religioſè & piè conſeruatur. Diœceſis Sedunenſis ex-

tenditur in longitudine per tres cùm dimidio dies; habet ab Oriente Cantonem Vraniensem & montem S. Gottardi; ad Meridiem statum Mediolanensem, & partim Vallem Augustæ; ad Septentrionem ditionem Bernensem; ad Occidentem Sabaudiam & lacum Lemannum. Septem superioris Deseni Vallesiæ, siue Communitates sunt, Sedunum, Sirrum, Leuca, Raronia, Vespia, Briga, Gomesia. Porrò septuaginta Curas siue parochias complectitur Episcopatus tam in superiori quàm inferiori Vallesiâ, ex quibus sex per Bernenses Caluinistas vsurpantur, eò quòd sint B sitæ in dominio ac ditione eorumdem. Habet præter dictas parochiales, sexdecim Ecclesias, filiales cùm curâ animarum, quæ à primariis Curis principalium Communitatum dependent. De supradictis 70. Curatis septemdecim sunt qui habent adiunctos Vicariatus; & octo sunt Prioratus ex Curis memoratis, vbi olim Religiosi habitabant. Monasteria in diœcesi Sedunensi tria extant videlicet Abbatia celebris:

S. Mauritii Agaunensis O. A.
S. Maurice en Chablais.

C Monasterium de Gerundâ S. Mariæ de Carmelo & monasterium siue hospitale situm in apice montis S. Bernardi, in quo est Præpositura etiam Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium. Sunt in Vallesiâ duo Conuentus Capucinorum, vnus Seduni, alter apud S. Mauritiũ, qui ambo de nouo sub Adriano de Riedmatten Episcopo Sedunensi ædificantur communibus populi Vallesiani eleemosynis. Fundum Seduni pro ædificatione Ecclesiæ, conuentus & amplissimi horti liberaliter concessit Capitulum Sedunense. Apud S. Mauritium verò pro ædificatione iam noui constructi cœnobij Capucinorum, fundum vna cum plerisque sumptibus structuræ donauit nobilis Antonius Quarterius Aureatæ Militiæ Eques & Capitaneus. Est etiam in diœcesi Sedunensi vnica domus Sanctimonialium, in mandamento Montheoli, Ordinis S. Bernardi Cisterciensis, quæ anno 1643. in generalibus Maij Comitiis Adriano Episcopo singulariter procurante, communibus patriæ suffragiis receptæ fuerunt, cùm permissione eisdem concessâ in dicto mandamento Montheoli monasterium ædificandi; ex publicis quoque patriæ eleemosynis ædificatur de facto monasterium in colle vocato Arbignion propè parochiam, siue pagum Columberiis situm; quæ Moniales ad formam Concilij Tridentini non alium agnoscunt superiorem quàm Episcopum Sedunensem, vti diœcesanum. Canonici Ecclesiæ Cathedralis sunt XXIV. ex quibus duodecim sunt titulares, & totidem residentiales ac præbendales: præter dictos Canonicatus vna præbenda destinata est fabricæ Sedunensi, alia pro distributionibus quotidianis, & tertia pro Curato Sedunensi Canonico. Duabus ordinariè præsunt Ecclesiis, videlicet Cathedrali Sedunensi, & Collegiatæ Valleriæ: paria in vtrâque peraguntur diuina officia secundùm ritum & ordinem Romanum. Quadripartita est Capitularis dignitas, alius est enim Decanus, alius Decanus Collegiatæ Valleriæ, alius Sacrista, alius denique Cantor Sedunensis: his accessit Theologalis dignitas nouissimè à Nuntio Apostolico erecta. Singulis hebdomadibus die Veneris conuentus (Calendas vocant) habent; & ibidem de temporalibus & spiritualibus rebus decernunt. Beneficia in Cathedrali Ecclesia Sedunensi sunt 12. ex quibus non ampliùs quam quinque aut sex Sacerdotes ali possunt, & duo Chorales. Inseruit quoque in Cathedrali Curatus Sedunensis vna cùm suo Vicario, qui etiam Choro deseruire obligantur. In Ecclesia vero Collegiatâ Valleriæ sunt septem, ex quibus non plures quàm duo Sacerdotes cùm vno D Chorali commodè enutriri possunt. Habet Capitulum item aliquas iurisdictiones temporales, necnon multa ac varia iura feudalia, & Cancellarias: habet etiam fœdus cùm septem Cantonibus Catholicis Heluetiæ. In ciuitate præter Ecclesiam Cathedralem & Collegiatam Valleriæ, est templum S. Theoduli Episcopi; constructum per Cardinalem Mathæum Schiner Episcopum Sedunensem, nec dum omnino perfectum atque fundatum: Ecclesia Vicarialis S. Petri, sacellum Sanctiss. Tri-

nitatis, alterum Omnium Sancto- A rum sub castro Vallesiæ; B. Georgij extra muros; S. Margaritæ ad pontem Rhodani, sacellum denique in hospitali Sedunensi S. Ioannis Baptistæ. In fortalitio verò castri Turbilionis, est sacellum sub inuocatione S. Georgij: in castro Episcopali autem est Capella sub inuocatione S. Michaelis Archangeli. Porrò Episcopi qui in Sedunensi Cathedrâ vsque ad nostra tempora floruêre, sunt qui sequuntur, quorum nomina cùm scriptores, tum monumenta diuersa, & liber obituum castri Canonicorum Valleriæ, præci- B puè verò peruetusta documenta memorati castri, ac cœnobij S. Mauritij recensent. Hoc præmonito tamen, modernum statum Ecclesiæ & Episcopatus Sedunensis maiori ex parte desumpsisse ex libro Italico, qui inscribitur Heluetia Prophana & Sacra, edito anno 1642. per Ranutium Scottum Episcopum Burgi Sancti Donini, Nuntium Apostolicum ad Heluetios, qui fusè & accuratè de totâ Heluetiâ fideliter & verissimè scripsit: vti & de vrbe Guillimannus l. 4. Heluetiæ c. 4. Episcopi autem hi sunt.

Octobo- s, ou Mar- i en ablais. 381. 1. THEODORVS I. Episcopus Octodorensis in Concilio Aquileiensi anno Christi 381.

2. S. FLORENTIVS martyrium passus sub Vuandalis rexit Ecclesiam Octodorensem circa an. 411.

3. RVSTICVS tempore Godegisilli Burgundionum Principis, & in translatione S. Victoris Thebæi.

4. THEODORVS II. qui in fundatione monasterij S. Mauritij Agau- D
515. nensis subscripsit anno 515. ex originali autographo cùm aliis Episcopis, specialiter post Maximum Episcopum Geneuensem obsignatur, Sigismundo Rege Burgundionum dictum monasterium fundante, auctore Mario Auenticensi, seu Lausanensi, in Chronico.

5. CONSTANTIVS in Concilio
517. Epaonensi anno 517.

6. RVFVS circa an. 540. qui legitur subscripsisse actis Concilij Aurelianensis 4. 541. & 5. 549. item Aruernensis 2. eodem anno.

7. AGRICOLA anno Domini 568. 568.
memoratur apud Chronicon Marij prædictum his verbis: *hoc anno Monachi Agaunenses iracundiæ spiritu incitati, noctis tempore Episcopum suum Agricolam cùm Clero & ciues qui cùm ipso erant, occidere nitentes, domum Ecclesiæ effregerunt: & dum Episcopum suum Clerici, vel ciues defensare conati sunt, grauiter ab ipsis monachis vulnerati sunt.*

8. HELIODORVS Episcopus à Sedunis per missum Episcopalem chirographo subsignat Canones Syno- 585.
di Matisconensis 2. an. 585.

9. LEVDEMVNDVS circa annum 620. cuius mentio exrat apud Fre 620.
degarium Scholasticum in Chronico, vbi sic loquitur c. 44. *Leudemundus Episcopus Sedunensis ad Bertetrudem Reginam veniens secretiùs, consilio Alethei Patricij verba ignominiosa dixit, quòd Clotharius eodem anno omnimodis migraret de sæculo; vt* C *thesauros quantum poterat secretissimè ad Sedunis suam ciuitatem transferret, eò quòd esset locus tutissimus, & Aletheus esset Patricius, qui suam relinquens vxorem, Bertetrudem Reginam acciperet, eo quòd esset regio genere de Burgundionibus, ipse post Clotharium posset regnum adsumere. Regina Bertetrudis cùm hæc audisset, verens ne veritate subsisteret; in lacrymas prorumpens abiit in cubiculum, Leudemundus cernens se huiusmodi verbis habere periculum, fugaciter per noctem Sedunis perrexit. Exinde latenter fugâ Luxouium ad domnum Austrasium Abbatem peruenit. Post hæc ab ipso Abbate cùm domno Clothario his culpis excusatur, & ad suam reuersus est ciuitatem.*

10. PROTHASIVS subscripsit Concilio Cabilonensi anno 650. 650.

11. GRATVS anno 690.

12. S. AMATVS monasterij Agaunensis Abbas Episcopatum tenuit Dagoberto 2. Rege Francorum an- 716.
no 716. & iacet in Ecclesiâ Romarimontis in Lotharingiâ.

764. 13. VVILCARIVS anno 764. qui A à ſede per Sarracenos eiectus, ſeſe in monaſterium Agaunenſe recepiſſe dicitur, vbi vitam exegit.

14. ALOBORGVS anno 768. & 774. ex cartularijs Valleſiæ.

790. 15. S. ALTHEVS Abbas Sancti Mauritij, cuius tempore Carolus Magnus Francorum Rex D. Mauritium appulit, & indecùm eodem Altheo Romam proficiſcitur: ita affirmant tabularia dicti cœnobij de Agauno, quæ tradunt etiam Altheum vixiſſe B circa 790.

16. ADALVNGVS reperitur circa an. 800. de quo nihil prætereà memoriæ traditum eſt.

17. S. THEODVLVS ex Burgundiâ, de Grandimonte, Epiſcopus Sedunenſis Primus Princeps, Comes ac Præfectus Valleſij, qui ipſum Comitatum & Præfecturam Valleſiæ à Carolo Magno Imperatore accepit anno 802. quam dominationem ſi-
802. bi & ſucceſſoribus Præſulibus in per- C petuum poſſidendam dedit, eâque pacificè hiſce etiam temporibus vtuntur ex archiuis Eccleſiæ Sedunenſis. Exceſſit anno 806.

18. S. GARINVS ex Religioſo ordinis Ciſtercienſis Epiſcopus creatur: iacet in monaſterio Vallis Al-
901. pium an. 901. ex libro obituum caſtri Valleſij.

19. S. HELIAS diœceſis Nouarienſis, quieſcit apud Inſubres, non procul à Lacu Maiori, loco nominato Ortâ, vbi etiam corpus S. Gaudentij in veneratione habetur. D

20. MANFREDVS enuntiatur in cartis Epiſcopalibus ad an. Chriſti 921.

930. 21. VILLENCVS circa annum 930. ſediſſe perhibetur

22. AMEDEVS I. eligitur an. 936. & viuebat adhuc 940.

23. AYMO I. anno 940.

24. VVILPHINVS in necrologio Valleſienſi obiiſſe traditur die 3.
942. Idus Februarij anni 942.

25. HVGO I. anno 958.

26. EBERHARDVS Rudolfi Regis filius, Sedunenſem Præſulatum geſſit, de quo in archiuis Valleſiæ reperiuntur hi verſus:

Hunc tibi ſtella Maris perlucida virgo perennis,
Scribere præcepit deuotà mente libellum.
Ille Sedunenſis dominator Epiſcopus orbis,
EBERHARDVS *enim Regali Germine natus,*
RVDOLPHI *Regis clari certiſſima proles,*
Illius excelſis ſors vltima clauderet aſtris.
Stelliferi fecit penetrare cacumina cœli.
Atque peringenti pietate ad celſa meauit.
Hic patrios mores mutauit & ipſe ſuperſtes,
Atque ataui virtus ſplendeſcit in arte nepotis:
In rumore probus, bonitate ſagax, hilariſque, modeſtus,
Dapſilis & largus, mitis, pius, atque benignus,
Laude nitens, ſermone vigens, ac fide coruſcus.
Theotocos concede diu, in commune precamur,
Vſibus hic noſtris maneat cùm ſoſpite vitâ.
Poſt obitum manibúſque tuis pia Virgo Maria
In thalamum ſponſi, tecum quò lætus adibat,
Hoſpitiúmque tuum Virgo dignatus inire,
Cui quondam nato præbuiſti lacte mamillas.

27. GVILINGVS an. 990. ex libro obituum Valleſiæ. 990.

28. VVILLIERMVS I. anno 996.

29. HVGO 2. ab an. 1002. ad 1014. 100
prout conſtat ex quodam inſtrumento fundationis Rudolfi Regis Burgundiæ in fauorem monaſterij S. Mauritij 1014. die 14. Cal. Martij.

30. VVILLELMVS II. 1046.

31. AYMO II. Abbas S. Mauritij, ſub cuius tempore Leo IX. Ponti-

fex Max. B. Mauritij natalitia & A Sanctorum Martyrum Thebæorum
1049. tribus diebus celebrauit anno 1049. antea memoratur Cal. Aprilis 1044. in instrumento Monasterij S. Pauli Bisonticensis.

32. Hermenfredvs interfuit sacro Philippi Regis 1059. die Pentecostes: ab Alexandro 2. Legatus item à Latere in Angliam ad Con-
1070. cilium Vuintoniense mittitur 1070. celebratum in Octauis Paschæ coram Vuillelmo Rege, cuius iussu ordinauit Episcopum Vualcelinum ex Rogeri de Houeden parte po- B steriore. De eo fit mentio in donatione Henrici Imp. Ecclesiæ Leodiensi 1071.

33. Girardvs anno 1074. cui scribit Gregorius VII. Pont. Max. l. 1. ep. 67.

34. S. Gverinvs Abbas B. Mariæ de Alpibus in Sabaudiâ, cui scribit S. Bernardus ep. 253. sedit ad
1140. ann. 1140. sepultúsque in cœnobio Alpium. Author descriptionis Vallesiæ autumat illum vixisse an. 1219. eum confundens cùm Guarino Sil- C uanectensi Antistite.

35. Lvdovicvs anno 1150. vixit & 1157. ex quodam diplomate.

36. Amedevs II. annis 1163. & 1168.

37. Vvaltervs decessit 17. Cal.
1180. Aprilis 1180. ex libro obituum castri Vallesiæ.

38. Conon an. 1181. documenta publica testantur hunc multa bona erogasse Ecclesiæ Sedunensi. D

39. Vvillelmvs III. ex Abbate S. Mauritij 1189. hic visitaturus ipse Ecclesiam, ceu Prioratum de Sinemuro in Burgundiâ membrum Monasterij S. Mauritij, ibidem moritur, & ante maius altare dicti conuentus sepelitur.

40. Gvillelmvs IV. 1192. & 1195.

1196. 41. Vdo præfuit anno 1196.

42. Nantellinvs ab anno 1199. vsque ad 1202.

43. Gvillelmvs de Salione v. 1203. ex archiuis Capituli. De Salione.

44. Landricvs ab an. 1207. 1207.
vsque ad an. 1236. qui cùm Aymone de Sabaudiâ concordiam fecit, in quâ inter alia hæc exprimuntur: « Aymo recognoscit quòd castrum de « Montehotdei est in territorio & pro- « prietate Ecclesiæ Sedunensis, sed « quia Aymo illud construxerat pro- « pter reuerentiam & honorem ipsius « Ecclesiæ, debet illud destruere. Ca- « strum verò de Seilâ in pace remaneat, « liberè & absolutè Ecclesiæ « Sedunensi, & alia, prout in pacto « rum instrumento continentur anno »
1233. XV. Caleodas Iunij, iuxta flumium Morgiæ. 1233.

45. Boso de Granges ab an. 1237. ad 1243. præfuit; iste aliqua homagia quæ habebat à Massonâ superius donauit Ecclesiæ Sedunensi, & ab Hierosolymitanâ peregrinatione rediens moritur. Granges. 1243.

46. Henricvs de Raronia I. nobili ortus genere, fratrem habuit Amedeum de Raroniâ magni nominis: eligitur 1243. & cùm Petro Comite Sabaudiæ toto decennio bellum gessit, quocirca suis litteris Vrbanus IV. eum increpat quòd Præsulis & Ecclesiæ Sedunensis bona occupet, quibusdam ab Episcopo fictitiæ permutationis velamentis extortis, & emendari iubet. Fato concessit an. 1271. De Raronia. 1271.

47. Rodolfvs de Vallepellina ab an. 1271. ad 1273. vacabat Sedes anno 1274. De Vallepellina.

48. Petrvs de Orens I. electus 1275. fecit fœdus cùm Federico Curiensi Episcopo ex familiâ Comitis de Montfort anno transitus sui 1282. De Orens. 1282.

49. Bonifacivs de Chalant Ebali Vicecomitis Augustensis germanus, creatur 1290. vacauerat enim Sedes annis 1288. & 1289. memoratur apud Basilicam Petri in l. 2. de Episcopis Nouariensibus 1306. obiit an. 1308. Chalant. 1308.

Castellionis. 1323. 50. Aymo de Castellio-A ne III. Augustâ Prætoriâ ortus eligitur 1308. vitâ priuatur 1323. 17. Cal. Augusti. Amedeus Comes Sabaudiæ, & dictus Aymo recognouerunt altera literi quædam hominia apud aquam de Morgiâ inter Sedunum & Contegium 1308. ex cartophilacio Sedunensi.

51. Petrvs II. anno 1323.

De Tvrre. 1338. 52. Aymo de Tvrre, IV. nobilis Vallesius, ab an. 1324. prout acta Vaticani memorant, ad 1338. condidit cœnobium Carrusianorum B apud Siderianos, & 1330. dissensiones quas cùm Comite Sabaudiæ habebat, composuit.

De Gasconia. 53. Philippvs de Gasconia I. renunciatur Episcopus 1338. die 8. Iunij ex registro Vaticano, & inde vsque ad annum 1342. quo resignauit Episcopatum, creatus Archiepiscopus Nicæensis.

De Granges. 1342. 54. Gvischardvs Tavelli de Granges inauguratur Pontifex 1342. de quo in libris oblig. Varic. 1345. die 22. Maij: propter C graues contentiones, ex alto castri Setæ quod ex improuiso occupaerat, per Antonium de Turre militem, cuius amplissimæ opes in Sedunis erant, prædicti Episcopi ex sorore nepotem præcipitatur, sicque violentâ morte spiritum exhalauit 1375 die 6. Idus Augusti. Hic Episcopus Cathedræ & mensæ Sedunensi acquisiuit castrum Maionæ, quod est sedes moderna Episcopalis cùm adiunctâ iurisdictione Maioratus, & aliis quamplurimis bonis in Deseno Sedunensi existentibus, pretio 5000. floreoorum à nobili domino Bartholomæo de Grisiaco Maiore Sedu- D nensi, & condomino de Batio an. 1372. 1372. die 15. Iannarij in castro Setæ.

De Savoye. 55. Edvardvs de Savoye filius Philippi Principis. Achaiæ & Pedemontij, multarumque Abbatiarum Archimandrita, electus 1376. vacabit enim Sedes ab obitu Guiscardi Episcopi 1375. Is verò propter plurima delicta, offensionem in patriam, & multa alia ab Episcopatu expellitur 1384. die 21. Augusti, sed mox per consangnineum eius Amedeum Sabaudiæ Comitem magno patriæ incommodo restituitur. sub huius regimine 1388. in villâ Vespiæ die Mercurij proximâ ante festum Natiuitatis Domini, fuerunt interfecti de exercitu Comitis Sabaudiæ in Vallesiâ 4000. virorum electorum armigerorum. Fit posteà Bellicensis, ac tandem Tarantasiæ Archiepiscopus. 1388.

58. Hvmbertvs de Billiens creatur Episcopus an. 1388. De Billiens ex registris Capituli: Eo sedente 1388. pax & concordia facta est inter Bonam Comitissam Sabaudiæ, & Episcopum ac patriotas Vallesij.

57. Henricvs de Blanches II. de Vellatæ, inter bella & Blanches. discordias obtinuit Episcopatum: Vallesiani verò noluerunt illum pro Antistite suo agnoscere, eo quòd nimium senex esset, ac impotens ad redimendam terram Ecclesiæ Sedunensis de manibus Comitis Sabaudiæ; qui tandem cessit Episcoparum Guilelmo de Raronâ 1391. die 19. Iulij in Vissoge valle Anniuisij.

58. Gvilelmvs de Raronia VI. Bonus nuncupatus, ex Ca- De Raronia. nonico electus mense Ianuario 1393. præfuit vsque ad an. 1402. Ecclesiamque omni cùm laude administrauit, & castrum Setæ sæpius inhabitauit, vbi 1402. die 17. Maij lectulo decumbens testamentum condidit, ita Necrologium Sedunense. 1402.

59. Gvilelmvs de Raronia VII. anno 1402. & 1414. die De Raronia. 16. Februarii. Apud S. Mauritium 1414. Aganui, Amedeus Dux Sabaudiæ, & Guillelmus Episcopus Sedunensis, alter alteri homagia recognouerunt, die 18. Septemb. 1415. eo sedente etiam quinque Deseni patriæ Vallesii fœdera inierunt videlicet, Sedunum, Sirrum, Vespia, Briga, & Conches, cùm tribus primis Cantonibus Heluetiis Catholicis Lucernâ, Vraniâ, & Subsiluaniâ. Cæterùm Guillelmus de Raronâ, Guillelmi 6. decessoris nepos electus fuerat in Episcopum à Capitulo, cùm esset tantùm viginti annorum, sed cùm in ætatis regimine quàm mori-

bus multos defectus pateretur, non potuit confirmationem à Sede Apostolicâ obtinere,

GVALDO. 60. ANDREAS DE GVALDO Italus Archiepiscopus Spalatensis, deinde Collocensis, randem Episcopus Administrator Sedunensis ab
1437. an. 1418 6. Iunij, vsque ad an. 1437. die 17. April. quo mortuus est, & propè altare S. Andreæ in Ecclesiâ Cathedrali humatur: fundauit altare sub innocatione S. Andreæ.

BARONIA. 61. GVILLELMVS DE RARONIA VIII. Egidij viri nobilis apud B
Vallesienses ex Isabellâ de Silnon filius, inauguratur 24. Aprilis 1437. hic cùm Capitulo Sedunensi & suis patriotis iniit fœdus cùm Ludouico Sabaudiæ Duce & Bernensibus an-
1446. no 1446. 30. Aug. vt ferunt instrumenta publica: fundauit altare S. Sebastiani in castro Valleriæ. Defunctus 1451. die 11. Februarij in Pallantiâ villâ Ducatus Mediolanensis, diœcesis Nouariensis, redeundo Româ de Iubileo: eius corpus inde elatum in castro Valleriæ impensis Henrici Asperlini consanguinei sui Decani Sedunensis, & honorificè se- C
pelitur in Cathedrali.

SPERLIN. 62. HENRICVS ESPERLIN DE RARONIA III. ex Decano Ecclesiæ Sedunensis electus 1451. 22. Ianuarij; die 7. Februarij sequentis confirmatur à Sede Apostolicâ: in cartis Vaticani dicitur electus 4. Cal. Septemb. 1454. per liberationem Commendæ Cardinalis Metensis; & munere Episcopali fungitur vsque
1457. ad annum 1457.

SVPER-SAXO. 63. VVALTERVS SVPERSAXO DE ARAGNO Episcopus renun- D
tiatur an. 1458. Eo sedente 1475.
1475. inita sunt noua fœdera inter dominos ciuitatis Bernensis: & Ludouicus de Sabaudiâ Administraror tunc Ecclesiæ Gebennensis, cùm Baronibus, & nobilibus suis ac militibus Ducatus Sabaudiæ ad numerum 15000. electorum armigerorum Vallesiam ingressus, villas ac castella [illegible]dra combussit, pueros ac mulie-r[illegible] ibidem repertas miles interfecit, um in ciuitate Sedunensi eo tempore trecenti tantùm viri essent,

A quorum pars in ciuitate manens ad subsidium, alia ciuitatem egreditur, & illam ingentem inimicorum aciem inuadendo, in fugam conuertit, nongentósque de hostibus & plures interfecit: cæsis verò militaribus turmis, congregatisque patriotis Contegium obsederunt, cœperunt castrum ac diruerunt, omnes villas & montes ab inferius à monte S. Bernardi, vsque ad S. Mauritium inclusiue, quæ prius Comites Sabaudiæ Ecclesiæ Sedunensi abstraxerant, recuperauerunt, magnis damnis Sabaudis à S. Mauritio inferiùs datis, cùm triumpho & gaudio ad propria redierunt. In cuius victoriæ memoriam vsque hodie XIII. Nouembris quotannis solemnis dies in totâ Vallesiâ celebratur, sub nomine festi septem gaudiorum B. Mariæ Virginis, ex tabulariis manusc. castri & Ecclesiæ Sedunensis. Fundauit & extruxit in Cathedrali sacellum S. Barbaræ. Decessit die 7. Iulij 1482. alijs 1482.
1478.

64. IACOBVS DE SILLINON SILLINON.
ex Præposito Ecclesiæ Collegiatæ Beronæ in ditione Lucernensi, diœceseos Constantiensis, electus 1482. mense Iulio: vir prudentiæ & doctrinæ singularis, proptereàque Ludouico XI. Galliarum Regi & Sigismundo Austriaci Principi carus. Anno 1487. die 28. Iulij, Vallesiam cùm octingentis Lucernensibus, patriam Ossulæ diœceseos Nouariensis, Ducatus Mediolanensis ingressi cùm manu armatâ, ab exercitu Ducis Mediolani circumuenti, grauem iacturam passi sunt; vnde idem Episcopus magnas sibi inimicitias conciliauit. Cùm septem Desenorum Vallesij Communitatibus fecit tractatum, in quo recognoscunt etiam Præfecturam Agaunensem, ceu S. Mauritij cùm iurisdictionibus suis ad Episcopum Sedunensem pertinere. Ædificauit idem Iodocus fortalitium & castrum Episcopale apud S. Mauritium: item pontem lapideum iuxta castrum sumptuosæ structuræ, qui diuidit statum Vallesiæ à Bernensibus, & supra medium illius pontis, capellam sub inuocatione S. Theoduli Episc. struxit quoque capellam castri Sedunensis Episcopalis, ædificia publica passim in to-

tâ regione, & primus in Balucâ valle Iotremontium, argenti fodinas adinuenit, ita habent monumenta castri Valleriæ. Tandem quia addictus erat Gallis operâ Georgij Supersaxi summæ authoritatis viri, & Ludouici Sfortiæ Principis Mediolaneosis amicissimi, exortâ seditione ciuium, cùm aooís 14. summâ laude præfuisset, è Sede Episcopali &
1496. patriâ pulsus est 15. Aprilis 1496.

Schiner. 65. Nicolavs Schiner de Aragno, Vicarius Generalis summi Pontificis in Curiâ Romanâ in spiritualibus & temporalibus suffectus B in locum expulsi Iodoci anno 1496. verùm Mathæo nepoti suo ex fratre ob grauem senectutem Episcoparum
1500. cessit anno 1500. qui honorifico sepulchro in Ecclesiâ Sancti Theoduli Episcopi à successore suo Mathæo conditur.

Schiner. 66. Mathævs Schiner patriâ Sedunensis, genere quidem humilis, sed animi virtute, pace bellóque clarus, resignatione patrui renuntiatur Episcopus an. 1500. 20. Decemb. quem inde Iulius 2. Papa in honorem gentis Helueticæ Purpurâ donauit, & Presbyterum Cardinalem S. Pudentianæ creauit an.
1511. 1511. Leo x. Pontifex Maximi speciali operâ Cardinalis Sedunensis Mathæi electus fuit ad Pontificatum, à quo deinde maximis honoribus fuit auctus, dum illum in Legatum totius Italiæ & Germaniæ, & vbicumque locorum comperiebatur, creauerat: obtinuit quoque ab eodem Leone x. vt Episcopatus Sedunensis frueretur priuilegiis iis, quibus gaudent Episcopatus Concordatæ Germaniæ, & de facto inter Concordatas Alemanniæ recensuit. D Anno 1518. die 15. Ianuarij, arx munitissima Octodori, siue Martigniaci in præaltâ rupe existens, diruta fuit edicto Senatus Vallesij. Ille autem obortâ seditione patriâ cedit,
1522. Romæque moritur 1522 vltimâ Septembris, & in Ecclesiâ S. Mariæ de Animâ sepelitur, quæ Germanorum est. De eo meminit Paulus Iouius, Franciscus Guicciardinus, Sanderus, Platina in vitâ Iulij 2. Henricus Pantaleon l. 3. illust. German. virorum Bernardus à Malinkcrot A Decanus Monasterij, in suis Germaniæ Cardinal. & Erasmus qui ei inscripsit Epistolarum S. Iacobi & Iudæ paraphrasim, aliique scriptores.

67. Philippvs de Platea II. creatur anno 1522. in dedicatione Ecclesiæ Valleriæ 20. Octobris fœdus cùm Carolo Duce Sabaudiæ renouauit, sed cùm electionis confirmationem à summo Pontifice impetrare non posset, propter imbecillitatem corporis sui sponte se Episcopatu abdicauit 1528. De Platea. 1528.

68. Adrianvs de Riedmatten I. electus 1529. Ianuarij die 12. consecratus Lausanoæ à Sebastiano vrbis Episcopo & Comite; fidei Catholicæ tuendæ zelo flagrans præsertim tempore illo quo Lutherana & Caluiniana hæresis in confinibus Vallesianis pullulabat; hic metuens ne dicta hæresis recenter nata à Bernensium ditione in Vallesiam propagaret, procurauit vt ipsemet Episcopus, Capitulum, & Communitates septem Desenorum, confœderationes inirent cùm Heluetijs VII. Cantonum Catholicorum, Lucernensibus Vraniensibus, Suittensibus, Vnderwaldensibus, Friburgensibus, & aliis: hæc fœdera primò celebrata fuerunt Friburgi die Mercurij ante festum S. Thomæ 1533. quæ singulo decennio abinde renouata fuerunt alternis vicibus: in quibus inter alia communibus iuramentis sese obstrinxêre constanter & perpetuò in fide Catholicâ, Apostolicâ, & Romanâ permanendi, & nunquam aliam sectam huic contrariam amplectendi. Saluberrimi huiusce fœderis beneficio, procurante Adriano Episcopo Vallesia à labe sectæ Caluinianæ seruata fuit, qui in hunc finem constituerat duos Canonicos Sedunenses fidei & hæreticæ prauitatis Inquisitores, inter quos Petrus Allet Decanus Sedunensis, & Vicarius generalis Adriani. Anno autem 1536. castrum Episcopale Maioriæ magnâ ex parte incendio concrematum, & absumptum fuit, illúdque propriis impensis suis splendidius quàm priùs fuerat, sumptuosè reædificauit. Vitâ functus est 17. Martij 1548. Riedmatten. 1533 1548

69. Ioannes Iordan electus Iordan.

1548. die 22. Martij. Hic infeudauit Vicedominarum Sedunensem priùs ad nobilem virum de Chiuron Senescallum spectantem, ciuibus Sedunensibus, in Ecclesiæ præiudicium, eò quòd caduciras dicti feudi mortuæ manui addictum ex parte fuerar: ipso sedente iuuentus Vallesiana in seminariis hæreticorum Basileæ, Tiguri, & Bernæ studebat in magnum detrimentum fidei Catholicæ, eò quòd in seminariis illis gratis alebatur, vnde serpere cœpit grauiter
1565. hæresis in Vallesiâ. Ioannes verò decessit 12. Iunij 1565.

Riedmatten. 70. Hiltebrandvs de Riedmatten i. in Parisiensi Academiâ litineris iuuentute operam dedit, Episcopus verò renunciatur 22. Iunij 1565. edicto solemni sanxit, ne iuuentus Vallesiana mitteretur ad scholas hæreticorum, quod multùm profuit patriæ. Iste in vnum collegit Vallesij statuta municipalia, Episcopi, Capituli, & septem Desenorum Communitatum Vallesij, sigillis approbata, quibus iura Principatus, Comitatus, & Præfecturæ ad Episcoparum Sedunensem spectantia, per Vallesianos confirmata fuêre ad vtilitatem mensæ Episcopalis: cui acquisiuit tres Vicedominatus Vercoreni, Chalesij, & Nax,
1604. priùs ad nobilem de Cheurone spectantes. Obiit die 24. Nouemb. 1604.

Riedmatten. 71. Adrianvs de Riedmatten ii. ex Abbate S. Mauritij Agaunensis electus 1604. Confirmatus à Paulo v. Pontifice 1605. introduxit Agaunum Capucinos, & Soc. Iesu Patres in Vallesiam. Hic rursus nouo statuto & edicto in Comitijs Vespiæ inhibuit sub confiscatione corporis & bonorum, ne iuuentutem ad scholas & seminaria hæretica parentes mitterent, nec non alia saluberrima statuta pro fide Catholicâ sanciuit. Migrauit è virâ
1613. 1613. ad quem extant Francisci de Sales Episcopi Gebennensis piissimi epistolæ.

Iodocvi. 72. Hiltebrandvs Iodocvs ii. electus an. 1613. die 15. Octobris, confirmatur à Sede Apostolicâ anno sequenti; in electione eius quatuor Dignitates Capituli Sedunensis quendam tractatum iniuerunt cùm Communitatibus septem Desenorum Vallesiani, quo renunriauerunt Carolinæ constitutioni, quæ est fundamentum donationis Vallesiæ Episcopo, à Carolo Magno donaræ, & deinde confirmatæ per Imperatorem Carolum v. an. 1521. recognouerunt quoque Ballliuum & septem Desenos, altos ac supremos Dominos Vallesij, iuribus particularibus Episcopatus saluis, qui tractatus biennio post ab iisdem dignitatibus in plenâ sessione Comitiorum an. 1615. reuocatus est. Alexander Scapius Episcopus Campagniæ, & Nuntius ad Heluetios Apostolicus primus, hanc diœcesim visitauit 1622. & sedulò curauit tanquam minister Apostolicus, vt Episcopatum ad pristinum reducerer statum, & auulsa ab Episcopatu iura denuo reincorporaret. Post verò recrudescentibus odiis cùm vsurpationes per Vallesianos in dies fierent, pro secundâ vice præfatus Nuntius Apostolicus assumpto secum Oratore Heluetio Christianiss. Regis domino Miron, interuenientibus etiam Cantonibus Catholicis Heluetiorum profecti sunt cùm intentione tumultus & controuersias sedandi, & negotia pacificandi. Vallesianis verò in compromissum libertatis iura ponere nolentibus, nihil potuit in hoc negotio contentioso concludi, adeòque re imperfectâ discedere coguntur an. 1626. Intereà animis Vallesianorum ita grauiter exacerbatis, 1626.
Episcopus vnà cùm suis fratribus, aliisque viris Ecclesiæ, huius rarionibus fauentibus parriâ cedere coguntur; & Romam profectus, ex Pontificiâ liberalitate triennio integro honorificè alitus fuit. Intereà Pontif. Max. omnibus huius Ecclesiæ grauaminibus expositis, obtinuit Episcopus citare nobiles Vallesianos ad tribunal summi Pontificis, dicturos causam legitimam quare Episcopus Sedunensis non debeat gaudere iuribus Comiratus Præfecturæ Vallesij, prout sui decessores. Primarij Vallesij cùm contumaces essent, ex eo quòd dicerent se nullum agnoscere iudicem eorum libertatis, nolléque libertatem armis maiorum suorum acquisitam in compromissum ponere. In fine anni 1630. Episco- 1630.

pus ob tantam moram pertæsus persuasit Papæ aduentum suum in Vallesiam gratum populo Vallesiano futurum, qui ab eo licentiâ obtentâ, per Pedemontium & Vallem Augustam ad Hospitale montis Iouis appulit, totúmque contrarium iis quæ sibi proposuerat, comperit. Dum mox per expressos nuntios Episcopo Senatus Vallesij curat nunciari, quòd si caram habeat vitam suam, non præsumeret in Vallesiam tentare ingressum, qui cùm posuissent in hunc finem in dictum montem cohortem militum ad impediendum Episcopo ingressum, per trimestre in eodem præalto monte te- B moratus mansit. Denique mitigatis paulisper animis circa finem Octobris, vsque ad Burgum S. Brancherij sex ab hospitali horis, decreto Senatusconsulto intromissus fuit, vbi rursus domus vbi Episcopus hospitium suum tenebat, nouâ militum custodiâ vallata fuit per triduum, donec Episcopus metu, aut necessitate perculsus, quendam tractatum Capitulo Sedunensi, & Episcopatus successoribus adhuc incognitum subscripsit; quo mediante tractatu, cùm maximo procerum Vallesiæ applau- C su & comitatu Seduni in sedem Episcopalem restitutus fuit. Rebus
1635. per modum vsque ad annum 1635. conquiescentibus, proceres Vallesiæ cupientes prædictum tractatum maiori firmitate roborare, & iurisdictionem temporalem Comitatus & Præfecturæ Episcopatus Sedunensis anullare, induxerunt denouo Episcopum & Capitulum ad cedendum antiquis & moderois rationibus & iuribus, ad altum dominium temporale spectantibus; condendo instrumentum tribus sigillis Episcopi, Capituli, & patriæ Vallesij mu- D nitum. Ranutius Scotus Nuntius pro tunc ad Heluetios Apostolicus omnem mouit lapidem vsque ad an.
1638. 1638. vt veridicè informaretur quomodo, & quibus secretis & occultis mediis prædictus tractatus initus fuisset, in adeò graue præiudicium Ecclesiæ Sedunensis. In hunc ergo finem misit ad Episcopum Canonicum Gothardum de Solodoro Sacerdotem expertem & peritum, & huic Prælato confidentem, vt huius ioiti tractatus copiam impetraret Nuntio Apostolico deferendam; qui tameo nihil aliud ab eodem elicere potuit, quàm se esse in mille angustiis, & in summâ necessitate tacendi; qui denique partim & mœrore, partim podagræ infirmitate consumptus obiit anno 1638. 16. Maij.

73. BARTHOLOMÆVS SVPERSAXO creatur Episcopus 1638. hic mediante confirmatione prædicti tractatus electus fuit, Nuntius verò Ranutius Scotus protestatus fuit eundem non confirmandum fore à Pontif. Max. nisi per ipsum tractatus reuocaretur: quo à Vallesianis intellecto, decreuerunt electo Episcopo tanquam Comiti & Præfecto Vallesiæ præstituros iuramentum fidelitatis. Moritur an. 1640. die 16. Iulij post eius obitum vacauit Episcopatus per sex hebdomadas, eo quòd Vallesiani minacitet instabant rursus à Capitulo Sedunensi & futuro Electo, dictum tractatum Hiltebrandi Iodoci confirmari, Decanis & Canonicis Capituli renitentibus: denique tamen postquam diu vltrò citróque litigatum fuisset, die 30. Aug. an. 1640. ad electionem Adriani secundùm modum consuetum eligendi sub hac limitatione (illæsis hinc inde iuribus) progressum fuit. SVPERSAXO. 1640.

74. ADRIANVS DE RIEDMATTEN III. ex Cantore Sedunensi Episcopus electus die 30. Augusti 1640. Romæ confirmatus ex speciali gratiâ Vrbani VIII. mense Octobri, consecratus verò in Ecclesiâ Cathedrali Sedunensi à Ioanne de Vuateuille Episcopo Lausanensi, sibi assistentibus Clemente Abbate Albæripæ Ord. Cisterciensis, & Petro Odeto Abbate S. Mauritij Agaunensis, Canonicorum Regularium S. Augustini mense Decembri 1641. huic quoque solemnitati adstitit nomine Hieronymi Farnesij Archiepiscopi Patracensis, & Nuntij Apostolici ad Heluetios, Ioannes Baptista Bozetta Tridentinus, eiusdem Nuntij Auditor, qui Breue siue mandatum Apostolicum in Cathedrali Sedunensi perlegit. Adriano procurante communibus patriæ suffragiis, & in Comitiis Generalibus receptæ sunt ann. 1643. Moniales Ord. S. Bernardi, quarum monaste- RIEDMATTEN. De gueulle à 3 estoilles d'or en chef, & vne teeste en pointe. 1641. 1643.

rio ex commissione Episcopi Petrus Oddet Abbas S. Mauritij primum lapidem imposuit.

SENECENSES EPISCOPI ET DOMINI.

Senezen Prouence dans la montagne.

IN Alpibus Maritimis sub Merropoli Ebredunensi, & Parlamento Aquensi sita est Saniciensium ciuitas Isidoro, iuxta Castellanam sedem regiæ iurisdictionis, à quâ duabus leucis distat. Vrbs Sanitiensium dicta in Notitiâ Prouinciarum, in aliis Sanesio, Sanitio, & Sanirium, pro diuersitate lectionum inscribitur. Cu- » ius ciuitaris Episcopus memoratur » ab Innocentio 3. c.13. Postulasti, de » foro comperenti. Cathedrale Templum Virgini dicatum est, non Beatum agnoscir Augustinum vt nonnulli scripsêre, quia nimirum in eâ sacris operabantur Canonici Regulares Ordinis D. Augustini. qui togam sæcularem induerunt ab anno 1650. In eâ basilicâ sacris deseruiunt Præpositus, Archidiaconus, Sacrista, & quinque Canonici, quorum postremus nuncupatur Camerarius, vnus Curatus, quatuor Presbyteri habituati, seu deputati officijs Ecclesiæ, Magister Musices, & quatuor pueruli Chori. Obiter aduertendum perperam hîc à mulris auctoribus numerari in diœcesi Senecensi duas Abbatias Ordinis S. Benedicti, nempe S. Andreæ de Bone, & S. Mariæ de Busco; immò quod mirandum, earum fieri mentionem in registro taxæ beneficiorum in Curiâ Romanâ: & adhuc magis, quòd in quadam sæculo superiori pro decimis regiis soluendis editâ taxâ, hæ duæ Abbatiæ fuerint numeratæ. Nihilominus harum in hac diœcesi nec est, nec fuit vnquam indicium, vnde meriro ex decreto Cœtus Galliæ Ecclesiastici anno 1605. Senecensis diœcesis à solutione decimarum pro istis Abbatiis exoneratur. Quænam autem fuerint hæ Abbatiæ, aut vbi extiterint, obseruare hîc liber quod magis probabiliter videtur. Pro primâ igitur, extat non procul à diœcesi Senecensi solitarium quoddam monasterium, in quo olim commorari sunt Patres Carmelitani, qui nunc residenr in oppido Srobloni diœcesis Reiensis, quod quidem monasterium vulgò nunc vocatur S. Andreæ des Boners, & antiquitus Latinè Vallis Bonellæ, ex relatione & fide cuiusdam membranæ fundationis (quæ nunc iniuriâ temporum, aut potiùs Religiosorum incuriâ periit) istius cœnobij factæ à quodam Iacobo de Aperioculos domino de Gauberr, tempore quo S. Ludouicus Galliarum Rex ab expeditione Terræ Sanctæ rediens: Carmelitas secum duxit, & primum totius Galliæ Carmelitarum monasterium in Aquâ latâ Massiliensi fundauit: vnde istud S. Andreæ Vallisbonellæ communiter censetur esse secundum. Hinc factum est, forsan quòd auctores nescientes qualitatem istius cœnobij, dixerint fuisse Abbatiam Ordinis S. Benedicti: aut forrassis meliùs, quòd solitarius iste locus, & ab hominum frequentiâ valde dissitus, fuerit anteà Abbatia Ordinis D. Benedicti, & deserta derelicta antequam dictus Iacobus de Aperioculos Carmelitas ibi statueret. Nec enim hoc nouum & inusitatum fuit quædam monasteria deperdi, & alteri religioni addici: hoc nonnullis exemplis factum fuisse in diœcesi Reiensi (in quâ extat istud monasterium S. Andreæ) probat Barrellus in Historiâ Chronologicâ Prælatorum Ecclesiæ Reiensis. Et cùm diœceses Senecensis & Reiensis sint contiguæ, immò istud cœnobium S. Andreæ sit finitimum diœcesi Senecensi, non difficile fuit illi attribuere quod Reiensi debebatur. Ad alteram verò quod spectat, dicimus verè fuisse aliàs quandam Abbatiam S. Mariæ de Busco, aut de Buxo, vel de Brusco in territorio Castellinouani diœcesis Grassensis, nunc monasterio S. Honorati insulæ Lerinensis vniram, cuius Abbatiæ S. Mariæ de Busco multa collegit documenta Pater Polycarpus Riuiera Cartusianus in monasterio Bonipassus. Verùm cùm ob translationem Sedis Antipolitanæ ad Grassensem, retulissent amanuenses hanc Abba-

tiam sub Grassensi (cuius nomen vtpote nouum & inusitatum in Curiâ Romanâ, fortè non benè scribebatur, nec erat notum Curialibus Romanis) facilè crediderunt posteri amanuenses registra beneficiorum iterum transcribentes, diœcesim Grassensem fuisse Senecensem; præsertim cùm sint eiusdem Metropolis. Hinc quoque facilè fuit illi attribuere hanc Abbatiam quæ erat olim in Grassensi, aut Antipolitanâ diœcesi. Hæc porrò de Senecensi Episcopatu nobis communicauit Honoratus Bouche Aquensis, Sacræ Theologiæ Doctor, & Præpositus Collegiatæ S. Iacobi Canonicorum Regularium propè Barremam, in dictâ diœcesi Senecensi, cui basilicæ anno 1238. præerat Laugerius Canonicus Senecensis & octo Canonicis: at numerus iste iniuriâ bellorum excidit, domus claustralis & templum per hæreticos circiter annum 1570. euersum fuit. Ab huius Honorati quoque liberalitate, catalogus sequens Episcoporum Senecensium nunc primùm in lucem prodit ex variis monimentis, quem ad nos è ciuitate Aquensi transmisit, studio Reuerendi Patris Hilarionis de Costâ Mimini.

1. VRSVS nominatur in epistolâ Synodicâ Præsulum Galliæ ad Leo-
541. nem Papam ad annum 451. in codice MS. Bibliothecæ Sauaronis, licet in tomo 1. Conciliorum Patris Sirmondi, vbi legitur iste Vrsus, non exprimatur locus illius diœcesis, nec aliorum Episcoporum qui huic epistolæ subscripsêre.

2. MARCELLVS, subscripsit nomenclaturâ Episcopi de Sanetio Concilio Agathensi anno 506. &
529. Arausicano 2. 529.

3. SIMPLICIVS in Synodo Aurelianensi 4. anno 541. & Arelatensi 5. 554.

4. VIGILIVS Concilio 2. Ma-
585. tisconensi an. 585. per missum Episcopalem subscribit: de Vero & Prothasio qui à nonnullis superinducti reponuntur in serie circa ann. 600. & 650. penes eos sit fides: imò ex epistolis Desiderij Cadurcensis quas citant, colligitur hunc Verum fuisse Episcopum Rutenensem; & ex Sirmondo hunc Prothasium Præsulem Sedunensem.

5. AMELINVS anno 1040. inter- 1040.
fuit consecrationi Ecclesiæ S. Victoris Massiliensis factæ à Benedicto IX. Pont. Max. præsentibus Raiambaldo Arelatensi, Leodegario Viennensi, Hismidone Ebreduni, Petro Aquensi Archipræsulibus; Suffraganeis autem Episcopis Pontio Massiliensi, Stephano Aptensi, Feraudo Vapincensi, Petro Sistaricensi, Hugone Dignensi, Bertrando Regiensi, Gaucelino Foroiuliensi, Deodato Tholonensi, Aldeberto Antipolitano, Durando Venciensi, Nectardo Niciensi, Pontio Glandatensi, Pontio Valentinensi, Vldarico Tricastinensi, Franco Carpentoractensi, Benedicto Auenionensi, Clemente Cauallicensi, Petro Vasionensi, vti obseruatur ex quadam membranâ in archiuis S. Victoris Massiliensis. De hoc etiam Amelino fit mentio in vitâ S. Isarni Abbatis eiusdem B. Victoris in codice MS. vbi habetur hunc sanctum visitasse Amelinum Episcopum in ciuitate suâ Episcopali anno supradicto 1040.

6. VGO circa an. 1056. huius no- 1056.
men reperitur in perantiquâ inscriptione lapidi exaratâ, quæ visitur in Ecclesiâ S. Saturnini diœceseos Aptensis, his verbis: *Hæc domus S. Saturnini est consecrata trium Episcoporum personis, Raiambaldi Arelatensis Archiepiscopi, & Vgonis Santiensis, & Alphantis Aptensis Episcopi mense Madio, Calendario III.*

7. STEPHANVS anno 1060. in- 1060.
terfuit Concilio Auenionensi hoc anno habito, præsidente Hugóne Abbate Cluniacensi summi Pontificis Legato, assistentibus Archiepiscopis Arelatensi, Aquensi, & Ebredunensi, ac eorum Suffraganeis Episcopis: huius Concilij autographum inuenit. Polycarpus de Ripariâ in archiuis Ecclesiæ Concathedralis Forcalquerij, diœcesis Sistaricensis, in cuius schedis fragmenta quædam illius Synodi extabant.

8. ALDEBERTVS regnante Henrico Rege Alamannorum; qui Episcopus Radulfo Abbati Massiliensi & successoribus laudauit cuncta quæ Massilienses Abbates & monachi in Episcopatu Senecensi habuisse videbantur, scilicet Ecclesias Cellulæ, Petræ Castellanæ, S. Mariæ, S. Ioannis cùm baptisteriis, cœmeteriis, oblationibus & decimis, saluâ reuerentiâ Senecensis Ecclesiæ, teste Guidone Præposito, Bonifacio de Castellanâ, Dodone, Raimundo, Vgone fratribus & aliis 1123. indict. 1. 5. Cal. Ianuar. ex veteri regesto, è quo notitia illius desumpta, quo B carebat series Honorati Bouche.

1125. De eo mentio adhuc in membranâ anni 1125.

9. ENARDVS, vel ERARDVS anno 1159. in dedicatione Ecclesiæ S. Mariæ Lerinensis, apud Chronicon Lerinense Barralis.

1189. 10. MAVRELLIVS 1189. mense Octobri testis in antiquo documento cùm Ebredunensi Archiepiscopo, in pace Ildefonsi cùm Bonifacio de Castellanâ: & hic deerat in elencho Præsulum memorato.

11. IOANNES I. cuius fit mentio in regesto pergamenorum in archiuis Regiis ciuitatis Aquensis ad an.
1237. 1237.

12. PETRVS I. in tabulâ anni 1238.

1246. 13. GVILLELMVS 1246. qui consecrauit Ecclesiam Cathedralem Senecensem, vt legitur in quodam codice M S. eiusdem Ecclesiæ.

14 RAIMVNDVS anno 1260. memoratur in quodam instrumento tabularii S. Victoris Massiliensis inscriptus.

SEGVRETO. 15. BERTRANDVS DE SEGVRETO I. 1290. & 1309. anno 1312.
1312. fecit statuta quædam Synodalia pro Ecclesiæ & diœceseos suæ regimine, quæ adhuc extant in codice bibliothecæ Ludouici du Chaine Senecensis Episcopi.

1319. 16. ALBERTVS anno 1319. fit A mentio illius in tabulario antiquo M S. archiui Episcopalis; habet anniuersarium in Ecclesiâ suâ Senecensi.

17. BERTRANDVS II. anno 1326. interfuit Synodo prouinciali Auenionensi in æde S. Ruffi: de eo 1337. in historia Prouinciæ Nostradami.

18. PETRVS II. 1355 interfuit Synodo Aptensi 1365. assistentibus Arelatensi, Aquensi, & Ebredunensi Metropolitis, ac eorum Suffraganeis Præsulibus: cuius Concilij acta seruantur etiam in bibliothecâ Episcopi præfati. 1365.

19. ROBERTVS anno 1376. de eo multa habentur in archiuis Episcopalibus Senecensibus in codice antiquo. 1376.

DE IVLIANO. 20. ISNARDVS DE IVLIANO 1397. ex ordine religioso assumptus ad Episcopatum, nam frater Isnardus nominatim sæpius inscribitur in tabulis: de quo multa habentur in archiuis Conuentus Patrum Eremitarum S. Augustini, ciuitatis Castellanæ eiusdem diœcesis; postmodum C partes Clementis VII. Antipapæ suscepit circa an. 1409. & ideò in eius locum suffectus est. 1409.

DE SEILLONS. 21. IOANNES DE SEILLONS II. Clericus Andegauensis, vt insinuat epistola Alexandri 5. ad Ludouicum Comitem Prouinciæ quæ inseritur archiuis Regiis Aquensibus, in quâ eius antecessor vocatur filius iniquitatis, eò quòd sanè ad partes Antipapæ se diuerterit: sedit circa an. 1430. eodem Præsule obtenta est bulla vnionis sub Eugenio 4 1432. 1432. Episcopatuum Senecensis & Ven-D ciensis, quæ relata est in registrum Lilij, in archiuis regiis ciuitatis Aquensis; quæ tamen vnio nunquam habuit effectum: eius persæpe meminerunt tabularia Episcopalia, & Connentus dictorum Patrum Eremitarum.

CLARIANI. 22. ERIGIVS DE CLARIANI Prouincialis ex vrbe Collismartij, rexit circa an. 1450. vt colligitur ex multis collationibus beneficiorum ab eo factis, & 1455. de quo tamen 1455. fit mentio sub nomine Georgij apud

Saxium, & ita memoratur in Concilio Auenionensi, Petro Fuxensi
1457. Cardinali præside 1457. cui subscripsit cùm aliis Episcopis Suffraganeis Prouinciæ.

Villeneuve. 23. Elziarius de Villeneuve ex illustri Prouinciæ familiâ ortus, qui incœpit ab anno 1459. & desiit hanc sedem administrare
1490. an. 1490. quod constat ex multis actis archiuii Episcopalis.

Villeneuve. 24. Nicolaus de Villeneuve i. superioris agnatus ab an. 1491. vsque ad an. 1507.

De Senatro. 25. Franciscus de Senatro eius fit mentio in Concilio Lateranensi 1513. sess. 7. & apud
1513. Bzouium: sed de illo Præsule in tabulariis Senecensibus nulla reperitur memoria.

Fiesque. 26. Nicolaus de Fiesque ii. Episcopus Cardinalis Albanensis tituli S. Priscæ, perpetuus Administrator Ecclesiarum Foroiuliensis, Tolonensis, & Senecensis.

Oraison. 27. Ioannes Baptista d'Oraison frater Antonij Baronis d'Oraison, Vicecomitis de Cadeneto, Philiberti de Laigue, & Ludouicæ Oraisono hæredis istius domus filius; patruus Claudij Castrensis Episcopi, Ecclesiam sibi creditam administrauit ab an. 1515 vsque ad
1545. an. 1545. quemadmodum discitur ex multis documentis archiuij regij Aquarum Sextiarum, & Episcopalis Senecensis.

Quiqueran. 28. Petrus Quiqueran iii. Arelatensis, ex veteri Quiqueranorum familiâ ortus, proauum habuit Ioannem Belliioci Baronem, ex quo Gaucherius itidem Belliioci Baro, qui ex Margaritâ Castellanâ suscepit Antonium Francisci i. Regis Oeconomum. Is ductâ Palamedis Forbini filiâ, suscepit Petrum Episcopum, qui Lutetiam litteras discendi causâ primò venit, vbi Turnebum, Lambinum, & Strebæum celeberrimos Professores linguarum Græcarum, & Latinarum interpretes audiuit: pœticæ etiam facultati operam dedit, docente eodem Strebæo.

Echiqueté d'or & d'azur.

Dein Italiam petens, celebres lustrauit Academias. A Francisco i. ad Senecensem Episcopatum vocatus, cuius sedis vulgò nunquam fuisse consecratus creditur, immò neque fuisse Senecij: ab anno 1546. in Mathesi, historiâ, eloquentiâ, aliisque 1546.
disciplinis, necnon sacrâ Theologiâ excelluit: de Laudibus Prouinciæ libros edidit ad Franciscum Cardinalem Turnonium, & centum exametros de Annibale. Vix autem quartum & vigesimum ætatis annum assequutus, decessit apoplexiâ
16. Cal. Septembris anno 1550. Elogium eius scripsit Franciscus Ninus 1550.
Clarettus: sepelitur apud Augustinianos Parisienses, in sacello vbi conspicitur statua procumbens in genua, epitaphium sic habet:

Dum iuuenilis honos primâ lanugine malas
Vestit, & in calido pectore feruet amor:
Me rapuit, quæ cuncta rapit, mors inuida doctis,
Hei mihi! cur vitæ tam breuis hora fuit!
Cur breuis hora fuit? rerum sic voluitur ordo,
Alternâtque suas tempus & hora vices.
Si fera longæuæ tribuissent fata senectæ
Tempora, venturis poma dedisset ager.
Flos periit, periêre simul cùm cortice fructus,
Aridáque ante suos poma fuêre dies.
Nemo tamen lachrymis, nec tristia funera fletu,
Fœdet, cur? volito docta per ora virûm.

Tum sequitur sequens inscriptio: *Hic iacet nobilis vir Reuerendus in Christo Pater dominus* Petrus Quiqueranus *Episcopus, filius domini Antonij Quiquerans Equitis & Baronis Bellijocani illustrißimi in Prouinciâ; cuius libri tres de Laudibus Prouinciæ extant, disciplinarum ac rerum cognitione efflorescentes. Obiit anno Domini* 1550. xvi. *Calend. Septemb. annos natus* 24. Episcoporum fuit sui 1550.
temporis nobile ornamentum, cuius memoriæ epitaphiis parentauit Martinus Briouæus Parisiensis: alij

item Gallicis & Latinis inscriptionibus laudatus. A

Clermont. 29. THEODORVS IOANNES DE CLERMONT Diui Ægidij Abbas Commendatarius, ex nobilissimâ gente Claromontâ, Bernardini Vicecomitis de Talart ex Annâ de Husson de Tonnerre filius, Gabrielis Episcopi Vapincensis frater: ab an. 1551. vsque ad an. 1560.
1560. fuit factus Vicelegatus Auenionensis dum adhuc esset Præsul istius Ecclesiæ anno 1553. successor Camilli Mentnati Episcopi Satrianensis, cuius Theodori Ioannis locum excepit in hoc munere Iacobus Maria Sala Episcopus Viuariensis. B

Clausse. 30. IOANNES CLAVSSE IV. Parisinus, & Abbas Toroneti, diœcesis Foroiuliensis ab anno 1561. vsque ad 1587. hic interfuit Concilio
1602. Tridentino anno 1562. eiusdem cognominis Claussæ Nicolaus, Cosmas, & Henricus Catalaunenses Episcopi. Vacauit porrò sedes ab anno 1587. vsque ad 1602. interim Oeconomus, Administrator, vel nominatus à Rege erat Ludouicus de Berton, dominus de Crillon, Auenionensis. C

Martin. 31. IACOBVS MARTIN Massiliensis, ex Sacristâ monasterij S. Victoris Massiliæ fit Episcopus Senecensis à Rege Henrico 4. & moritur anno 1623.

Du Chaine. D'azur au chesne d'or, le chef d'argent chargé de trois estoilles de gueulle. 32. LVDOVICVS DV CHAINE Episcopus & Dominus Senecensis, duxit originem è familiâ du Chaine in Prouincia, Togæ primis muneribus illustrem; patre enim Ludouico Aquensium Præside secundo, qui Regibus Henrico 3. & 4. fidelem operam nauauit, matre Annâ de Bausset Massiliensi natus est; fratrem habet Ioannem Baptistam du Chaine paternæ dignitatis hæredem, alterum quoque Nicolaum Senatorem, necnon Lazarum du Chaine nepotem, eiusdē Senatus Præsidem. Ludouicus autem S. Saluatoris Canonicus, totius prouinciæ Syndicus Cleri renunciatus, etiam Tolosam delegatur, vt Ecclesiæ iura tueretur contra nobilium vexationem, qui sententiâ prouisionali damnati D

sunt. A Ludouico XIII. Rege Christia. Coadiutor nominatur 1617. prouisus bullis Pauli V. summi Pontificis sub titulo Argolicensis Episcopi, & in basilicâ D. Saluatoris Aquensis inauguratione sacer 17. Iunij 1618. à Iacobo Martin decessore, assistentibus Episcopis Tussano de Glandeues Sistaricensi & Ioanne Pelissier Aptensi. Electus verò à Capitulo Aquensi etiam Canonicus & Coadiutor Senecensis Diui Saluatoris Præpositus: & fatis functo Iacobo Martin, suam Ecclesiam adiit 1623. quâ honorifice exceptus est. Præter eam quam nunc anno 1655. exercet suæ prouinciæ Ebredunensis delegationem in Comitiis Cleri Gallicani, plures alias obiit, an. 1612. Parisiis cùm adhuc in Ordine secundo versaretur, Coadiutor autem in Blesensi an. 1619. Lutetiæ in generali Cœtu 1625. Medontæ verò 1641.
necnon anno 1651. 23. Octob. nominatus erat Manoascæ cùm Archiepiscopo Arelatensi, & Reiensium Præsule, vt adesset generali Conuentui totius Galliæ habendo, qui tamen effectu caruit. Cùm autem Romæ Guido Cardinalis Bentiuolius propter negotia sui Reiensis Episcopatus adesse rebus minimè posset, expetente Cardinale Senecensis Præsul Ludouicus huius curam gessit, visitationes absoluit, & alia eiusmodi quæ spectant ad curam Pastoralem. Porrò cùm Senecenses Canonici Augustiniani Regulares ex instituto, minimè tamen viderentur suæ regulæ facere satis, ab eâ absolui censuit æquius, & per Romanum Pontificem Innocentium X. ad sæcularem statum vocari an. 1650. 1641.
necnon eiusdem Ordinis beneficia dependentia; quâ in re ipsorum vtilitati consuluit potiùs quàm suæ, cùm anteà frueretur bonis decedentium Canonicorum, quibus nunc abstinet. Ne quid verò Ecclesia damni pateretur amissione religiosæ familiæ, nouam suis sumptibus Monialium Visitationis fundauit Castellanæ, suæ diœceseos ciuitati primariæ, 1650.

SILVANECTENSES EPISCOPI.

Senlis en Valois sur Nonnette.

SILVANECTUM, sic dictum quòd vndique syluâ Reziâ vicinâ annecteretur in Vallesio pago, decem leucis distans à Lutetiâ Parisiorum, sub cuius Parlamento & Remensi Archiepiscopatu, decoratur Præfecturâ nobili Iuridicâ, seu Bailliuiatu regio: nonnullis Augustomagus Ptolemæi, & Siluiacum Lupi Ferrariensis. De hac vrbe Greg. Turon. l. 9. c. 20. quæ cessit in dominium Childeberti Regis: in Notitiâ autem Prouinciarum & Imperij sub Belgicâ secundâ & Metropoli Remorum Siluanectum locatur: castrum Siluanectis nuncupatum apud Vsuardum: in fossis huius vrbis fluit exiguus amnis Nonneta, qui in Aisiam labitur. Parochias septem mœnibus suis complectens præter Cathedralem B. Virgini Dei Genitrici consecratam, in quâ præest Decanus; Collegiatas duas basilicas Sanctorum Frambaldi & Reguli; sunt autem Abbatiæ in diœcesi:

S. VINCENTII O. A.

S. Vincent de Senlis.

VICTORIÆ O. A.

La Victoire de Senlis.

CAROLILOCI *Chalis* O. C.

Episcopi Siluanectenses ii quorum nomina sequuntur ordine successerunt, ex variis schedis & tabulariis desumpti.

1. S. REGULUS Ecclesiæ Siluanectensis institutor; de quo Martyrologium Vsuardi & Romanum.

2. NICENUS, cuius & subsequentium Episcoporum nuda nomina tantùm in vulgatis indicibus reperiuntur.

3. MANSUETUS.

4. VENUSTUS.

5. TANITUS.

6. IOCUNDUS.

7. PROTRITUS.

8. MODESTUS.

9. LIVANIUS, fuit vnus ex Episcopis qui interfuêre Concilio Aurelianensi 1. anno 511. 511.

10. PASIUS.

11. NONNULUS.

12. GONOTIGERNUS, malè Hodiernus, vt legunt codices vulgati, subscripsit Synodo Aurelianensi 5. an. 549. & Parisiensi 3. an. 557. 557.

13. SANCTINUS.

14. MALULFUS sepeliuit Chilpericum 1. Regem à Landrico in villâ Calensi propè Parisios interfectum, vt notat Greg. Turon. lib. 6. hist. c. 46. ait enim: *cùm spiritum exhalasset, omnes eum reliquerunt sui. Malulfus autem Siluanectensis Episcopus, qui iam tertiâ die in tentorio residebat, & ipsum videre non poterat, vt eum interemptum audiuit, aduenit: ablutúmque vestimentis melioribus induit. Nocte in hymnis deductâ, in naui leuauit, & in basilicâ S. Vincentij quæ est Parisiis, sepeliuit, Fredegunde Reginâ in Ecclesiâ derelictâ.* Eadem produnt Gesta Regum Francorum vetera, & Aimoinus. 584.

15. AGAUMARUS in Concilio Remensi anno 630. 630.

16. AUTBERTUS.

17. ERAMBERTUS.

18. VULFREDUS.

19. ANTALFRIDUS.

20. BERTOLINUS.

21. ODONIUS.

22. ADELBERTUS.

23. REGINALDUS.

24. HER-

24. HERMINIVS, vel ERMENO A
in Synodo prouinciali Nouiomensi
814. celebratâ an. 814. per Vulfarium
Metropolitam Remensem, Flodoard. hist. lib. 2. c. 18.

25. GODEFRIDVS I.

26. ERPOINVS, qui compluribus Gallicanis Synodis interfuisse recensetur, videlicet Beluacensi an. 845. Parisiensi 846. Carisiacensi 848. Turonensi 4. 849. Suessionensi 2. 853. & eodem anno Vermeriensi 2.
859. apud Saponarias 859. Tusiacensi 860. Suessionensi 3. 866. subscripsit & B priuilegio Odonis Bellouacensis Episcopi anno 35. Regni Caroli. Eius porrò obitu die 8. Idus Iunij Pastore viduatâ Siluanectensi Ecclesiâ, Hincmarus Remensis scripsit Carolo Caluo Regi.

27. HADEBERTVS in Concilio Pontigonensi an. 876. & Tricassino
878. 2. an. 878. ad hunc extat epistola Hincmari pro eligendo Præsule Beluacensi post mortem Odonis.

28. OTFRIDVS anno 900. sub-
909. scripsit Synodo Trosleianæ an. 909. C

29. ADELELMVS in Synodo Remensi an. 923. memoratur & in quodam decreto conuentus Episcoporum Ecclesiæ Remensis habito an. 924. pro indictâ pœnitentiâ ijs qui bello Suessionico interfuerant
936. ex MS. codice. Obiit anno 936.

30. BERNVINVS creatur Episcopus anno præfato, Flodoardus in Chronico: *Adelelmus Siluanectensium*
937. *Præsul obiit. Anno 937. ordinatur Bernuinus ex cœnobio S. Crispini.*

31. GONTBERTVS.

32. IVO I. quem Flodoardus in chronico ad an. 948. refert Pseu-
948. doepiscopum ab Hugone Remensi damnato post eius exauctorationem, in sede Siluanectensi constitutum fuisse, & in synodo Episcoporum vnà cùm Tetbaldo Ambianensi excomunicatum.

33. CONSTANTIVS.

34. ODO interest conciliabulo, seu Pseudosynodo Remensi in basilicâ S. Basoli anno 991. mense Iulio ad- 991.
uersùs Arnulfum Metropolitam: superiore anno celebrata Synodus Siluanectensis iussu Arnulfi, cuius occasionem fusiùs exscribit Gerbertus in commentariis suis.

35. ROBERTVS I. anno 997. recensetur in Synodo Calæ, Roberto 997.
Rege, templi S. Reguli conditore.

36. RODVLFVS inuenitur cùm aliis Episcopis adfuisse dedicationi basilicæ S. Aniani Aurelianensis apud Helgaudum Floriacensem.

37. GVIDO BONVS I. in cartâ Roberti Burgundiæ Ducis pro S. Germano Parisiensi 1042. ex tabu- 1042.
lario dicti monasterij.

38. FROLLANDVS subscripsit testamento Hugonis Bisonticensis Archipræsulis Martij 25. an. 1044. eodem anno testis in cartâ Henrici Regis datâ in fauorem Ecclesiæ S. Petri Fossatensis: conuenit ad Concilium Remense anno 1049. & ad sacrum Philippi Augusti Regis 1059. 1059.
cessit Canonicis Ecclesiæ suæ iurisdictionem in domibus Canonicalibus: eique scribit Fulbertus Carnotensis epist. 49. Malè à nonnullis Frollando subiicitur Rolandus qui nullus fuit, immò nec diuersus statuendus, quemadmodum ex tabulis palam est.

39. IVO II. in dedicatione S. Quintini Bellouacensis anno 1074. & in Concilio Suessionensi 1078.

40. VRSIO, vel VRSVS, sedit D anno 1085. de quo membrana in cartulario S. Remigij Remensis ann.
1090. & altera Albatiæ S. Martini de 1090.
Campis, pro Vicariâ S. Martini de Sordeuillari in diœcesi Siluanectensi, cuius initium est: *Notum fieri volumus quòd Vrsus Siluanectensis Episcopus, à domno Vrsione Priore de Campis exoratus concessit Ecclesiæ S. Martini de Campis altare de Sordidauillâ. De Clericis testis est: Letholdus Archidiaconus, Fulco qui posteà Parisiensis Ecclesiæ Decanus, Hugo gloriosus posteà Episcopus, &c. Hoc autem nec concessisset Episcopus, nisi à Rotberto Vicedo-*

mine, qui de his ab eo casatus erat, fuisset exoratus.

41. Hvgo Clericus Siluanectensis Ecclesiæ antequàm Episcopatu initiaretur, de quo relata superiùs scheda cœnobij S. Martini.

42. Letoldvs.

43. Hvbertvs Pontifex creatur anno 1099. id colligitur ex cartâ monasterij S. Martini de Campis, quâ probat donum Roberti Vicedomini Martinianis concessum, de Prioratu S. Nicolai Dacy, subscriptus eodem *Huberto, Varnerio Decano, Aimone Archidiacono, Bartholomæo Præcentore: actum publicè in Capitulo S. Mariæ Siluanectensis anno Incarnati Verbi* 1106. *Episcopatus domni Huberti Episcopi anno* 7. *regnante Rege Philippo & filio eius Ludouico iam iuuene, ego Arnulfus Cancellarius relegi & subscripsi.* Nominatur in sacro Ludouici Crassi Regis 1108. subscriptus

1099.

1111. & anno MCXI. tabulæ S. Quintini Beluacensis, cui dedit domum cùm pomœrio, quam in confinio atrij eiusdem ciuitatis obtinebat. De eo fit mentio in diplomate dicti Ludouici pro fundatione Sancti Victoris Parisiensis.

44. Clarembaldvs in cartulario S. Quintini Beluacensis anno 1118. interest Synodo Remensi Radulfo Metropolitano, & exequiis B. Godefridi Ambianensis, teste ipsius vitâ apud Surium; memoratur anno 1123. & cùm Radulfo Viromanduensi Comite transegit de consuetudinibus: donauit S. Vincentio quatuor Canonicatus, in Cathedrali Siluanectensi, Collegiatis Sanctorum Frambaldi, & Reguli, Diuique Euremundi & Credolio. Iacet prope aram maiorem basilicæ S. Reguli.

1123.

45. Petrvs I. eandem tenuit sedem anno 1139. ita narratur in veteri instrumento Abbatiæ S. Victoris Siluanectensis cuius hæc verba sunt: Ego Petrvs *Dei gratiâ Siluanectensis Episcopus non illud silere volumus, quòd sex processiones quæ per sex anni solemnitates, tres Ecclesiæ S. Mariæ, & tres Ecclesiæ S. Reguli ante aduentum ordinis & Canonicorum S. Victoris Abbas S. Vincentij cùm suo conuentu debebat, quarum nos consuetudinum, siue aliarum quarumlibet eidem Ecclesiæ post aduentum illorum, consensu vtriusque Capituli S. Mariæ, & S. Reguli, ad incrementum religionis ex integro, Domino inspirante dimisimus. Actum anno Incarnati Verbi* 1139. interest cùm Hugone Rotomagensi ac aliis Prælatis an. 1140. solemni consecrationi Ecclesiæ S. Dionysij per Abbatem Sugerium ædificatæ, ex libro translationis D. Dionysij ac sociorum; in quo cœnobio dicat Capellam S. Hippolyti: de quo etiam in cartâ Samsonis Archiepiscopi Remensis fit mentio pro Abbatiâ Edoracensi, benedixit quoque sacellum in castro Siluanectensi anno 1142.

1139. 1140.

46. Theobaldvs.

47. Almaricvs ex Abbate secundo Caroliloci suæ diœceseos, anno 1148. Eius religiosi Præsulis petitione Ludouicus Rex concessit vsuarium in forestâ suâ Aquilinæ pro ligno ad ædificandum domos, quia nimirum, inquit scheda, *locus S. Conventini pauper erat, & multitudo monialium magna. Parisius datum anno Incarnat.* 1161. *per manus Hugonis Cancellarij, & Episcopi Suessionensis.* Oportunum hîc videtur recitare epistolam Ludouici Francorum Regis VII. Iunioris ad Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & Clericos totius Regni, vbi de restauratione maioris templi Siluanectensis memorat ista: *Ecclesia sanctæ Mariæ Siluanectensis nimia corruens vetustate, innouatur à fundamentis, & vsque adeò insigne inceperunt opus, quod sine caritate fidelium Christi, & eleemosynis nunquam poterit consummari. Etenim tenuissimæ est substantiæ Ecclesia, & angustis artata finibus, & ob hoc necesse habet ad vestra confugere subsidia. Vnde mandamus vobis omnibus atque precamur, vt pro honore Dei & B. Virginis, cuius est Ecclesia, portitores præsentium cùm sanctuario & reliquiis Ecclesiæ euntes, & fideliter laborantes, honorificè suscipiatis, & in Ecclesiis parochialibus recipi cùm litteris nostris sigillatis, & à Presbyteris nostris honorari præcipiatis. Data per manum Hugonis Cancellarij.* Sepelitur autem

1161.

A[illegible] in choro Monasterij Caroliloci iuxta maiorem aram: at in
1161. veteri illius Obituario commemorationem habet 5. Cal. Iulij, vna cùm Cardinali Prænestino, Simone Comite Montisfortis, vxore eius, & liberis.

48. HENRICVS Abbas S. Quintini Beluacensis creatur Episcopus; is verò subscriptus cartæ registri Thesauri cartarum regiarum donationis Philippi Comitis Flandriæ & Viromandiæ, fratribus S. Leodegarij Suessionensis, cùm Henrico Remensi Archipræsule, Attrebati 1169. celebrat translationem sanctorum corporum in basilicâ D. Frambaldi Siluanectensis 1177. plura etiam
1177. obtinuit à Rege in fauorem xenodochij Siluanectensis; præsens sacro Philippi Augusti Regis 1179. Remis, quo tempore reperitur in documento vnà cùm Vincentio Archidiacono & Stephano Decano S. Reguli: obiit anno 1183. 9. Cal. Martij, & iacet in choro cœnobij Caroliloci ad latus Epistolæ, quod mausolæum fuit vetus Episcoporum Siluanectensium.

49. GAVFRIDVS II. in variis cartis memoratur, an. videlicet 1186.
1186. immunitates Ecclesiæ nostræ Dominæ, & S. Reguli confirmauit, quam ædem libris Ecclesiasticis decorauit; templum item B. Virginis benedixit anno 1191. ac suæ Ecclesiæ Canonicis legauit iura noualium in diœcesi Siluanectensi. Anno autem 1213. Episcopale onus abdicauit factus monachus in Caroliloco, quod aduertit Albericus in Chronico, & Rigordus Philippi Augusti Regis Chronographus, natione Gothus, professione Physicus, & B. Dionysij Areopagitæ Clericus his verbis expressit: *Eodem anno Gaufridus Siluanectensis Episcopus sentiens se tam ætate, quàm corpulentiâ ponderosâ insufficientem oneri quod iam per 30. annos portauerat, impetratâ à summo Pontifice, sicut in iure cautum est, licentiâ, renunciauit Episcopatui, & transtulit se ad monachos Caroliloci, Cisterciensis Ordinis.* Obiit Nonis Nouemb. in citato Necrologio Caroliloci, & conditus in choro dictæ basilicæ.

50. F. GVARINVS Ordinis Hierosolymitani professus Miles, qui fuit Consiliarius Philippi Augusti, Regnique Cancellarius: antequàm verò Episcopale munus assequeretur, regio ministerio, ac palatinis officijs compluribus perfunctus fuerat, quod patet ex eius vitâ: sublectus autem in locum cedentis Gaufridi an. 1213. 1213.
ita Rigordus eodem libro: *Cui successit Guarinus, qui cùm esset frater professus Hospitalis Hierosolymitani, Regis Philippi magnanimi specialis Consiliarius effectus, in aulâ regiâ propter prudentiam & incomparabilem consilij virtutem, & alias animi dotes multiformes ita laudabiliter se habebat, quod quasi secundus à Rege, negotia regni inculpatè tractabat, & Ecclesiarum necessitudines tanquam vir literatus ad plenum nihilominus omni studio procurabat, libertates & priuilegia earum modis omnibus, quasi sub chlamyde conseruatas indemnes.* Vir iste magni nominis illo sæculo ex Franciæ Chronicis & historicis, memoratur in prælio Bouinensi anno 1214. armatus, non 1214.
pugnandi, sed exhortandi causâ milites ad honorem Dei, & Principis obsequium tuendum. Vnde Guillelmus Brito lib. x. Philippidos describens pugnam Bouinensem, hisce carminibus de Guarino loquitur;

Vltimus exierat post omnia signa GARINVS
Qui SILVANECTENSIS *nondum sacratus, ad vrbis*
Electus Cathedram: Regis specialis amicus,
Ardua tractabat cùm Rege negotia Regni.

Et alibi Rigordus de eodem certamine his omnino verbis fatur: *Vir strenuissimus, prudentis & admirabilis consilij, & ad ea quæ contingere possunt, prouisor disertissimus Guarinus Siluanectensis Electus, quem superiùs Fratrem G. nominaui: erat enim Frater Professus Hospitalis Hierosolymitani, tunc etiam electus ad Cathedram Siluanectensis Ecclesiæ, nihilominus habitum Religionis semper portans in pectore sicut prius.* At postquam dictus Brito, & Rigordus annotauêre Guarinum aciem & turmas militares ordinasse, subiungit iste sequentia: *prima quidem frons pugnatorum protensa erat directè, & occupabat campi spatium mille*

quadraginta. Erat enim ibi Electus, non A
vt quidem pugnaret, sed armatus ex
hortabatur, & animabat ad honorem
Dei, Regni, & Regis, & ad defensio-
nem salutis propriæ. Idem posteà Me-
leduni adfuit iudicio Parium Fran-
1216. ciæ pro Comitatu Campaniæ mense
Iulio 1216. dein basilicam B Mariæ
Carilocensis, Ordinis Cisterciensis
dicat 1219. Hunc autem Cancella-
rij dignitate ornatum fuisse Ludoui-
co 8. Rege, cùm sub Philippo Au-
gusto Custos Sigilli Regalis tantùm
fuisset, pluribus tabulis perspicuum
est in cartophilacio Thesauri Fran-
ciæ an. 1223. & 1224. Eiusdem Phi- B
lippi executor testamenti nomina-
tus cùm Bartholomæo de Royâ Ma-
gno Franciæ Camerario, & codicil-
lorum vltimæ voluntatis decreto
Ludouici VIII. an. 1225. mense Iu-
nio. Quo tempore dicauit Abbatia-
lem ædem B. Mariæ de Victoriâ, cu-
ius fundamenta iecerat nomine Phi-
1222. lippi Augusti 1222. in capite ieiunij;
& Ecclesiam Caroliloci. Posteà verò
in illud cœnobium demortuo Rege
Ludouico Garinum secessisse, vt vi-
tæ arctiori incumberet, habetur ex C
fide tabularum quarumdam, priùs di-
misso Episcopatu in fauorem Ada-
mi: demum ibi sublatus è mortali
vitâ ætatis anno circiter 70. Christi
1230. 1230 ac die 13. Cal. Martias referen-
te Obituario Caroliloci; in cuius
choro tumulatus fuit è regione prin-
cipis altaris ad partem sinistram;
Vice epitaphij subiungimus quæ fa-
stis Necrologij Abbatiæ de Victoriâ
inscripta sunt: XIII. *Cal. May:*
Anniuersarium solemne bonæ recordatio-
nis venerabilis Patris nostri Guarini Sil-
uanectensis Episcopi, cuius admonitio-
ne fundata est Ecclesia ista, in loco isto,
à bonæ memoriæ Philippo Rege Fran- D
ciæ. De huius igitur Patris nostri bene-
ficio præter alia multa, & magna bona
quæ nobis contulit in vitâ suâ habuimus
c. lib. Paris. omnes quoque libros ipsius
tam Ecclesiasticos quàm glossatos: ha-
buimus etiam de Capellâ ipsius omnia
indumenta Pontificalia: statutum est
ergo vt tanti Patroni anniuersario re-
currente fiat solemnis commendatio ante
missam, ipsaque missa pro eo solemniter
celebretur.

CHAMBLY. 51. ADAM DE CHAMBLY I.
post Guarinum ad hanc Ecclesiam
electus est; erexit paro[illegible] S. Ste- An[illegible]
phani secus Siluanectens[illegible] 123[illegible].
quosdam legauit redditus [illegible]
D. Reguli; nominatùrque [illegible] &
1240. in actis re[illegible]ij Thesauri. Con-
cilio Lugdunensi adfuit an. 124[illegible]. &
dedicationi S. Capellæ Parisiensis
1248. quo eodem anno recensetur
in instrumento transactionis factæ
inter D. Ludouicum & Ecclesiam
Parisiensem, coram Philippo Bitu-
ricensi, & Ioanne Ebroicensi Præ-
sulibus. Obiit 12. Cal. Septemb. in
Necrologio citato, & iacet in Cho-
ro Caroliloci.

52. ROBERTVS DE LA HOVS- HOVSSAYE
SAYE, II. anno 1257. sepultus item 1257
in choro dictæ basilicæ.

53. ROBERTVS DE CRESSON- C[illegible]
SART, III. anno 1260. quo seden- SART
te fundatur Siluanecti Prioratus S.
Mauritij à D. Ludouico Rege, sub
institutione & regulâ B. Mauritij
Agaunensis, diœcesis Sedunensis in
Vallesio, ob venerationem peculia-
rem Sanctorum Martyrum Agau-
nensium; in apographo enim legi-
mus hæc verba: *Cùm tam modica Ca-*
pella ad tantas conseruandas reliquias
nobis minimè sufficiens videretur, in quâ
etiam in magnis solemnitatibus non va-
lebant in nostrâ præsentiâ, competenter
vt decet, obsequia celebrari diuina. Iux-
ta domum regiam, Basilicam, seu Ca-
pellam altam fundandam duximus am-
pliorem, in honorem beatiss. Virginis
Mariæ, & Sanct. Martyrum prædicto-
rum, B. Mauritij ac sociorum eiusdem,
ac iuxta eandem Basilicam ædificia Re-
ligiosis competentia construi fecimus, &
prædicta Sanctorum corpora reuerenter,
vt decuit, à modicâ Capellâ priori, ad il-
lam denouo constructam fecimus apporta-
ri: quæ quidem primâ die Iunij anno Do-
mini 1264. dedicata fuit solemniter, no- 1264.
bis præsentibus, per dilectum ac fidelem
nostrum Robertum Siluanectensem Epis-
copum, astantibus pluribus alijs Episco-
pis, ac Cleri & populi multitudine copio-
sâ. Nos igitur ob deuotionem præcipuam
quam ad ipsos Christi Martyres pretiosos
habemus, Capellam illam nostram pro-
priam, & hæredum nostrorum Regum
Franciæ specialiter volumus, & ordi-
namus quòd tredecim Canonici religio-
nem & Ordinem sancti Augustini obser-
uantes, & Canonicorum sancti Mauritij

Agaunensem habitum deferentes, quorum unus nomen & officium Prioris habeat, ibidem Canonice institutus, Deo & beatissimæ Virgini, ac sanctis Martyribus antedictis religiosè iugiter ac deuotè ibidem debitum exoluant obsequium, &c. Actum apud Crispiacum
1264. *anno* 1264. *mense Martio.* Cæterùm transactionem iniit Episcopus idem cùm dictis Priore & Canonicis Regularibus S. Mauritij, pro iuribus ac iurisdictione Episcopali, quæ fusiùs relata est in archiuo Agaunensi: necnon comprobauit diuisionem rrium Canonicatuum in æde Cathedrali: denique in antecessorum mausolæo Carolilocensi terræ conditur
1271. an. 1271.

CHAMBLY. 54. GALTERVS DE CHAMBLY anno 1271. quiescit in choro eiusdem Abbatiæ.

CAILLEV. 55 PETRVS CAILLEV, II. tumulatus est in choro Caroliloci.

56. GVIDO DE PLALYACO II.

BERONNE. 57. GVILLELMVS DE BERONNE I.

58. PETRVS DE BERONNE III.

59. VEDASTVS DE VILLARIBVS.

60. STEPHANVS DE VILLARIBVS.

PLALIACO. 61. ROBERTVS DE PLALYACO I. anno 1341. Conseruator pri-
1341. uilegiorum Academiæ Parisiensis, vt coniiciunt ex tabulis eiusdem Academiæ.

DE CROS. 62. PETRVS DE CROS IV. Doctor Theologus Parisiensis, diœcesis Lemouicensis, & Decanus Ecclesiæ Parisiensis, posteà Episcopus Siluanectensis 1347. die 29. Maij, vt Acta Consistorialia produnt: electus autem Sorbonæ Prouisor 1344. dein Archiepiscopus Bituricensis, tandémque Cardinalis.

LE GRAND. 63. DIONYSIVS LE GRAND I. Ioannis Franciæ Regis à Confessionibus, ad Præsulatum prouectus
1350. an. 1350. 28. Ianuarij ex libris prouisionum Episcop. Vaticani: fuisse Confessarium Regium liquet etiam ex cartâ Cameræ Rationum Parisiensium an. 1354. 27. Augusti, qua 1354.
ei largitus est 3. libras propter decimam, de quâ Regi feudatarius erat ob domum suam D. Luciæ. De illo celebris memoria quoque in operibus vetusti poetæ Vasconis de Vineis, cùm scribit eum non mediocri prudentia, cantúsque peritiâ valuisse; quin etiam librum de venatione falconum conscripsisse.

64. PETRVS DE PROVERVILLE V. ex Canonico S. Quintini Viromandensis creatus Episcopus, paulò post resignauit præbendam suam nepoti Iacobo de Proueruilla, vt ex tabulis Capituli constar ad aun. PROVERVILLE.
1365. in libro Augustæ Viromanduorum illustratæ. 1365.

65. ADAM DE NEMOSO II. reperitur an. 1369. in documento Ecclesiæ S. Reguli. NEMOSO.

66. IOANNES DODIEV I. translationi corporis D. Ludouici coram Carolo VI. & Prælatis regni interfuit an. 1392. ex MS. Historia eiusdem Regis. DODIEV.

67. PETRVS PLAOVL VI. dictus Plausterus, Doctor Theologus ac Prouisor domus Sorbonæ, ad hanc Cathedram fuit assumptus, sed crudeliter occubuit in furiosâ illâ seditione, & indignissima cæde per factiosos Burgundiones Parisiis excitatâ anno. 1418. quâ Constabularius Franciæ Bernardus Comes Armaniacensis, & Henricus de Marlâ Cancellarius, item Episcopus Ecclesiæ Constantiensis, & alij nobiles trucidati sunt, in carcere parui vt vocat, Castelleti. Ioannes Iuuenalis de Vrsinis in Historiâ Regis Caroli VI. refert exangue Præsulis huiusce cadauer per corrigiam totâ vrbe circumductum & tractum, expositúmque feris; de hac immani occisione pluribus agunt Monstreletus, & idem Vrsinus, qui Episcopum eundem Theologiæ Doctorem nominatum fuisse scribit. PLAOVL. 1418.

68. IOANNES FOQVEREL II. ex Doctore Theologo Parisiensi ann. 1424. Episcopalem dignita- FOQVEREL. 1424.

tem gessit ex castris Academiæ Parisiensis.

HOTOT. De ... sur le tout. 69. GVILLELMVS DE HOTOT II. Doctor Theologus, Regiâ Confessionibus, & interioribus Consiliis, Abbas Cormeriaci in Turonibus, Episcopus extitit huius sedis, quemadmodum docent nos codices vetusti illius monasterij: de quo silent catalogi Siluanectenses: necnon & Ioanne Foquerello, Ioanne Dodeo, Petro Proueruillâ, Petro de Croso, & aliis nonnullis supra memoratis Præsulibus. Animam emi-
1434. sit pridie Nonas Maij 1434. & iacet in choro Abbatiæ suæ, sub sepulchro ex lapide, habitu & ornatu Pontificis, ad læuam partem basilicæ.

TRINIACO. 70. PETRVS DE TRINIACO VII. Ordinis Prædicatorum Conuentus Autissiodorensis & Confessor Regis.

RAPHAEL. 71. IOANNES RAPHAEL III. Franciscanus è conuentu Siluanectensi, sacræ Theologiæ Doctor, & Confessarius Reginæ Francorum, pro habitu Minorum Fratrum infulas induit Episcopales, & vniuit prouentus monasterij S. Remigij Siluanectensis basilicæ B. Reguli, quod ratum habuit Sedes Apostolica. Sponte autem dimisit Episcopatum
1447. anno 1447. vti Acta Consistorialia produnt, sepultus ante maiorem aram Minorum Siluanecti, ex indiculo Episcoporum Caroli Iaulnay.

BONNET. 72. SIMON BONNET Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ Siluanectensis, 4. Nouemb. anni præfati successit Ioanni, à quo fuit inauguratus; id patet ex iisdem actis Vaticani; legitur illius instrumentum pactionis cùm Canonicis regularibus D. Vin-
1455. centij Siluanectensis 1455. benedixit templum S. Hilarij in urbe 1457 & D. Dionysij de Cresipiaco: demum codicillis suis sepulturæ mandari voluit in æde B. Virginis anno 1496. ante altare maius.

NEVEV. 73. IOANNES NEVEV III. Abbas B. Mariæ de Victoriâ Siluanectensi, quarumdam suffragiis vocum postulatus ad Cathedram, cuius tamen haud fruitur regimine; nam eius competitor.

CANTIN. 74. IOANNES CANTIN IV. præfuit an. 1498. & decessit 1503.

BLANCHEFORT. D'or à ... 75. CAROLVS DE BLANCHEFORT Abbas S. Euurtij Aurelianensis, ex nobili genere de Blancaforti, Guidonem & Superanam d'Aubusson, etiam illustri sanguine prognatam parentes habuit; germanum verò Guidonem magnum Magistrum Equitum Rhodiensium ex Ordine Hierosolymitano; solemni pompâ vrbem ingreditur Dominicâ Epiphaniæ 1508. quinquennio antea procuratorio nomine adeptus fuerat possessionem. Basilicam suam aliquot ornamentis locupletauit, ac fato tandem fungitur anno 1515. quiescit in choro Cathedralis sepulchro marmoreo, cui superposita effigies ex albo marmore. 1508.

SAINS. 76. NICOLAVS DE SAINS I. Episcopatum obtinuit ab anno 1515. ad 1517. quo migrauit ab hun anis. 1515.

CALLVAVLT. 77. IOANNES CALLVAVLT V. primus Abbas Commendatarius S. Petri de Culturâ Cœnomanensi, qui anno 1517. mense Maio interest coronationi & sacro Claudiæ Reginæ Francisci I. vxoris apud S. Dionysium: biennio post benedixit Ecclesiam cœnobij de Victoriâ; arbiter lectus in causa Barbaræ du Bois viduæ Francisci I. Comitis de la Rochefoucault. Chori S. Mariæ vitra confici curauit, eidem Ecclesiæ sanctóque Regulo sacra ornamenta pro iucundo aduentu largitus est, necnon quædam Canonicis suis, instrumento tabularum testamenti. 1521. Româ rediens apud Lugdunum I. Iunij 1521. defunctus est.

FILLON. 78. ARTVRVS FILLON Vetnolij in Pertico natus, ex Parocho Ecclesiæ S. Macuti Rotomagensis, vbi celebrauit exequias Georgij Cardinalis de Ambasiâ, vltimus electorum à Capitulo confirmatur per Episcopum Meldensem, ex decreto Archiepiscopi Remensis Metropolitani; iste aliquot prouentibus auxit dotationem Matutinarum in suâ Cathedrali. Monialibus ptochotrophij

Siluanectensis statuta præfixit, Breuiarium Ecclesiæ suæ typis curauit mandari, & exemptus est è viuis an-
1526. no 1526.

HENNEQVIN. 79. ODARDVS HENNEQVIN
Abbas S. Lupi Trecensis, & Bassi-
Escartelé de Hénequin, & de Baillet. fontis, Francisco 1. ab Eleemosynis, Ioannis Regij apud Trecas Patroni filius, successit anno 1526. & possessionem adeptus, Episcopatum suum
1527. pro Trecensi commutauit an. 1527. quod probatur ex actis Capitularibus Ecclesiæ D. Reguli.

PARVI. 80. GVILLELMVS PARVI, III. B
Ordinis Prædicatorum, ac Francisco 1. à Confessionibus, transfertur ad sedem Siluanectensem è Trecensi, Ecclesiam ingressus solito ritu, adiit possessionem die 29. Martij 1527. Cathedram Episcopalem chori extruxit, eius odeum picturâ adornauit, item Officialatus sedem & vestibulum Cathedralis suæ ad Meridiem situm: donauit & crucem auream quæ ligno Dominicæ Crucis insignis est: migrauit ex hac vitâ
1536. 1536. humo mandatur in choro suæ Ecclesiæ. Prodiit autem illius opus post humum Lutetiæ, quod inscri- C
bitur de formatione hominis & eius excellentiâ, quidve facturus sit vt paradiso & vitâ beatâ fruatur.

ROVLLIE. 81. RENATVS LE ROVLLIE' Abbas B. Mariæ de Heriualle, Ricardi Sarlatensis Episcopi nepos, admissus in possessionem Episcopatus, in templo B. Mariæ quasdam structuras exædificauit, in cuius tholo iuxta Capitulum insignia familiæ suæ apposuit. Fuit vnus Prælatorum qui ad Comitia Regni generalia Lute-
1557. tiam conuenère mense Ianuario 1557. tumulatus in Sanctuario Monasterij D
Heriuallensis propè Euangelium, vbi epitaphium sequens Latinè versum ita inscriptum legitur: *Hic iacet Reuerendus Pater in Domino Dominus* RENATVS LE ROVLLIE' *dum viueres Episcopus* SILVANECTENSIS, *Abbas Commendatarius hu-*
1559. *ius loci & B. Mariæ de Valle, Canonicus Sanctæ Capellæ Palatij Parisiensis, qui decessit 13. Septemb. 1559. orate Deum pro eius animâ.*

BRICHANTEAV. 82. CRISPINVS DE BRICHAN- A
TEAV Abbas B. Vincentij Laudunensis, monachus S. Dionysij iuxta Lutetiam, & Francisco 2. Regi à Confessionibus; ex nobilibus de Brichanteau, Ludouici domini de Nangis, ex Mariâ de Veres, toparchiæ Nangiaci in Briâ hærede filius, frater autem Nicolai stirpis dominorum de Nangiaco progenitoris. Hic Beniaminum, & Philibertum Duces ac Præsules Laudunenses nepotes habuit; at verò nominatus ad hanc sedem post Renatum, è viuis excessit ante adeptam possessionem 1560.
anno 1560.

D'azur à six besans d'argent 3. 2. 1.

GVILLARD. 83. LVDOVICVS GVILLARD filius Caroli Præsidis in Senatu Parisiensi: anteà Tornacensis, post Carnotensis, & Cabilonensis, tandem Episcopus huius Ecclesiæ; qui obiit Lutetiæ, vbi apud Albimantellos iacet.

Comme cy deuant.

CHEVALIER. 84. PETRVS CHEVALIER VIII. Parisinus, Regi à Consiliis, anno 1581. claustrum Franciscanorum Siluanecti, quorum erat benefactor, sacris 1581.
ritibus benedixit, pater pauperum vulgò nuncupatus, testamento omnem substantiam ex auro argentóque ad se pertinentem, die obitus, pauperibus Siluanectensis ciuitatis erogauit, quæ pecuniæ magno vsui fuère ad stabiliendum subsidium egenorum in vrbe; decessit mense Octobri an. 1583. & iacet in choro B. Mariæ.

ROSA. 85. GVILLELMVS ROSE IV. natus Caluomonte in Bassigneio diœcesis Lingonensis, ex regio Concionatore & maiore Magistro Collegij Nauarrici Lutetiæ, ad hanc sedem promotus, recipitur faustâ gratulatione mense Maio an. 1583. legauit suæ Cathedrali ornamenta Ecclesiastica, & obiit 10. Martij 1602. 1583.
sepultus in choro ante Cathedram Episcopalem.

D'argent au cheuron d'azur, deux roses en chef, vn arbre de sinople en pointe.

ROSA. 86. ANTONIVS ROSE Guillelmi nepos, Theologus Parisiensis è regiâ domo Nauarricâ, sacram vnctionem excepit Romæ à summo Pontifice Clemente 8. 1602. ex de- 1602.
missione patrui; hinc reuersus mense Martio eiusdem anni Ecclesiæ adiit possessionem, & paulò post be-

nedixit Capellam claustri S. Nicolai Dacy; item S. Stephani Siluanectensis, & D. Martini basilicam: eo sedente Capucini fundantur Siluanecti 1610. at propter litigia cùm Capitulo suo, ex permutatione Cardinalis de Rupefulcaudi translatus est ad Ecclesiam Claromontanam in Aruerniâ.

LA ROCHEFOVCAVD. Burelé d'argent & d'azur de 10. pieces au cheuron de 3. pieces de gueulle brochant sur le tout

87. FRANCISCVS DE LA ROCHEFOVCAVD Cardinalis tituli S. Callisti, sacri Collegij Subdecanus, sacelli Regij Magister, Franciæ Maior Eleemosynarius, Ordinis S. Spiritus Præceptor, Pontificius Vicarius reformandis Galliarum monasteriis, Abbas Tornusii, & D. Genouefæ Parisiensis, necnon Ludouici XIII. primus Minister, & arcani Consilij caput; hos dignitatum titulos non minùs stirpis nobilitate, quàm ingenij fœlicitate, necnon virtutum splendore promeruit. Patre enim Carolo Comite primo Randani in Aruerniâ, Barone de Lugueto Militiæ Pedestris in Galliâ Magistro generali, qui genus è nobilissimâ iuxta ac vetustissimâ Rupefucaldorum Engolismensium prosapiâ repetebat; matre verò piâ fœminâ Fuluiâ Picâ, Galeatij Principis Mirandulæ filiâ minore natus est Lutetiæ Parisiorum 8. Decemb. 1558. vix quadriennis patre orbatus, patruo suo Ioanni Abbati Maioris monasterij, & Capellæ Regis Magistro traditur educandus, qui præceptoris sapientis tutelæ & vigilantiæ commissus, absoluit humanarum literarum, Philosophiæ, necnon Theologiæ studia in Collegio Claromontano: in quibus Ecclesiasticæ doctrinæ vim non mediocrem sibi comparauit. Anno ætatis 15. resignatione Ludouici Cardinalis Guisiæ maioribus Ecclesiæ muneribus præparatur, factus Abbas Tornusij, cuius annuos prouentus, retentâ sibi modicâ portione impendebat in Ecclesiæ & prochodochij restaurationem, pupillorum & pauperum alimoniam. Tum ab Henrico 3. in officium Magistri Sacelli Regis substitutus est patruo, quo in munere magna pietatis & modestiæ præbuit exempla. Emenso tandem Theologiæ stadio, cùm fratre iuniore in Italiam profectus, Mediolani à S. Carolo Borromæo humanissimè exceptus, & honorificè à Mirandulæ Principibus consanguineis; Romæ ratam supellectilem Græcorum, Latinorúmque librorum collegit, quam in Gallias velut thesaurum deduxit. Attigerat annum vigesimum cùm sexto, sed tanta maturitas ingenij, prudentiæ, probitatis elucebat in ipso, vt eum Henricus 3. ad Claromontensem sedem euehere non dubitarit, cùm sciret iuuentutē ætatis morum grauitate maturari. Vnde ipsum quoque inter sacri Consistorij Assessores adiunxit, quâ dignitate præcipuè vsus est, vt Christi imperium defenderet, aut dilataret; nam eius consilio potissimùm prouisum est, vt sancta loca Iudeæ ab infidelium impietate protegerentur, & in barbaras nationes nouæ Galliæ Missionarij mitterentur. Aulâ verò derelictâ, suæ Ecclesiæ possessionem adeptus 7. Octob. 1585. magnis viribus incubuit, vt hæreseos venenum à suis ouibus depelleret pharmaco syncerae pietatis & doctrinæ. Interim ciuilis belli furebant tumultus, & quia nondum Henricus IV. hæresim eiurauerat, plures Episcopi ab eius partibus erant alieni, quos inter Franciscus fidei zelo incensus: at vbi primùm sciuit Regem ad Ecclesiam Catholicam fuisse conuersum, illi, quamuis vltimus cæterorum Præsulum impensè sua præstat obsequia anno 1595 Henricus autem acerrimi Princeps ingenij, qui nouit quàm fidelem ei operam & Ecclesiæ nauare posset Franciscus, eum summas ad Ecclesiæ dignitates promouere statuit. Paulòpost ergo in Ordinem S. Spiritus ascitus, ad Pontificem quoque scripsit, & enixè petiit, vt tantum virum Purpurâ exornaret; annuit libenter Pontifex Paulus V. & ipsum renunciauit an. 1607. 10. Decemb. cursorémque misit ad ipsum Billomi in Aruerniâ tunc agentem, idémque, nuntium paulò post à Rege suscepit, à quo inuitabatur, vt aulam adiret biretum accepturus. Sed Franciscus gloriæ humanæ minus cupidus, cùm à suis ouibus, quas omnibus officiis caritatis subleuabat, ægrè diuelleretur, per menses quatuor distulit. Deinde Regi suam fidem, gratitudinémque ita compertam, testatámque fecit, vt Henricus

Henricus eius operâ & consilio vti cùm decreuisset, vt aulæ foret vicinior, Siluanectensem ad Ecclef. ipsum transferri cupiit, commutatione factâ sedis cùm Antonio Rose Præsule Siluanectensi, an. 1611. qui primùm cùm esset assensus, postea tamen cœptum negotium variis implicans difficultatibus, vt nodos dissolueret faciliùs, ipsi S. Maximini Miciacensis Abbatiam cessit Franciscus, quæ à Pontifice & Rege habita sunt rata, sed nullomodo ab Aruernensibus, qui tam fido pastore se orbari difficillimè passi sunt, vnde Iacobus Sirm. Sidonij Apollin. opera ei dicans, epistolâ præliminari hæc fatur: *neque vlla ætas erit quæ lustra illa quinque non celebret, quibus ad Ecclesiæ Claromontanæ sedem omnes prudentissimi vigilantissimique Pastoris numeros reddidisti. Laudandæque imitationis studio, nunc Austremonij, Illidiique sanctitatem, Venerandi atque Eparchij religionem, Quintiani constantiam, Galli modestiam benignitatémque æmulari videtere. Nunc enim vt humanarum rerum despicientiâ Bonitos, sacrorum locorum cultu Genesios, reuocandis ad rectam fidem deuiis Auitos, sublenandis inopum calamitatibus Sidonios, vniuersum denique lectissimorum quondam Præsulum Senatum Aruerniæ tuæ virtutum tuarum luminibus, exemplisque renouares.* At Siluanectenses statim eius præsentiæ fructum vberem percepêre, postquam enim possessionem iniit huius Ecclesiæ 10. No-
1613. uemb 1613. visitationibus diœceseos incumbebat, Sacerdotes peritos & pios magnâ sollicitudine procurabat, pauperum pupillorum & viduarum profectioni vigilabat; sed cùm publica regni salus vni diœcesi præferenda Regi videretur, eum Romam misit, vt suam erga Pontificem obseruantiam testaretur, à quo humanissimè exceptus, eum adiunxit Congregationibus quæ agunt de S. Officio, de Episcoporum promotione, de regularibus, & aliis eiusmodi quæ spectant ad Ecclesiæ disciplinam, in quibus vni commodo totius Ecclesiæ studere semper visus est, non autem priuatæ vtilitati. Auctor etiam inter præcipuos fuit, vt ea quæ in Basileensi Synodo decreta fuerant contra Pontificiam dignitatem, rescinderentur. Interim

A suauissimâ Bellarmini Cardinalis optimi societate semper vsus est, cùm inter ipsos magnam in moribus animorum concordiam peperisset, ac defuncto Cardinale Giurio Cisterciensis Ordinis Protectore, in eius locum à Pontifice suffectus, necnon absente Cardinale à Ioyosâ, Galliæ totius Viceprotector institutus est. Toto quadriennio quo Romæ versatus est, præbuit se Cardinalium Collegio in omnibus exemplum bonorum operum, abhorrens ab his sæcularium hominum delectamentis, quibus heu! nimiâ licentiâ totius
B Christianitatis & pietatis sedes propbanatur; sed orationibus, Ecclesiarum visitationibus, aut operibus bonis continuò exercebatur. Vnde cùm omnium ad se conuertisset animos, & maximè Pontificis, vix ab eo potuit obtinere, vt Gallias & suam diœcesim repeteret: cùmque intereà effecisset Papa vt moderatrix imperij Regina demandaret, vt Romæ permaneret, ipse suarum ouium tactus amore, Româ exiit an. 1613. antequam hoc mandatum susciperet. Paulòpost proclamatis regni Comitiis generalibus ad Octobris
C mensem an. 1614. inter primos cùm 1614.
aduenisset, die secundâ interfuit Maioritati Regis in Parlamento, quo à sinistrâ Regis cùm aliis tribus Cardinalibus sedit reclamantibus Franciæ Paribus etiam Ecclesiasticis, qui propterea abfuêre. Porrò cùm zelo non mediocri ferueret fouendæ & propagandæ Ecclesiasticæ auctoritatis, Cleri & Nobilium Regni cœtu generali congregato, quantis potuit rationibus persuadere Regi contendit, vt Concilium Tridentinum toto regno suo probari, obseruari, & publicari permitteret, seruatis ni-
D hilominus Ecclesiæ Gallicanæ Regníque libertatibus, priuilegiis, exemptionibus Capitulorum, Monasteriorum, & Congregationum, quas illibatas manere apud Pontificem supplicabatur. Nihilominus cùm Tertius Status magnis conatibus obstitisset, res ad exitum perduci minimè potuit, ac dissolutis Comitiis, & generali Cleri cœtu conuocato mense Maio 1615. cui præerat Car- 1615.
dinalis, effecit vt in eo Concilium admitteretur, cui decreto subscripsit cùm Archiepiscopis sex, Epis.

copis, necnon inferioris Ordinis delegatis, pluráque alia constituêre ad Ecclesiæ maius ornamentum. Defuncto Perronio Cardinale Franciæ magno Eleemosynario 1618. non alium in eius locum substitui digniorem Regi visum est, quàm Rupifucaldium, quo in munere fidelis seruus in domo Domini, cùm anteà multa neglecta essent, quæ ad illud officium pertinebant, primùm curauit supellectilem sacelli Regij ornatissimam fieri, Missarum, & officij diuini solemnia cùm pietate exerceri, sacerdotes probos & doctos aduocari, vt Missis canendis, confessionibus audiendis, administrandis Sacramentis incumberent: restaurari quoque sategit prochodochia penitùs collapsa, eorum prouentus vtiliter collocari, iis seruientes ad meliores mores reuocari, atheos & impios plures ab aulâ pepulit, & nullis vnquam flecti precibus valuit Magnatum, vt eiusmodi homines versari pateretur in domo Principis Christianissimi. Defuncto

1619. interim Iulij 13. an. 1619. Beniamino de Brichanreau Episcopo Laudunensi, S. Genouefæ Abbate, Rex inuitum coegit Cardinalem, qui hanc Abbatiam Commendatarij titulo possideret, vt eam ad monasticæ vitæ canones reuocaret: quâ intentione id onus subiit, vt posteà Abbati regulari Canonicorum Regularium D. Augustini eam restitueret. Sed cùm amplior caritas vrgeret Franciscum, non sine quodam diuino consilio electus est, vt vniuersali Ordinum S. Benedicti, D. Bernardi & S. Augustini reformationi vacaret. Cùm enim Rex Turonis versatus Maiusmonasterium inuisisset, & corruptos monachorum ibi degentium mores accepisset, necnon desolata illa loca quæ quondam tantâ pietate floruerant; tum Gondius Cardinalis apud quem rerum summa erat, auctor fuit Regi, vt tantæ calamitati generoso consilio succurreret, Franciscum Cardinalem medendis his malis esse aptissimum proposuit, Pontificis adiungendam auctoritatem, quod Rex

1621. annuit, & an. 1621. id à Gregorio xv. per epistolas expetit: annuit libentissimè Pontifex diplomate dato 8. Aprilis 1622. cùm sciret eam esse

A pietatem Francisci, vt eum ad Apostolicæ Sedis thronum promoueri, Bellarminus votis & suffragio cuperet. Paulò post defuncto Cardinale Radesio Regij Consilij summo Præfecto, hanc dignitatem contulit Rex Francisco, quâ perfunctus biennio, id munus spontè reliquit, & posteà penitùs vt aulæ nuntium remitteret, magni Eleemosynarij officium cui successit Richelius Cardinalis Lugdunensis; quo cedente pariter factus est Abbas S. Ioannis apud Burgundiones an. 1631. his sese expediuit oneribus, vt liberiùs incumbe-

B ret reformationi Religiosorum, quos præcipuâ caritate complectebatur. Sub eius ergo auctoritate S. Vincentij Siluanectensis cœnobium ex pessimâ vitæ ratione ad optimam reuocatum est, multùm adlaborante Carolo Faure posteà Generali Congregationis, deinde propagatur in S. Genouefæ cœnobio mense Aprili 1624. Totâ vitâ religiosis familiis maximè studuit promouendis; inde statim atque Præsul Claromontanus est creatus, Capucinis domum excitauit Billomi suis sumptibus, & posteà varia per diœcesis loca ipsos

C propagauit; necnon Siluanecti. Recollectos quoque & Societatis Iesu Patres impensè dilexit, Fulienses etiam quibus S. Maximini Miciacensis cœnobium contulit, vt locum obtinerent Monachorum Benedictinorum qui tunc temporis pessimè viuebant, cùm nondum S. Mauri Congregatio effloruisset. Sed hæc leuia, si spectes labores quos insumpsit reformationi Congregationum S. Augustini, Cluniacensis, Claræuallensis, Cisterciensis, Præmonstratensis, de quibus suis locis egimus fusiús tomo III. Abbatum. De-

D nique cùm à teneris annis ad summam vsque senectutem perseuerasset, omnium virtutum fulgens ornamentis, *hospitalis, benignus, sobrius, iustus, sanctus, continens, amplectens eum qui secundùm doctrinam est fidelem sermonem, exhortans in doctrinâ sanâ, & eos qui contradicebant, arguens*, meritis & annis grauis obdormiuit in Domino Lutetiæ in cœnobio S. Genouefæ die 14. Februarij 1645. anno 88. ætatis. Splendido apparatu eius exequiæ per tres dies celebratæ sunt in templo S. Genouefæ, quò eius

corpus depositum insubterraneo A
sacello, concurrentibus vndique
Prælatorum, Magnatum, & popu-
lorum turmis, & uptimum Ecclesiæ
Sacerdotem, pijssimum Cardinalem,
Pontifici ac Regi seruum addictissi-
mum gementibus. Cor eius sepeli-
tur in sacello Collegij Claromonta-
ni. Laudes eius plures oratione fu-
nebri celebrarunt; tomo integro
vitæ ordinem narrauit Canonicus
Regularis S. Genouefæ Pater de la
Moriniere, & præclara gesta dignè
posteris consecrauit.

Sangvin. D'azur à la bande d'or, accompagnée en chef de 3. glands d'or & en pointe de deux pieds de griffon de mesme, & de 3 demies roses d'argent perissantes dans les bords de l'escu.

88. Nicolavs Sangvin ex B
Canonico & Senatore Parisiensi, ab-
dicante se Episcopatu Francisco Car-
dinali Rupefucaldi nominatur à Lu-
douico Iusto: antiquâ familiâ pa-
tritiâ Parisiensi natus patre Iacobo
Sanguin Parlamenti Senatore, ma-
tre Mariâ du Mesnil. Tum Lutetiæ
sacro chrismate inunctus in templo
S. Ludouici Parisiis 12. Februarij
1623. à Francisco d'Escoubleau Car-
dinali de Sourdis Archiepiscopo Bur-
degalensi. Ecclesiam suam festiuo
apparatu pro more antiquo posside-
1623. re cœpit 6. Aprilis eiusdem anni,
comitantibus ipsum quatuor Bato- C
nibus vassallis suis, videlicet de Bras-
senses, de Raray, de Suruilliers, &
de Pontharmé. Interfuit autem No-
1625. tabilium conuentui Parisiis an. 1625.
sequenti anno, Iulij 16. Ecclesiam
S. Nicolai Siluanectensis dedicauit,
& aliam vici de Montagniaco: tum
anno 1628. 10. Aug. S. Genouefæ
Siluanecti: ibidem quoque sumpti-
bus propriis erexit familiam Præsen-
tationis B. Mariæ sub regulâ S. Au-
gustini, quam Episcopali iurisdictio-
ni subiecit. At cùm Cardinalis de
Rupefucaldi S. Dionysij Abbatiam
possidendam tradidit D. Mauri Con- D
gregationi, hunc in hoc opere pio
1633. adiuuit 2. Aug. 1633. Patres verò
Societ. Iesu in vrbem suam admisit
an. 1638. & sequente 29. Martij pri-
mum lapidem locauit Ecclesiæ &
monasterij Præsentationis. Cùm au-
tem piè, iustè, & sobriè vixisset
magno religionis exemplo, necnon
modestiæ, prius cùm in nepotis gra-
tiam onere pastorali se exemisset,
expertus est penè in instanti mor-
tem subitaneam. Cùm enim Lupa-
ram adiisset, coram adstantes pluri-

mos Episcopos quos alloquebatur
subitò corruit; quem vnus ex ipsis
cùm ad inuocandum Dominum hor-
taretur, statim extinctus est 15. Iulij
1653. ætatis an. 73. corpus Siluane- 1653.
ctum delatum in Nosocomio tumu-
latur; cor verò in æde sacrâ B. Lu-
douico Parisiis Soc. Iesu. Henricus
de Maupas Episcopus Podiensis
encomio funebri eius elogium prose-
quutus est; maximè in pauperes
charitatem, & pro Ecclesiasticâ dis-
ciplinâ zelum.

Sangvin.

89. Dionysivs Sangvin
11. Nicolai nepos ex fratre Iacobo,
Regis ordinario Dapifero, resigna-
tione eiusdem è Canonico sacræ Ca-
pellæ Palatinæ Parisiensis renuncia-
tur Præsul à Ludouico XIV. inaugu-
ratus Lutetiæ in templo S. Ludoui-
ci Domus Professæ Patrum Socie-
tatis Iesu Dominicâ 14. Ianuarij 1652. 1652.
ab eodem Nicolao Sanguin, assisten-
tibus Iacobo Danes Tolonensi, &
Ioanne d'Estrade Condomiensi E-
piscopis; coram Nicolao ex Comi-
tibus Guidiis à Balneo, Athenarum
Archiepiscopo, Sedis Apostolicæ
Nuntio.

SISTARICENSES
EPISCOPI.

Sisteron en Prouence, sur la Durance.

Civitas Segesterica, quæ
& Sistero, Sistaricum, Se-
questero, Sistericensium,
vel Segesterorum, aut Se-
gestericorum in variis Notitiis Pro-
uinciarum Galliæ, pro diuersitate
codicum legitur; ad Druentiam
fluuium rapidissimum sita sub Ar-
chiepiscopatu & Parlamento A-
quensi. Cathedralis patronam habet
B. Mariam Virginem, in quâ Præpo-
situs, & vndecim Præbendæ recen-
sentur: in regesto antiquo Capituli
an. 1431. Decemb. 15. de reforma-
tione eius, inter cætera obseruatur
eandem Ecclesiam Sistaricensem
nuncupatam B. Mariæ de Pomerijs
quondam fuisse, ac fundatam per
Carolum Magnum Imperatorem.
In diœcesi extabat olim Abbatia
nunc vnita sedi Episcopali.

CROSSIENSIS *Crueys* O A.

LVRÆ *Lure* OB.

Numerantur in eadem diœcesi basilica Concathedralis Forcalquerij, monasterium S. Claræ Sistaricensis, plures parochiæ & Prioratus, item Archipresbyteratus Vallis Bodoniensis in Delphinatu. Episcoporum autem seriem, nostro conatu è diuersis cartophilaciis nunc primùm accuratè eruimus, præsertim verò è codice Viridi qui acta Episcopatus Sistaricensis, membranas peranti- quas, ac documenta complectitur.

1. VALERIVS Concilio Epaonensi an. 517. interfuit cùm Præsulibus Regni Burgundiæ; subscripsitque illius actis nomine Antistitis ciuitatis Segestericæ.

517.

2. AVOLVS in Concilio Aurelianensi 4. an. 541. & 5. 549.

549.

3. GENESIVS in Synodo Parisiensi 4. an. 573.

4. POLOGRONIVS in Valentinâ 2 an 584. per missum Episcopalem adstitit: item Matiscoensi 2. an. 585. post quem Interpontificium reperitur vsque ad Ioannem.

585.

5. IOANNES I. è stirpe Senatoriâ, opibus ac virtute nobilis, Sistaricensem Ecclesiam tenuit annis 47. ex tabulariis Episcopatus: Carolus Magnus Imperiali priuilegio donauit Deo & B. Mariæ, necnon glorioso Martyri Tyrso sanctæ sedis Sistaricensis castrum de Lurio, cùm omni honore & appendentiis, ex apographo archiuij Cathedralis. Idem Episcopus prædiis ac rebus Ecclesiam suam locupletauit, námque duodecim Ecclesias extruxit, & duo regularia monasteria; ipse etiam D. Marium & S. Donatum viros religiosos ab Aureliâ vrbe aduocauit, diuóque Mario prædium suum ad fundandum & dotandum cœnobium monachorum in Valle Bodonensi concessit, cùm omni decimatione de Lambricis, Ecclesiâ S. Albani, S. Guallæ, S. Luciæ, Nouauillâ, Parpacianâ, & aliis pluribus beneficiis, ac pertinentiis, hæc omnia dedit, inquit peruetus carta, „ monasterio S. Marij, vt absque vllâ diminutione, vel inquietudine „ possideant Fratres ibidem habitantes. Iacet in basilicâ S. Ioannis Baptistæ: hactenus Viridis codex in archiuio Sistaricensi.

6. SECVNDINVS post Ioannem adlectus Episcopus præfuit annis 38. ex diptychis.

7. MAGNIBERTVS eamdem Ecclesiam administrasse fertur annis 61.

8. AMANTIVS annis 11.

9. MAGNVS annis 21.

10. BONVS annis LV.

11. VINCENTIVS annis 11.

12. EVSTORGIVS annis 44. cuius & prædictorum Episcoporum nomina apponimus ex codice Viridi, quia excidêre illorum gesta in fastis Sistaricensibus.

13. ARNVLPHVS, quo sedente corpus D. Marij Confessoris translatum est de valle Bodonensi sitâ in Sistaricensi Comitatu, ad oppidum Forcalquerij in dicto Sistarico pago, vbi eius corpus quiescit in æde D. Tyrsi Martyris, quæ propria est S. Mariæ, & D. Tyrsi, sanctæ Sedis Sistaricensis, in quâ basilicâ D. Marius multis virtutibus inclaruit.

14. VRSVS gratiâ Dei humilis in „ Christo Episcopus sanctæ Sedis Si- „ staricensis Ecclesiæ roboratus, in- „ quit vetus carta, donauit Ecclesiæ „ Canagobien. cùm consilio Canoni- „ corum suorum decimam de villâ Pe- „ troyis, cùm Ecclesiâ S. Petri ibidem „ constructâ, quod ad Ecclesiam suam „ pertinebat, & donauit ibidem ter- „ ritorium de villâ Arise, & Abuse, „ & terram Cardinalis; similiter cùm „ Ecclesiâ S. Michaelis; facta est hæc „ donatio regnante Conrado Rege „ piissimo Alemannorum & Prouin- „ ciarum. Idem Episcopus obtinuit priuilegium sequens ab eodem Conrado, quod in registro Sistaricensis

Episcopatus, & codicis Viridis acta A relatum est eo tenore: IN NOMINE *sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Conradus gratiâ Dei Rex. Si quis iustis nos postulat petitionibus, dignum & rectum est vt & impendere curemus. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum industria præsentium scilicet & futurorum, qualiter quidam venerandus Episcopus nomine* VRSVS *nostram Regiam adijt Excellentiam, humiliter deprecans, vt tale illi dedissemus priuilegium, per quod suam diœcesim Sistaricensis Ecclesiæ in honore S. Dei Genitricis Mariæ, & S. Tyrsi Martyris constructæ, sub omni integritate, quietè, leniterque quiuisset* B *possidere. Cuius petitionibus acquiescentes, & aures nostræ beneuolentiæ accommodantes, hoc quod precatus est ei indulsimus, atque concessimus, hoc est castrum de Lurs, & quicquid ad prædictam Ecclesiam, siue ad illa sancta loca iustè & legaliter pertinet, vel pertinere videtur, Ecclesijs, villis, castellis, mancipijs omnibus vtriúsque sexus, omnia in omnibus cultis & incultis, vestitis, & desertis, quæsitis & acquirendis, & omnibus sicut ad eandem Ecclesiam dependere solent. Eâ vero ratione, vt nullus Comitum, vel Baronum, seu aliarum personarum regni nostri illum* C *prælibatum Episcopum, siue successores suos inquietare, vel calumniare præsumat. Et si aliquis hoc nostræ firmitatis priuilegium aliquâ temerariâ proteruitate violare præsumpserit, sciat se indignationem nostram incursurum, ab omnibus regni nostri Episcopis perpetualiter anathematizatum, & in nouissimo die omnipotenti Deo rationem redditurum. Sanè vt hæc nostra auctoritas stabilis, inconuulsáque nostris, futurisque temporibus permaneat, & à nemine vnquam frangatur, vel violetur, manu propriâ subscripsimus, & de sigillo* D *nostro subtus sigillare mandauimus: signum domini Conradi Regis: ego Hedolphus ad vicem Beroldi Episcopi atque Archicancellarij recognoui. Actum 8. Idus April. anno Incarnat. Domi-*
967. *nicæ DCCCCLXVII. anno 27. regnante Conrado Rege. Actum Arelatensi ciuitate feliciter. Amen.* Non sanè extra rem facturi videmur, si in hunc locum adiiciamus per interuallum illud quo sedere desiit Vrsus, ad vsque Geraldum Chabrerium, Episcopos aliquot, quos deprehendimus ex actis quibusdam cartarij Massiliensis S. Victoris: ij verò sunt.

15. RODVLFVS, qui nominatur in placito generali à Vuillelmo Comite in Manoascâ babito pro restitutione terræ Camaricas, in villâ Manoascâ, ante Ecclesiam S. Mariæ die 4. Nonas Ianuarij anno 44. regnante Conrado Rege Alemannorum, siue Prouinciæ; idque desumptum ex memorato tabulario.

16. DVRANDVS, notitia huius extat in schedâ antiquâ Sistariensis Ecclesiæ cùm Fontono Aquensi Metropolitâ, pro constructione Ecclesiæ S. Promasij apud Forcalquerium ab Ariberto 1030. indict. 13. die 15. Cal. Decemb. 1030.

17. PETRVS I. eodem anno 1030. Isarno Abbati S. Victoris Massiliensis dedit oppidulum d'Orbazae in Comitatu Niciensi ex tabulario. Sciendum verò est adnotari in citato codice Viridi, militem quendam Rambaudum valde diuitem & potentem, Comitúmque Forcalquerij consanguineum, emisse Episcopatum pro filio suo iuuene à prauis simoniacis, qui cùm adolesceret, comparauit alium Episcopatum, ordinatus Præsul Vasionensis, & ita sedes Sistaricensis vacauit pastore orbata per 17. annos. Interim Rambaudus cùm militibus suis & Comitissâ Adalaxi, Forcalquerium inuasit, omnémque honorem Episcopalem Rambaudus diuendidit militibus suis, in tantum verò destructa est sedes Pontificia, vt Episcopus in eâ vix posset quiescere vnâ nocte, prout obseruant tabularia. At Nicolai Papæ Legatus Hugo Synodum Auenionensem conuocauit, vbi coram cœtu Pontificum, electus est.

18. GERALDVS CHABRERIVS I. ex Vltio in valle Cæsariâ oriundus ad Episcopatum promonetur, piis enim iste moribus exornatus Præsulatum repudiauit; at verò per Legatum Romam missus cùm litteris testimonialibus, à Papâ Nicolao benignè exceptus, inauguratur, dein ad sedem suam regressus, hoc impetranit Pontificium diploma, quod ex archetypis tabulariis Sistaricensibus libri Viridis Episcopatus, hunc CHABRERIVS.

in modum depromp simus: NICOLAVS *Seruus Seruorum Dei, Clero, ordini, plebi consistentibus in ciuitate Sistaricensi, salutem & Apostolicam benedictionem si obedierint. Cùm nostri sit officij vniuersalis Ecclesiæ curam gerere, oportet nos studere omnibus vbique prodesse. Vnde pro vestrâ salute fratrem etiam & Coëpiscopum nostrum* GERARDVM *vobis ordinauimus Sacerdotem, à religiosis viris in partibus Galliæ habitantibus electum, scilicet à venerabili fratre Cluniacensi H. qui nostrâ vice in partibus illis fungebatur, Arelatensi Archiepiscopo, Episcopo Auenionensi, Episcopo Cabilonensi, Episcopo Aptensi, Episcopo Vasensi, Episcopo Dignensi, Episcopo Diensi. Quibus testibus de eius vitâ nil dubitamus. Cui dedimus in mandatis, ne vnquam ordinationes præsumat in eum, qui virginem non est sortitus vxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pænitente, vel curæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatúmque ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos huiusmodi fortè compererit, non audeat promouere. Afros passim ad Ecclesiasticos ordines prætendentes, nullâ ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptisati sæpiùs sunt probati. Ministeria atque ornatum Ecclesiæ, vel quicquid illud est in patrimonio eius non minuere studeat, sed augere. De reditu verò Ecclesiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones. Quarum vnam sibi retineat, alteram Clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat. Tertiam verò pauperibus, & peregrinis: quartam verò Ecclesiasticis fabricis nouerit obseruandam, de quibus diuino erit redditurus iudicio rationem. Ordinationes verò Presbyterorum, seu Diaconorum, nonnisi quarti, septimi, vel decimi mensium ieiunijs, sed & ingressu quadragesimali, atque medianæ vespere sabbathi nouerit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramenta nonnisi in Paschalis festiuitate, & Pentecostes meminerit esse præbenda: exceptis his qui mortis vrgentur periculo, ne in æternum pereant, talibus debet remedijs subueniri. Nunc ergo sedis nostræ præcepta seruanti, deuotis animis obsequi oportet, vt inreprehensibile placidúmque fiat corpus Ecclesiæ per Iesum Christum Dominum nostrum, qui viuit & regnat cùm Deo patre Omnipotente & Spiritu sancto per omnia secula seculorum, Amen.*

Perrexit ergo ad suam ciuitatem hoc fultus diplomate Gerardus, sedemque Episcopalem valde desolatam reperit, adeò vt proprio careret hospitio: insuper tres ibi fratres Petrus, Rostagnus, & Pontius de Sistarico vrbi dominabantur, quibus cùm Præsul, Ecclesiæ, necnon Episcopatus inopiam summam, atque etiam destructionem ædis S. Mariæ, & cæterarum exhibuisset Episcopus, quia reditus earum ipsi possidebant, & contra ius diuinum occupabant, veniam coram Antistite protestati, recognouerunt se culpabiles, placitúmque sequens Geraldo largiti sunt, quod ex originali autographo libri Viridis ita exscriptum: NOSCANT *præsentes & posteri, legentes vel audientes hoc inscriptum, quòd nos Petrus, Rostagnus, Pontius fratres & domini Sistarici, recognoscentes mala & facinora quæ fecimus contra Deum, & sanctam Ecclesiam matrem nostram sedem Sistaricensem, quæ in honore B. Mariæ Virginis constructa est, atque S. Tyrsi martyris gloriosi, & contra Episcopum, & Canonicos ipsius Ecclesiæ, in recompensatione malorum quæ fecimus, recepimus terram nostram & honorem quem habemus vel habere debemus in Sistarico, per manum* GERALDI *Episcopi & Ecclesiæ, & iuramus illi vitam & membra sua, & Castellum quod habemus in Sextirone. Idem autem Episcopus reddidit eis vicem de sacramento quod non tollat eis castellum, neque homo, neque femina per suum consilium, vel per suum consentimentum. Sic Deus illi adiuuet & sancti sui. Ipsi verò reddiderunt & donauerunt decimas quas possidebant ipsi, & alij pro illis, iurauerúntque Ecclesiæ S. Mariæ, & Canonicis eiusdem Ecclesiæ qui communia tenere voluerint, quod ipsi defendent iura Episcopi & Ecclesiæ, & terram illorum. Sic Deus illi adiuuet, & sancta eius Euangelia. Hoc idem iurauit Episcopus tenere & attendere ipsis & filiis suis. Et si Episcopus, Comes, aut Vicecomes, vel aliqua persona ista omnia supra dicta frangere voluerit, fiat ira Dei super eum, & sit maledictus, & excommunicatus, sicut fuit Arius, & Sabellius: & in inferno cùm Iudâ traditore damnatus vsquedum resipiscat, & ad emendationem veniat, Amen.*

Iste Episcopus diuisit Ecclesiam A Forcalquerij ab Sistaricensi, & fecit quicquid boni potuit Forcalquerij, & quidquid mali, Sistaricensi, illam exaltando, istam opprimendo, inquit codex Viridis Episcopatus. In tabulario autem Massiliensi S. Victoris recensetur anno 1044. regnante Henrico; testis & in cartâ donationis Bertrandi Comitis Prouinciæ, de Ecclesiâ B. Promasij Forcalqueriensis. Gregorius 7. Pont. l. 1. ep.
1073. 67. an. 1073. illi scribit, eiúsque operâ S. Laurentij de plebe Martyrum Ecclesia, quæ celebris Præpositura est, à Sarracenis euersa, restauratur, vt aduertit Franciscus Augustinus ab Ecclesiâ in Historiâ Pedemontij.

19 CAROLVS successit Gerardo ex tabulariis Ecclesiæ Sistaricensis.

20. PETRVS II. qui Antiquus appellatur in libro Viridi.

21. FRODO ex iisdem Actis suffectus memoratur.

1102. 22. BERTRANDVS I. anno 1102. indict. 5. donationem fecit Ecclesiæ & Canonicis S. Marij Forcalcariensis, quam probauit Petrus Aquensis Archipræsul, præsente Adalaxi Comitissâ Prouinciæ.

23. PETRONVS.

24. NITARDVS, qui consecrauit Ecclesiam S. Martini in Sistarico; humilis & benignus nuncupatur in quibusdam schedis antiquis Cathedralis.

25. GERALDVS II. recuperauit D castrum suum Luris ab Adalaxi Comitissâ Forcalquerij, quod constat ex hac schedulâ: *Ego in Dei nomine Adalax Comitissa Forcalqueriensis, & mater mea, & filius meus Guillermus Marchio Prouinciæ, reddimus Sistaricensis Ecclesiæ Episcopo Giraldo 2. qui eidem Ecclesiæ Deo auctore præest, & successoribus ipsius medietatem illius castri quod dicitur Lure, quæ à modernis vocata est Comitalis, cùm omnibus appertinentiis. Facta est hæc carta in mense Ianuarij, regnante Conrado Teutonicorum Imperatore, filio Enrichi Regis.*

26. RAMBAVDVS ex Priore Kanacobij cœnobij Ordinis S. Benedicti, iste enim à dominâ Tiburgi de Aurasicâ, quidquid iuris habebat in castro Luris, & donauit ei quinque millia solidorum, ac dominium totum Sistaricensis Episcopi in castro Petrariæ.

27. PETRVS DE SABRAN III. SABRAN. ex gente illustri de Sabrano; multoties visitauit sepulchrum Domini, ex catalogo MS. Sistaricensium Præsulum, hinc verò detulit multa pre- B tiosa ornamenta, Sanctorum relliquias, & duas cruces aureas, cùm ligno Domini, quarum vna extat in Ecclesiâ Sistaricensi, alia in Capellâ Lurieosi. Excipit idem Petrus donationem factam Guigoni Abbati Boscaudunensi de loco Luræ ad radicem montis Loterij: laudauit & eleemosynam factam Hospitalariis de Manoascâ per Guigonem Comitem Forcalquerij anno 1149. quam 1149. iterum vnà cùm Hugone Aquensi Pontifice, & Petro Aptensi comprobauit 1168. ex instrumento ar- C chiuij Boscaudunensis Abbatiæ.

28. BERTRANDVS II. Cartusiæ Durbonis Prior anno 1150. posteà Episcopus Sistaricensis 1172. quo eodem anno præsens fuit donationi factæ Andreæ Priori Durbonensi: & coram ipso ventilata est controuersia inter milites Templi ac dictam domum Cartusiensium 1173. quæ in- 1173. scripta est tabulis cartophilacij Boscaudunensis: hic autem in tabulario Sistaricensi pietate summus prædicatur.

29. BERMVNDVS D'ANDVSE ANDVSE. Episcopus fuit magnus corpore & « genere, de dominis Andusiæ, Ca- « nonicus Magalonensis, vt loquitur « Viridis Codex: recensetur electus « Sistaricensis anno 1174. 2. Nouemb. in actu donationis Guillelmi Comitis Forcalquerij laudantis Fratribus Durbonensibus donationem & iura per totam terram suam, datâ cartâ apud castrum de Manoascâ, præsente Hugone Abbate de Lurâ, Chatberto Priore de Durbone, ex tabulis Boscaudunensibus. Interfuit 1179. Concilio Lateranensi 1179.

30. BERNARDVS, cuius no-

titiam indicat tabularium vetus Bosf- A caudunense citatum, in cuius scriniis reperitur donatio Abbatiæ de Lurâ in Prouinciâ, sub correctione & subiectione Boscaudnensis Ecclesiæ, apographum illud è cartulario huius monasterij Ordinis Benedictini, in diœcesi Ebredunensi sic habet: EGO BERNARDVS Sistericensis Ecclesiæ Episcopus laudo & concedo Abbatiam de Lurâ Abbati & Ecclesiæ de Boscodono, in perpetuum corrigendam & emendandam in omnibus, iuxta institutiones ordinis Calesij, in quo vtraque fundata esse cognoscitur, & B eam perpetuò perseuerare in eo volumus saluâ obedientiâ generalis Calesiensis Capituli, saluâ etiam auctoritate, reuerentiâ & honore Calesiensis Ecclesiæ, quæ, vt mater omnium præfata præeminet, & præest Ecclesia reliquis Ecclesiis & ordine. Volumus igitur, statuimus, atque iubemus, quatenus præfati Lurensis monasterii Abbas, Abbati Ecclesiæ Boscaudoni fidelem & perpetuam obedientiam secundùm præfatæ Ecclesiæ Calesiensis ordinem exhibeat, correctiones eorum tam C ipse, quàm fratres sui humiliter & deuotè suscipiant, statuta generalis Calesiensis Capituli irrefragabiliter custodiant, quæcumque iura in cartâ caritatis habeat, decenter pater Abbas, & Mater Ecclesia ad filiam, & in filiam habeat plenissimè, & exerceat Abbas Boscaudonensis, & eius Ecclesia in istâ ipsâ Boscaudonensi Ecclesiâ perdurans in subiectione & obedientiâ Calesiensis Ecclesia, & saluâ obedientiâ & reuerêtiâ quam ordine suo Abbas de Lura debet Sistencensi Episcopo patri suo & consecratori. Hanc igitur institu- D tionem actam anno ab Incarnationis Domini nostri Iesu Christi
1183. MCLXXXIII. ita firmam volumus perpetuò perdurare, vt si quando suadente diabolo Abbas, Monachi, aut Conuentus, seu etiam tota Lurensis domus ab ordine Calesiensis Ecclesiæ, & obedientiâ Boscaudonensis Abbatis, & eius Ecclesiæ ex contemptu deuiare præsumpserit, sit commonita, infra dies 40. ex integro excessum non emendauerit, sententiæ excommunicationis subiaceat, donec penitus ad ordinem Calesij & obedientiam Boscaudonensis Ecclesiæ, per congruam satisfactionem redeat.

31. RODVLFVS Abbas anteà monasterij Floregiæ, vulgò Toroneti Ordinis Cisterciensis in diœcesi Foroiuliensi, de eo liber Viridis ait: *Dominus Rodulfus Episcopus rexit Ecclesiam Sistaricensem 25. annis & 3. mensibus. Hic fuit de Ordine Cistercensium Abbas monasterij Floregiæ qui vulgò dicitur Toronets, sepultus autem in Ecclesiâ Sistaricensi. Hic augmentauit reditus Episcopales in castro de Lurio, & comparauit castrum de Augesto, & castrum de Reuesto 16. millia solidor. à domino Comite Prouinciæ & Forcalquerij Raymundo Berengario illustri ac pijssimo. Dictus autem Episcopus Rodulfus sanctissimus Sistaricensis diem clausit extremum anno currente Domini 1241. & sepultus in Ecclesiâ Sistaricensi subtus altare positum in scalerio lapideo introitus chori: per quem in vitâ suâ & post mortem eius Deus omnipotens multa fecit miracula mortuos suscitando, cæcos illuminando, de morbo caduco sanando, claudos & impotentes exaltando.* 1241.

32. HENRICVS DE SVSE Decretorum Doctor eximius, præfuit Ecclesiæ annis 8. inquit codex Viridis, *fuit enim vir magnificus, Decretorum Doctor excellentissimus, postulatus in Archiepiscopum Ebredunensem, postmodum Cardinalis Ostiensis effectus compilauit etiam lecturam & summam Ostiensem; qui in Vrbe diem clausit.* DE SVSE.

33. YMBERTVS ex Ordine Prædicatorum electus Pontifex. Dominicani fundantur in vrbe 1247. 1247. obiit Lugduni abiecto Episcopatu, habitu Dominicanorum suscepto, apud Antoninum tit. 23. c. 10. de quo ita codex Viridis: *post ipsum dominus Imbertus Episcopus Sistaricensis de Ordine Prædicatorum rexit Ecclesiam Sistaricensem annis 6. Iste enim oppressus per curiam regiam tempore illustrissimi Caroli 1. Siciliæ Regis, Prouinciæ & Forcalquerij Comitis grauaminibus aggrauantibus liberè dimisit Episcopatum Sistaricensem, & Ecclesiam resignauit, & apud Lugdunum, vbi postmodum permansit, diem clausit extremum.*

34. ALANVS Lutetiæ natus, qui
nominatur in confirmatione priuile-
giorum Massiliæ an. 1257. & 14. Cal.
1257. Ianuarij 1271. testis legitur in in-
strumento compositionis habitæ a-
pud Aquas-Sextias, inter Odonem
Vapincensem Præsulem nomine suæ
Ecclesiæ, & Senescallum Regis Sici-
liæ; eiusdem Alani consilio Guillel-
mus de Gonessâ Senescallus decre-
to Caroli 1. Regis vsus est in com-
promisso litis pacificandæ cùm Ro-
berto Auenionensi Antistite, vt tra-
dunt tabulæ Boscaudonenses. Con-
ditus fuit tumulo in basilicâ Sistari-
censi, propè altare B. Mariæ: de
quo hæc subiungit codex Viridis:
*Alanus Episcopus Sistaricensis Parisiis
oriundus, rexit Ecclesiam Sistaricensem
19. annis: qui multa ædificia ædificari
fecit in diœcesi Sistaric. videlicet Eccle-
siam & domos d'Ouloin, & domos de
Ybonicis, & de ciuitate Sistaricensi.
Iste enim crucem argenteam cùm pede
lato & reliquias Sanctorum Cosmæ &
Damiani legauit ad honorem Dei &
gloriosæ Virginis matris eius, & glo-
riosi Martyris S. Tyrsi in Ecclesiâ Si-
staricensi, vbi sepultus est ad latus si-
nistrum iuxta altare B. Mariæ Sista-
ricensis.*

GIRARDI. 35. PETRVS GIRARDI IV. de
Podio Michaele: legitur hic inter-
fuisse Synodo Prouinciali Reiensi
celebratæ per Rostagnum Aquen-
sem Archiepiscopum 16. Cal. Mar-
1285. tij an. 1285. cuius fragmentum in li-
» bro Piloso Sistaricensi tale insertum
» est: Interfuerunt venerabiles domi-
» ni Suffraganei R. Aptensis, M. Re-
» giensis P. Sistaricensis I. Foroiu-
» liensis Episcopi, P. Præpositus &
» Officialis Vapin. Episcopi iusta de
» causâ absentes, & Abbates Crossien-
» sis & de Lurâ, Præpositi, Archidia-
» coni, & Procuratores dictarum Ec-
» clesiarum, & alij plures Rectores
» Ecclesiarum, & alij plures discreti
» viri. In hoc Concilio statutum fuit,
» primò quòd statuta generalia Con-
» ciliorum, Concilij Valentini, & sta-
» tuta prouincialia obseruentur: se-
» cundò quòd preces fiant pro libe-
» ratione illustrissimi domini Caroli
» Principis in carcere detenti, per
» omnes Ecclesias, & cuilibet suppli-
» cantium 40. dies de iniunctâ pœ-
» nitentiâ relaxant: tertiò quòd Epis-
A copi describant in cartulario omnia «
bona sua Ecclesiarum, & multa alia «
ad 22. statuta, quorum vltimum, «
quod nulli impediatur quominus ad «
Metropolitanam appellent, aliter ex- «
communicetur, sicut à prædecessore «
G. Archiepiscopo Aquensi statutum «
fuit. Posteà Petrus diem suum vl- «
timum clausit 1291. vti obseruare li- 1291.
cet ex his verbis citati Codicis Epis-
copalis, *Post istum vir sapientissimus
dominus Petrus Giraudi de Podio Mi-
chael Episcopus Sistaricensis rexit an-
nis* XIV. *Iste enim Palatium & forta-
litia castri de Lurio fieri fecit, dominia,
B essaria & bona quorumdam nobilium
quæ habebant in castro Lurij emit &
acquisiuit, & multa alia bona fecit, &
de multis redditibus Ecclesiam Sistari-
censem augmentauit, qui legauit Ec-
clesiæ Sistaricensi mitram pulchriorem &
crossam argenteam, vbi sepultus est an-
te altare B. Mariæ Sistaric. diem enim
clausit extremum an. currente Domini
1291.*

ALAMANON. 36. PETRVS D'ALAMANON
v. Ordinis Prædicatorum, vir pie-
tate insignis, qui obiit anno 1303. 1303.
humatus in Ecclesiâ Patrum Præ-
C dicatorum Aquensium à sinistrâ par-
te altaris maioris; codex Viridis de
eo narrat sequentia: *Post istum vir
sanctissimus dominus Petrus de Ala-
manono Episcopus Sistaricensis, de Or-
dine Prædicatorum rexit annis 13. Iste
enim Episcopus fuit piissimus, eleemosy-
narius & largitor bonorum suorum ad
honorem Dei, ita quod ferè medietatem
suorum redituum in piis eleemosynis pau-
peribus viduis, & orphanis tribuebat,
pontes & multa hospitalia in Sistari-
censi diœcesi fecit compilari, & acquisi-
uit medietatem castri de Ybonicis, & 30.
libras redditum in castro Labreillinis
D ad honorem Dei, & B. Virginis glo-
riosæ, ac gloriosiss. Martyris S. Tyrsi:
diem clausit extremum anno currente
Domini* MCCCIII. *primâ die Augu-
sti & sepultus est in domo Prædicato-
rum ciuitatis Aquensis.*

GANTELMI. 37. IACOBVS GANTELMI, I.
Prouincialis ex familiâ Gantelmo-
rum, qui fatis concessit in Italiâ a-
pud Albam ciuitatem anno 1310. in- 1310.
déque elatus ad suam Cathedralem
Sistaricensem, nam subdit liber Vi-
ridis: *domnus Iacobus Gantelmi de*

genere Gantelmorum Prouinciæ Episcopus Sistaricensis, rexit Ecclesiam Sistaric. annis 6, Iste enim cùm equis & armis in exercitu Lombardiæ cùm illustriss. domino Roberto Ierusalem & Siciliæ, Prouinciarum ac Forcalq. ac Pedemontis Comiti accessit cùm numero XVI. *equorum armatorum & plurium peditum sociatus, & eo tempore diem clausit extremum in Albâ ciuitate anno Domini* MCCCX. *Postmodum translatus est ad Ecclesiam Sistaricensem, & sepultus in Ecclesiâ Sistaric. in sepulchro domini Alani prædicti Episcopi Sistaric. qui ad honorem B. Mariæ Virginis gloriosæ pallium aureum multis nobilibus imaginibus insignitum legauit Ecclesiæ Sistaric.*

1311. 38. Rostagnus anno 1311. die 24. Iulij sigillum apposuit vnà cùm G. Vapincensi Episcopo tabulæ hominij Auenione præstiti Roberto Regi, per Bertrandum Principem Aurasicæ; interfuit & Concilio Auenionensi 1337.

Avogadri. 39. Petrus Avogadri, VI. è patritiâ Vercellensium familiâ natus: ex Ordine Prædicatorum præficitur Cathedræ Albensi primùm in Insubriâ an. 1337. 7. Idus Februarij, apud Vghellum tomo 4. Sacræ Italiæ; translatus inde ad hanc Ecclesiam Sistaricensem anno 1349. ex regesto Vaticano. 1349.

40. Bertoldus anno 1365. in bullâ aureâ Caroli 4. Augusti, dicitur Imperialis aulæ Cancellarius, vice Cunonis Archiepiscopi Treuirensis.

Montvrvco. 41. Rainulfus de Montvruco Cardinalis tituli S. Pudentianæ, ac Regens Cancellariæ Apostolicæ, patriâ Lemouicensis, imò, vt asserit ipse Ciaconius fuit gentilis Innocentij VI. summi Pontificis: ab Vrbano VI. inter Purpuratos Principes ascitus fuerat anno 1378. Romæ in basilicâ S. Mariæ trans Tyberim, de quo monumenta Pisana, & chronica mentionem faciunt: Mortuus est Romæ 18. Cal. Septemb. 1382. ac conditus ante fores tituli sui sub marmoreo epitaphio, & hoc titulo: *Hic iacet Reueren. Pater dominus Rainulfus tit. S. Pudentianæ Presb. Card. natione Lemouicen. de genere D. Innocen. PP.* VI. *qui in hoc titulo suo monachos constituit.... en. 82. die 15. mensis Augusti.* Hæc è Ciaconio, 1382.

42. Bertaudus florebat in Cathedrâ Sistaricensi an. 1382. & 1385. 10. Decemb. nominatur in cartâ pro ciuitate Arelatensi Ludouici Regis Siciliæ, Comitis Prouinciæ, cùm Ioanne Carnotensi Præsule ipsius Cancellario, Raymundo de Agouto domino de Saltu, magno Regis Siciliæ Camerario, Fulcone de Agouto Vicecomite Relianæ, Prouinciæ Senescallo, Roberto de Drocis, Lionello de Coesme militibus Gallis, Regiis Cambellanis, Elziario domino de Oraisone, Francisco domino de Baucio, Fulcone de Ponteues Vallium, Cottiniaci, Carcerum, & Barremæ domino, Blancasseo de Ponteues castri Reinardi domino, Guinoto de Simianâ domino de Casanouâ, & alijs nobilibus, ex vetusto originali. 1385.

De Furno. 43. Robertus de Furno de Creponâ in Aruerniâ, qui Ecclesiæ plurima bona contulit; eam rexit annis 30. die Ianuarij 15. anni 1417. obedientiam iurat Andoinus Giraudi Abbas Luræ, saluâ obedientiâ quam debet Episcopo Auenionensi, vti constat ex codice Sistaricensi memorato. 1417.

Gastinelli. 44. Mutius Gastinelli Aquensis, qui paucis annis præfuit; nam sedes vacabat 1456. 2. Decembris, quo vnita est Abbatia Crossiensis Episcopatui Sistarico, bullâ datâ Romæ per Papam Callistum. 1456.

De Ponte. 45. Iacobus de Ponte II. Lotharingus, sedit annis decem.

Placenda. 46. Andreas de Placenda aliàs de Place, seu de Fontanâ, Abbas Lerinensis monasterij an. 1453. natione erat Pedemontanus, ad hanc autem sedem promotus, eam cùm laude annis 14. administrauit, nominatúrque in actu anni 1464. dein Episcopatum suum resignauit sequenti. 1464.

Esquavardi. 47. Ioannes Esquavardi

11. patriâ Cenomannus, Medicinæ Doctor, qui satagente Renato Si-
1447. ciliæ Rege creatus est Pontifex illius Ecclesiæ per cessionem Andreæ: multis iste Episcopales ædes structuris reparauit; imprimis verò palatium Sistaricense, domum Abbatiæ Croffiensis, & in castro suo Luriensi complura ædificauit; vir insuper vitæ laudabilis, qui zelo Domini flagrans, optimis exemplis suam plebem Clerúmque instituit, ac multis egregiis operibus clarus naturæ debitum persoluit Cenomanni, vbi in Ecclesiâ parochiali de Culturâ absque cœnotaphio tumulatur. B

La Tour. 48. Theobaldus de la Tour nothus illustrissimæ gentis Aruernæ de Turre, è ramo dicto Boloniæ, Comitum Aruerniæ, iuuenis ætate per annos sex regimen Ecclesiæ administrauit, posteàque è viuis excessit.

Bureau. 49. Laurentius Bureau Diuionensis Carmelita, Theologus Parisiensis, ac facundus æui sui Concionator, Caroli 8. & Ludouici 12. Regum Franciæ à Confessionibus. Cùm fuisset Prouincialis Nar- C
1499. bonensis eligitur Episcopus 1499. hic priuilegia incolarum castri Lurij confirmari curauit, quorum originalia extant in publicis Prouinciæ tabulariis regiis; qui etiam pro Cleri & populi commodis multa vtilia confici curauit. Eum Rex Ludouicus & Pontifex maximus Alexander VI. speciatim elegêre cùm Thomâ Paschale Officiali Aurelianensi, vt in Delphinatu de vitâ, dogmatibus & moribus Valdensium hæretico-
1501. rum inquirerent anno 1501. referente Ioanne d'Anthon regio Historiographo. Heliadem, seu de laudi- D bus magni vatis Heliæ librum conscripsit, quam curauit in claustro sui ordinis Lutetiæ depingendam; & alterum de viris illustribus eiusdem instituti: de quo Trithemius, Gaguinus ep. 54. Symphorianus Champerius de viris illustribus Galliæ, Posseuinus, Chopinus l. 2. titulo 8. sacræ Politiæ, Gerardus Ioannes Vossius de Historicis Latinis, & alij. Obiit anno 1504. Blesis 5. Iulij; cadauer quiescit ad Carmelitas Aurelianenses, cor verò apud Diuio-

A nenses, quorum indigena.

Filholi. 50. Petrus Filholi, VII. è Gannato oppido Borboniensis prouinciæ, successit Laurentio; Legatus fuit Iulij 2. Pont. cùm Carolo de Caretto Marchione Finarij, in fœdere sancito Blesis, cùm Maximiliano 1. Rege Romanorum, & Ludouico XII. aduersùs Venetos 22. Septemb. 1504. ex actis Curiæ: 1504. transfertur ad Aquensem Archiepiscopatum.

Dinteville. 51. Franciscus de Dinteville nobilis Campanus, qui transiit posteà ad Episcopatum Autissiodorensem an. 1514.

Louvain. 52. Claudius de Louvain Suessionensis, rexit annis quinque vel circiter.

Savoye. 53. Michael de Savoye ex gente Sabaudâ, hanc Cathedram consequutus est post excessum Claudij, creatus à Leone x. Papâ ad instantiam Francisci 1. Regis: sed breuis æui Pontificium gessit.

Haussonville. 54. Claudius de Haussonville natione Lotharingus, è toparchis nobilibus de Haussonuillâ, Religiosus Ordinis S. Benedicti, per Hadrianum VI. ad eandem Ecclesiam Sistaricensem promotus est. Qui à principio adeptæ Pontificalis dignitatis multa reparauit, auxit & recuperauit ad Cathedram suam Sistaricensem pertinentia; inter quæ est hospitium Giraudi Pissis cùm pratis, terris & appendentiis existentibus in territorio Lurij, Ecclesiæ Sistaricensis mensæ suis impensis acquisiuit, ac defecit Lugduni vltimâ Augusti 1531. pluribus creditori- 1531. bus obnoxius, qui post obitum insurrexêre.

Rochechovard. 55. Albinus de Rochechovard ex nobilissimis toparchis de Mortuomari in Pictonibus, Aymerici domini de Mortemar, & Ioannæ de Rupecauardi, è ramo de Taunaycharente filius, successit anno 1532. qui absens ab Episcopatu, Ecclesiam 1536. suam administrauit ad an. vsque 1536.

Rochechovard. 56. Emericus de Roche-

CHOVARD Abbas S. Sauini in Pictonibus, successit fratri Albino 1536. iacet apud Franciscanos ciuitatis Pictauiensis.

CVPPIS. 57. ANTONIVS DE CVPPIS I. Pedemontanus, vrbis Astensis, ex Regis Henrici 3. Eleemosynario
1585. sedebat an. 1582. Concilio Aquensi Prouinciali interfuit an. 1585. Qui eo tempore quo bellorum dissidia per Galliam grassabantur, in secessum palatij Luriensis se recepit, vbi tandiu delituit, donec pace confectâ, Episcopatui renunciauit, ac tandem Augustæ Taurinorum quo se
1609. receperat, mortuus est an. 1609. die 24. Augusti, post sedem annorum 25.

GLANDEVAS. Fascé d'argent & de sable de six pieces.

58. TOSSANVS DE GLANDEVES Massiliensis, ex dominis de Cuies, & stirpe antiquâ Glandeuensi in Prouinciâ, sacri Consistorij Consiliarius, cessione Antonij consecratur Episcopus mense Iulio 1606. recepit Capucinos Manoascæ 1609. Aprilis 15. & Minimos Mannæ an. 1615. interfuit Comitiis Regni generalibus 1614. Cœtui Cleri Parisiensi 1625. & Medontæ 1641. mortuus
1648. 1648. die 17. Ianuarij, ac sepultus Sistarici.

ARBAVT. Escartelé au 1 & 4 d'azur a vn voile enflé d'argent qui est Matheron. Au 2. & 3 de gueulle à vne rose de 5. fueilles d'or, ombrée de sable. Et sur le tout, d'Arbaut, qui est d'azur au cheuron d'argent, surmôté d'vn chef d'or, chargé d'vne estoile de gueulle.

59. ANTONIVS D'ARBAVT DE MATHERON, II. dominus de Bargemon, Regiâ Consiliis, patrem habuit Ioannem Baptistam d'Arbaut de Matheron, dominum de Peinier, matrem Annam de Rochas dominam Deiglum: nominatur Episcopus per obitum Tossani, Regio diplomate 27. Iulij 1648. ex Præposito Ecclesiæ Metropolitanæ S. Saluatoris Aquensis, Vicario generali & Officiali eiusdem Archiepiscopatus Sede vacante. Creatus bullis Papæ Innocentij X. 4. Cal. Octob. 1648. sacrum excepit Aquis-Sextiis in sacello Congregationis Patrum Soc. Iesu 7. Februarij 1649. à Francisco Ademaro de Monteil de Grignan Archiepiscopo & Principe Arelatensi, assistentibus Ludouico du
1649. Chaine Senecensi, & Renato le Clere Glandeuensi Episcopis: postea Regi fidem clientelarem præstitit pro Ecclesiæ temporali mense Iunio an. 1650. interfuit duobus Comitiis Cleri Lutetiæ celebratis annis 1650. & 1656. 1656.

SPIRENSES EPISCOPI.

SPIRE au bas Palatinat pres du Rhein.

IN Palatinatu, ciuitas Augusta Nemetum, quæ & Spira sub Metropoli Moguntiacensi, in prouinciâ Germanicâ primâ, Nemetis dicitur in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, & in Not. Imper. Occid. Spiracia in ep. Zachariæ Papæ: sita autem in Germaniâ superiore Galliæ Belgicæ parte propè ripam sinistram Rheni; cuius Cathedralis Patronam habet Deiparam Virginem, multisque Imperatorum & Augustarum Germaniæ sepulchris clara, vulgò deuota cognominatur, vt Moguntia ipsius Metropolis honorata: vtráque verò à se inuicem distat itinere 22. horarum; cuius vrbis Icon spectatur in Theatro ciuitatum orbis. Donata est libertatibus & priuilegiis à Conrado 2. Henrico 3. 4. & 5. Imp. celebris & Alemanniæ conuentibus, demum supremâ Camerâ Imperiali 41. Iudicum nobilitatur. Episcopatus huius territorium includitur Palatinatu Rheni, in quo firmissimum propugnaculum Philippiburgi hisce temporibus constructum est. At de laudibus & ceremoniis Ecclesiæ Nemetum, carmen scripsit Iacobus Vimphelengius ad Ludouicum de Helmstad Episcopum Spirensem, & Chronicum huius Ecclesiæ Guillelmus Eisengrenius lib. 16. in cuius diœcesi sunt Abbatiæ.

S. PETRI VEISSEMBVRGENSIS O B.

HIRSAVGIENSIS O B.

LIMPVRGENSIS O B.

In huius Ecclesiæ Cathedrâ sedêre subsequentes Præsules.

1. IESSES, Concilio Agrippinensi interfuit anno 346. nomine Episcopi Nemetum: quo mortuo longum fuit interuallum, aut nomina Pontificum obliuioni tradita. 346.

2. ATHANASIUS, quo sedente A Dagobertus construxit magnificum S. Germano cœnobium extra muros Nemetenses: obiit anno 650. post sedem annorum 40.

678. 3. PRINCIPIUS anno 678. ex Abbate primo Veissemburgi, ceu Albicastri.

3. TRAGOBODO an. 685. ex Abbate item Veissemburgensi.

4. BASINUS, vel Basilius tempore Caroli Martelli.

5. LATO.

6. DAVID Spironensis Episcopus legitur in epistolâ Zachariæ Papæ ad Præsules Galliæ & Germaniæ
744. an. 744.

7. SIGENNINUS 802.

8. ATO, siue Otho 810.

814. 9. FREYDO decessit an. 814.

10. BENEDICTUS 821.

11. BERTINUS 841.

12. GEBARDUS, siue Eberar-
848. dus moritur 848.

13. GODELANCUS 884.

14. AYNARDUS obiit 890.

15. AMALRICUS I. ex Mona-
893. cho Veissemburgensi; defecit an. 893.

16. LOTECHANEUS in Concilio Triburiensi an. 895.

17. EVERARDUS, ex monacho
913. Veissemburgi, occiditur 913. ab Erenardo & Conrado Comitibus in Reginonis Chronico.

18. AMALRICUS II. obiit 945.

19. REGINOBALDUS, vel RAYNALDUS in Concilio Engelenbeimensi, ex Monacho Hirsaugiensi fit Episcopus: memoratur à Flodoar-
858. do 948. obiit 958.

20. GODEFRIDUS I. ex Religioso Veissemburgensi, in Synodo Augustanâ 952. fatis concessit 960.

21. ODOGARIUS, siue Orgerius, vel Ottocarus in consecratione Ottonis Magni Imperatoris 962. à 962. quo omnem iurisdictionem Nemetum accepit.

22. BALDERICUS anno 987.

23. RUPERTUS ex Monacho Veissemburgensi; sublatus è vitâ an. 1000. huic à nonnullis subiicitur B Gebardus ex Præsule Augustano 1012.
1012. 1012.

24. VALTHERUS obiit 1031.

25. SIGEFRIDUS I. 1032.

26. REGINGERUS.

27. REGENOBALDUS ex Abbate primo S. Vlrici Augustani sepultus 1039. in nouâ Nemetum basilicâ, in quâ singulis diebus Dominicis concionabatur. 1039.

C 28. SIGEBOTO apud Vibertum in vitâ Leonis IX. l. 2. c. 5. vbi Sibicho dicitur: qui mortuus est anno 1054.
1054. cùm purgasset se adulterio apud Baronium.

29. ARNOLDUS, ceu Arnulphus ex Abbate Veissemburgi, anno vix vno sedit.

30. CONRADUS I. obiit 1057. 1057.

31. EINARDUS CATZENELEBOGEN ex Abbate Limpurgensi, CATZENELEBOGEN. decessit 1067. nouo Pontificatus 7.
D Cal. Maij, Sebasnaburgensi: Spiræ 1067. sepultus. Scripsit insigne volumen de ceremoniis Ecclesiæ lib. 4. teste Schultingio, in bibliothecâ Ecclesiasticâ.

32. HENRICUS an. 1071. dedicat pridie Nonas Septembris Ecclesiam Hirsaugiensem instauratam: cui scribit Greg. 7. lib. 5. ep. 18. 1077. 1077.
Episcopale officium exercendi facultatem illi concedit, dum opportuno tempore de obiectis criminibus satisfaciat, atque omnem vena-

litatem ab Ecclesiâ eiciat. Moritur A subitò an. 1075. Baronio in Annalibus Eccl..

33. Rugkervs ampliauit vrbem Nemetum quæ tunc dici cœ-
1084. pit Spira à fluuiolo 1084. defunctus 1090. tumulatur in æde S. Guidonis.

34. Ioannes Creichgoviæ Comes, amplissimum patrimonium suum Ecclesiæ reliquit, & decessit
1104. 1104. postquam sedisset annis 14. iacet in monasterio Sistein.

35. Gerardvs Comes Auracensis ex Abbate Hirsaugiensi con- B secratur à Rutardo Metropolitâ, præsentibus Ebbone Vormatiensi, Gebhardo Constantiensi, & Imperatore Henrico 5. migrauit è vitâ
1110. an. 1110. sepultus in choro Hirsaugiensi.

36. Brvno vixit anno 1111. obiit 19. Octob. 1113. iacet in cœno-
1113. bio Limburgensi.

37. Stephanvs ex Abbate Corbeiensi in Saxoniâ obiit 1117. se- C pultus apud S. Guidonem.

38. Arnoldvs, subscripsit cartæ Henrici v. Imperatoris anno 1115.

Leyningen. 40. Sigericvs de Leyningen, ii. ex Comitibus de Leyningen: quo sedente basilica B. Mariæ
1141. comburitur, & ab eodem instauratur: fato cessit 1141. 23. Octob.

Leyningen. 41. Gvntheros de Leyningen patruo successit; nominatur in diplomate Friderici Imperatoris pro Balmensi monasterio, mense Iunio D 1153. in Bibliote. Cluniacensi: ab eo munus benedictionis accepit Manigoldus Abbas Hirsaugiensis apud Trithemium. Moritur 17. Septemb.
1156. 1156. & iacet in cœnobio Mulbrunnensi quod fundauerat in Menologio Cisterciensi: de quo Martinus Crucius in suis Annalibus.

Durmvntz. 42. Vdalricvs a Dvrmvntz i. sepelitur ad sinistram Guntheri Episcopi in Cathedrali anno obi-
1168. tus sui 1168. *Vlricus positus Spirensis Episcopus hic est.*

43. Godefridvs ii. extinctus anno 1178.

44. Conradvs ii. 1184.

45. Rapoto vel Rabodo obiit 1188. 1188.

46. Vdalricvs a Rechberg ii. frater Sigefridi Episcopi Augustensis, postquam sedisset annis 14. moritur 1192. Rechberg.

47. Otho de Henneberg ex prosapiâ Comitum Hennebergensium, nominatur 1193. cessit Episcopatu 1199. mortuus an. 1202. 1202.

48. Conradvs de Scarfeneck, iii. Imperialis Aulæ Cancellarius vice Theodorici Archipræsulis Coloniensis, in cartâ datâ apud Interamnem in partibus Spoletanis anno 1109. nec non Episcopus Metensis 1212. ex tabulâ Friderici Imperatoris. Ei scribit Innocentius Papa. obiit 1217. sepultus in Choro Regum. De eo chronicon Richerij monachi Senonensis: præfuit Spiræ 22. annis vti scribit Kirchnerus in chronico. Scarfeneck. 1217.

49. Berengarivs de Evringen, Baro Sueuus ex Decano 1224. Cuius tempore fundatur Abbatia Pontis salutis à Salomone Canonico Herbipolensi. Evringen. 1224.

50. Conradvs de Thain iv. ex gente Dapiferorum de Valdburg, vir religiosus & œconomus fidelis obiit anno 4. sedis suæ 1237. Thain. 1237.

51. Conradvs de Erbestein v. Pacificus dictus, decessit 1245. Erbestein.

52. Henricvs de Leyningen, Cancellarius Imperij sub Vuilelmo Hollando, cui se Imperium aggredienti addixit 1249. vt Leheman scribit in chronico Spirensi. Idem Antistes cùm Episcopo Constantiæ ad Rhenum legatus in Hispaniam iuit, Alphonso Rege Castellæ in schismate in Imperat. electo, nuntium nouæ dignitatis laturus: rediitque amplissimis muneribus donatus. Tandem Vicecancellariatum Imperialis aulæ gessit. Eius auxilio Leyningen. 1272.

Dominicani in vrbe fundantur 1267. A Trithemius in Chron. Hirsaugiensi. moritur 1271. Decemb. 18. & sepultus in Cathedrali ante aram B. Aoæ sub tumulo albo marmoreo.

Bolanden. 53. Fridericus de Bolanden, alias Comes de Lerningen, qui electus 1271. sub eius Pontificatu 1291. tumulatus fuit in Cathedralis templo Rodulphus 1. Imperator, Austriacæ Domus caput. Obiit autem Fridericus 18. Ianu. 1301. sepul-
1302. tus in Eoserstadio monasterio, seu Vallis-Vtrinæ hoc epitaphio:

Continet hæc fossa Friderici *Præsulis ossa,*
Quondam Spirensis, Deus illum pasce re mensis
Cœli digneris, epulis quoque iungere veris.
Anno Milleno Trecentenóque secundo
Atque Calendar. quinto Februi. datur is pius antro.

Liechtemberg. 54. Sibotho de Liechtemberg, oriundus ex Alsatiâ, Cæsaris Henrici 7. intimus Consiliarius, vt refert Bruschius in Catalogo Anti-
1314. stitum Spirensium. moritur 1314 post C duodecim annos Sedis. Iustitiæ promotor acerrimus fuit, & sepelitur in Regum choro.

Leyningen. 55 Emyco de Leyningen ex Comitibus ortus, interiit 1318.
1318. Aprilis 19. iacet ante aram S. Aoæ in basilicâ maiore: secutus fuerat partes Bauari contra Austrium Fridericum, qui & Arnoldum Ochsensteinensem ad hanc Ecclesiam promouerat.

Bucheck. 56. Bartoldus de Bucheck D ex Comitibus illius familiæ; posteà Argentinensis.

Feldenz. 57. Valdranus de Feldenz è stirpe Comitum Veldensium, ele-
1336. ctus 1319. moritur 1336. 5. Septemb. sepultus in Ecclesiâ Prædicatorum.

Luxembourg. 58. Balduinus de Luxembourg Treuirensis Archiepiscopus, & Spirensis Administrator annis duobus: de quo superiùs consule tomum 1.

59. Gerardus de Etemberg Etemberg. obiit die 28. Decembris 1363. instaurator Cœnobij Augustinianorum. 1363.

60. Lambertus ex Abbate Gemblacensi Episcopus Brixiensis, nominatur Spirensis, ac deinde Argentinensis.

61. Adolphus de Nassau Nassau. è familiâ perillustri Comitum Nassouiæ, post ad Moguntineosem Cathedram transfertur. 1373.

B 62. Nicolaus ex Auditore Rotæ Vrbani 6. Pont. templa collapsa restituit, & locupletauit: exemptus è viuis die 7. Iunij 1396. iacet in Cathedrali.

63. Rabanus de Helmstad Helmstad. Vuenceslai Imperatoris Cancellarius eligitur 1396. transfertur ad Treuirensem Metropolim. 1396.

64. Reynardus de Helmstad, decessit 19. Martij 1459. conditus in 1459. Cathedrali quam igne deuoratam restituit.

65. Sigefridus de Senningen III. obiit 1459.

66. Ioannes Nix de Hoheneck, Hoheneck. dictus Entzenberg, Canonicus Moguntinus & Spirensis, dein Decanus Moguntiæ 1458. ex Præposito Vormatiæ electus 7. Sep. 1459. sedet annis 4. mensib. 2. dieb. 21. resignauit Mathiæ in arce d'Vdenheim, de consensu totius Senatus Canonicorum 8. Augusti 1461. obiit 1467. Phorzthemii 8. Octob. 1467. ibidem in Franciscanorum cœnobio sepultus.

67. Mathias Raninghen Raninghen. 1464. 4. Iulij Ecclesiam Cathedralem quatuor egregiis sacellis decorauit: & obiit 1478. Calendis Augusti. 1478.

68. Ludovicus de Helmstad Helmstad. denatus 18. Augusti 1505. ei scribebat Trithemius 1491. epist. 28. & Iacobus Vimphelengius in carmine de 1491. laudibus Ecclesiæ Nemetum.

69. Philippus de Vossemberg, Vossemberg.

BERG, 1. ex Cantore Ecclesiæ, mo- A
1513. ritur 3. Februarij 1513. humatur in Cathedrali propè auunculum Ludouicum.

BAVIERE. 70. GEORGIVS DE BAVIERE Comes Palatinus Rheni, Dux vtriúsque Bauariæ, Canonicus Moguntiæ, demum præpositus, itemque S. Donatiani Brugensis: Philippo Palatino ad Rhenum Electore nascitur 1486. frater Henrici Vuormatiæ, & Ioannis Præsulis Ratisponensis: postulatus fuit 13. Februarij 1513. consecratus eodem anno 22. Iulij per Albertum Cardinalem Moguntinum. obiit 28. Septemb. 1529. inarce de Kislauu, sedis 16. iacet Spitæ ante aram S. Annæ. B
1529.

FLERSHEYM. 71. PHILIPPVS DE FLERSHEYM 11. consecratur ab Alberto Cardinale Moguntino Archiepiscopo Martij 25. 1519. Præposituram Weissemburgensem Episcopatui incorporauit an. 1546. Paulo 3. Pont. Max. & Carolo v. Imper. consentientibus.
1546.

FRANCKENSTEIN. 72. RVDOLFVS DE FRANCKENSTEIN ex Canonico Scholastico Moguntinensis Ecclesiæ electus 3. Octobris an. 1552. viuere desiit an. 1560.

HATTSTEIN. 73. MARCARDVS DE HATTSTEIN Canonicus antea, Cantórque Moguntinensis Ecclesiæ, renunciatur Antistes 18. Iulij 1560. decessit an. 1581.
1560.

DIENHEIN. 74. EBERARDVS DE DIENHEIN ex Iudice Cameræ Imperialis, vitam cùm morte commutauit an. 1610.

SOETERN. 75. PHILIPPVS-CHRISTOPHORVS DE SOETERN ex Præposito Treuirensi ac Scholastico Ecclesiæ Electoralis Moguntinæ, factus Coadiutor Spirensis die Maij 30. an. 1609. Episcopalis sedis declaratur possessor 1610. insequenti anno dignitatem Scholastici Moguntini resignat 30. Maij. Traductus demum ad Metropolim Electoralem Treuirensem, vbi de ipso plura. D
1609.

METERNICK. 76. LOTHARIVS FREDERICVS DE METERNICK Capituli suffragiis eligitur; possessionem inut solemniter 11. Aprilis 1652. festiuâ inaugurationis pompâ per Capitulum salutatus. 1652.

SVESSIONENSES EPISCOPI

Soissons sur Aisne. CIVITAS Augusta Suessionum ad Axonæ, citeriore mseu sinistram ripam, Episcopatu nobili & Præsulum Prouincialium Decanatu insignis: vbi aliquando regni Principum stirpis Merouingicæ sedes, nunc Comitatus titulo, Bailliuiatus, & Finantiarum Generalitatis, sub Parlamento Parisiensi, & Remensi Metropoli. Nota vrbs Ptolemæo, Plinio l. 4. c. 17. Straboni l. 4. Cæsari l. 2. Melæ l. 3. c. 2. Antonino in Itinerario, & Auctori Notitiæ Imperij Occidentalis, qui hîc constituunt Legionem vicesimam quintam, & fabricam armorum sagittariam, balistariam, & clibanariam. C In Notitiâ Prouinciarum, Suessionum ciuitas ab omni æuo subest primo loco Metropoli Remorum in Belgicâ 2. de quâ variis locis meminit Greg. Turon. ac Guillelmus Brito Philippidos libro. 10. his versibus.

Vrbs antiqua sedet gremio telluris opimæ
Belligeris populosa viris, vicisque decora,
Quâ speciosa magis, fœcundáque ditibus aruis,
Ad circumpositas se Francia porrigit vrbes:
Indice quæ famâ cùm sit fundata Suessis
Exulibus, meritò sortita est Suessio nomen.
Lenifluis piscosus aquis quam ditat & ornat
Auxona, cui faciunt nomen vulgare moderni.

Cathedralis templum Diuis Geruasio & Prothasio dicatum est; Capitulum constat Præposito, Decano, Cantore, [illegible] Scholarum, aliis

aliis dignitatibus & præbendis. Numerantur in vrbe plures Ecclesiæ & Abbatiæ S. Medardi, S. Crispini Maioris, S. Leodegarij, & Nostræ dominæ, quæ comprehenduntur sub hac diœcesi, cùm elencho subsequentium.

S. MEDARDI OB.

S. Medard de Soissons.

S. CRISPINI MAIORIS OB.

S. Crespin le Grand de Soissons.

S. MARIÆ *fœm.* OB.

Nostre-Dame de Soissons.

S. IOANNIS IN VINEIS OA.

S. Iean des Vignes de Soissons.

S. LEODEGARII OA.

S. Leger des Vignes de Soissons.

S. CRISPINI IN CAVEA OA.

S. Crespin en Chaye lez Soissons.

S. CORNELII DE COMPENDIO OB.

S. Corneille de Compiegne.

ORBACI *Orbais* OB.

CAZIACI *Chezy* OB.

MORNEVALLIS *fœm.*

Morginal OB.

S. IOANNIS IN BOSCO *fœm.* OB.

S. Iean au Bois pres Compiegne.

S. REMIGII OB.

S. Remy aux Nonains.

S. PETRONILLÆ *fœm.* OA.

Sainte Perrine.

BARRÆ *fœm. la Barre* OA.

LONGIPONTIS *Lonpont* OC.

ARGENSOLII *fœm.*

Argensoles OC.

S. EVODII DE BRANA OP.

S. Ived de Braine.

CARTOVORI *Chartreuue* OP.

A LOCIRESTAVRATI OP.

Lieurestauré.

VALLISCHRISTIANÆ OP.

Vauxchrestien.

VALLISSERENÆ *Vauseri* OP.

NOGENTI ARTALDI *fœm.*

Nogent l'Artaud.

DE CHARMIS *fœm. du Charme.*

B Episcopi hoc ordine sederunt, ex variis scripturis ac tabulariis depumpti; in iis verò colligendis quædam subministrauit Pater Ildefonsus Vrayetus, monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri.

1. S. SIXTVS cùm B. Sinicio Presbytero Suessionem missus, posteà Ecclesiæ Remensis primus Præsul ordinatur. De eo Flodoardus l. 1. hist. c. 3. sic loquitur. *S. Sixtus Remorum primus Episcopus etiam Suessionicam fundasse fertur Ecclesiam, & B.* C *Sinicium collaboratorem & cooperatorem suum sibi constituisse: quique post eiusdem S. Sixti decessum, nepote suo, vt ferunt, S. Diuitiano Suessoni à se Pontifice ordinato, quoniam nouiter instituta Remensis Ecclesia, lactè adhuc tenera fortè fouebat pignera, nec dum ad onus Pontificale perferendum robusta, Remis Episcopalem, (eâ cogente necessitate) subiit Cathedram.*

2. S. SINICIVS D. Sixti discipulus, eius locum excepit, eique præfuit tantùm anno 1. factus Remensis Antistes, conditus eodem tumulo Sixti, in basilicâ quæ ab eo & de- D cessore suo appellatur Ecclesia Sanctorum Sixti & Sinicij, & cùm illo postmodum translatus in ædem S. Remigij.

3. S. DIVITIANVS, cuius corpus in D. Crispini Maioris conditum est Ecclesiâ; de quo Flodoardus loco citato: obiit 5. Octobris.

4. RVFINVS.

5. FILIANVS.

6. MERCVRIVS in Concilio

346. Agrippinensi anno. 346.

7. S. ONESIMVS I. vixisse fer-
360. tur ad annum Christi 360. mortuus 3. Idus Maii, quiescit in Ecclesiâ S. Georgij Martyris extra confinia ciuitatis Suessionensis citra fluuium Axonæ, in fisco Crouiaco, in vico qui posteà nomine S. Medardi insignitus habetur: ita refert MS. vetus. de eo Molanus in Natalibus Sanctorum Belgicorum 13. Maij, Miræus in Fastis Belgicis. Illius reliquiæ ex D. Medardi monasterio Doncheirium propè Sedanum, membrum eiusdem Abbatiæ transf- B latæ fuêre.

8. VINCVLVS, seu VINCENCVLVS, aut VINCENTIVS.

9. LVBEANVS, seu LVBERANVS.

10. ONESIMVS II.

11. S. HERLEBIVS, qui EDIBIVS, die 4. Idus Decemb. in æde S. Crispini Maioris, Ordinis Benedicti Congregationis S. Mauri, tumulatus est.

12. S. PRINCIPIVS frater B. Remigij Remensis, auctore Flodoardo l. 1. c. 10. *Beata*, inquit, *genitrix in flore dudum iuuentutis, ex vnico viro suo pepererat Principium Suessorum ciuitatis posteà Sanctum Episcopum, & patrem B. Lupi eiusdem Principij successoris.* Et Sidonius Apollinaris lib. 8. ep. 14. sic fatur: *iam diu nobis Papa venerabilis, etsi necdum vester nullus aspectus, tamen actus inspectus est: quæ loquor falsa censete, nisi professioni meæ competens astipulator accesserit, satis in illo quondam cœnobio Lirinensi spectabile caput Episcopus Antiolius: cuius relatu, qui pater vobis, quique qualesque vos fratres, quà morum prærogatiuâ pontificatu maximo ambo fungamini solicitus cognoscere studui, gaudens cognouisse me memini:* Obiit 7.
506. Cal. Octob. circa an. 506. conditus in Ecclesiâ S. Theclæ extra muros Suessionenses.

13. S. LVPVS Diuo Principio patre & decessore genitus, nepos fuit B. Remigij à quo inauguratus: in- A terfuit Concilio Aurelianensi I. an. 511. defunctus 14. Cal. Nouemb. 511.
circa an. 543.

14. BANDERIDVS post annum 543. Episcopatum rexit: hie an. 556. Clero comitante S. Medardi Episcopi Nouiomensis corpus honorificè excepit, Regémque Chlotarium I. apud Ecclesiam eiusdem Sancti quam fundauerat an. 557. sepulturæ tradidit an. 561. Decessit circiter an.
565. & ipse conditur ad ædem S. 565.
Crispini Maioris, quam multis possessionibus ditauerat.

15. ANECTARVS, seu Anecharius, vel Antecharus an. 566. exemptus è viuis an. 573. die Aprilis 9. ab 1573.
aliis postponitur Droctegisilo.

16. THEOBALDVS I. siue Thenebaldus.

17. TONDVLPHVS.

18. LANDVLFVS.

19. DROCTIGISILVS vixit circiter an. 585. apud Sauriciacum vil- 585.
C lam an. 589. Concilium celebratum est, vt eidem Episcopo vrbem suam ingredi liceret, cuius aditu prohibebatur, ob amentiam maleficio vt fama erat, seu nimio potu contractam. l. 9. hist. Greg. Turon. c. 36. *Erat*, ait, *apud vrbem Suessionas his diebus Droctigisilus, qui propter nimiam, vt ferunt, potationem, quarto instante anno sensum perdiderat. Adserebant enim multi ciuium, quod hoc ei maleficiis accessisset, per emissionem Archidiaconi, quem ab honore repulerat, intantum vt infra muros vrbis hanc amentiam magis haberet. Si ve-*
D *rò de ciuitate fuisset egressus, agebat commodiùs. Cùmque Rex supradictus ad vrbem venisset, & hic meliùs ageret, permittebatur ingredi vrbem, propter Regem qui aduenerat. Et licet esset vorax cibi, ac potator vini extra modum quàm sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium quispiam est locutus. Veruntamen in sequenti, cùm apud Sauriciacum villam Episcoporum synodus adgregata fuisset, iussum est vt liceret ei in-* 602.
gredi vrbem suam. Decessit circa an. 602.

20. S. ANSERICVS exemptionis priuilegium S. Medardi à Banderedo conceſſum D. Gregorio primò obtulit, vt iterum ratum haberet, quod paret ex bullâ ipſius Gregorij lib. 13. regiſtri veteris in Conciliorum generalium editione inſertâ. Interfuit Concilio Remenſi
630. ſub Sonnatio an. 630. Sanctorum Criſpini & Criſpiniani tranſlationem fecit an. 648. vel 647. defunctus circiter an. 652. Calend. Iunij 17 ſepultus in æde S. Stephani Protomartyris extra muros, quam an. 634. fundauerat & dotauerat.

21. BETTOLENVS, qui legitur & ALDEBERTVS, Abbas anteà Cauſiacenſis cœnobij Protomartyris S. Stephanij, quod eſt Prioratus iuris monaſterij S. Medardi Sueſſionenſis in quo humatus an. 711. Childebertus Rex Theodorici 1. filius.
654. Epiſcopatu ſe abdicauit ſub an. 654. & ad monaſterium in quo priùs monachum profeſſus fuerat, regreſſus eſt. De eo in vitâ S. Drauſij Epiſcopi tomo 1. Hiſtoriæ Franc. Scriptor. hæc narrantur: *non multò poſt Anſericus, vocante ſe ad remunerationem Deo extremum vitæ diem clauſit. Ne autem tantus populus diutius eſſet ſine Rectore, eius in loco Pontificatus dignè quodammodo ſucceſſit Bettolenus, vir religioſus. Indignum tamen ab aliquibus ferebatur, quod tanti honoris onus nefandè ſibi arripuerit vt incautus. Dignè itaque eum dixerim Epiſcopatus prælatum honore pro tantâ religioſitate egregiæ vitæ, quâ legitur vixiſſe. Indignum verò hoc idem ſecundùm quorumdam iudicium propoſui fore, propter datum theſaurum pecuniæ pro adipiſcendâ eadem dignitate.* Et mox ſubiungit: cúm cedere Epiſcopatu vellet, & ad priſtinam vitam monaſticam reuerti, in quâ vſque ad vitæ terminum perſeuerauit, ſuaſiſſe Regi, vt ordinaretur Epiſcopus Drauſius. Ita ſcilicet habet Breuiarium Sueſſionenſe: S. *Adolbertus Epiſcopus Sueſſionenſis S. Drauſij prædeceſſor Epiſcopatu ſe abdicauit, monachum poſteà profeſſus.*

22. S. DRAVSIVS annuente Rege, Principum, Procerum, & Bettoleni ipſius poſtulatione renuntiatus Epiſcopus; Eucitur: inquit vi- A ta ipſius MS. B. Drauſius tanto culminis honore, præficitur plebi Sueſſionicæ, ordinatur in Pontificali ſede pro voto omnium & voluntate. Quo ordinato, vir Dei Bettolenus ad cœnobium, in quo priùs ſub regulari tramite deguerat, eſt regreſſus, atque ibidem egregiam vitam fertur duxiſſe, & ibi vſque ad vitæ terminum perſeueraſſe. Ergo nihil acceptabilius credidit fore S. Drauſius, quod poſſet Domino retribuere, quàm ſi ſatageret monaſterium aliquod conſtruere, quod eſſet idoneum Religioſorum virorum, ſiue B ſacrarum virginum moribus pudicis, & caſtæ vitæ. Erat quidam locus ſecus fluuij Axonnæ litus, diſtans, vt fertur, à Sueſſionicâ ciuitate 144. ſtadiis, cui vocabulum Rotundas eſt inditum antiquitùs, quem etiam à Bettoleno Cauſiaceoſe quondam Abbate, tradito precio congruenti, emiſſe fertur vir Dei Drauſius. Quo in loco mirificè, & ſatis decenti iure ædificium nobilis ædis votiuâ mente conſtruxit. Religioſorum quoque virorum congregatiunculam ibidem ſub ſanctæ vitæ normâ degentem aggregauit. Intereſt de- C dicationi Corbeicoſi an. 667. mortuus circa an. 680. 3. Nonas Martij, iacet in cœnobio monialium S. Mariæ Sueſſionenſis, ordinis Benedictini, quod anteà Leutrudis Ebroini Maioris Domus Palatij Francorum coniugis ope conſtruxerat: illius vitæ fragmentum protulit Quercetanus Tomo 1. 667.

23. VVARIMBERTVS ex Abbate S. Medardi Sueſſionenſis aſſumptus eſt ad regimen ſedis Sueſſionenſis: memoratur in vitâ S. Medardi auctore Fortunato, cuius D hæc verba ſunt: *Cùm iam ipſe locus* (S. Medardi baſilica) *multæ circumquaq; haberetur venerationis, Vuarinbertus quidam, qui ſic nominatur, poſt venerabilis Autberti deceſſum regiâ præceptione regendum idem cœnobiale ſuſcepit monaſterium. Quo cùm aliquot potitus eſſet annis, Drauſionem Sueſſionicæ ciuitatis Epiſcopum vitâ contigit excedere, ſedémque illam aliquandiu abſque Rectore vacuam manere. Poſt eius autem lugubres inferias, vnanimi conſilio Regis & ciuium, Vuarinbertum hunc, quem prædiximus, Ca-*

thedræ illi Pontificali suo magis quàm Dei, vt post patuit, arbitrio Rectorem substituunt. Adeptus ergo regimen Episcopale, multo elaborabat studio, ne priuaretur dignitate. Et licet cùm difficultate non minimâ, obtinuit tamen quod malè quæsierat. Recensetur & in alterâ vitâ Radbodi 2. Episcopi Nouiomensis.

24. ADALBERTVS.

25. S. GAVDINVS Martyr 3. Idus Februarij.

26. MACHARIVS.

27. GALCONVS.

28. GOBALDVS, qui & CEROBOLDVS.

29. HVBERTVS, vel GERABERTVS.

30. MADALBERTVS.

31. DEODATVS.

32. HILDEGODVS.

33. ROTHADVS I. præsens synodo Nouiomensi celebratæ anno
814. 814. in quâ discussa est controuersia illius cùm Nouiomensi Præsule, de parochiis nonnullis quas quilibet ad sedem suam pertinere vendicabat; Flodoar. l. 2. hist. c. 18. in Capitularibus Ludouici Pij l. 2. c. 25. recensetur inter Missos Dominicos cùm Ebone Archiepiscopo Remensi, & Rutfrido Comite super Comitatus, Remensem, Catalaunensem, Suessionensem, Siluanectensem.

34. ROTHADVS II. Antiquior ordinatus fuit Episcopus an. Christi
822. 822. vel sequenti, triginta videlicet annis ante depositionem; quod patet ex epistolâ 27. Nicolai summi Pontificis: successit igitur Rothado huius nominis 1. non Absaloni, vel Bertario, qui nec suo loco, immò in melioris notæ catalogis recensentur. Regebat is Ecclesiam Suessionensem, eùm S. Sebastiani Martyris reliquiæ Româ allatæ anno 825. ab Hilduino Abbate in tem-

A plo B. Medardi collocatæ sunt. Cæterùm cùm Rothado & Hincmaro Remensi Metropolitano graues intercessere inimicitiæ; de cuius gestis plura apud Sirmondum tomo III. Conciliorum. Interfuit Synodo Beluacensi anno 845. Parisiensi 846. 845.
Carisiacensi 848. Turonensi 4. 849. Suessionensi 2. 853. Vermeriensi 2. eodem anno, apud Saponarias 859. Tuciacensi denique subscripsit an. 860. At congregato Concilio Siluanectensi anno 863. coram pluri. mis Episcopis, præsidente Hincmaro, qui in Rothadum vetere odio B infensus erat, propterea quòd presbyterum quendam in stupro deprehensum immeritò, vt arguebat, deposuerat, Rothadus ipse damnatus & eiectus fuit ab Episcopatu: cùmque ad Romanam Sedem confestim appellasset, contra canonicas regules, alio in eius locum subrogato, in monasterium detruditur, prohibitus ab eodem Hincmaro variis artibus, ne Romam pergeret. Idem Præsul, vir venerandæ senectutis, officium Episcopale semper laudabiliter exercuerat, quod testatur Nicolaus Pontifex verbis huiusmodi C ep. 29. ad Hincmarum: *Multorum dolentium auditu veraci cognouimus, quod Rothadus frater & Coepiscopus noster Ecclesiæ Suessionicæ, pro quodam presbytero, qui pro facti sui qualitate honoris proprij ante triennium fuerat priuatus officio, à vestrâ sanctitate fuit impetitus, & adhuc, quod nefas est, Sedem Apostolicam appellans, iuxta quod sibi à Patribus constat esse permissum, Episcopatu etiam absens expoliatus honore, & in exilium deportatus, hactenus in monasterio retrusus existat. Vnde gemimus, valdéque dolemus. Nam cùm debuerat honoribus pro suâ* D *senectute multiplicibus ampliari, & pro tot laboribus ac obsequiis in Ecclesiâ Dei, pariter & Principibus mundi, fideliter ac vtiliter impensis, maiori dignitate frui, & iam tandem sine cuiusquam impulsione quietus existere: nunc è contra dehonestatus, & ad iniuriam B. Petri Apostolorum Principis, cuius sedem appellauerat, fame & siti, ac innumeris maceratus miseriis, ac depositus pariter & abiectus existit: hoc autem expressè decernimus, vt post 30. dies, postquam hæc nostra epistola ad vos delata fuerit, præfatum Rothadum*

omnino restituatis pristinæ dignitati.
Porrò synodi Siluanectensis Præsu-
libus etiam rescripsit Nicolaus, eius
acta aduersùs Rothadum auctorita-
te Apostolicâ rescindendo, de cu-
ius calamitate sic loquens ep. 33.
„ Cognoscat, inquit, experientia tua
„ frater carissime de tuis tribulatio-
„ nibus multùm Apostolatum no-
„ strum doluisse, immò dolere, sed
„ credimus Dei misericordiam tibi
„ proximè affuturam, quæ te & sicut
„ Danielem educat de lacu leonum:
„ nunc autem Metropolitani, & cæ-
„ teri Episcopi qui circa te senten-
„ tiam protulerunt, nobis multa sub
„ gestorum serie de te, vel contra te
„ intimauerunt: sed nos præcepimus
„ eis, vt te de monasterio educerent,
„ & tecum venientes honorificè præ-
„ sentarent: vnde frater carissime,
„ stude quantum potes, vt cùm tibi
„ Rex & Episcopi quemadmodum
„ statuimus, licentiam dederint Ro-
„ mam properandi, mox vtcùmque
„ venire non differas. Hincmarus igi-
tur cùm cæteris Episcopis qui Sylua-
nectensi Concilio adfuerant, & Ro-
thadum, in monasterium detrusum,
iniusto iudicio Episcopatu suo amo-
uerant, Nicolai Pontificis monitis ac
iussu excitati, tandem obtemperan-
tes, ipsum Rothadum vinculis solue-
runt: hinc Nicolaus varias epistolas
legitur eamobrem scripsisse ad Ca-
rolum Regem, Hincmarum, Eccle-
siam Suessionensem, & alios: ipse au-
tem sic loquitur ep. 34. ad sanctissi-
„ mum Rothadum: sciat sanctitas tua,
„ quoniam misimus increpatoriam epi-
„ stolam pro te, Hincmaro sanctæ Re-
„ morum Ecclesiæ venerabili Archie-
„ piscopo, eo quod post appellatio-
„ nem ad sedem Apostolicam, in te
„ depositionis intulerit sententiam:
„ nunc autem venit Liudo religiosus
„ Diaconus, secum epistolas Regis
„ (Caroli) & Hincmari ferens, quæ
„ te iussu ipsius Regis de monasteria-
„ li custodiâ eductum, & cuidam E-
„ piscopo familiari tuo commendatum
„ esse fatebantur. Rothadus ergo Ro-
mam pergens; in Concilio Roma-
no per Pontificem restitutus est 12.
865. Cal. Febru. an. 865. rem gestam
prosequitur Anastasius Bibliothe-
carius in vitâ Nicolai, cuius verba
operæ pretium est adducere: *Hinc-*
marus Remorum Archiepiscopus Ro-

A *thadum Suessionicæ vrbis Episcopum,*
sedis Apostolicæ iudicium appellantem,
contra Sardicensis Concilij regulas de-
posuit, custodiaque arctâ seruari præ-
cepit. Cuius videlicet depositi ter bea-
tissimus Papa libellos cùm innocentiæ
suscepisset, ad ipsum Archiepiscopum
scripsit, monens literis, & præcipiens, vt
depositum Rothadum Romam dirigeret,
cùm suis missis audiendum. Sed venien-
te eo hanc Romanam secundùm man-
datum B. Papæ ad Vrbem, & per no-
uem circiter menses hic commorante,
nunquam penitus ex accusantium parte
quisquam adfuit, qui coram sanctissimo
B *Præsule cùm eodem Rothado contende-*
ret. Tunc in die vigiliarum Natiuitatis
Domini nostri Iesu Christi, quo secun-
dùm olitanam consuetudinem huius A-
postolicæ sedis Præsul, cum Clero & po-
pulo, in basilicâ Dei genitricis ad præ-
sepe Missarum officia celebrare consue-
uerat, conueniens cùm omnibus Papa
benignus, fecit in ambone publicè de
ipso Rothado sermonem, significans qua-
liter sedem Apostolicam appellans de-
positus fuerit, & in conspectu suo nul-
lus per tot menses accusatorum occurre-
rit. Denique consentiente sibi Episcopo-
rum, Presbyterorum & Diaconorum,
C *omniùmque conuentu, decreuit, vt di-*
gnus esset idem Rothadus indui sacer-
dotalibus indumentis, qui à nemine per
tot menses accusabatur, & ad sedis A-
postolicæ iudicium proclamabat, ne ho-
nore priuaretur. Vbi vestitus Episcopali
Rothadus indumento, omni tempore se
pollicitus est suis infestatoribus responsu-
rum. Rursus expectatis aliquantis die-
bus, scilicet vsque in diem natalium
sacræ virginis Agnetis, qui est XII.
Cal. Februarias, sed nec sic quisquam
adfuit aduersùm Rothadum iam resti-
tutum Episcopum aliquid altercans.
Conueniente ergo beatissimo Præsule
D *cùm omnibus in basilicâ ipsius virginis*
foris muros Vrbis viâ Numentanâ,
idem Rothadus Episcopus excusationis
& promissionis suæ, quâ pollicitus fuit
se omni tempore accusatoribus suis res-
ponsurum, libellum summo Pontifici
tradidit. Qui coram cunctis audienti-
bus iussu Præsulis eximij est recitatus,
vbi etiam restitutionis eius forma re-
lecta est. Et post omnium consensum in
Ecclesiâ B. Constantiæ, iuxta eandem S.
virginis basilicâ, decreto beatissimi huius
Præsulis supradictus Rothadus, iam re-
stitutus Episcopus, missarum solemnia ce-

lemniter celebrauit. Totius porrò controuersiæ suæ cùm Hincmaro seriem disertim expressit Rothadus libello proclamationis contentam, quam Romæ degens obtulit summo Pontifici, in quo vitæ ipsius acta continentur tomo 3. Conciliorum Sirmondi: dein Apostolicis literis munitus, ad suam sedem regressus est; pro eodem Nicolaus ad Carolum Caluum scripsit, vt legitimè restituto faueret, rèsque ipsius Ecclesiæ reddi mandaret, quâ ep. *conscientiâ purus, conuersatione innocens, columbarum simplicitate, ac prudentiâ serpentis* insignis prædicatur. Post restitutionem verò adfuit Concilio
867. Suessionensi 3. anno 866. item Tricassino 867. obiit rebus gestis in Episcopatu clarus circiter an. 868.

35. ANGELMODVS cuius carmina in laudem Paschasij Radberti, Corbeiensis Abbatis, Sirmondus edidit.

36. HILDEBALDVS, seu HILDEBOLDVS in Synodo Pontigonensi an. 876. & Tricassinâ 2. 878. Flodoardus l. 3. c. 23.

37. RICVLFVS de quo Chronicon Cameracense l. 1. c. 63. eius epistola didactica edita est post Hincmari opuscula an. 889. de eo apud Flodoardum l. 4. hist. c. 7. ad annum 892. cùm meminit Concilij Remensis habiti in causâ Balduini Comitis Flandrensis. Consecrationi Heriuei Archiepiscopi Remensis
900. adfuit an. 900. defunctus circiter an. 902.

38. RODONIVS, vel RODOINVS.

39. ABBO, anno 909. subscripsit Synodo Trosleianæ, ac præsens in Remensi celebratâ an. 923. pro indicendâ pœnitentiâ iis qui bello Suessionico inter Robertum & Carolum Reges interfuerant: consecrauit eodem anno Regem Rodulfum in æde S. Medardi; nomi-
924. natúrque 924. indict. 12. & 925. apud Flodoardum l. 4. c. 20. qui scribens de electione pueruli Hugonis Remensis, filij Heriberti Viromanduensis, ait: *Rodulfus Rex, electione comperta, præsatorum Episcoporum consilio Remensem Episcopatum committit Heriberto: qui etiam legatos Ecclesiæ cùm Abbone Præsule Romam mittere satagit, huius electionis decretum secum ferentes, & assensum Papæ super ea petentes; Ioannes itaque Papa, interueniente Abbone Præsule, petitioni eorum consensum præbens, Episcopium Remense Abboni Episcopo delegat, quæ sunt Episcopalis ministerij ab ipso in eodem Episcopio tractanda, ac finienda decernens.* Vltimum diem clausit an. 937. 937.

40. VVIDO D'ANIOV I. filius Fulconis Comitis Andegauensis, cognomento Rufi, & Roscillæ, Vuarnerij toparchæ Locharum, & Haiæ in Turonibus natæ; frater verò Fulconis cæterorum Comitum Andegauiæ stirpis propagatoris; patruus item fuit Guidonis & Drogonis Episcoporum Podiensium: Thomas de Lochis vetus auctor gestorum Comitum Andegauensium hoc quidem de Vuidone refert: *Fulco iste vxorem nobilem de pago Turonico duxit Roscillam: longæuo tempore vixit, filiósque adultos vidit; quorum vnus Guido per Hugonem Abbacomitem Suessionis Episcopus factus, quædam improbabiliter fecit. Sed illud laudabile & clarum fuit, quod Carolum Stultum, Ludouici Nihilfacientis orphanum ipsum à Normannis captum, negligentibus aliis Francis ipse Guido obses spontanèe factus pro eo, laudabiliter à vinculis abstraxit.* Hactenus chronicon MS. ordinatur autem Guido anno 937. auctore Flodoardo in chronico: *Abbo Suessorum Præsul defungitur & Vuido filius Fulconis Andegauensis, S. Martini Turonensis Canonicus, eius Episcopatu potitur.* Initiauit Presbyterum Hugonem Heriberti natum an. 940. sequenti, celebratur Synodus apud Suessiones in causâ altercationis duorum Hugonis & Artaldi, qui se Remenses Archiepiscopos profitebantur: adfuit & Synodo Treuirensi 948. apud eundem Flodoardum l. 4. c. 36. vbi dicitur Vuido particeps ordinationis Hugonis, ac sese culpabilem professum fuisse, coram Marino Vicario Sedis Apostolicæ, & Artaldo Archipræsule. Vnxit quoque Remis Odolricum Archiepiscopum vnà cùm Roricone

Laudunensi, Gibuino Catalaunensi, & quibusdam aliis Prælatis anno 962. ex dicto Flodoardo in Chronico.

AMIENS. 41. GVIDO D'AMIENS II. filius Galtheri Comitis Ambiani an. 972. datus est obses cùm Antistite Beluacensi, Duci Normaniæ, pro Ludouico Rege Francorum: interest Pseudosynodo Remensi in basilicâ S. Basoli anno. 994. contra Arnulfum Metropolitanum: memoratur in cartulario S. Albini: obiit 995.

42. FVLCO patruus Beroldi sequentis, qui interfuit Synodo Calæ 996. & in cartulario Flauiniacensi 996. nominatur cùm Beroldo nepote, Notchero Comite altero nepote, & Adelisâ Comitissâ: legitur præsens obsidioni oppidi Aualonis in Burgundiâ cùm Roberto Rege, & Galthero Præsule Eduensi, in tabulario S. Benigni Diuionensis circiter an. 1005. decessit 8. Idus Augusti anni 1018. seu 1025. iuxta manuscripta B. Medardi, & S. Ioannis Suessionensis.

43. DEODATVS ex hac vitâ migrauit anno 1027. in tabulis Suessionensibus.

44. BEROLDVS frater Notcheri Comitis, ac Fulconis nepos, cuius nomen reperitur in tabularis 1037. Flauiniacensi & Benigniano 1037. interfuit Concilio Remensi 1049. fortè qui in Chronico Alberici legitur Menardus, pro Berardo apud Iuonem, & Fulbertum ep. 106. de eo carta S. Medardi, illustris viri Hugonis, quâ donat dictæ Abbatiæ an. 1047. ius suum hæreditarium, coram Vuidone Remensi Archiepiscopo, ex tabulis S. Medardi; de quo Chronicon Cameracense l. 3. c. 23. 29. & 31.

45. HEDO consecratur an. 1053. vt patet ex cartulario S. Arnulfi Crespeiensis, in quadam enim schedâ eiusdem Præsulis sic habetur: An. 1053. Incarnationis 1053. primo Heddonis Episcopi; adfuit sacro Philippi Regis anno 1059. nominatúrque in cartulario monasterij S. Mariæ, cui legauit sex altaria anno 1057. item in tabulario S. Crispini Maioris 1063. mortuus anno 1065.

46. ADELARDVS qui sedebat anno 1066. & cùm Geruasio Archiepiscopo cartam S. Medardi subscripsit: eodem anno notatur in cartophilacio S. Nicasij Remensis, item Ecclesiæ B. Mariæ Paris. 1067. in tabulario Cesiaco, & cùm Balduino Nouiomensi, Elinando Laudunensi, in cartâ conuentionis Herberti Comitis Viromanduorum cùm Decano initâ anno 1067. denatus anno 1072. Illius nomen in catalogis editis hactenus non comparet. 1066.

PIERREFONS. 47. THEOBALDVS DE PIERREFONS II. frater Niuelonis castri de Petrafunte toparchæ nobilis, an. 1072. inauguratur. S. Ioannis in Vineis Suessionensis monasterij anno 1076. director, immò cùm Hugone dynastâ castri Theodorici fundator extitit: legitur & in Concilio Suessionensi anno 1078. Odonem Capellanum habuit, Castellionis loci indigenam, non è prosapiâ perillustri dynastarum Castellionis ad Matronam oriundum, vti aduertit Albericus in Chronico, posteà Vrbanum 2. Pontificem. Decessit an. 1080. 26. Ianuarij. Post hunc sedem inuasit Vrsio, vt docet vita Arnulfi; quo eiecto è Cathedrâ an. 1080. ei suffectus est. 1078.

PAMELE. 48. S. ARNVLFVS DE PAMELE Fulberti toparchæ Pamelij nobilis in Brabantiâ, & Mesindis filius: vir sanctissimus, qui primùm Abbas S. Petri Aldemburgensis, inde vocatur ad regimen monasterij S. Medardi Suessionensis; tum iussu Pontificis Gregorij 7. anno 1080. ab Hugone Archiepiscopo & Legato in Gallias pro sanctâ Sede, iniunctus fuit anno 1080. Decemb. 1080. 18 electionem eius diuinitùs factam fuisse testatur Lisiardus in vitâ Arnulfi apud Surium: de cuius laude illustris etiam locus apud Sigebertum in Chron. sub annum 1080. *Hoc tempore*, inquit, *in cœnobio S. Medardi pollebat signis & virtutibus vir beatissimus Arnulphus, qui pro nimio sanctitatis feruore propositum reclusionis eligens, & arcta nimis abstinentiâ*

genere Gantelmorum Prouinciæ Episcopus Sistaricensis, rexit Ecclesiam Sistaric. annis 6. Iste enim cùm equis & armis in exercitu Lombardiæ cùm illustriss. domino Roberto Ierusalem & Siciliæ, Prouinciarum ac Forcalq. ac Pedemontis Comiti accessit cùm numero XVI. *equorum armatorum & plurium peditum sociatus, & eo tempore diem clausit extremum in Albâ ciuitate anno Domini* MCCCX. *Postmodum translatus est ad Ecclesiam Sistaricensem, & sepultus in Ecclesiâ Sistaric. in sepulchro domini Alani prædicti Episcopi Sistaric. qui ad honorem B. Mariæ Virginis gloriosæ pallium aureum multis nobilibus imaginibus insignitum legauit Ecclesiæ Sistaric.*

1311. 38. Rostagnus anno 1311. die 24. Iulij sigillum apposuit vnà cùm G. Vapincensi Episcopo tabulæ hominij Auenione præstiti Roberto Regi, per Bertrandum Principem Aurasicæ; interfuit & Concilio Auenionensi 1337.

Avogadri. 39. Petrus Avogadri, vi. è patritiâ Vercellensium familiâ natus: ex Ordine Prædicatorum præficitur Cathedræ Albensi primùm in Insubriâ an. 1337. 7. Idus Februarij, apud Vghellum tomo 4. Sacræ Italiæ; translatus inde ad hanc Ecclesiam Sistaricensem anno 1349. ex regesto Vaticano. 1349.

40. Bertoldus anno 1365. in bullâ aureâ Caroli 4. Augusti, dicitur Imperialis aulæ Cancellarius, vice Cunonis Archiepiscopi Treuirensis.

Montyruco. 41. Rainulfus de Montvruco Cardinalis tituli S. Pudentianæ, ac Regens Cancellariæ Apostolicæ, patriâ Lemouicensis, imò, vt asserit ipse Ciaconius fuit gentilis Innocentij vi. summi Pontificis: ab Vrbano vi. inter Purpuratos Principes ascitus fuerat anno 1378. Romæ in basilicâ S. Mariæ trans Tyberim, de quo monumenta Pisana, & chronica mentionem faciunt: Mortuus est Romæ 18. Cal. Septemb. 1382. ac conditus ante fores tituli sui sub marmoreo epitaphio, & hoc titulo: *Hic iacet Reuerendus Pater dominus Rainulfus tit. S. Pudentianæ Presb. Card. natione Lemouicen. de genere D. Innocen. PP. vi. qui in hoc titulo suo monachos constituit.... en. 82. die 15. mensis Augusti.* Hæc è Ciaconio, 1382.

42. Bertaudus florebat in Cathedrâ Sistaricensi an. 1382. & 1385. 10. Decemb. nominatur in cartâ pro ciuitate Arelatensi Ludouici Regis Siciliæ, Comitis Prouinciæ, cùm Ioanne Carnotensi Præsule ipsius Cancellario, Raymundo de Agouto domino de Saltu, magno Regis Siciliæ Camerario, Fulcone de Agouto Vicecomite Relianæ, Prouinciæ Senescallo, Roberto de Drocis, Lionello de Coesme militibus Gallis, Regiis Cambellanis, Elziario domino de Oraisone, Francisco domino de Baucio, Fulcone de Ponteues Vallium, Cottiniaci, Carcerum, & Barremæ domino, Blancasseo de Ponteues castri Reinardi domino, Guinoto de Simianâ domino de Casanouâ, & alijs nobilibus, ex vetusto originali. 1385.

De Furno. 43. Robertus de Furno de Creponâ in Aruerniâ, qui Ecclesiæ plurima bona contulit; eam rexit annis 30. die Ianuarij 15. anni 1417. obedientiam iurat Andoinus Giraudi Abbas Luræ, saluâ obedientiâ quam debet Episcopo Auenionensi, vti constat ex codice Sistaricensi memorato. 1417.

Gastinelli. 44. Mutius Gastinelli Aquensis, qui paucis annis præfuit; nam sedes vacabat 1456. 2. Decembris, quo vnita est Abbatia Crosiensis Episcopatui Sistarico, bullâ datâ Romæ per Papam Callistum. 1456.

De Ponte. 45. Iacobus de Ponte ii. Lotharingus, sedit annis decem.

Placenda. 46. Andreas de Placenda aliàs de Place, seu de Fontanâ, Abbas Lerinensis monasterij an. 1453. natione erat Pedemontanus, ad hanc autem sedem promotus, eam cùm laude annis 14. administrauit, nominatúrque in actu anni 1464. dein Episcopatum suum resignauit sequenti. 1464.

Esquavard. 47. Ioannes Esqvavardi

ii. patriâ Cenomannus, Medicinæ Doctor, qui satagente Renato Siciliæ Rege creatus est Pontifex illius Ecclesiæ per cessionem Andreæ: multis iste Episcopales ædes structuris reparauit; imprimis verò palatium Sistaricense, domum Abbatiæ Crossiensis, & in castro suo Luriensi complura ædificauit; vir insuper vitæ laudabilis, qui zelo Domini flagrans, optimis exemplis suam plebem Clerúmque instituit, ac multis egregiis operibus clarus naturæ debitum persoluit Cenomanni, vbi in Ecclesiâ parochiali de Culturâ absque cœnotaphio tumulatur.

1447.

La Tovr. 48. Theobaldvs de la Tovr nothus illustrissimæ gentis Aruernæ de Turre, è ramo dicto Boloniæ, Comitum Aruerniæ, iuueois ætate per annos sex regimen Ecclesiæ administrauit, posteàque è viuis excessit.

Bvreav. 49. Lavrentivs Bvreav Diuionensis Carmelita, Theologus Parisiensis, ac facundus æui sui Concionator, Caroli 8. & Ludouici 12. Regum Franciæ à Confessionibus. Cùm fuisset Prouincialis Nar-
1499. bonensis eligitur Episcopus 1499. hic priuilegia incolarum castri Lurij confirmari curauit, quorum originalia extant in publicis Prouinciæ tabularijs regiis; qui etiam pro Cleri & populi commodis multa vtilia confici curauit. Eum Rex Ludouicus & Pontifex maximus Alexander vi. speciatim elegêre cùm Thomâ Paschale Officiali Aurelianensi, vt in Delphinatu de vitâ, dogmatibus & moribus Valdensium hæretico-
1501. rum inquirerent anno 1501. referente Ioanne d'Anthon regio Historiographo. Heliadem, seu de laudibus magni vatis Heliæ librum conscripsit, quam curauit in claustro sui ordinis Lutetiæ depingendam; & alterum de viris illustribus eiusdem instituti: de quo Trithemius; Gaguinus ep. 54. Symphorianus Champerius de viris illustribus Galliæ, Posseuinus, Chopinus l. 2. titulo 8. sacræ Politiæ, Gerardus Ioannes Vossius de Historicis Latinis, & alij. Obijt anno 1504. Blesis 5. Iulij; cadauer quiescit ad Carmelitas Aurelianenses, cor verò apud Diuio-

nenses, quorum indigena.

Filholi. 50. Petrvs Filholi, vii. è Gannato oppido Borboniensis prouinciæ, successit Laurentio; Legatus fuit Iulij 2. Pont. cùm Carolo de Caretto Marchione Finarij, in fœdere sancito Blesis, cùm Maximiliano 1. Rege Romanorum, & Ludouico xii. aduersùs Venetos 22. Septemb. 1504. ex actis Curiæ: transfertur ad Aquensem Archiepiscopatum. 1504.

Dinteville. 51. Franciscvs de Dinteville nobilis Campanus, qui transiit posteà ad Episcopatum Autissiodorensem an. 1514.

Lovvain. 52. Clavdivs de Lovvain Suessionensis, rexit annis quinque vel circiter.

Savoye. 53. Michael de Savoye ex gente Sabaudâ, hanc Cathedram consequutus est post excessum Claudij, creatus à Leone x. Papâ ad instantiam Francisci 1. Regis: sed breuis æui Pontificium gessit.

Havssonville. 54. Clavdivs de Havssonville natione Lotharingus, è toparchis nobilibus de Haussonuillâ, Religiosus Ordinis S. Benedicti, per Hadrianum vi. ad eandem Ecclesiam Sistaricensem promotus est. Qui à principio adeptæ Pontificalis dignitatis multa reparauit, auxit & recuperauit ad Cathedram suam Sistaricensem pertinentia; inter quæ est hospitium Giraudi Pissis cùm pratis, terris & appendentiis existentibus in territorio Lurij, Ecclesiæ Sistaricensis mensæ suis impensis acquisiuit, ac defecit Lugduni vltimâ Augusti 1531. pluribus creditoribus obnoxius, qui post obitum insurrexêre. 1531.

Rochechovard. 55. Albinvs de Rochechovard ex nobilissimis toparchis de Mortuomari in Pictonibus, Aymerici domini de Mortemar, & Ioannæ de Rupecauardi, è ramo de Taunaycharente filius, successit anno 1532. qui absens ab Episcopatu, Ecclesiam suam administrauit ad an. vsque 1536. 1536.

Rochechovard. 56. Emericvs de Roche-

CHOVARD Abbas S. Sauini in Pictonibus, successit fratri Albino 1536. iacet apud Franciscanos ciuitatis Pictauiensis.

CVPPIS.

1585. 57. ANTONIVS DE CVPPIS I. Pedemontanus, vrbis Astensis, ex Regis Henrici 3. Eleemosynario sedebat an. 1582. Concilio Aquensi Prouinciali interfuit an. 1585. Qui eo tempore quo bellorum dissidia per Galliam grassabantur, in secessum palatij Luriensis se recepit, vbi tandiu delituit, donec pace confectâ, Episcopatui renunciauit, ac tandem Augustæ Taurinorum quo se

1609. receperat, mortuus est an. 1609. die 24. Augusti, post sedem annorum 25.

GLANDEVES. Fascé d'argent & de sable de six pieces.

58. TOSSANVS DE GLANDEVES Massiliensis, ex dominis de Cuies, & stirpe antiquâ Glandeuensi in Prouinciâ, sacri Consistorij Consiliarius, cessione Antonij consecratur Episcopus mense Iulio 1606. recepit Capucinos Manoascæ 1609. Aprilis 15. & Minimos Mannæ an. 1615. interfuit Comitiis Regni generalibus 1614. Cœtui Cleri Parisiensi 1625. & Medonix 1641. mortuus

1648. 1648. die 17. Ianuarij, ac sepultus Sistarici.

ARBAVT. Ecartelé au 1. & 4. d'azur a vn voile enflé d'argent qui est Matheron. Au 2. & 3. de gueulle à vne rose de 5. fueilles d'or, ombrée de sable. Et sur le tout, d'Arbaut, qui est d'azur au cheuron d'argent, surmôté d'vn chef d'or, chargé d'vne estoile de gueulle.

59. ANTONIVS D'ARBAVT DE MATHERON, II. dominus de Bargemon, Regi à Consiliis, patrem habuit Ioannem Baptistam d'Arbaut de Matheron, dominum de Peinier, matrem Annam de Rocbas dominam Deiglum: nominatur Episcopus per obitum Tossani, Regio diplomate 27. Iulij 1648. ex Præposito Ecclesiæ Metropolitanæ S. Saluatoris Aquensis, Vicario generali & Officiali eiusdem Archiepiscopatus Sede vacante. Creatus bullis Papæ Innocentij x. 4. Cal. Octob. 1648. sactum excepit Aquis-Sextiis in sacello Congregationis Patrum Soc. Iesu 7. Februarij 1649. à Francisco Ademaro de Monteil de Grignan Archiepiscopo & Principe Arelatensi, assistentibus Ludouico du

1649. Chaine Senecensi, & Renato le Clerc Glandeuensi Episcopis: postea Regi fidem clientelarem præstitit pro Ecclesiæ temporali mense Iunio an. 1650. interfuit duobus Comitiis Cleri Lutetiæ celebratis annis 1650. & 1656. 1656.

SPIRENSES

EPISCOPI.

IN Palatinatu, ciuitas Augusta Nemetum, quæ & Spira sub Metropoli Moguntiacensi, in prouinciâ Germanicâ primâ, Nemetis dicitur in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, & in Not. Imper. Occid. Spiracia in ep. Zachariæ Papæ: sita autem in Germaniâ superiore Galliæ Belgicæ parte propè ripam sinistram Rheni; cuius Cathedralis Patronam habet Deiparam Virginem, multisque Imperatorum & Augustarum Germaniæ sepulchris clara, vulgò deuota cognominatur, vt Moguntia ipsius Metropolis bonorata: vtraque verò à se inuicem distat itinere 22. horarum; cuius vrbis Icon spectatur in Theatro ciuitatum orbis. Donata est libertatibus & priuilegiis à Conrado 2. Henrico 3. 4. & 5. Imp. celebris & Alemanniæ conuentibus, demum supremâ Camerâ Imperiali 41. Iudicum nobilitatur. Episcoparus huius territorium includitur Palatinatu Rheni, in quo firmissimum propugnaculum Philippiburgi hisce temporibus constructum est. At de laudibus & ceremoniis Ecclesiæ Nemetum, carmen scripsit Iacobus Vimphelengius ad Ludouicum de Helmstad Episcopum Spirensem, & Chronicum huius Ecclesiæ Guillelmus Eisengrenius lib. 16. in cuius diœcesi sunt Abbatiæ.

SPIRA sub Palatinat pres du Rhein.

S. PETRI VEISSEMBVRGENSIS O B.

HIRSAVGIENSIS O B.

LIMPVRGENSIS O B.

In huius Ecclesiæ Cathedrâ sedêre subsequentes Præsules.

1. IESSES, Concilio Agrippinensi interfuit anno 346. nomine Episcopi Nemetum: quo mortuo longum fuit interuallum, aut nomina Pontificum obliuioni tradita. 346.

2. ATHANASIVS, quo ſedente A
Dagobertus conſtruxit magnificum S. Germano cœnobium extra muros Nemetenſes: obiit anno 650. poſt ſedem annorum 40.

678. 3. PRINCIPIVS anno 678. ex Abbate primo Veiſſemburgi, ceu Albicaſtri.

3. TRAGOBODO an. 685. ex Abbate item Veiſſemburgenſi.

4. BASINVS, vel Baſilius tempore Caroli Martelli.

5. LATO.

6. DAVID Spironenſis Epiſcopus legitur in epiſtolâ Zachariæ Pa-
744. pæ ad Præſules Galliæ & Germaniæ an. 744.

7. SIGENNINVS 802.

8. ATO, ſiue Otho 810.

814. 9. FREYDO deceſſit an. 814.

10. BENEDICTVS 822.

11. BERTINVS 841.

12. GEBARDVS, ſiue Eberar-
848. dus moritur 848.

13. GODELANCVS 884.

14. AYNARDVS obiit 890.

15. AMALRICVS I. ex Mona-
893. cho Veiſſemburgenſi, defecit an. 893.

16. LOTECHANEVS in Concilio Triburienſi an. 895.

17. EVERARDVS, ex monacho
913. Veiſſemburgi, occiditur 913. ab Erenardo & Conrado Comitibus in Reginonis Chronico.

18. AMALRICVS II. obiit 945.

19. REGINOBALDVS, vel RAYNALDVS in Concilio Engelenheimenſi, ex Monacho Hirſaugienſi fit Epiſcopus: memoratur à Flodoar-
858. do 948. obiit 958.

20. GODEFRIDVS I. ex Religioſo Veiſſemburgenſi, in Synodo Auguſtanâ 952. fatis conceſſit 960.

21. ODOGARIVS, ſiue Orgerius, vel Ottocarus in conſecratione
Ottonis Magni Imperatoris 962. à 962.
quo omnem iuriſdictionem Nemetum accepit.

22. BALDERICVS anno 987.

23. RVPERTVS ex Monacho Veiſſemburgenſi, ſublatus è vitâ an. 1000. huic à nonnullis ſubiicitur
B Gebardus ex Præſule Auguſtano 1012.
1012.

24. VALTHERVS obiit 1031.

25. SIGEFRIDVS I. 1032.

26. REGINGERVS.

27. REGENOBALDVS ex Abbate primo S. Vlrici Auguſtani ſe- 1039.
pultus 1039. in nouâ Nemetum baſilicâ, in quâ ſingulis diebus Dominicis concionabatur.

C 28. SIGEBOTO apud Vibertum in vitâ Leonis IX. l. 2. c. 5. vbi Sibicho dicitur: qui mortuus eſt anno 1054.
1054. cùm purgaſſet ſe adulterio apud Baronium.

29. ARNOLDVS, ceu Arnulphus ex Abbate Veiſſemburgi, anno vix vno ſedit.

30. CONRADVS I. obiit 1057. 1057.

31. EINARDVS CATZENELEBOGEN ex Abbate Limpurgenſi, CATZENELBOGEN.
deceſſit 1067. nono Pontificatus 7.
D Cal. Maij, Schafnaburgenſi: Spiræ 1067.
ſepultus. Scripſit inſigne volumen de ceremoniis Eccleſiæ lib. 4. teſte Schultingio, in bibliothecâ Eccleſiaſticâ.

32. HENRICVS an. 1071. dedicat pridie Nonas Septembris Eccleſiam Hirſaugienſem inſtauratam: cui
ſcribit Greg. 7. lib. 5. ep. 18. 1077. 1077.
Epiſcopale officium exercendi facultatem illi concedit, dum opportuno tempore de obiectis criminibus ſatisfaciat, atque omnem vena-

litatem ab Ecclesiâ eiiciat. Moritur A
subitò an. 1075. Baronio in Annalibus Eccl..

33. Rugkervs ampliauit vrbem Nemetum quæ tunc dici cœ-
1084. pit Spira à fluuiolo 1084. defunctus 1090. tumulatur in æde S. Guidonis.

34. Ioannes Creichgoviæ Comes, amplissimum patrimonium suum Ecclesiæ reliquit, & decessit
1104. 1104. postquam sedisset annis 14. iacet in monasterio Sistein.

35. Gerardvs Comes Auracensis ex Abbate Hirsaugiensi consecratur à Rutardo Metropolitâ, præsentibus Ebbone Vormatiensi, Gebhardo Constantiensi, & Imperatore Henrico 5. migrauit è vitâ
1110. an. 1110. sepultus in choro Hirsaugiensi.

36. Brvno vixit anno 1111. o-
1113. biit 19. Octob. 1113. iacet in cœnobio Limburgensi.

37. Stephanvs ex Abbate Corbeiensi in Saxoniâ obiit 1117. sepultus apud S. Guidonem.

38. Arnoldvs, subscripsit cartæ Henrici v. Imperatoris anno 1125.

Leynin-gen. 40. Sigericvs de Leyningen, 11. ex Comitibus de Leyningen: quo sedente basilica B. Mariæ
1141. comburitur, & ab eodem instauratur: fato cessit 1141. 23. Octob.

Leynin-gen. 41. Gvntherus de Leyningen patruo successit, nominatur in diplomate Friderici Imperatoris pro Balmensi monasterio, mense Iunio 1153. in Bibliote. Cluniacensi: ab eo munus benedictionis accepit Manigoldus Abbas Hirsaugiensis apud Trithemium. Moritur 17. Septemb.
1156. 1156. & iacet in cœnobio Mulbrunnensi quod fundauerat in Menologio Cisterciensi: de quo Martinus Crucius in suis Annalibus.

Dvr-mvntz. 42. Vdalricvs a Dvrmvntz i. sepelitur ad sinistram Guntheri Episcopi in Cathedrali anno obi-
1168. tus sui 1168. *Vlricus positus Spirensis Episcopus hic est.*

43. Godefridvs ii. extinctus anno 1178.

44. Conradvs ii. 1184.

45. Rapoto vel Rabodo obiit 1188. 1188.

46. Vdalricvs a Rechberg ii. frater Sigefridi Episcopi Augustensis, postquam sedisset annis 14. moritur 1192. Rech-berg.

47. Otho de Henneberg ex prosapiâ Comitum Hennebergensium, nominatur 1193. cessit E- B
piscopatu 1199. mortuus an. 1202. 1202.

48. Conradvs de Scarpeneck, iii. Imperialis Aulæ Cancellarius vice Theodorici Archipræsulis Coloniensis, in cartâ datâ apud Interamnem in partibus Spoletanis anno 1109. nec non Episcopus Metensis 1212. ex tabulâ Friderici Imperatoris. Ei scribit Innocentius Papa. obiit 1217. sepultus in Choro Re- 1217.
C gum. De eo chronicon Richerij monachi Senonensis: præfuit Spiræ 22. annis vti scribit Kirchnerus in chronico. Scarpe-neck.

49. Berengarivs de Evringen, Baro Sueuus ex Decano 1224. Cuius tempore fundatur Abbatia Pontis salutis à Salomone Canonico Herbipolensi. 1224. Evrin-gen.

50. Conradvs de Thain iv. ex gente Dapiferorum de Valdburg, vir religiosus & œconomus fidelis obiit anno 4. sedis suæ 1237. Thain. 1237.

D 51. Conradvs de Erbestein v. Pacificus dictus, decessit 1245. Erbe-stein.

52. Henricvs de Leyningen, Cancellarius Imperij sub Vuilelmo Hollando, cui se Imperium aggredienti addixit 1249. vt Leheman scribit in chronico Spirensi. 1272. Idem Antistes cùm Episcopo Constantiæ ad Rhenum legatus in Hispaniam iuit, Alphonso Rege Castellæ in schismate in Imperat. electo, nuntium nouæ dignitatis laturus: rediitque amplissimis muneribus donatus. Tandem Vicecancellariatum Imperialis aulæ gessit. Eius auxilio Leynin-gen.

Dominicani in vrbe fundantur 1267. A Trithemius in Chron. Hirsaugiensi. moritur 1271. Decemb. 18. & sepultus in Cathedrali ante aram B. Annæ sub tumulo albo marmoreo.

BOLANDEN. 53. FRIDERICUS DE BOLANDEN, alijs Comes de Lerningen, qui electus 1271. sub eius Pontificatu 1291. tumulatus fuit in Cathedralis templo Rodulphus 1. Imperator, Austriacæ Domus caput. Obiit au-
1302. tem Fridericus 18. Ianu. 1301. sepultus in Enserstadio monasterio, ceu Vallis-Vtrinæ hoc epitaphio: B

Continet hæc fossa FRIDERICI *Præsulis ossa,*
Quondam Spirensis, Deus illum pasce re mensis
Cœli digneris, epulis quoque iungere veris.
Anno Milleno Trecentenóque secundo
Atque Calendar. quinto Febrʋ. datur is pius antro.

LIECHTEMBERG. 54. SIBOTHO DE LIECHTEMBERG, oriundus ex Alsatiâ, Cæsaris Henrici 7. intimus Consiliarius, vt refert Bruschius in Catalogo Anti-
1314. stitum Spirensium. moritur 1314 post C duodecim annos Sedis. Iustitiæ promotor acerrimus fuit, & sepelitur in Regum choro.

LEYNINGEN. 55 EMYCO DE LEYNINGEN ex Comitibus ortus, interiit 1318.
1318. Aprilis 19. iacet ante aram S. Annæ in basilicâ maiore: secutus fuerat partes Bauari contra Austrium Fridericum, qui & Arnoldum Ochsensteinensem ad hanc Ecclesiam promouerat.

BUCHECK. 56. BARTOLDUS DE BUCHECK D ex Comitibus illius familiæ; posteà Argentinensis.

FELDENZ. 57. VALDRANUS DE FELDENZ è stirpe Comitum Veldensium, ele-
1336. ctus 1319. moritur 1336. 5. Septemb. sepultus in Ecclesiâ Prædicatorum.

LUXEMBOURG. 58. BALDUINUS DE LUXEMBOURG Treuirensis Archiepiscopus, & Spirensis Administrator annis duobus: de quo superiùs consule tomum 1.

ETEMBERG. 59. GERARDUS DE ETEMBERG obiit die 28. Decembris 1363. instaurator Cœnobij Augustinianorum. 1363.

60. LAMBERTUS ex Abbate Gemblacensi Episcopus Brixiensis, nominatur Spirensis, ac deinde Argentinensis.

NASSAV. 61. ADOLPHUS DE NASSAV è familiâ perillustri Comitum Nassouiæ, post ad Moguntinensem Cathedram transfertur. 1373.

62. NICOLAUS ex Auditore Rotæ Vrbani 6. Pont. templa collapsa restituit, & locupletauit: exemptus è viuis die 7. Iunij 1396. iacet in Cathedrali.

HELMSTAD. 63. RABANUS DE HELMSTAD Vuenceslai Imperatoris Cancellarius eligitur 1396. transfertur ad Treuirensem Metropolim. 1396.

64. REYNARDUS DE HELMSTAD, decessit 19. Martij 1459. conditus in Cathedrali quam igne deuoratam restituit. 1459.

65. SIGEFRIDUS DE SENNINGEN III. obiit 1459.

HOHENECK. 66. IOANNES NIX DE HOHENECK, dictus ENTZENBERG, Canonicus Moguntinus & Spirensis, dein Decanus Moguntiæ 1458. ex Præposito Vormatiæ electus 7. Sep. 1459. sedet annis 4. mensib. 2. dieb. 21. resignauit Mathiæ in arce d'Vdenheim, de consensu totius Senatus Canonicorum 8. Augusti 1461. obiit 1467. Phorzthemii 8. Octob. ibidem in Franciscanorum cœnobio sepultus. 1467.

RANINGHEN. 67. MATHIAS RANINGHEN 1464. 4. Iulij Ecclesiam Cathedralem quatuor egregiis sacellis decorauit: & obiit 1478. Calendis Augusti. 1478.

HELMSTAD. 68. LUDOVICUS DE HELMSTAD denatus 18. Augusti 1505. ei scribebat Trithemius 1491. epist. 28. & Iacobus Vimphelengius in carmine de laudibus Ecclesiæ Nemetum. 1491.

VOSSEMBERG. 69. PHILIPPUS DE VOSSEMBERG

BERG, I. ex Cantore Ecclesiæ, mo- A
1513. ritur 3. Februarij 1513. humatur in Cathedrali propè auunculum Ludouicum.

Bauiere. 70. GEORGIVS DE BAVIERE Comes Palatinus Rheni, Dux vtriúsque Bauariæ, Canonicus Moguntiæ, demum præpositus, itemque S. Donatiani Brugensis: Philippo Palatino ad Rhenum Electore nascitur 1486. frater Henrici Vuormatiæ, & Ioannis Præsulis Ratisponensis: postulatus fuit 13. Februarij 1513. consecratus eodem anno 22. Iulij per Albertum Cardinalem Moganti- B
1529. num. obiit 28. Septemb. 1529. inarce de Kislauu, sedis 16. iacet Spiræ ante aram S. Annæ.

Flersheym. 71. PHILIPPVS DE FLERSHEYM 11. consecratur ab Alberto Cardinale Moguntino Archiepiscopo Martij 25. 1519. Præposituram Veissemburgensem Episcopatui incor-
1546. porauit an. 1546. Paulo 3. Pont. Max. & Carolo v. Imper. consentientibus.

Franckenstein. 72. RVDOLFVS DE FRANCKENSTEIN ex Canonico Scholastico Moguntinensis Ecclesiæ electus 3. Octobris an. 1552. viuere desiit an. 1560. C

Hattstein. 73. MARCARDVS DE HATTSTEIN Canonicus anteà, Cantórque Moguntinensis Ecclesiæ, renunciatur
1560. Antistes 18. Iulij 1560. decessit an. 1581.

Dienhein. 74. EBERARDVS DE DIENHEIN ex Iudice Cameræ Imperialis, vitam cùm morte commutauit an. 1610.

Soetern. 75. PHILIPPVS-CHRISTOPHORVS DE SOETERN ex Præposito Treuirensi ac Scholastico Ecclesiæ Electoralis Moguntinæ, factus Coadiutor Spirensis die Maij
1609. 30. an. 1609. Episcopalis sedis declaratur possessor 1610. insequenti anno dignitatem Scholastici Moguntini resignat 30. Maij. Traductus demum ad Metropolim Electoralem Treuirensem, vbi de ipso plura.

Meternick. 76. LOTHARIVS FREDERICVS DE METERNICK Capituli suffragiis eligitur; possessionem iniit solemniter 11. Aprilis 1652. festiuâ inaugurationis pompâ per Capitulum salutatus. 1652.

SVESSIONENSES EPISCOPI

CIVITAS Augusta Suessionum ad Axonæ, citeriorem seu sinistram ripam, Episcopatu nobili & Præsulum Prouincialium Decanatu insignis: vbi aliquando regni Principum stirpis Merouingicæ sedes, nunc Comitatus titulo, Baillliuiatus, & Finantiarum Generalitatis, sub Parlamento Parisiensi, & Remensi Metropoli. Nota vrbs Ptolemæo, Plinio l. 4. c. 17. Straboni l. 4. Cæsari l. 2. Melæ l. 3. c. 2. Antonino in Itinerario, & Auctori Notitiæ Imperij Occidentalis, qui hîc constituunt Legionem vicesimam quintam, & fabricam armorum sagittariam, balistariam, & clibanariam. Soissons sur Aisne.

In Notitiâ Prouinciarum, Suessionum ciuitas ab omni æuo subest primo loco Metropoli Remorum in Belgicâ 2. de quâ variis locis meminit Greg. Turon. ac Guillelmus Brito Philippidos libro. 10. his versibus.

Vrbs antiqua sedet gremio telluris opimæ
Belligeris populosa viris, vitisque decora,
Quà speciosa magis, fœcundáque ditibus aruis,
Ad circumpositas se Francia porrigit vrbes: D
Indice quæ famà cùm sit fundata Suessis
Exulibus, merito sortita est Suessio nomen.
Leniflus piscosus aquis quam ditat & ornat
Auxona, cui faciunt nomen vulgare moderni.

Cathedralis templum Diuis Geruasio & Prothasio dicatum est; Capitulum constat Præposito, Decano, Cantore, Magistro Scholarum, aliis

aliis dignitatibus & præbendis. Numerantur in vrbe plures Ecclesiæ & Abbatiæ S. Medardi, S. Crispini Maioris, S. Leodegarij, & Nostræ dominæ, quæ comprehenduntur sub hac diœcesi, cùm elencho subsequentium.

S. MEDARDI OB.

S. Medard de Soissons.

S. CRISPINI MAIORIS OB.

S. Crespin le Grand de Soissons.

S. MARIÆ *fœm.* OB.

Nostre-Dame de Soissons.

S. IOANNIS IN VINEIS OA.

S. Iean des Vignes de Soissons.

S. LEODEGARII OA.

S. Leger des Vignes de Soissons.

S. CRISPINI IN CAVEA OA.

S. Crespin en Chaye lez Soissons.

S. CORNELII DE COMPENDIO OB.

S. Corneille de Compiegne.

ORBACI *Orbais* OB.

CALIACI *Chezy* OB.

MORNEVALLIS *fœm.*

Morgiual OB.

S. IOANNIS IN BOSCO *fœm.* OB.

S. Iean au Bois pres Compiegne.

S. REMIGII OB.

S. Remy aux Nonains.

S. PETRONILLÆ *fœm.* OA.

Sainte Perrine.

BARRÆ *fœm. la Barre* OA.

LONGIPONTIS *Lonpont* OC.

ARGENSOLII *fœm.*

Argensoles OC.

S. EVODII DE BRANA OP.

S. Ived de Braine.

CARTOVORI *Chartreuue* OP.

A LOCIRESTAVRATI OP.

Lieurestauré.

VALLISCHRISTIANÆ OP.

Vauxchrestien.

VALLISSERENÆ *Vauseri* OP.

NOGENTI ARTALDI *fœm.*

Nogent l'Artaud.

DE CHARMIS *fœm. du Charme.*

B Episcopi hoc ordine sederunt, ex variis scripturis ac tabulariis desumpti; in iis verò colligendis quædam subminiſtrauit Pater Ildefonsus Vrayetus, monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri.

1. S. SIXTVS cùm B. Sinicio Presbytero Suessionem missus, posteà Ecclesiæ Remensis primus Præsul ordinatur. De eo Flodoardus l. 1. hist. c. 3. sic loquitur. *S. Sixtus Remorum primus Episcopus etiam Suessionicam fundasse fertur Ecclesiam, & B. Sinicium collaboratorem & cooperatorem suum inibi constituisse : quique post eiusdem S. Sixti decessum, nepote suo, vt ferunt, S. Diuitiano Suessons à se Pontifice ordinato, quoniam nouiter instituta Remensis Ecclesia, lacte adhuc tenera fortè fouebat pignera, nec dum ad onus Pontificale perferendum robusta, Remis Episcopalem, (eâ cogente necessitate) subiit Cathedram.*

C

2. S. SINICIVS D. Sixti discipulus, eius locum excepit, eique præfuit tantùm anno 1. factus Remensis Antistes, conditus eodem tumulo Sixti, in basilicâ quæ ab eo & decessore suo appellatur Ecclesia Sanctorum Sixti & Sinicij, & cùm illo postmodum translatus in ædem S. Remigij.

D

3. S. DIVITIANVS, cuius corpus in D. Crispini Maioris conditum est Ecclesiâ; de quo Flodoardus loco citato : obiit 5. Octobris.

4. RVFINVS.

5. FILIANVS.

6. MERCVRIVS in Concilio

346. Agrippinensi anno. 346.

7. S. Onesimvs I. vixisse fer-
360. tur ad annum Christi 360. mortuus 3. Idus Maii, quiescit in Ecclesiâ S. Georgij Martyris extra confinia ciuitatis Suessionensis citra fluuium Axonæ, in fisco Crouiaco, in vico qui posteà nomine S. Medardi insignitus habetur: ita refert MS. vetus, de eo Molanus in Natalibus Sanctorum Belgicorum 13. Maij, Miræus in Fastis Belgicis. Illius reliquiæ ex D. Medardi monasterio Doncheirium propè Sedanum, membrum eiusdem Abbatiæ transf- B latæ fuêre.

8. Vincvlvs, seu Vincencvlvs, aut Vincentivs.

9. Lvbeanvs, seu Lvberanvs.

10. Onesimvs II.

11. S. Herlebivs, qui Edibivs, die 4. Idus Decemb. in æde S. Crispini Maioris, Ordinis Benedicti Congregationis S. Mauri, tumulatus est. C

12. S. Principivs frater B. Remigij Remensis, auctore Flodoardo l. 1. c. 10. *Beata*, inquit, *genitrix in flore dudum iuuentutis, ex vnico viro suo pepererat Principium Suessorum ciuitatis posteà Sanctum Episcopum, & patrem B. Lupi eiusdem Principij successoris.* Et Sidonius Apollinaris lib. 8. ep. 14. sic fatur: *iam diu nobis Papa venerabilis, etsi necdum vester nullus aspectus, tamen actus inspectus est: quæ liquor falsa censete, nisi professioni meæ competens astipulator accesserit, satis in illo quondam cœnobiu Lirinen-* D *si spectabile caput Episcopus Antiolius: cuius relatu, qui pater vobis, quique qualesque vos fratres, quâ morum prærogatiuâ pontificatu maximo ambo fungamini felicitus cognoscere studui, gaudens cognouisse me memini:* Obiit 7.
506. Cal. Octob. circa an. 506. conditus in Ecclesiâ S. Theclæ extra muros Suessionenses.

13. S. Lvpvs Diuo Principio patre & decessore genitus, nepos fuit B. Remigij à quo inauguratus: in- A terfuit Concilio Aurelianensi I. an. 511. defunctus 14. Cal. Nouemb. 511.
circa an. 543.

14. Banderidvs post annum 543. Episcopatum rexit: hic an. 556. Clero comitante S. Medardi Episcopi Nouiomensis corpus honorificè excepit, Regémque Chlotarium I. apud Ecclesiam eiusdem Sancti quam fundauerat an. 557. sepulturæ tradidit an. 561. Decessit circiter an.
565. & ipse conditur ad ædem S. Crispini Maioris, quam multis possessionibus ditauerat. 565.

15. Anectarvs, seu Anetharius, vel Antecharus an. 566. exemptus è viuis an. 573. die Aprilis 9. ab 573.
aliis postponitur Droctegisilo.

16. Theobaldvs I. siue Thenebaldus.

17. Tondvlphvs.

18. Landvlfvs.

19. Droctigisilvs vixit circiter an. 585. apud Sauriciacnm vil- 585.
lam an. 589. Concilium celebratum est, vt eidem Episcopo vrbem suam ingredi liceret, cuius aditu prohibebatur, ob amentiam maleficio vt fama erat, seu nimio potu contractam. l. 9. hist. Greg. Turon. c. 36. *Erat*, ait, *apud vrbem Suessionas his diebus Droctigisilus, qui propter nimiam, vt ferunt, potationem, quartæ instante anno sensum perdiderat. Adserebant enim multi ciuium, quod hoc ei maleficiis accessisset, per emissionem Archidiaconi, quem ab honore repulerat, intantum vt infra muros vrbis hanc amentiam magis haberet. Si verò de ciuitate fuisset egressus, agebat commodiùs. Cùmque Rex supradictus ad vrbem venisset, & hic meliùs ageret, permittebatur ingredi vrbem, propter Regem qui aduenerat. Et licet esset vorax cibi, ac potator vini extra modum quàm sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium quispiam est locutus. Veruntamen insequenti, cùm apud Sauriciacum villam Episcoporum synodus adgregata fuisset, iussum est vt liceret ei ingredi vrbem suam.* Decessit circa 602.
an. 602.

20. S. ANSERICVS exemptionis priuilegium S. Medardi à Banderedo concessum D. Gregorio primò obtulit, vt iterum ratum haberet, quod patet ex bullâ ipsius Gregorij lib. 13. registri veteris in Conciliorum generalium editione insertâ. Interfuit Concilio Remensi
630. sub Sonnatio. an. 630. Sanctorum Crispini & Crispiniani translationem fecit an. 648. vel 647. defunctus circiter an. 652. Calend. Iunij 17 sepultus in æde S. Stephani Protomartyris extra muros, quam an. 634. fundauerat & dotauerat.

21. BETTOLENVS, qui legitur & ALDEBERTVS, Abbas anteà Causiacensis cœnobij Protomaatyris S. Stephanij, quod est Prioratus iuris monasterij S. Medardi Suessionensis in quo humatus an. 711. Childebertus Rex Theodorici 1. filius.
654. Episcopatu se abdicauit sub an. 654. & ad monasterium in quo priùs monachum professus fuerat, regressus est. De eo in vitâ S. Drausij Episcopi tomo 1. Historiæ Franc. Scriptor. hæc narrantur: *non multò post Ansericus, vocante se ad remunerationem Deo extremum vitæ diem clausit. Ne autem tantus populus diutius esset sine Rectore, eius in loco Pontificatus dignè quodammodo successit Bettolenus, vir religiosus. Indignum tamen ab aliquibus ferebatur, quod tanti honoris onus nefandè sibi arripuerit vt incautus. Dignè itaque eum dixerim Episcopatus prælatum honore pro tantâ religiositate egregiæ vitæ, quâ legitur vixisse. Indignum verò hoc idem secundùm quorumdam iudicium propositum fore, propter datum thesaurum pecuniæ pro adipiscendâ eadem dignitate.* Et mox subiungit: cùm cedere Episcopatu vellet, & ad pristinam vitam monasticam reuerti, in quâ vsque ad vitæ terminum perseuerauit, suasisse Regi, vt ordinaretur Episcopus Drausius. Ita scilicet habet Breuiarium Suessionense: *S. Adelbertus Episcopus Suessionensis S. Drausii prædecessor Episcopatu se abdicauit, monachum posteà professus.*

22. S. DRAVSIVS annuente Rege, Principum, Procerum, & Bettoleni ipsius postulatione renuntiatus Episcopus, Euehitur: inquit vi-

A ta ipsius MS. B. Drausius tanto cul- «
minis honore, præficitur plebi Suess- «
sionicæ, ordinatur in Pontificali se- «
de pro voto omnium & voluntate. «
Quo ordinato, vir Dei Bettolenus «
ad cœnobium, in quo priùs sub re- «
gulari tramite deguerat, est regres- «
sus, atque ibidem egregiam vitam «
fertur duxisse, & ibi vsque ad vitæ «
terminum perseuerasse. Ergo nihil «
acceptabilius credidit fore S. Drau- «
sius, quod posset Domino retribue- «
re, quàm si satageret monasterium «
aliquod construere, quod esset ido- «
neum Religiosorum virorum, siue «
B sacrarum virginum moribus pudicis, «
& castæ vitæ. Erat quidam locus «
secus fluuij Axonnæ litus, distans, «
vt fertur, à Suessionicâ ciuitate 144. «
stadiis, cui vocabulum Rotundas «
est inditum antiquitùs, quem etiam «
à Bettoleno Causiacense quondam «
Abbate, tradito precio congruenti, «
emisse fertur vir Dei Drausius. Quo «
in loco mirificè, & satis decenti iu «
re ædificium nobilis ædis votiuâ «
mente construxit. Religiosorum «
quoque virorum congregatiuncu- «
lam ibidem sub sanctæ vitæ normâ «
degentem aggregauit. Interest de- «
C dicationi Corbeiensi an. 667. mortuus circa an. 680. 3. Nonas Martij, iacet in cœnobio monialium S. Mariæ Suessionensis, ordinis Benedictini, quod anteà Leutrudis Ebroini Maioris Domus Palatij Francorum coniugis ope construxerat: illius vitæ fragmentum protulit Quercetanus Tomo 1. 667.

23. VVARIMBERTVS ex Abbate S. Medardi Suessionensis assumptus est ad regimen sedis Suessionensis: memoratur in vitâ S. Medardi auctore Fortunato, cuius
D hæc verba sunt: *Cùm iam ipse locus* (S. Medardi basilica) *multæ circumquaq; haberetur venerationis, Vuarinbertus quidam, qui sic nominatur, post venerabilis Autberti decessum regiâ præceptione regendum idem cœnobiale suscepit monasterium. Quo cùm aliquot potitus esset annis, Drausionem Suessionicæ ciuitatis Episcopum vitâ contigit excedere, sedémque illam aliquandiu absque Rectore vacuam manere. Post eius autem lugubres inferias, vnanimi consilio Regis & ciuium, Vuarinbertum hunc, quem prædiximus, Ca-*

thedræ illi Pontificali suo magis quàm A *Dei, vt post patuit, arbitrio Rectorem substituunt. Adeptus ergo regimen Episcopale, multo elaborabat studio, ne priori priuaretur dignitate. Et licet cùm difficultate non minimà, obtinuit tamen quod malè quæsierat.* Recensetur & in alterâ vitâ Radbodi 2. Episcopi Nouiomensis.

24. ADALBERTVS.

25. S. GAVDINVS Martyr 3. Idus Februarij.

26. MACHARIVS.

27. GALCONVS.

28. GOBALDVS, qui & CEROBOLDVS.

29. HVBERTVS, vel GERABERTVS.

30. MADALBERTVS.

31. DEODATVS.

32. HILDEGODVS.

33. ROTHADVS I. præsens synodo Nouiomensi celebratæ anno
814. 814. in quâ discussa est controuersia illius cùm Nouiomensi Præsule, de parochiis nonnullis quas quilibet ad sedem suam pertinere vendicabat; Flodoar. l. 2. hist. c. 18. in Capitularibus Ludouici Pij l. 2. c. 25. recensetur inter Missos Dominicos cùm Ebone Archiepiscopo Remensi, & Rutfrido Comite super Comitatus, Remensem, Catalaunensem, Suessionensem, Siluanectensem.

34. ROTHADVS II. Antiquior ordinatus fuit Episcopus an. Christi
822. 822. vel sequenti, triginta videlicet annis ante depositionem; quod patet ex epistolâ 27. Nicolai summi Pontificis: successit igitur Rothado huius nominis 1. non Absaloni, vel Bertario, qui nec suo loco, immò in melioris notæ catalogis recensentur. Regebat is Ecclesiam Suessionensem, cùm S. Sebastiani Martyris reliquiæ Româ allatæ anno 825. ab Hilduino Abbate in templo B. Medardi collocatæ sunt. Cæterùm cùm Rothado & Hincmaro Remensi Metropolitano graues intercessere inimicitiæ; de cuius gestis plura apud Sirmondum tomo III. Conciliorum. Interfuit Synodo
Beluacensi anno 845. Parisiensi 846. 845.
Carisiacensi 848. Turonensi 4. 849. Suessionensi 2. 853. Vermeriensi 2. eodem anno, apud Saponarias 859. Tuciacensi denique subscripsit an. 860. At congregato Concilio Siluanectensi anno 863. coram pluribus Episcopis, præsidente Hincmaro, qui in Rothadum vetere odio B infensus erat, proptereà quòd presbyterum quendam in stupro deprehensum immeritò, vt arguebat, deposuerat, Rothadus ipse damnatus & eiectus fuit ab Episcopatu: cúmque ad Romanam Sedem confestim appellasset, contra canonicas regules, alio in eius locum subrogato, in monasterium detruditur, prohibitus ab eodem Hincmaro variis artibus, ne Romam pergeret. Idem Præsul, vir venerandæ senectutis, officium Episcopale semper laudabiliter exercuerat, quod testatur Nicolaus Pontifex verbis huiusmodi C ep. 29. ad Hincmarum: *Multorum dolentium auditu veraci cognouimus, quod Rothadus frater & Coepiscopus noster Ecclesiæ Suessionicæ, pro quodam presbytero, qui pro facti sui qualitate honoris proprij ante triennium fuerat priuatus officio, à vestrâ sanctitate fuit impetitus, & adhuc, quod nefas est, Sedem Apostolicam appellans, iuxta quod sibi à Patribus constat esse permissum, Episcopatu etiam absens expoliatus honore, & in exilium deportatus, hactenus in monasterio retrusus existat. Vnde gemimus, valdéque dolemus. Nam cùm debuerat honoribus pro suâ* D *senectute multiplicibus ampliari, & pro tot laboribus ac obsequiis in Ecclesiâ Dei, pariter & Principibus mundi, fideliter ac vtiliter impensis, maiori dignitate frui, & iam tandem sine cuiusquam impulsione quietus existere: nunc è contra dehonestatus, & ad iniuriam B. Petri Apostolorum Principis, cuius sedem appellauerat, fame & siti, ac innumeris maceratus miseriis, ac depositus pariter & abiectus existit: hoc autem expressè decernimus, vt post 30. dies, postquam hæc nostra epistola ad vos delata fuerit, præfatum Rothadum*

omnino restituatis pristinæ dignitati. Porrò synodi Siluanectensis Præsulibus etiam rescripsit Nicolaus, eius acta aduersùs Rothadum auctoritate Apostolicâ rescindendo, de cuius calamitate sic loquens ep. 33.
„ Cognoscat, inquit, experientia tua „ frater carissime de tuis tribulatio-„ nibus multùm Apostolatum no-„ strum doluisse, immò dolere, sed „ credimus Dei misericordiam tibi „ proximè affuturam, quæ te & sicut „ Danielem educat de lacu leonum: „ nunc autem Metropolitani, & cæ-„ teri Episcopi qui circa te senten-„ tiam protulerunt, nobis multa sub „ gestorum serie de te, vel contra te „ intimauerunt: sed nos præcepimus „ eis, vt te de monasterio educerent, „ & tecum venientes honorificè præ-„ sentarent: vnde frater carissime, „ stude quantum potes, vt cùm tibi „ Rex & Episcopi quemadmodum „ statuimus, licentiam dederint Ro-„ mam properandi, mox vtcùmque „ venire non differas. Hincmarus igitur cùm cæteris Episcopis qui Syluanectensi Concilio adfuerant, & Rothadum, in monasterium detrusum, iniusto iudicio Episcopatu suo amouerant, Nicolai Pontificis monitis ac iussu excitati, tandem obtemperantes, ipsum Rothadum vinculis soluerunt: hinc Nicolaus varias epistolas legitur eamobrem scripsisse ad Carolum Regem, Hincmarum, Ecclesiam Suessionensem, & alios: ipse autem sic loquitur ep. 34. ad sanctissi-„ mum Rothadum: sciat sanctitas tua, „ quoniam misimus increpatoriam epi-„ stolam pro te, Hincmaro sanctæ Re-„ morum Ecclesiæ venerabili Archie-„ piscopo, eo quod post appellatio-„ nem ad sedem Apostolicam, in te „ depositionis intulerit sententiam: „ nunc autem venit Liudo religiosus „ Diaconus, secum epistolas Regis „ (Caroli) & Hincmari ferens, quæ „ te iussu ipsius Regis de monasteria-„ li custodiâ eductum, & cuidam E-„ piscopo familiari tuo commendatum „ esse fatebantur. Rothadus ergo Romam pergens, in Concilio Romano per Pontificem restitutus est 11.
865. Cal. Febru. an. 865. rem gestam prosequitur Anastasius Bibliothecarius in vitâ Nicolai, cuius verba operæ pretium est adducere: *Hincmarus Remorum Archiepiscopus Ro-*

A *thadum Suessionicæ vrbis Episcopum, sedis Apostolicæ iudicium appellantem, contra Sardicensis Concilij regulas deposuit, custodiáque arctâ seruari præcepit. Cuius videlicet depositi ter beatissimus Papa libellos cùm innocentiæ suscepisset, ad ipsum Archiepiscopum scripsit, monens literis, & præcipiens, vt depositum Rothadum Romam dirigeret; cùm suis missis audiendum. Sed veniente eo hanc Romanam secundùm mandatum B. Papæ ad Vrbem, & per nouem circiter menses hic commorante, nunquam penitus ex accusantium parte quisquam adfuit, qui coram sanctissimo*
B *Præsule cùm eodem Rothado contenderet. Tunc in die vigiliarum Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, quo secundùm olitanam consuetudinem huius Apostolicæ sedis Præsul, cum Clero & populo, in basilicâ Dei genitricis ad præsepe Missarum officia celebrare consueuerat, conueniens cùm omnibus Papa benignus, fecit in ambone publicè de ipso Rothado sermonem, significans qualiter sedem Apostolicam appellans depositus fuerit, & in conspectu suo nullus per tot menses accusatorum occurrerit. Denique consentiente sibi Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum,*
C *omniúmque conuentu, decreuit, vt dignus esset idem Rothadus indui sacerdotalibus indumentis, qui à nemine per tot menses accusabatur, & ad sedis Apostolicæ iudicium proclamabat, ne honore priuaretur. Vbi vestitus Episcopali Rothadus indumento, omni tempore se pollicitus est suis infestatoribus responsurum. Rursus expectatis aliquantis diebus, scilicet vsque in diem natalium sacræ virginis Agnetis, qui est XII. Cal. Februarias, sed nec sic quisquam adfuit aduersùm Rothadum iam restitutum Episcopum aliquid altercans. Conueniente ergo beatissimo Præsule*
D *cùm omnibus in basilicâ ipsius virginis foris muros Vrbis viâ Numentanâ, idem Rothadus Episcopus excusationis & promissionis suæ, quâ pollicitus fuit se omni tempore accusatoribus suis responsurum, libellum summo Pontifici tradidit. Qui coram cunctis audientibus iussu Præsulis eximij est recitatus, vbi etiam restitutionis eius forma relecta est. Et post omnium consensum in Ecclesiâ B. Constantiæ, iuxta eandem S. virginis basilicâ, decreto beatissimi huius Præsulis supradictus Rothadus, tam restitutus Episcopus, missarum solemnia ce-*

lemniter celebrauit. Totius porrò controuersiæ suæ cum Hincmato seriem disertim expressit Rothadus libello proclamationis contentam, quam Romæ degens obtulit summo Pontifici, in quo vitæ ipsius acta continentur tomo 3. Conciliorum Sirmondi: dein Apostolicis literis munitus, ad suam sedem regressus est; pro eodem Nicolaus ad Carolum Caluum scripsit, vt legitimè restituto faueret, résque ipsius Ecclesiæ reddi mandaret, quâ ep. *conscientiâ purus, conuersatione innocens, columbarum simplicitate, ac prudentiâ serpentis* insignis prædicatur. Post restitutionem verò adfuit Concilio
867. Suessionensi 3. anno 866. item Tricassino 867. obiit rebus gestis in Episcopatu clarus circiter an. 868.

35. Angelmodvs cuius carmina in laudem Paschasij Radberti, Corbeiensis Abbatis, Sirmondus edidit.

36. Hildebaldvs, seu Hildeboldvs in Synodo Pontigonensi an. 876. & Tricassinâ 2. 878. Flodoardus l. 3. c. 23.

37. Riculfus de quo Chronicon Cameracense l. 1. c. 63. eius epistola didactica edita est post Hincmari opuscula an. 889. de eo apud Flodoardum l. 4 hist. c. 7. ad annum 892. cùm meminit Concilij Remensis habiti in causâ Balduini Comitis Flandrensis. Consecrationi Heriuei Archiepiscopi Remensis
900. adfuit an. 900. defunctus circiter an. 902.

38. Rodonivs, vel Rodoinvs.

39. Abbo, anno 909. subscripsit Synodo Trosleianæ, ac præsens in Remensi celebratâ an. 923. pro indicendâ pœnitentiâ iis qui bello Suessionico inter Robertum & Carolum Reges interfuerant: consecrauit eodem anno Regem Rodulfum in æde S. Medardi; nomi-
924. natùrque 924. indict. 12. & 925. apud Flodoardum l. 4. c. 20. qui scribens de electione pueruli Hugonis Remensis, filij Heriberti Viromanduensis, ait: *Rodulfus Rex, electione compertâ, præfatorum Episcoporum consilio Remensem Episcopatum committit Heriberto: qui etiam legatos Ecclesiæ cùm Abbone Præsule Romam mittere satagit, huius electionis decretum secum ferentes, & assensum Papæ super ea petentes; Ioannes itaque Papa, interueniente Abbone Præsule, petitioni eorum consensum præbens, Episcopium Remense Abboni Episcopo delegat, quæ sunt Episcopalis ministerij ab ipso in eodem Episcopio tractanda, ac finienda decernens.* Vltimum diem clausit an. 937. 937.

40. Vvido d'Aniov i. filius Fulconis Comitis Andegauensis, cognomento Rufi, & Roscillæ, Vuarnerij toparchæ Locharum, & Haiæ in Turonibus natæ; frater verò Fulconis cæterorum Comitum Andegauiæ stirpis propagatoris; patruus item fuit Guidonis & Drogonis Episcoporum Podiensium: Thomas de Lochis vetus auctor gestorum Comitum Andegauensium hoc quidem de Vuidone refert: *Fulco iste vxorem nobilem de pago Turonico duxit Roscillam: longæuo tempore vixit, filiósque adultos vidit; quorum vnus Guido per Hugonem Abbacomitem Suessionis Episcopus factus, quædam improbabiliter fecit. Sed illud laudabile & clarum fuit, quod Carolum Stultum, Ludouici Nihilfacientis orphanum ipsum à Normannis captum, negligentibus aliis Francis ipse Guido obses spontaneè factus pro eo, laudabiliter à vinculis abstraxit.* Hactenos chronicon MS. ordinatur autem Guido anno 937. auctore Flodoardo in chronico: *Abbo Suessorum Præsul defungitur & Vuido filius Fulconis Andegauensis, S. Martini Turonensis Canonicus, eius Episcopatu potitur.* Initiauit Presbyterum Hugonem Heriberti natum an. 940. sequenti, celebratur Synodus apud Suessiones in causâ altercationis duorum Hugonis & Artaldi, qui se Remenses Archiepiscopos profitebantur: adfuit & Synodo Treuirensi 948. apud eundem Flodoardum l. 4. c. 36. vbi dicitur Vuido particeps ordinationis Hugonis, ac sese culpabilem professum fuisse, coram Marino Vicario Sedis Apostolicæ, & Artaldo Archipræsule. Vnxit quoque Remis Odolricum Archiepiscopum vnà cùm Roricone 940.

Laudunensi, Gibuino Catalaunensi, & quibusdam aliis Prælatis anno 962. ex dicto Flodoardo in Chronico.

AMIENS. 41. GVIDO D'AMIENS II. filius Galtheri Comitis Ambiani an. 972. datus est obses cùm Antistite Beluacensi, Duci Normaniæ, pro Ludouico Rege Francorum: interest Pseudosynodo Remensi in basilicâ S. Basoli anno. 994. contra Arnulfum Metropolitanum: memoratur in cartulario S. Albini: obiit 995.

42. FVLCO patruus Beroldi sequentis, qui interfuit Synodo Calæ 996. & in cartulario Flaniniacensi nominatur cùm Beroldo nepote, Notchero Comite altero nepote, & Adelisâ Comitissâ: legitur præsens obsidioni oppidi Aualonis in Burgundiâ cùm Roberto Rege, & Galthero Præsule Eduensi, in tabulario S. Benigni Diuionensis circiter an. 1005. decessit 8. Idus Augusti anni 1018. seu 1025. iuxta manuscripta B. Medardi, & S. Ioannis Suessionensis. 996.

43. DEODATVS ex hac vitâ migrauit anno 1027. in tabulis Suessionensibus.

44. BEROLDVS frater Notcheri Comitis, ac Fulconis nepos, cuius nomen reperitur in tabulariis Flauiniacensi & Benigniano 1037. interfuit Concilio Remensi 1049. fortè qui in Chronico Alberici legitur Menardus, pro Berardo apud Iuonem, & Fulbertum ep. 106. de eo carta S. Medardi, illustris viri Hugonis, quâ donat dictæ Abbatiæ an. 1047. ius suum hæreditarium, coram Vuidone Remensi Archiepiscopo, ex tabulis S. Medardi; de quo Chronicon Cameracense l. 3. c. 23. 29. & 31. 1037.

45. HEDO consecratur an. 1053. vt patet ex cartulario S. Arnulfi Crespeiensis, in quadam enim schedâ eiusdem Præsulis sic habetur: An. Incarnationis 1053. primo Heddonis Episcopi; adfuit sacro Philippi Regis anno 1059. nominatúrque in cartulario monasterij S. Mariæ, cui legauit sex altaria anno 1057. item in tabulario S. Crispini Maioris 1063. mortuus anno 1065. 1053.

46. ADELARDVS qui sedebat anno 1066. & cùm Geruasio Archiepiscopo cartam S. Medardi subscripsit: eodem anno notatur in cartophilacio S. Nicasij Remensis, item Ecclesiæ B. Mariæ Paris. 1067. in tabulario Cesiaco, & cùm Balduino Nouiomensi, Elinando Laudunensi, in cartâ conuentionis Herberti Comitis Viromanduorum cùm Decano initâ anno 1067. denatus anno 1072. Illius nomen in catalogis editis hactenus non comparet. 1066.

47. THEOBALDVS DE PIERREFONS II. frater Niuelonis castri de Petrafonte toparchæ nobilis, an. 1072. inauguratur. S. Ioannis in Vinea Suessionensis monasterij anno 1076. director, immò cùm Hugone dynastâ castri Theodorici fundator extitit: legitur & in Concilio Suessionensi anno 1078. Odonem Capellanum habuit, Castellionis loci indigenam, non è prosapiâ perillustri dynastarum Castellionis ad Matronam oriundum, vti aduertit Albericus in Chronico, posteà Vrbanum 2. Pontificem. Decessit an. 1080. 26. Ianuarij. Post hunc sedem inuasit Vrsio, vt docet vita Arnulfi; quo eiecto è Cathedrâ an. 1080. ei suffectus est. PIERREFONS. 1078.

48. S. ARNVLFVS DE PAMELE Fulberti toparchæ Pamelij nobilis in Brabantiâ, & Meilendis filius: vir sanctissimus, qui primùm Abbas S. Petri Aldemburgensis, inde vocatur ad regimen monasterij S. Medardi Suessionensis; tum iussu Pontificis Gregorij 7. anno 1080. ab Hugone Archiepiscopo & Legato in Galliis pro sanctâ Sede, iniunctus fuit anno 1080. Decemb. 18. electionem eius diuinitùs factam fuisse testatur Lisiardus in vitâ Arnulfi apud Surium: de cuius laude illustris etiam locus apud Sigebertum in Chron. sub annum 1080. *Hoc tempore*, inquit, *in cœnobio S. Medardi pollebat signis & virtutibus vir beatissimus Arnulphus, qui pro mero sanctitatis feruore propositum reclusionis eligens, & arcta nimis abstinentiâ* PAMELLE. 1080.

se ipsum affligens, prophetiæ gratiam A
diuinitùs accepit, & ex recluso Abbas
huius monasterij factus, ad ipsam re-
clusionem pro contemptu mundi à desi-
derio internæ quietis postmodum rediit.
Suessonico autem Pontifice defuncto, ele-
ctus est ad Episcopatum, & iussu Pa-
pæ Gregorij à Sedis Apostolicæ Lega-
to Hugone Lugdunensi Archiepiscopo
in Præsulem est consecratus. Postea
Pontificatum dimisit, & 16. Augu-
1087. sti, anni 1087. in cœnobio S. Petri
Aldemburgensis ad Christum mi-
grauit, miraculorum gloriâ incly-
tus. Vnde & apud Sigebertum ita
legitur an. 1087. *S. Arnulfus ex Ab-* B
bate S. Medardi postmodum etiam ad
Pontificatum ciuitatis Suessonicæ pro-
motus, pro pacis reintegratione inter
Flandrenses Flandriam venit, atque
in vico nomine Aldenburch Ecclesiam S.
Petri iam diuinis miraculis illustratam,
cænobium monachorum fecit, ordinem
regularis vitæ instituit: tandémque in
eodem monasterio, & finem vitæ, &
sepulturam secundùm quod ipse prædi-
xerat, accepit. De eo Trithemius l.
3. c. 326. de viris illustribus Ord.
Benedictinj, Miræus in Fastis &
Annalibus Belgicis, Baronius, &
alij. Eius vitam scripsit Lisiardus E- C
piscopus Suessionensis, & Arnulfus
Abbas S. Petri Aldemburgensis.

49. Hilgotvs creatur post
abdicationem Arnulfi, qui an. 1087.
Episcopatus sui æram denotat in
» schedulâ, talis tenoris: Omnibvs
» sanctæ Dei Ecclesiæ filiis in nomine
» Domini notificari volumus, quo-
» niam Dudo Abbas de Castello
» Theodorici, expetiit gratiam Do-
» mini Helgodi Suessonicæ sedis E-
» piscopi, vt altare de villâ quæ Ba-
» suacus vastata nuncupatur, quod
» Adam Clericus tenuerat, & in ma- D
» nus Episcopi & Archidiacooi reddi-
» derat B. Mariæ de Castello Theo-
» dorici ad vsum Canonicorum ibi
» Deo seruientium perpetuò firma-
» ret: cuius petitioni dominus Epis-
» copus assentiens, in huiusmodi a-
» stipulationem illud altare ordina-
» uit, vt Thesaurarius S. Matris Ec-
» clesiæ Suessonicæ quicunque alius
» alij succederet, illius altaris per-
» sona semper existeret, & ob hoc
» quotannis in festiuitate sancti Ger-
» uasij de redhibitione illius altaris di-

A midiam libram incensi susciperet. „
Ita quidem saluâ iustitiâ in synodis „
& Kalendis, vt Sacerdos illius loci „
Prælatis suis obediat sicut anteà. „
Hæc firmauit Dominus Helgodus „
sub testimonio eorum quorum sub- „
scripta sunt nomina, Fulco ipsius lo- „
ci Archidiaconus firmauit hæc, & „
Drogo Decanus. signum Helgoti „
Episcopi, S. Hugonis Sacerdotis, „
S. Ingelranni Arch. S. Roberti D. „
item Roberti S. Lisiardi Præpositi. „
Vuidonis D. Vualneri Subd. Ansel- „
li. S. Hugonis Præcentoris, Alexis „
Hugonis Açolyti. Hæc autem facta „
B sunt an. Dominicæ Incarn. MLXXX. „
VII. in dictâ Octauâ, Epactâ III. „
concurrentibus III. regnante Phi- „
lippo rege anno 27. Helgoto Epis „
copante anno II. Rainaldus Cancel- „
larius, & Rotbertus Scolasticus „
scripsimus & subscripsimus hæc. Me- „
moratur in diplomate Philippi I.
anno 1085. pro exemptione Eccle- 1085.
siæ S. Cornelij Compendiensis, &
in Synodo ibidem celebratâ anno
præfato: item in Remensi, apud
cartularium Compendiense, & 1088.
in cartophilacio S. Ioannis Suessio-
nensis. Hoc videlicet anno renun-
C tiauit Episcopatui assumptâ cucullâ
monachi in cœnobio Maiorismona-
sterij Turonensis, vbi anno 1100. 1100.
Abbas etiam inuitus assumitur post
Bernardum à S. Venantio: nimi-
rum Iuo Carnotensis epist. 88. ad
Paschalem 2. Pont. Max. rogantem
causam cur relicto Episcopatu, sta-
tum vitæ monasticæ arripuisset, de
eo hæc scribit: *Audiui nescio quorum-*
dam falcidicorum relatione ad aures
sanctitatis vestræ peruenisse, domnum
Hilgotum quondam Suessionensem E-
piscopum pro certis criminibus depositum,
ad monasterium confugisse: quod absit
D *vt credat sanctitas vestra. Nullâ enim*
infamia denotatus, nullâ criminali ac-
cusatione pulsatus, propter Prælatorum
pericula, quæ iam expertus fuerat se
salubriter ferre non posse, Episcopatui
renunciauit, & ad portum monasterij
confugiens de naufragio huius mundi
nudus euasit. Eram quippe tunc tem-
poris Presbyter Beluaci in quadam re-
gulari Ecclesiâ, ipse autem mihi fami-
liaris erat propter aliquam, quam in
me æstimabat pietatis formam. Per me
enim transiuit, in auribus meis coram
Deo totum se effudit, ad vltimum pro-
positum

positum suum aperuit: & cùm ei liceat leuiter resisterem, & vt in regimine sibi commisso persisteret, multis modis persuaderem; multis verbis vltrò citròque habitis, summa fuit consilij sui se malle in loco humili saluari, quàm in alto periclitari. Visâ itaque eius animi constantiâ, quòd vir tantæ nobilitatis, & tantæ fœlicitatis, ita mundum calcaret, & sub leue Christi iugum confugeret, approbaui intentionem eius: & qui me fecerat conscientiæ suæ iudicem, habuit de cætero sui propositi laudatorem. Qualiter autem in monasterio sit posteà conuersatus, dicant nobis qui nouerunt, qui etiam approbatâ conuersationis eius experientiâ in partem sibi eum elegerunt. In quo nihil aliud opponunt, quibus plus displicet bonum insolitum, quàm malum inolitum, nisi quod Episcopali dignitati indigna fiet iniuria, si qui Episcopus fuit, fiat Archimandrita. Dicunt enim quia non potest esse Abbas sine benedictione. Si autem benedicitur, Episcopali benedictioni vehemens iniuria irrogatur. In viuis esse desiit anno 1104.

50. HENRICVS, præfuisse reperitur anno 1088. in cartulario S. Ioannis de Vineis: obiit circa an.
1092. 1092. de eo legitur quòd pœnitentiâ ductus, Pontificatum quem à Rege Philippo acceperat, Papæ remiserit, cui Pontifex posteà peractâ pœnitentiâ restituerit.

PIERREFONS. 51. HVGO DE PIERREFONS 1. ex familiâ dominorum Petræfontis, nepos Theobaldi Præsulis, filiúsque Neuelonis 1. eligitur 1092. quo eodem anno inter Antistites Galliæ recensetur ab Alberico in Chronico: memoratur in Concilio Suessionensi an. 1093. & in tabulario S. Medardi an. 1101. germanum habuit Niuelonem 2. Prioratus S. Sulpitij à Maioremonasterio pendentis in suo castro de Petrafonte fundatorem. Hic B Godefrido Nouigenti Abbati posteà Episcopo Ambianensi, ad subleuandam monasterij egestatem tria altaria, seu Ec-
1100. clesias largitur anno 1100. Episcopatus 8. indict. 8. cui membranæ Lisiardus Præpositus, dein Suessionensis Episcopus subscripsit. Iuo Carnotensis ep. 42. eum sic affatur: *Si aliquando mererer dulce colloquium vestrum, dicerem plurima in aure tua, quæ cartula celare non posset, si in æmulorum manus antequam ad vestras perueniret, incideret. Hoc itaque interim suadeo vobis, vt iuuentutem vestram honestis exercitiis occupetis, lectione, oratione, sacræ legis meditatione: sic enim testimonio bonæ conscientiæ poteritis in iustitiâ Dei exultare, & internæ suauitatis gustum proximis fiducialiter eructare: Valete, & fratres nostros Bisfesiaci Deo militantes sub patrocinio vestro pro Dei amore & nostro iuuate.* Tandem Hugo dum Ierusalem proficisceretur, obiit Aquilæ in Italiâ anno 1103. 1103.

SOISSONS. D'or au lion de gueulle. 52. MANASSES DE SOISSONS frater Ragenoldi 2. Suessionum Comitis, donauit Ecclesiam monasterio Nouigenti anno 1107. & S. Ioannis de Vineis cœnobio altaria Luciaci, & Bitriaci: candelabra, pallia & ornamenta alia: fato functus anno 1108. sepelitur in Prioratu de Coinciaco; Ordinis Cluniacensis. 1108.

CRESPI. 53. LISIARDVS DE CRESPI ex Præposito Suessionensi Episcopus adlectus nominatur 1108. in Chronico Alberici: item anno 1113. in fundatione S. Victoris Parisiensis, in tabulariis de Chesiaco, & S. Ioannis Suessionensis. Interest Synodo Remensi Radulfo Metropolitano anno 1118. cuius mentio fit in cartario S. Quintini Beluacensis; dedi- 1118.
cat autem cùm Bartholomæo Laudunensi Præsule Ecclesiam Præmonstratensem anno 1122. Mentio illius quoque apud Iuonem Carnotensem pluribus epist. nempe 203. ei scribit de iure Archidiaconorum in redditibus parochiarum: necnon 229. pro parochiano quodam diœceseos Suessionensis qui diuortium fecerat, 246. agit de connubio filiæ Valeranni de Bretolio, 279. & 280. consultus memoratur ab Archidiacono Suessionensis Ecclesiæ, filio domni Niuelonis de Petrafonte. S. Arnulfi Episcopi vitam ad Radulfum Remensem Archipræsulem elucubrauit: prætereà illius meminit auctor vitæ S. Godefridi Ambianensis Episcopi c. 26. cui & Guibertus Abbas Nouigentinus Historiam Gestorum Dei per Francos dicat: is enim ita loquitur epistolâ

præliminari inſcriptâ *patri & domi-* A
no S. Sueſſionenſis Eccleſiæ Epiſcopo Li-
ſiardo, Guibertus perpetuò ſuæ libera-
litati debitor: ratus ipſam per ſe claram
(Hiſtoriam) *præclari hominis titulo*
poſſe fieri clariorem, ad te tandem ap-
puli, & operi ſui auctoris notâ depreſſo
iocundiſſimum luminare præpoſui. Cùm
enim tuæ vetuſtiſſimæ nobilitati, ſcien-
tia literalis, ſerenitas ſpecialis, mode-
ſtiáque moralis accederet, Deo iuſtè
creditur prouiſore diſpoſitum, vt tantæ
reuerentiæ munus Pontificij dignitas
honeſtaret. Sequens itaque ſchedula tuo
amplectendo nomine infloretur; quæ ad
ſe quidem incondita tui, cui ſcribitur, B
amore condiatur, & efficij quo præe-
mines, auctoritate firmetur. Obiit an.
1127.

Vierzy. 54. Ioslenvs de Vierzy
„ Archidiaconus anteà Bituricenſis,
„ & magiſter celeberrimus Pariſienſis,
„ pater iuſtitiæ, & multorum cœno-
„ biorum, hoſtis vitiorum, & caſti-
„ tatis cultor præcipuus fuiſſe dicitur
„ in vitâ B. Godefridi Epiſcopi Am-
bianenſis c. 25. adfuit Concilio Tre-
cenſi an. 1127. & in cartularij Ignia-
cenſis quibuſdam tabulis deſignat
anno 1128. Epiſcopatus ſui ſecun- C
dum. Enuntiatur in ſacro Philippi
1129. Regis anno 1129. quo fundata eſt
Abbatia S. Leodegarij Ordinis Au-
guſtiniani, per Reginaldum Sueſſio-
nenſem Comitem. Idem porrò Goſ-
lenus, quem ita nonnullæ tabulæ
appellitant, conditor fuit cœnobij
Locireſtaurati in Valleſio 1130. nec-
non celebris Abbatiæ Longipontis,
Ordinis Ciſtercienſis anno 1131. cu-
ius diploma retulimus tomo Abba-
tiarum: locum etiam Valliſchriſtia-
næ Valtero Abbati Laudunenſi tra-
didit 1134. ex Bibliothecâ Præmon-
ſtratenſi. Canonicos regulares ſub- D
ſtituit in Eccleſiâ S. Mariæ, Sancti-
que Euodij intra muros Branæ 1145.
præſens memoratur benedictioni
Fulconis Sparnaci Abbatis primi
per Raynaldum Remenſem Archie-
piſcopum factæ, coram Principe
Theobaldo Magno. Concilio Pari-
ſienſi adfuit in cauſâ Petri Abaelar-
1147. di 1147. apud Othonem Friſingen-
ſem lib. 7. c. 48. dein Remenſi in
controuerſiâ Gilberti Porretani;
in epiſtolâ autem Gaufredi mona-
chi Clareuallenſis de rebus geſtis

A in hac ſynodo, indigetatur tam ſe-
culari, quàm literali ſcientiâ prædi-
tus. Subſcripſit fundationi Igniaci
cùm S. Bernardo, & Vrſione Vir-
dunenſi, ac præſens notatur in actis
tranſlationis corporum B. Criſpini
& Criſpiniani, ipſéque corpus D.
Godefridi tranſtulit. Ad eum Eu-
genius 3. Papa, Sugeriúſque Abbas
S. Dionyſij, & D. Bernardus mul-
tas epiſtolas direxerunt; cui etiam
idem Sugerius vitam Ludouici 6.
Groſſi dicauit. Anno 1150. Canoni- 1150.
cis ſecularibus S. Cornelij de Com-
pendio eiectis, monachi Benedicti-
B ni per Sugerium auctoritate Euge-
nij & Ludouici Regis ſubſtituuntur:
memoratur denique in vitâ S. Ber-
nardi Clareuallenſis l. 1. c. 13. & 2. c.
6. videndus Baronius in Annali-
bus an. 1136. 1142. & ſequentibus.
Animam reddidit 1152. 9. Cal. No-
uemb. poſtquam eius operâ, inquit
Scriptor Annalium Præmonſtraten-
ſium, quinque Abbatiæ Ordinis il-
lius in ſuâ diœceſi conſtructæ fuiſ-
ſent: humatus ante altare B. Apoſto-
lorum Petri & Pauli in naui Cathe-
dralis Sueſſionenſis ſub tumbâ; dein
tranſlatus in mauſolæo, intra abſi-
C dem muri Presbyterij Eccleſiæ Lon-
gipontis ad latus Epiſtolæ, tan-
quam fundator ac præcipuus bene-
factor, vbi conſpicitur effigies Præ-
ſulis, habitu Pontificio ornata cùm
eâ epigraphe: *Hic iacet* Ioslenvs
Epiſcopus Sueſſionenſis, qui primò ad-
duxit conuentum huius domus de Cla-
raualle tempore B. Bernardi Abbatis.

55. Ansculphvs de Pier- Pierre-
refons nepos Hugonis de Petra- fons.
fonte Epiſcopi, Niuelone 2. domi-
no Petræfontis & Hauiſiâ de Moot-
morenci parentibus natus eſt: ex
D Præpoſito autem Eccleſiæ ſucceſſit
an. 1152. nominatur in cartis Longi- 1152.
pontis an. 1153. 1154. quibus probat
quaſdam eleemoſynas dicto mona-
ſterio. Eius tempore Abbatia S.
Ioannis in Boſco monialium Ordi-
nis Benedictini, nunc Canonicarum
regularium S. Auguſtini (religioſæ
enim tranſlatæ ſunt anno 1637. pro-
pè Compendium) in ſyluâ de Cui-
ſiâ, in domo Ludouici 7. conſtruitur,
notatur & illius nomen in pancartâ
S. Martini Turon. anno 1157. quæ
agit de ceſſione decimæ Turciaci

tabulæ verò compositionis Galteri Laudunensis Episcopi & Hugonis Abbatis Præmonstratensis subscripsit anno 1158. & 1159. die 13.
1159. Cal. Octobris humanitatem exuit; apud Longumpontem sepelitur sub magnifico monumento, quod à parte Euangelij prostat, vt aduertit Chronicon Abbatiæ Longipontis Antonij Muldraci: titulus epitaphij est huiusmodi: *Hic iacet* ANCVLPHVS *Episcopus Suessionensis.*

CHAMFLEVRY. 56. HVGO DE CHAMFLEVRY II. aliàs DE ANGLIA, Ludouici VII. Francorum Regis Cancellarius, B ex Canonico Parisiensi Ansculpho suffectus est; probat is anno 1160.
1160. eleemosynam Euardi de Mureto, B. Mariæ de Longoponte, & aliam Gerardi de Chirisiaco 1166. Subscripsit vti Cancellarius Regni instrumento Ludouici Regis de fundatione Grandimontensium saltus Vincennarum: & in altero documento pro Briuatensibus an. 1169. probat & 1163. concessionem terræ Eurardi militis, & Niuelonis de
1167. Chirisiaco Canonici 1167. Guillelmus autem Senonensium Archipræsul epistolâ ad summum Pontificem, C eum Cancellarium Regis Francorum, virum discretum, honestum, literatum, & in negotiis Pontificis Maximi constantissimum collaudat; in cuius gratiam Henricus Senonum Archiepiscopus scripsit Regi. Multa eius acta extant in tabulario Longipontis: Moritur pridie Nonas Septemb. an. 1175. & anniuersa-
1175. rium habet in Necrologio Victorino Parisiensi.

CHERISY. 57. NIVELO DE CHERISY I. ex Archidiacono Suessionensi, pater natus est Girardo de Chirisiaco D Seniore, Milite, Chirisiaci & Mureti domino, qui ex Agnete quondam Longipontis dominâ, tandemq; in eodem cœnobio conuersâ cùm marito, hunc Niuelonem genuit: ad Episcopalem sedem electus est. an. 1175 Pontifex sacratur 5. Idus Augusti per Guillelmum de Campaniâ Archiepiscopum Remensem. Legimus in variis documentis tabularij Longipontis recenseri eum an. 1176.
1177. & 1177. quo tempore probat quædam donata monasterio S. Dionysij: necnon 1178. controuersiam composuit nobilis militis Ioannis de Royâ cùm cœnobio Longipontis 1179. litigium monachorum cùm Canonicis S. Leodegarij coram Conone Suessionensi 1179.
Comite. Interfuit dein Concilio Lateranensi: anno autem 1183. donationem ab Herueo de Petrafonte factam dicto cœnobio Longipontis confirmat, vti compositionem Capituli cùm hac Abbatiâ: cartam dedit pro cœnobio S. Crispini in Caueâ, & eleemosynâ Radulfi Comitis Suessionensis, laudante Ales Comitissâ 1185. eodem anno contraxit cùm Philippo Augusto Rege pro castro de Petrafonte apud Compendium, ex actis regij cartophilacij; ac vicissim confirmat quasdam eleemosynas 1189. & 1190. Antequam verò 1189.
in Orientem proficisceretur, præsens fuit donationi Radulfi Comitis Suessionensis: præterea 1191. alteram compositionem iniit cùm monachis S. Crispini Maioris & Ecclesiâ Longipontis: notatur in cartulario S. Martini Parisiensis 1196. & 1201. in Sandionysiano, multa demum alia de ipso documenta inseruntur cartophilacio Longipontis. ad eum Stephanus Episcopus Tornacensis scripsit epistol. 147. pro ordinatione Ecclesiæ S. Ioannis Suession. necnon 171. pro S. Vedasto de Firmitate Milonis. Gaufridus Villardoinus Marescallus Campaniæ in Chronico expeditionis Constantinopolitanæ, refert ipsum præfuisse duodecim Proceribus Balduini Flandriæ Comitis, in Imperatorem Constantinopolitanum ab iis electi anno 1204. sequenti creatur Archiepiscopus Thessalonicensis. Cùm autem Constantinopolim remearet, & multos ex omni Galliâ in auxilium Latinorum collectos milites secum deduceret, apud Barrum in Italiâ diem supremum clausit anno 1207. 14. Septemb. quo die 1207.
fit eius obitus in Abbatiâ monialium S. Ioannis in Bosco; testatur id Albericus in Chronico qui perperam mortem illius adscribit 1205. nam supersunt instrumenta posteriora in archiuis Longipontis: illius hæc sunt verba: *Neuelo Suessionensis Episcopus à Constantinopoli reuersus in Galliâ, plurimas sanctorum secum fe-*

rent reliquias, qui in itinere obiit in Apuliâ, sepultúsque in Barrensi S. Nicolai Ecclesiâ. Reliquias verò quas habebat, sub testamento designauit ad diuersas Ecclesias, Ecclesiæ Catalaunensi dedit cubitum S. Stephani, & Episcopus Garnerus misit Trecas caput Philippi Apostoli.

De Provino. 58. Aymardvs de Provino ex Cantore Remensi ordinatur Episcopus anno 1207. apud Chronicon Alberici qui eum Aymonem vocitat. Meminit illius tabula donationis factæ cœnobio Longipontis 1210. cartularium S. Martini Parisiensis eodem anno, 1215. tabularium S. Medardi, Longipontis schedæ obsignatæ annis 1213. 1214.
1215. sequenti interest dedicationi Ecclesiæ S. Euodij de Branâ: tan-
1219. dem 1219. Episcopatui vale dixit, factus Canonicus Regularis apud S. Ioannem Suessionensem de Vineis, Ordinis Augustiniani, vbi sepultus.

Basoches. Porte de Chastillon sur Marne, brisé au chef d'vne fleur de lis de sable. 59. Iacobvs de Basoches Nicolai I. domini de Basochiis, è stirpe Castellioneâ ad Matronam filius & Agnetis de Chirisiaco neptis Neuelonis: fratres habuit Gerardum Episcopum Nouiomensem, Geruasium & Neuelonem Archidiaconos Suessionenses, patruum verò Milonem S. Medardi Abbatem. Ex Thesaurario Ecclesiæ creatus an. 1219. sequenti inauguratur, quò referenda Alberici verba: *Remis Dominicâ ante Cineres tres Episcopi consecrati sunt, Iacobus Suessionensis, Gaudefridus Cameracensis, & Galterus Tornacensis.*
1220. Sedisse etiam anno 1220 cognoscitur è cartâ donationis factæ cœnobio Longipontis, item ex aliâ anni 1223. quo interest exequiis Philippi Augusti apud S. Dionysium: dedicauerat anno superiore Ecclesiam Præmonstratensem. Ille autem apud Turones Regem Ludouicum conuenit cùm aliis Præsulibus qui debebant seruitium Regi in propriâ personâ anno 1224. die festo S. Ioannis Baptistæ ex veteri tabulario archiuij Parisiensis regij. S. Ludouicum Remis consecrauit, vacante
1226. sede Metropolitanâ 1226. & coram eodem dicauit Ecclesiam Longipontis cùm maiore altari anno 1227. assistentibus sibi Ioanne Archiepiscopo Mitileno, Beluacensi, Carnotensi, Meldensi Præsulibus, & aliis Regni Proceribus. Probat compositionem Præpositi & Capituli cùm Fratribus Longipontis ortam in variis quæstionibus: in schedâ cœnobij Farensis memoratur iste Iacobus Suessionensis, & 1241. cum Ab- 1241.
batibus de Valcellis, de Recluso, Stephano de Pruuino Archidiacono Parisiensi, & Ioanne de Torotâ milite executor testamenti Ioannis Comitis Carnotensis deligitur. Eodem sedente Franciscani in vrbe instituuntur; de quo etiam plura legere est in cartulario S. Medardi & Longipontis.

Coudun. 60. Radvlfvs de Covdvn filius Radulfi domini de Couduno, ex Cantore & Archidiacono ad hunc Episcopatum ascendit 1243. fundauit Prioratum S. Margaritæ Delincourt diœcesios Nouiomensis, Ordinis Cluniacensis, & ex parte Abbatiam monialium S. Ioannis in Bosco, vbi tumulatus est anno 1245. 1245.

Chasteauporcean. 61. Gvido de Chasteavporcean, III. ex nobilibus toparchis de Castroportiano, Radulfum, & Agnetem de Basochiis sororem Iacobi Episcopi parentes habuit: huius acta extant in cartophilacio Longipontis anno 1245. & in schedâ confectâ mense Decemb. anno 1250. ab infidelibus Turcis cæ- 1250.
sus est in bello Terræ Sanctæ, & primâ Cruciatâ S. Ludouici Regis, auctore Ioinuillæo in Historiâ D. Ludouici, quod & Quercetanus obseruat in Historiâ Genealogicâ Castellineâ l. II.

Basoches. 62. Nivelo de Basoches II. Nicolai huius nominis 2. domini de Basochiis & Agnetis filius, nepos Iacobi decessoris, frater Gerardi Archidiaconi Ecclesiæ, confirmatur 1251. à Thomâ Archiepiscopo Remensi, consecratus 1252. recensetur in actis cartophilacij regij 1259. & S. Dionysij 1261. facto functus 1262. 1262.

Basoches. Comme cy dessus. 63. Milo de Basoches Niuelonis nepos, filius Roberti dynastæ Basochiarum, & vxoris Bre-

mundæ, toparcha de Vauferée, confirmatur à Capitulo, fede Metropolitanâ Remensi vacante 1263. menſe Maio: huius extant tabulæ in
1268. cartulario Longipontis 1268. menſe Martio, quo eodem anno menſe Decembri omnia ab Eccleſiâ Longipontis in dominio Epiſcopali acquiſita, manus mortuæ priuilegio teneri aſſenſit: anno 1271. Remis Philippum Audacem Regem inunxit vacante ſede. Concilium prouinciale apud S. Quintinum indixit, in quo Canones Eccleſiaſtici conſtituuntur: anno 1272. donationes Alberici de Virſiaco comprobauit, & 1280. die Iouis in Paraſceue Domini teſtatur ſchedâ cartophilacij Longipontis, propter ſingularem affectum & beneuolentiam erga illud monaſterium, nullam iuriſdictionem propter conſecratum ab eo pluries ſanctum Chriſma ſibi vendicare: Poſthæc verò 1286. quædam largitus eſt Eccleſijs 24. Septemb. anno
1290. 1290. extinctus, primò ſepelitur in Cathedrali Eccleſiâ, dein 3. Nonas Octobris corpus elatum fuit in ædem monaſterij Longipontis, & honorificè collocatum ante principem aram, ſub cupreâ tumbâ, inſignibus Caſtellioneæ familiæ decoratâ: epitaphium illius in Chronico Abbatiæ Longipontis ſic habet: *Anno Domini 1290. Octobris 8. Calend. obiit vir prudens, pius, & liberalis* MILO DE BASOCHIIS *quondam Sueſſionenſis Epiſcopus; & tunc fuit corpus eius ſepultum in Eccleſiâ Sueſſ. vbi nunc Gerardus Epiſcopus nepos eius: & anno 1200. Incarnationis eiuſdem 96. 3. Nonas Octobris, hic fuit demum corpus tranſlatum, prout dum viueret, ordinauit, dextro brachio Sueſſ. remanente. Orate pro eo.*

MONT-CORNET. 64. GERARDVS DE MONTCORNET I. nepos deceſſoris Milonis è ſorore, ex cartulario Longipontis ſedit an. 1294. die Iouis in Cœnâ Domini; qui è S. Nicolai Barrenſis peregrinatione in Italiâ re-
1296. diens, obiit 1296. in Cathedrali Sueſſionenſi tumulatus eodem ſepulchro, vbi Milo repoſitus fuerat antequàm Longumpontem transferretur.

CHARITATE. 65. GVIDO DE CHARITATE IV. conſecratur an. 1296. die Natalis Domini; enuntiatur in tabulario regio Pariſienſi 1302. & 1304. menſe Auguſto vnà cùm Capitulo ſuo 1304.
Sueſſionenſi omnia ſub dominio Eccleſiæ à Monachis Longipontis acquiſita confirmat, ſchedulâ tabularij eiuſdem Abbatiæ.

COVRTONNE. 66. GERARDVS DE COVRTONNE II. anno 1314. nominatur in regeſtis Cameræ Rationum regiarum Pariſienſium cùm Hugone Geraldi Locumtenente Seneſcalli Toloſæ, pro ære conficiendo ad impenſas ſubſidij militum exercitus Flandrenſis: adfuit Concilio prouinciali Siluanectenſi celebrato an. 1318. Iacobum Abbatem Longipontis Dominicâ poſt Octauam Paſchæ 1318.
anni 1310. benedixit; deſignâtus & teſtamenti executor conditi an. 1324. per Ioannam Drocenſem Comitiſſam de Roceio, vbi ipſius conſanguineus appellatur ex cartophilacio Cancellariæ Franciæ: Guidonem anteceſſorem ſuum appellat in membranâ Epiſcopatus Sueſſionenſis Ioannis de Hannoniâ domini de Bellomonte 1325. Deceſſit anno 1331.

DE CAPIS. 67. PETRVS DE CAPIS eligitur 1331. 4. Decemb. ex Actis Conſiſtorialibus Vaticani, quem & alij 1341.
de Capris nominant. Huius tempore 13 9. menſe Maio fit compoſitio inter eum & conuentum Longipontis; is etiam an. 1342. die Lunæ poſt Dominicam in Ramis Palmarum, priuilegia huius monaſterij diplomate confirmat, cuius exemplaria ſeruantur in archiuo Longipontis. Eodem Pontifice 1345. Aubertus Decanus Capellam & Hoſpitale S. Catharinæ conſtruxit. Anno deinde 1347.
1347. exceſſit è viuis.

BERTRAND. 68. GVILLELMVS BERTRAND Mathæi filius, frater Petri de Columberio aliàs Bertrandi, Cardinalis Oſtienſis: ex Præpoſito Anicienſi, & Canonico Nouiomenſi ac Laudunenſi, ſuffectus eſt viâ electionis 1347. 19. Nouemb. ex citatis Actis Conſiſtorialibus Vaticani: deceſſit an. 1361. 1361.

BVGY. 69. SIMON DE BVGY filius Si-

D'orà vne bande de gueulle chargée de 3. aiglettes d'argent becquées & armées d'or. monis de Buciaco, Principis Senatus Parisiensis, & Raynaldi Suessionensis Ecclesiæ Præpositi germanus anno 1361. qui 3. Nouemb. 1362. renuntiat fructibus suæ Præbendæ vsque ad diem consecrationis. Episcopus idem cœnobium Longipontis speciali affectu prosequens, illius priuilegia comprobauit eodem anno, ac die Iouis in Cœnâ Domini; renuntiatur & in tabulario
1391. Nouiomensis Ecclesiæ 1391. defunctus 1404.

CAMERINO. 70. VICTOR DE CAMERINO, seu DE CAMENO sepelitur 1413. B in Ecclesiâ de Virginis monte.

GRAIBERTI. 71. NICOLAVS GRAIBERTI Laudunensis, fato suo fungitur
1424. 1424. in castro de Fârâ, & humo mandatur in æde Virginis memoratâ.

DE FONTANIS. 72. REGINALDVS DE FONTANIS Campanus, vnctione Episcopali inauguratur 1424. è viuis ex-
1442. emptus anno 1442.

MILET. 73. IOANNES MILET Parisiensis, basilicæ B. Virginis Canonicus C & Decanus, suffragiis Canonicorum postulatur Episcopus, & in Collegio Regio Nauarrico consecratur anno 1442. cùm anteà munus Rectoris in Academiâ obtinuisset vir eruditione clarus: at propter dissidia Gallorum cùm Anglis, spoliatâ ciuitate & Ecclesiâ Suessionensi, solemnem ingressum in eam distulit per biennium. Dominicâ 25. Aprilis anni 1449. Ecclesiam Cathedralem dedicauit in præsentiâ multorum Abbatum diœceseos
1455. Suessionicæ: circiter an. 1455. Suessione Synodus prouincialis Remen- D sis celebrata est per Ioannem Iuuenalem de Vrsinis Metropolitam; adfuit sacro Ludouici XI. Remis 1461. ab eodem Rege delegatus ad Conuentus generales Regni Turonenses 1467. benedixit Ecclesiam S. Ioannis de Vineis anno 1478. 5. Iulij, & Franciscanorum Castri Theodorici 1496. fundauit anniuersarium in Ecclesiâ Nouiomensi 1498. cùmque piis operibus, & prædicationibus habendis incumberet,
1502. anno ætatis 88. Christi 1502. die 7. A Aprilis ad meliorem vitam migrat, sepultus tumbâ æneâ ante maius altare. Post hunc vacauit sedes propter duorum contentionem, electorum à Capitulo; reperitur enim Claudius de Louuain Abbas S. Petri Besuensis diœcesis Lingonensis, qui tamen Episcopatum haud obtinuit, nam Ludouici XII. patrocinio, ac consentiente Capitulo, de electione in Fucaldum de Bonneual conuentum est.

74. FVCALDVS DE BONNEVAL Lemouicensis ex nobilibus de BONNEVAL. Bonaualle, frater Caroli Præsulis Sarlatensis: anno 1514. primâ die 1514. Ianuarij vrbem ingressus est, posteà 1517. Octobris 21. annuente Francisco I. in æde S. Cornelij Compendiensis coram Francisco Antistite Andegauensi, Ioanne Oliuario D. Medardi Abbate & aliis, vniuersóque Capitulo Suessionensi, capsam aperuit, in quâ reposita erat Sindon Compendiensis, de quâ Ioannes Iacobus Chiffletius lib. de Linteis sepulchralibus Christi cap. 1528. 26. cessit verò causâ permutationis Episcopatuum, & traductus ad Vasatensem in Vasconiâ.

75. SYMPHORIANVS BVLLIOVD Lugdunensis; ex Præsule BVLLIOVD. Tranché d'argent & d'azur à 3. tourteaux & 3. besans de l'vn en l'autre mis en orle. Vasatensi effectus Suessionensis, ritu solemni excipitur in vrbem 1528. 6. Septemb. conditus in Cathedrali ante maius altare cùm hoc epitaphio: *Hic iacet bonæ memoriæ* SYMPHORIANVS BVLLIOVD *huius Ecclesiæ Episcopus, qui obiit apud castrum de septem Montibus anno Do-* 1533. *mini 1533. die 5. Ianuarij.*

76. MATHÆVS DE LONGVEIOVE LONGVEIOVE. D'azur à 3. grappes de raisins d'or 2. 1. Parisinus, Ioannis dom. d'Yuerni, in Senatu Consiliarij, & Genouefę Baillet sororis Ioannis Episcopi Autissiodorensis filius: ex Præfecto Supplicum Libellorum Francisci I. & Henrici 2. ab interioribus Consiliis consecratur 1534. vrbem inuectus solitâ pompâ 15. Februarij eiusdem anni. Interest celebri conuentui iuridico Antistitum, Principum ac Procerum regni habito in Senatu Parisiensi 1536. de quo in actis Curiæ. 1536. Legati munere functus ad varios Principes, destinatur anno 1545. ad

pacem cùm Henrico 8. Rege Anglorum conficiendam: sacro Catharinæ Mediceæ posteà interfuit apud S. Dionysium 1549. necnon Comitiis trium Ordinum Parisiensibus 1557. cui Egidius Tornacenus Suessionensis dicauit tractatum Hugonis Falcandi Siculi de rebus Siculæ gestis. anno 1550. fatis concessit Lu-
1558. tetiæ 7. Decembris anni 1558. tumulatus in æde parochiali S. Geruasij in sepulchro gentilitio.

ROVCY.

77. CAROLVS DE ROVCY I. ex dominis de Sissonne, Ludouici toparchæ de Sissonâ, è stirpe Comitum de Roceio, & Ioannæ de Blecourt filius. frater Ioachimj domini de Sainte Preuue, Suessionum Gubernatoris: Abbas Vallis-Regiæ, Belliloci, & S. Basoli, Henrici 2. Oratorij Magister, consecratur 1559. mense Ianuario: & dicto an. interest exequiis eiusdem Regis & Concilio Tridentino: idem subscripsit Remensi prouinciali 1584. Obiit anno ætatis 70. Christi 1585.
1585. die 6. Octob.

HENNEQVIN. Porte de Hennequin ecartelé de Montmorécy Gouffainuile: sur le tout d'Aunoy.

78. HIERONYMVS HENNEQVIN Abbas B. Mariæ de Bernayo in Normaniâ, Aymari Redonensis Episcopi frater, vterque natus est patre Drusio Hennequin, domino Dassy, Præside Rationum Regiarum Lutetiæ, & Renatâ Nicolai matre. Ex Senatore Parisiensi Romæ consecratur an. 1585. Quo Antistite sedes Præsidialis in vrbe constituitur 1594. & Minimi inducti Compendium 1607. Capucini 1611. & hi posteriores etiam in ipsâ vrbe stabiliuntur anno 1613. Extremum diem clausit
1619. 1619 Martij 10. ætatis 72.

HACQVEVILLE. D'argent au chef on de sable chargé de 5. alerions d'or, acompagné de 3. testes de paon arrachées d'azur.

79. CAROLVS DE HACQVEVILLE II. Hieronymi decessoris nepos, Annâ eius sorore genitus, & Andreâ domino d'Oms en Bray, Regi à Consiliis & supplicibus Libellis, Maioris Consilij Præside: germanus erat Hieronymi Parisiensis Senatus Protopræsidis: ex Archidiacono autem Rotomagensis Ecclesiæ, ac Priore S. Thomæ Martyrum iuxta Rotomagum, Episcopus inauguratur an. 1619. per summum Pont. Paulum 5. decessit Pa-
1623. risiis die 27. Februarij 1623.

A

LE GRAS. D'azur à 3. roseaux issans d'vn fleuue d'argent surmôté chacun d'vn besant de mesme, au chef de vair.

80. SIMON LE GRAS II. Abbas Sanctorum Cornelij & Cypriani Compendiensis, Ordinis Benedictini, & de Cartouoro, Ord. Præmonst. diœceseos Suessionensis, Kalendis Iunij 1589. Parisiis natus & educatus: cùm Regi Christianissimo Ludouico 13. ab Eleemosynis per plures annos gratus inseruiisset, Claudij le Gras patrui Coadiutor in Abbatiâ Compendij administrandâ, dein ad hunc Episcopatum assumptus consecratur die Dominicâ 17. Nouemb. 1624. à Francisco Harlæo Archiepiscopo Rotomagensi, 1624.

B

Lutetiæ in Ecclesiâ S. Ludouici, assistentibus Claudio de Rueil Baionensi, & Egidio de Souuré Conuenensi Episcopis. Interest cœtui Cleri Parisiensi 1625. Eius ministerio Ludouicus XIV. Iusti filius, regiâ vnctione inauguratus est Remis die 7. Iunij anni 1654. vacante tum Sede Metropolitanâ; cuius ceremoniæ & sacri ab Episcopo Suessionensi collati exempla pariter retulimus, cùm nimirum S. Ludouicus per Iacobum de Basochiis, & Philippus Audax per Milonem de Basochijs vncti

C

sunt. Viuit adhuc prouinciæ Remensis Suffraganeorum Decanus & antiquior, ascito sibi Coadiutore, & in Episcopali sede futuro successore.

BOVRLON. D'or à la bande d'azur, chargée de trois annelets d'or.

81. CAROLVS BOVRLON III. Parisinus, Theologus Parisiensis, cessione Simonis admissus Coadiutor, Rege annuente, in Consistorio Romano promulgatus titulo Præsulis Cæsareensis 13. Decemb. 1652. ab Innocentio X. Pont. Lutetiæ consecratus in templo S. Genouefæ Montis die sacrâ Purificationis B. Mariæ 2. Februarij 1653. á Nicolao 1653.

D

Sanguin Siluanectensi Antistite, Felice Vialart Catalaunensi, & Henrico de Maupas Podiensi Præsulibus assistentibus, coram Cardinalibus Hieronymo Grimaldo, & Antonio Barberino.

TARBENSES EPISCOPI.

Civitas Tarba Bigerronum caput, vel castrum Begorra ad Aturrum fluuium in Nouempopulaniâ, sub Metropoli Ausciensi, & Parlamento Tolosano, Senescalliæ titulo decoratur; cuius populi Bigerrones, vel Bigerriones ad Pyrenæum Cæsari lib. 3. de Bello Gall. Plinio l. 4. c. 19. & Bigerrici apud Paulinum ep. 1. ad Ausonium. In Notitiâ Prouinciarum ciuitas Turba legitur, vbi castrum Bigorra, quod imperitè Tursam & Tursambicam vocitant, cùm in melioris notæ codicibus Turba, vel Tarba nuncupetur: & Begorensis, necnon apud Gregor. Tur. Begoria, vel Beorritana vrbs l. 1. Mirac. c. 74. & de Glor. Confess. 49. ciuitas ergo Bigerronum, quæ eadem ac Tarba, differt à ciuitate Tarbellorum; nam apud Bigerrones, siue Tarbellos sunt Vicani Aquenses, quorum aquæ salubres celebratissimæ Tarbellicæ appellantur, & balneâ illa quæ vulgò Bagnerias Gallico idiomate nominant, tribus leucis ab vrbe Tarbensi dissita, ab aquis Augustis diuersa, etiam Tarbellæ, seu Tarbellicæ dicuntur, nec ineptè ob vicinitatem vtriúsque populi, quâ de re Massonus in Notitiâ. in eodem pago refertur à Gregorio Turon. extare vicos Sanctorum reliquiis nobiles Sexciacensem & Taluam. Tractus ille antiquo Comitatu Bigorritano nobilitatur, cuius regio Pyreneis montibus finitima, qui Arragoniæ limites attinent, inde versùs Septentionem ad confluentis Aturri & Arrosij fluminum loca adiacet, ad Occidentem Bearnensi Vicecomitatui confinis, ad Ortum Conuenarum Comitatui & Magnoacensi territorio: de cuius Comitibus scripsit Arnaldus Oihenartus in Notitiâ Vasconiæ, ex quâ depromptus catalogus Episcoporum. Ecclesia Cathedralis Tarbiensis Deiparæ dicata est, olim sub regulâ S. Augustini militans; in cuius diœcesi Abbatiæ numerantur.

Tarbes en Bigorre sur l'Adour.

S. Severi, *S. Seuer* O B.

S. Petri Generensis O B. *S. Pé de Generes.*

S. Petri de Casta O B.

Regulæ *la Reole* O B.

S. Savini O B. *S. Sauin de Lauedan.*

Scalædei *l'Escale Dieu* O C.

Huius Ecclesiæ Antistites, qui & Bigorrenses in actis Conciliorum, & veteribus tabulis appellati, sequentes recensentur.

1. Antomarius.

2. Aper, vel Aprus subscripsit Agathensi Synodo anno 506. 506.
per Ingenuum Presbyterum.

3 Iulianus in Concilio Aurelianensi 4. an. 541.

4. Amelius i. in Synodo Matisconensi 2. anno 585. de quo Gregorius Turon. l. 9. Hist. c. 6. hæc 585.
ait: *conuenientibus Episcopis apud vrbem Parisiacam, dum hæc in conuiuio narraremus, ipsum pro castigationis gratiâ, adesse præcipimus. Quo astante, eleuatis Amelius Begorretanæ vrbis Episcopus oculis, cognoscit eum suum esse famulum, sibique per fugam delapsum, & sic excusatum receptum reduxit in patriam.* Loquitur videlicet eo capite Gregorius, de seductoribus & ariolis.

5. S. Faustus.

6. S. Licerius eiusdem Fausti discipulus & successor; posteà translatus ad Ecclesiam Consoranensem.

6. Sartonus sedisse reperitur in monumentis anni 879. 879.

7. Amelius ii. vixit tempore Ludouici Comitis Bigorritani circa an. 1000.

8. Bernardus i. rexit Episcopatum eodem Ludouico Comite circa an. 1009.

9. Ri-

9. Ricardus anno 1036. memoratur in cartâ quam refert Ioannes Briz Martinez l. 2. Hist. Pinnatensis c. 34. cuius initium est:
1036. *Anno Incarnationis Domini 1036. mense Augusto 22. die, ego Ranimirus gratiâ Dei proles Sanctionis Regis accepi vxorem nomine Gilbergam filiam Comitis Bernardi Rodgerij, & Comitissæ matris eius nomine Garsindæ, quam dederunt mihi Richardus Episcopus Bigorritanæ ciuitatis, & Proconsules Leuitanenses Garsia Forto & Gielm Forte fratres viteriui.*

10. Heraclius in Concilio Tolosano an. 1056 & Iaccensi in Hispaniâ, item in dedicatione Moissacensis Abbatiæ vbi Episcopus Bigerronensis, vel Behorræ dicitur.

11. Pontius viuebat an. 1076. & 1088. auctor extitit Centullo Vicecomiti Bearnensi, pro dirimendo ipsius matrimonio, propterea que obtinuit monasterium S. Petri Generensis, diœceseos Lascurrensis quondam, esse Bigorritanæ, quod declarat fragmentum cartarij Lascurrensis l. 4. Histor. Bearnensis c. 17. huiusmodi verbis: *Centullus Vicecomes Bearnensis dimittens legitimam vxorem, matrem Gastonis quam habebat, Bernardum Episcopum de possessione suâ eiecit violenter, & Poncium Bigorrensem Episcopum in possessionem monasterij induxit, tali pacto, vt ei concederet illicitas nuptias Bigorrensis Comitissæ, quod B. prohibebat, quem tandiu persequutum, propter assiduam querelam, & interdicta quæ inde faciebat, à toto Episcopatu eiecit,*
1074. *& in exilio mortuus, & apud Forum-„iulij est sepultus. Tempore Vuillelmi „Ausciensis Archiepiscopi circiter* 1074. *„Bernardo S. Sauini Abbate, Ecclesia „D. Martini & domus Vallis Caldarensis ædificata est ex tabulis S. Sauini.* Eius item iussu confectum diploma, quo Centullus Comes, & vxor Beatrix monasterium illud D. Sauini in valle Leuitanensi à regulari disciplinâ iam penè lapsum, Ricardo Abbati Massiliensi contulêre an. 1080. Calend. Aprilis, ex cartario
1088. Massiliensi S. Victoris; sedisse fertur adhuc in Cathedrâ Bigorrensi ex tabulariis Lascurrensibus anno 1088.

12. Bernardus Iserascus Iserascus. 1. circa an. 1090. adfuit solemni dedicationi monasterij S. Petri Generensis anno 1096. vti innuit scheda Geoerensis quæ sic habet: *11. Idus Octobris præsidente Romanæ Ecclesiæ Vrbano 2. Papâ, incitante Odone 11. tertio Abbate Generensi conuenerunt ad idem monasterium Guillermus Ausciorum Archiepiscopus, atque prædictus Odo, simulque Episcopus Olorensis, Bernardus Præsul Bigorrensis, Sancius Lascurrensis, Bernardus etiam Aquensis. Et dedicauerunt Ecclesiam in honore Apostolorum Petri & Pauli.* Ita Petrus de Marca l. 5. Hist. Bearnij. 1096.

13. Odo, seu Dodo nominatur in actis Ecclesiæ Bigorrensis an. 1096.

14. Vuillelmus 1. tempore Bernardi Ceotulli Comitis Bigorrensis circa an. 1110. Eiusdem Præsulis consilio, necnon Gregorij Abbatis S. Petri, & Procerum terræ suæ commonitione, in acta transscribi curauit Consuetudines antiquas illius pagi Bigorrensis, tempore aui sui Bertrandi ordinatas, quarum exemplar vetus è cartulario Bigorrensi, in tabulario Palensi, aoalectis Historiæ Benearn. l. 9. c. 6. inseruit præfatus Petrus de Marca: item memoratur in schedâ S. Petri Generensis pro restitutione Ecclesiæ de Benaco; & anno 1142. 1142.

15. Bernardus Lobatus Montesquiuius anno 1145. tractatum iniit cùm Raimundo Abbate S. Sauini & Bernardo de Barbasano; cuius mentio extat quoque in cartis S. Sauini: & in veteri registro, Centullus, Petri Consulis Bigorrensis filius, dedit Abbati Regulensi villam quæ dicitur Lueri ex tabulâ anni 1152. sedit adhuc Pontificante Alexandro 3. 1164. Montesquiuv. 1164.

16. Arnaldus Guillelmus Osonus 1. infulas gessit ætate Centulli Comitis sub an. 1179. & Emenonis S. Sauini Abbatis. Interfuit Concilio Lateranensi 1179. Osonus. 1179.

17. Arnaldus Guillelmus de Biran 2. sub Principatu Gastonis Comitis Bigorrensis, ac Bearnij Vicecomitis sedit sub an. 1200. Biran. 1200.

memoratur in codicillis pro matrimonio Guidonis de Monteforti, Simonis Comitis filij cùm Petronillâ Comitissâ Bigorritanâ, quæ nupsit apud Tarbiam ciuitatem anno 1216. ex tabulario Palensi; & in cartario Ecclesiæ Tarragonensis Guillelmus „ Raymondi de Montecatano, Vice- „ comes Bearnensis, in recompensa- „ tione peregrinationis ad quam te- „ nebatur, inquit scheda, de consilio „ Patrum, & carissimorum amicorum „ G. Archiepiscopi Auxiensis, & A. „ Episcopi Bigorritani, & P. Abbatis „ Cluniacensis, contulit Deo, Hos- „ pitali Ierosolymitano, & militiæ „ Templi fratribus domum de Mazro
1223. anno ab Incarnatione 1223. 13 Cal. Martij apud Oloronum; prolixiores tabulas reperire est l. 6. Historiæ Bearnij.

Pardaillan.
18. Hugo de Pardaillan anno 1227. enuntiatur in actu cessionis castelli de Bidalos in fauorem Bosonis de Mastacio, & Petronillæ Comitissæ Bigorrensis cùm Abbate
1528. S. Sauini 1228. legitur & 1239. in membranis eiusdem Petronillæ apud Vicum Bigorræ mense Martio: præfuit inde vsque ad annum 1244. quo Archiepiscopus Auxitanus fuit designatus.

Coarrase.
19. Arnaldus Raimundi de Coarrase ex nobilibus de Caudarasâ, quæ vetus familia Vasconiæ, vixit anno 1250. coram ipso & Rogero Comite Fuxi Esquiuatus Comes Bigorræ apud Lordam incolas loci de Bidalos ab omni questu & seruitio emancipauit: tum 7.
1257. Idus Aprilis 1257. codicillis suo sigillo obsignatis institutionem Iudicum datam Communiæ de Nauarresto comprobauit ex cartulario Bigorrensi. Coram Alfonso Regis Aragonum primogenito, eodémque Arnaldo Raimundo compromissum initur in arbitros, pro dirimendâ controuersiâ Gastonis Vicecomitis Bearnensis, & Esquiuati Comitis Bigorræ an. 1256. postridie festi Natiuitatis B. Mariæ, cuius acta extant in l. 7. c. 9. Hist. Bearnensis.

Milsents
1264. 20. Arnaldus de Milsents cuius cognominis toparchæ Millesanctij, præerat anno 1264.

Coarrase.
21. Raimundus Arnaldi de Coarrase anno 1268. apud Montem Martianum, die Mercurij post octauam S. Martini Hyemalis vnà cùm Auscensi Archiepiscopo, Lactorensi, Adurensi, Oloronensi Præsulibus, & aliis nobilibus præsens notatur in actu emancipationis Constantiæ filiæ Gastonis Vicecomitis Bearnij. Sedisse item legitur ex instrumentis anni 1280. & 1284. 1280.
in Comitiis Bigorrensibus celebratis Tarbæ; necnon 1292. conuentui procerum interfuit pro Constantiæ Vicecomitissæ tutelâ: huius fit mentio quoque in documento an. 1302.

Dulcetus.
22. Geraldus Dulcetus annis 1309. & 1313. vacabat Episcopatus anno 1314.

Hunaldi. Trois fasces de.....
23. Guillelmus Hunaldi II. de Lantario, ex Abbate S. Petri Lesatensis, cui cœnobio præfuit ab an. 1299. & inde vsque ad 1316. 1316.
quo substitutus in sede Tarbiensi. Claustri Lesatensis structuram inchoauit, & perfecit, vti hodie conspicitur: & in angulo meridionali habetur sequens inscriptio: *Anno* MCCCXIII. *Reuerendus Pater in Christo G. Vnaldi de Lantario Abbas Monasterij huius Lesatensis, Ord. Cluniacensis, incæpit construi facere, & perfecit construi annis sequentibus claustrum hoc prout est in quadro; cuius, postquam soluerit debitum naturæ, anima requiescat in pace amen Et supplicat quicumque, qui hoc opus respexerit, pro animâ illius dicat deuotè Pater noster cū salutatione Angelicâ. M. Reuerend. Dargut de S. Bertrando de Conuenis fuit Magister operis antedicti.* Idem Episcopus diuini officij cultor, ac pauperum patronus munificus ex schedis Lesatensibus. Traductus demum fuit ad Cathedram Agathensem an. 1339. vt produnt Acta Consistorialia.

Monbrun
24. Petrus Raimundus de Monbrun creatur Episcopus 1339. 4. Decemb. in registro Vaticano: cuius documenta quædam extant an. 1340. 1342. & 1350. In MS. Necrologio S. Sauini notatur obiisse 14. Martij.

25. Guillelmus III. Brun-

dusinus Archiepiscopus, transiit ad A Casinensem Episcopatum iubente Clemente 6. an. 1345. 7. Idus Aprilis. Apostolici Nuntij & Collectoris officio perfunctus in regno Siciliæ citra Pharum, Rector extitit vr-
1353. bis Beneuentanæ 1353. quo anno ad hanc sedem Tarbensem in Nouempopulaniâ translatus est ab Innocentio 6. die 15. Cal. Iunij Pontificatus 1. in locum demortui Petri, quemadmodum docet epist. 35. fol. 68. Regesti Vaticani: Idem verò Guillelmus ante Casinensis Ecclesiæ administrationem, fuerat etiam Oritanus Archiepiscopus: Diem B suum postremum obiit apud Tarbenses. Eius meminit Vghellus in Episcopis Casinensibus, in appendice ad Tomum 2. Italiæ sacræ. Notat porrò Oihenartus Ecclesiam
1362. suo Pastore orbatam fuisse an. 1362.

26. BERNARDVS V. annis 1366. & 1372. habet anniuersarium in æde S. Saturnini Tolosæ 13. Aprilis.

27. GAILLARDVS nominatur in cartophilacio regio Parisiensi 1376.
1392. & inde ad annum vsque 1392. comes ascitus legationis Patriarchæ C Alexandrini, ad componendas controuersias Comitum Gastonis Fuxi, & Ioannis Armaniaci.

28. ADELBERTVS notatur Episcopus Tarbiensis 1399. 16. Martij in regesto Vaticano.

29. PETRVS I. Administrator
1406. perpetuus Ecclesiæ Bigorrensis annis 1406. 1407.

30. BERNARDVS V. præfuit annis 1408. 1410. & 1416. cuius anniuersaria memoria consignatur in Ne- D crologio S. Saturnini 21. Aprilis. Huius Bernardi, vel prioris curâ factum creditur, vt sacrum sodalitium initum sit inter Ecclesias Tarbensem & S. Saturnini Tolosæ, in quâ die 21. Nouemb. legitur commemoratio Fratrum Tarbensium.

1422. 31. BONVSHOMO nuncupatur Episcopus in tabulis anni 1422.

32. RAIMVNDVS BERNARDI anno 1428.

33. IOANNES floruit annis 1432. & 1434.

34. ROGERIVS DE FOIX è DE FOIX. prosapiâ Gastonis Comitis Fuxensis & Bigorrensis an. 1444. sedit inde vsque ad an. 1453. anniuersarium habet in Collegio Fuxensi Tolosano 3. Februarij.

35. PETRVS DE FOIX II. Cardinalis, Administrator Ecclesiæ Tarbiensis. DE FOIX.

36. ARNALDVS RAIMVNDVS DE PALATZ Doctor Theologus, è parochiâ de Solon vallis Leuitanensis oriundus, ad radices Pyrenæorum, non longè à Monasterio S. Sauini, Episcopus an. 1472. obiit 5. Calend. Septemb. ex MS. S. Sauini. PALATZ. 1472.

37. MENALDVS DAVRE I. Sanctij Garsiæ Vicecomitis Asteriensis, & Agnetis Larbustiæ filius, Ioannis Vicecomitis frater, præfuit ab anno 1481. ad 1496. AVRE.

38. THOMAS DE FOIX ex gente Fuxensi prognatus: illius possessionem anno 1505. interpellauit *Rogerius de Montaut* ius sibi in Tarbiensi Ecclesiâ vindicans: nihilominus Episcopatus regimen tenuit Thomas ad annum vsque 1512. DE FOIX. 1505.

39. MENALDVS DE MARTORY II. Bearnensis patriæ indigena, præfuit ab an. 1514 ad 1518. qui hunc Episcopatum pro Conseranensi cùm Gabriele de Acromonte permutauit. MARTORY. 1518.

40. GABRIEL DE GRAMONT Cardinalis tit. S. Cæciliæ, ex Conseranensi Tarbiensis Pontifex, tum Pictauiensis, & denique Tolosanus. Libellorum Supplicum præfecturam in regiâ Francisci I. haud aspernatus fuerat. Consule quæ de eo diximus in Tolosanis. GRAMONT

41. ANTONIVS DE CASTELNAV. CASTELNAV.

42. LVDOVICVS DE CASTELNAV superioris gentilis.

43. GENTIANVS BELIN, co- AMBOISE.

gnominatus D'AMBOISE, ex ramo A dominorum de Bussy, natus Ludouico XII. regnante circiter 1512. re-
1572. xit Ecclesiam Tarbensem an. 1572. die 5. Septemb. defunctus circa annum 1577.

D'IHARSE. D'or à vn arbre de sinople à costé au costé droit du pied d'vn croissant de gueulle, surmonté d'vne estoille d'azur, & au costé senestre d'vn ours de sable.

44. SALVATVS D'IHARSE I. Doctor Iuris Canonici, diœceseos Baionensis, per obitum Gentiani regiâ schedâ Henrici 3. Regis Tarbiensi Pontificatu donatus, quemadmodum fidem faciunt ipsius litteræ originales apud nos, scriptæ 23. Decemb. 1577. ad Oratorem Christianissimæ Maiestatis in aulâ Romanâ, Ludouicum Castanæum, Rupispozeæ dynastam. B

D'IHARSE.

45. SALVATVS D'IHARSE II. superioris Saluati fratris filius, Comes Consistorianus, consecratur E-
1602. piscopus die 24. Iunij anni 1602. Comitiis Regni generalibus Parisiensibus adfuit anno 1614. nomine Cleri Comitatus Bigorræ, Collegâ ipsius Gratiano d'Iharse Canonico Archidiacono Tarbensi eius gentili, & Magno Vicario Episcopatus in spiritualibus. Interest & Cœtui Cleri anno 1625. mortuus 1648. C

MALLIER. D'argent à la fasce d'azur, accompagnée de 3. roses de gueulle.

46. CLAVDIVS MALLIER Francisci Trecensis Episcopi frater, & primus Aurelianensis Ducissæ Eleemosynatius, vxoris Gastonis Regis patrui: Claudio domino du Houssay, Ærarij Francici Intendente, & Mariâ Melissant parentibus natus. Variis primùm Togati Ordinis muneribus defunctus, Supplicum nempe libellorum Magister, deiǹ Præses in supremâ Curiâ, Comes Consistorianus, ac postremò Regis Christianissimi ad Rempublicam Venetam Orator: demum D hac legatione obitâ in Galliam reuersus, huius Sedis Præsul adlectus
1648. inauguratur 1648. 25. Aprilis, in æde Sanctimonialium B. Mariæ secus arcem Bastiliæ, per Franciscum Mallier Trecensem Episcopum, assisteotibus Ioanne de Liogendes Sarlatensi, & Gisleberto de Choiseul Conuenensi.

TOLONENSES EPISCOPI ET DOMINI.

TOLONIVM sub Archiepiscopatu Arelatensi, & Parlamento Aquensi, vbi Telo Martius, Romanus ciuis Coloniam maritimam deduxit, à Tolumno Gotho instauratam fuisse posteà sub Theodorico Rege Italiæ suspicatur Massonus in Notitiâ. Telonium etiam dicitur, non Taurentum, vel Tauroetum; vbi erat Procurator Baphij in Notitiâ Imperij Occidentalis. Massiliâ distat nouem milliaribus, cuius portus amplissimus, & commodus ad mare Mediterraneum excipiendis aduersùs vim ventorum triremibus patet. In Capitulo Tolonensi primas tenet Præpositus Prior B. Mariæ de Gardâ, Archidiaconus Prior S. Trophimi de Bormâ, Sacrista Prior S. Laurentij de Oliolis, Præcentor Prior S. Pauli villæ Arearum, in quâ Capitulum est Collegiatum; & duodecim Canonici, qui habent quilibet suum titulum, & vocari debent in Synodo Ecclesiæ Tolonensis, pront docuit nos MS. vetus Polarium Episcopale. Vnam tantùm Abbatiam, eámque fœminarum in diœcesi notamus: TOVLON en Prouence.

S. PETRI DE ALMANARRA.

Præsules Ecclesiæ sequuntur huc vsque à nobis tantùm reperti, ab antiquo Martyrologio MS. aliisque vetustis documentis Tolonensibus recensiti.

1. HONORATVS nominatur in epistolâ Synodicâ Leonis Papæ ad Episcopos Galliæ an. 451. ex codice antiquo Sauaronis. 451.

2. S. CYPRIANVS Ecclesiæ patronus, Diui Cæsarij Arelatensis discipulus & vitæ scriptor, interfuit Concilio Arelatensi 4. an. 541.

3. PALLADIVS in Synodo Au-

relianensi 5. anno 549. qui ad Con-
549. cilium Arelatense 5. an. 554. direxit Seuerum Presbyterum.

4. Desiderius, canonibus Concilij Parisiensis 4. an. 573. subscripsit: & per Missum Episcopalem in Matisconensi 2. an. 585. Post
585. hunc extitit longum Interpontificium propter barbarorum clades, & documentorum Ecclesiæ excidium.

5. Leo memoratur sedisse anno 804.

6. Evstorgivs in conuentu
879. Episcoporum apud Mantalam anno 879.

7. Deodatvs: in tabulario Massiliensi huius memoria extat, donauit enim Monasterio puellarum S. Mariæ infra muros Massiliæ sito, basilicam in territorio de Solario cùm omnimodâ Ecclesiasticâ possessione, consilio Vuillelmi Grossi Vicecomitis Massiliæ, vti fidem facit carta donationis regnan-
1031. te Henrico Rege 1031. legitur Domini restis anno 1044. in donatione Fulconis Vicecomitis Massiliæ, & Odilæ pro castro de Solario. Consecrat anno 1048. 1. indict. 15. Cal. Iulij Ecclesiam S. Stephani in Comitatu Tolonensi: prætereà largitur indulgentiam Ecclesiæ S. Ioannis de Petrafoco ex tabulis originalibus.

8. Vvilelmvs 1. reperitur illius notitia in documento donationis factæ S. Stephano Arelatensi coram Raiambaldo Archipræsule: confirmat & donum Pontij Massiliensis Episcopi cùm fratribus Guillelmo & Gauzfrido Vicecomitibus Massiliæ, de Ecclesiâ S. Torpetis. Pontij Aquensis Pontificis iussu benedixit Ecclesiam S. Mariæ in territorio
1056. Briniolæ 1056. 6. Calend. Februarij: item anno 1066. probat donationem Petri Saumatæ; & eodem tempore Cal. Ian. donum Petri de Massiliâ Vuilelmi Vicecomitis filij, S. Victori Massiliensi, medietatis vil-
1079. læ de Belgensiaco: demum 1079. Ricardo Abbati Massiliensi basilicam S. Mariæ in territorio de Petrafoco largitur, saluâ in omnibus Episcopali & Canonicorum subiectione, ex cartario S. Victoris Massiliensis.

9. Ayminvs Raimundi Comitis S. Egidij & Godefridi de Bullionio socius in expeditione vltra mare: subscriptus testamento dicti Raimundi conditi in Monte Peregrino Syriæ anno Incarnat. 1105. vbi interiit vltimâ Februarij subse- 1105.
quentis. Defunctus autem notatur Ayminus in antiquo Martyrologio, Nonis Nonembris.

10. Gvillelmvs 11. inter quem & Petrum Abbatem Massiliæ facta est concordia apud Tolonum 1144. 6. indict. pridie Idus Dec. 1144.
Lunâ 3. pro decimis parochiæ de Soleriis S. Michaelis, cuius rei prolixum exemplar inuenitur in eodem cartario S. Victoris.

11. Petrvs Isnardi, siue Aynardi 1. ex Canonico Arelatensi Isnardi.
ordinatur Pontifex Tolonensis circa an. 1168. Concilio Lateranensi interest an. 1179. paulò ante 1174. præsens fuerat definitioni controuersiæ factæ à Fulcone Massiliensi Antistite inter homines Meluæ, & Bertrandum Priorem Montisriui in tabulatio Massiliensi: item 1180. te- 1180.
stis legitur in definitione eiusdem Fulconis: de quo etiam in tabulis Cartusiæ Montisriui. Traductus est postbæc ad Archiepiscopatum Arelatensem.

12. Desiderivs anno 1188. recensetur in membranis Cartusiæ Vernensis: coram eo & Hugone Raimundi Præposito Aquensi inita est transactio inter Rainerium Massiliensem Episcopum, & Bermundum Priorem Montisriui 1197. quæ 1197.
asseruatur in archiuis Episcopalibus Massiliæ. Arbiter deligitur an. 1198. cùm Piniacensi Præposito, in litigio Imberti Archiepiscopi Arelatensis, Arberti Abbatis, & Geruasij de Fossis, vti docet Pancarta nigra Piniacensis.

13. Vvillelmvs de Soliers 111. antiquâ stirpe de Solerio satus, Soliers.
cuius castri erat dominus; Episco-

patum Tolonensem sponte abdicauit: illius enim adhuc in viuis mentio fit in schedâ anni 1215. Stephano Pontifice.

14. Stephanvs I. Episcopus huius sedis 1212. eodem anno 5. Idus
1212. Septemb. decretum promulgauit cùm Bertrando de Orto Sacristâ Massiliensi, qui tunc temporis vice Præpositi in Ecclesiâ Tolonensi fungebatur, de decimis, terris, & hortis Episcopi apud Tolonum, & Oliolas à Sacristâ percipiendis, & de fericis, cereis, ac epulis Episcopi in refectorio, prout declarat vetus B priuilegium tabularij Cathedralis. Eodem anno emit castrum nouum S. Margaritæ: biennio post mense Septembri, Rainoardus dominus de la Gardâ quandam emptionis libertatem indulget in Ecclesiâ de Gardâ, coram G. de Soleriis decessore suo, & Bertrando de Orto Sacristâ, vti produnt regesta antiqua de Gardâ. Cæterùm castri Soleriorum etiam toparcha fuit, cuius quartam portionē obtinuit ex donatione domini Vuillelmi de Soleriis quondam Episcopi Tolonensis, qui ratum id C habuit: Stephanus idem cùm Capitulo donat pascuaria de Soleriis domui Cartusianorum Montisriui, confirmans donationem Raimundi Vilelmi, Fulconis, Guidonis, & aliorum dynastarum coram se factas ex codice ms. ab originali desumpto,
1215. sub datâ anni 1215. 11. Calend. Februarij. De eo mentio fit quoque 1217. in cartâ Hugonis de Soleriis cùm Priore Montisriui, & 1222 postridie Assumptio. B. Mariæ an. 1223. congregata est Synodus generalis apud Tolonum, cuius canones ordinauit Stephanus, & eodem anno D 3. Idus Martij apud Montemrinum testamenti codicillos confecit, cuius exemplar in archiuio illius Cartusiæ: decessit 15. Cal April. vt habet Martyrologium ms. Montisriui.

Baussan. 15. Ioannes Bavssanvs I. Canonicus Massiliensis & Archidiaconus ex cartulariis Montisriui 1224. 11. Ind. pridie Idus Aug. testis in cessione factâ domui Templi per Raimundum Gaufredum & Rostagnum de Agouto fratres, dominos de Tolono, pro immunitatibus & priuilegiis compluribus. Enuntiatur etiam in veteribus tabulis anni 1224. in cuius 1224. manu 1230. compromittunt Raimundus Berengarius Comes Prouinciæ, & Benedictus Massiliensis Episcopus, se non facturos pacem cùm ciuibus villæ inferioris Massiliæ. Extat ipsius sigillum in cerâ, Pontificalibus infulis induti an. 1232. 5. Indict. 14. Calend. Iulij. Archiepiscopus dein Arelatensis, vt diximus supra.

16. Raimvndvs de S. Ial, S. Ial. arbiter adlectus inter Priorem Cartusiæ præfatæ Montisriui, & P. de Coriis Commendatorem domus de Belloloco, pro dirimendo dominio quartæ partis castri de Soleriis ex cartis Montisriui 1235. subscripsit testamento Guillelmæ vxoris Gaufredi domini de Tolone & de Tritis, quæ sepulturam delegit in Monasterio Artecellæ, an. 1237. 7. indict. 7. Cal. Septemb. Obiit 1255. in Martyrologio Tolonensi. 1255.

17. Galterivs Gavfridi, Gavfridi. eo sedente an. 1268. 6. Idus Iunij confectum est instrumentum à G. Episcopo Tolonensi, distributionis præbendarum duodecim ac creationis personatus Archidiaconi & Archipresbyteri, quorum primus est de Tolono. Secundus Archidiaconus Canonicus, cui assignata est Ecclesia de Borma: Tertius Sacrista cui addicta Ecclesia de Correis. Quartus Præcentor cui Ecclesia de Olliolis. Quintus Archipresbyter in Ecclesiâ de Areis S. Pauli, & alij deinceps Canonici vsque ad duodenarium numerum, cùm Clericis decem, & quarumlibet Ecclesiarum iurium portione debitâ, actum in choro Cathedralis Ecclesiæ, Bertrando Arelarensi Archiepiscopo & Capitulo suo probante an. 1270. Aprilis 5. ser- 1270. uatur illud documentum in archiuis Præpositturæ Tolonensis. Mortuus an. 1277. in eodem Necrologio.

18. Ioannes II. consecrauit maius altare, sub quo relliquias D. Cypriani Tolonensis collocauit an. 1283. fundauit Capellaniam S. Ioannis Baptistæ & B. Mariæ Magdale-

nis eámque dotauit ex actis ipsius A
fundationis.

ROSTAGNVS. 19. RAIMVNDVS ROSTAGNVS,
II. sententiam tulit in Synodo B.
Mariæ Tolonensis pro anniuersariis
celebrandis Isnardo de Antrauenis
domino de Tritis, Reforciato fratre
& hærede dicti Isnardi, qui assignationem
commutauit quarumdam
librarum in censibus castri de
Guardâ, sententiâ latâ inter Capitulum
& dominos de Gardâ, hæredes
Isnardi de Antrauenis, in pa-
1300. latio Episcopali anno Domini 1300.
26. Maij, & diploma legitur in ta- B
bulario Præpositur æ Tolonensis.
Dominicani porrò fundantur Toloni
1304. Excessit è viuis Raimundus
an. 1311. ex dicto Martyrologio,
aliis 1303.

20. PONTIVS sedit anno 1314.
ex tabulariis Tolonensibus.

GLANDEVES. 21. ELEAZARVS DE GLANDEVES
frater Anselmi Glandatensis
Episcopi, qui ex Præposito Tolonensi
creatur Pontifex; præerat
1317. an. 1317. & 1322. ex Actis Consistorialibus:
per hunc Elziatium Episcopum
statuta ordinata sunt de consensu
Capituli, & viciſſim de voluntate
Episcopi pro diuisione bonorum
ac iurium inter Petrum Guillelmi
Præpositum & Capitulum Cathedralis
Tolonensis: statutum nempe
est curam Ecclesiæ Tolonensis
& perceptionem decimarum à Præpositurâ
deinceps separari, & Capitulo
vniri, diplomate dato Tolo-
1323. ni in domo Episcopali 1323. 4. Septemb.
inter schedas & regesta illius
Præposituræ.

22. FVLCO electus 1328. 17. Octobris
ex iisdem Actis Consistorialibus
Vaticani: de quo nulla mentio D
in Tolonensibus.

23. IACOBVS I. Religiosus fuit
ante promotionem ad Episcopatum,
námque Fratrem Iacobum legi in
variis tabulis liquidò patet. In tabulario
videlicet Tolonensi hæc
scheda reperitur. FRATER IACOBVS
Dei gratiâ Episcopus TOLONENSIS
vniuersis & singulis Prioribus, Vicariis, & Capellanis, Curatis,

*& aliis Ecclesiarum Rectoribus per ciuitatem
& diœcesim Tolonensem constitutis.
Præferimus ad notitiam vestram,
quod nobilis & potens vir Dominus
Rossolinus de Fossis, Miles Dominus
Borme, vltra illas septem libras
quas auus suus pro animâ suâ in Synodo
castri de Areis annuatim legauit,
pro salubri statu animæ suæ, & parentum
suorum, octo libras reforciatas singulis
annis perpetuò expendendas reliquit,
& fieri ordinauit per illos qui Synodum
tenent, & tenere consueuerunt
in domo nostrâ Episcopali, prout prædictæ
libræ aui sui consueuerunt distri-
bui & exolui. Datum Areis 9. Martij*
1330. Die autem Aprilis 16. an. 1331.
in manu eius Præsulis, idem Rossolinus 1330.
dominus castrorum Bormæ,
Colubreriæ, Molæ, ac Burgi Caualeriæ,
pro animâ Guillelmi de Fossis
aui sepulti iuxta Ecclesiam Templariorum
de Areis eûm parentibus
suis, Rogerij de Fossis filij Dulcelinæ,
Gantelmæ vxoris Rogerij humatæ
in basilicâ Minorum, legat
quosdam solidos super castrum de
Colubreriâ, distribuendos inter Episcopum
& Capitulum, cæterósve
Sacerdotes Synodi ex antiquis ta-
C bulis. Interfuit Iacobus Concilio
prouinciali Auenionensi in æde S. 1337.
Ruffi 1337. 3. Decemb.

24. HVGO Religiosi item ordinis
Asceta extitit, vt constat ex schedis
Vaticani, sedebat 1346. 28. Septembris.

25. PETRVS II. Episcopatum obtinuit
anno 1357. 1. Aprilis ex libro
prouisionum Prælatorum Vaticani.

26. STEPHANVS I. cuius memoria
eruitur 1368. 7. Aprilis ex co- 1368.
dice Vaticano libri Obligationum.

27. IOANNES SILVESTER III. SILVESTER
natione Hispanus anno 1371. 22. Aug.
confirmat acta Capitularia Tolonensium
Canonicorum. Ioanna Regina
Siciliæ, Dominicanis ædes suas
pro extruendo monasterio contulit.
Exemptus è viuis an. 1380. in dicto
Martyrologio.

28. PETRVS DE MARAVILLA MARAVILLA.
III. Ordinis Fratrum Prædicatorum,
in Comitiis generalibus Prouinciæ

Aquisextiensibus 1390. apud No- A
stradamum repetitur inscriptus li-
bro Prouisionum Prælatorum Va-
1395. ticani ad 9. Nouemb. 1395. & 1397.
in registro castri de Gardâ : Obiit
an. 1402. ex lapide marmoreo, in-
uento in claustro Dominicanorum
Tolonensium.

29. IOANNES IV. anno 1403. in
codice Vaticano die 4. Aug. 1404.
probat nominationem de patrona-
tu Capellaniæ fundatæ à nobili An-
tonio Fresqueti ciue Tolonensi ex
regestis de Gardâ. Defunctus anno
1409. sepultúsque in choro basili- B
cæ ante Capellam S. Cypriani.

30. VITALIS religione Francis-
1411. canus eligitur anno 1411. die 13. Fe-
bruarij ex regesto Vaticano : inter-
fuit Concilio Constantiensi : cuius
& mentio extat Iulij 27. an. 1427.
in codice pergameno castri de
Gardâ.

NICOLAI. 31. GVILLELMVS NICOLAI
IV. Tolonensis Præsul circa annum
1430.

DRACONIS. 32. SAIRISIVS DRACONIS C
diem vltimum obiit an. 1434.

GVMBAVDI. 33. IOANNES GVMBAVDI V.
ex membranis Tolonensis Ecclesiæ
1437. an. 1437.

CLAPERIIS. 34. PETRVS DE CLAPERIIS
IV. Præpositus, dein Episcopus
D'azurà 3. fusées d'argent au chef d'or. 1448. Consiliarius & Præses Supre-
mæ Curiæ ac Cancellarius Prouin-
ciæ extitit circa an. 1467.

35. IOANNES VI. qui fecit per-
mutationem castri noui, siue B.
Margaritæ cùm castro S. Crucis,
diœceseos Reiensis, propterea quod
constructum esset in littore maris,
& prædonum incursionibus pate-
ret, cùm Honorato de Castellanâ
domino de Intercastris, qui dedit
ipsi in excambium dictam topar-
chiam S. Crucis, Toloni in plateâ
1478. Ecclesiæ Cathedralis an. 1487. die
28. Septemb. idque fusiùs contine-
tur in chirographo illius permuta-
tionis : aduersùs quam eodem anno
2. Octob. contestatus est Ioannes de
Glandeues dominus de Gardâ, pro

supremâ iurisdictione castri de S.
Margaretâ.

36. IOANNES MIXONIVS VII. MIXONIVS.
Prior Commendatarius B. Mariæ
castri de Losduno in Pictonibus an.
1491. iuramentum hominij præstat
Regi Carolo 8. an. 1494. 20. Ia- 1494.
nuarij, in registro Cameræ Compu-
torum.

37. DIONYSIVS BRICONNET BRICONNET.
Abbas Cormeriaci & Sparnaci, fi-
lius legitimus Guillelmi Cardinalis,
Archiepiscopi Remensis, & Lega-
ti sanctæ Sedis, ex Raouletâ de
Beaune, frater Guillelmi Episcopi
Lodeuensis. Ex Archidiacono Re-
mensi & Auenionensi, Tolonensis
Præsul. Dedit ornamenta serica ma-
ioris altaris in honorem Assumptæ
Virginis; ædificauit capellam S. Tri-
nitatis in Ecclesiâ, domúmque E-
piscopalem restaurauit anno 1504. 1504.
interfuit Pseudosynodo Pisanæ, nec-
non Concilio Lateranensi. Posteà
factus Lodouensis & Macloviensis
Antistes, vt diximus.

38. PHILAS ROVERELLA na- ROVERELLA.
tione Italus, patriâ Ferrariensis, &
Leoni x. summo Pont. imprimis fa-
miliaris, cuius patrocinio ex de-
missione Iuliani Cardinalis Medicei,
Asculano Pontificatu honestatus est
1518. 3. Nouemb. vt refert Vghel- 1518.
lus tomo 1. Tolonensem Episcopa-
tum consequutus fuerat post Bri-
connetum, vt produnt libri Obli-
gat. Hic sub Leone, Hadriano,
Clemente, Paulóque 3. varias ges-
sit Legationes, in Tridentinâ Syno-
do sententiam dixit : necnon post
transitum Pauli, à Collegio Cardi-
lium Romæ administrator renun-
D ciatus est. Decessit senex an. 1550.
in templo Cathedrali Asculano tu-
mulatur : cui suffectus Lactantius
Rouerella nepos anteà Coadiutor:
priùs autem Episcopatum Tolonen-
sem abdicauerat in gratiam Nico-
lai Flisci ex iisdem Actis Vaticani.

39. NICOLAVS DE FIESQVE FIESQVE.
Cardinalis Ianuensis, è Lauagnæ
Comitibus, Archiepiscopus Rauen-
næ 1516. Administrator perpetuus
Foroiuliensis, ac Tolonensis, ele-
ctus 1518. 3. Septemb. ex cartulario
Vaticani.

1524. Vaticani. Obiit Episcopus Ostiensis 1524. de quo plura in Historiâ Cardinalitiâ.

TRIVVLC. 40. AVGVSTINVS TRIVVLCE Cardinalis ex clarâ stirpe Mediolanensi Triuultiorum; etiam Baiocensis & Petragoricensis Episcopus, Legatus Apostolicus Ecclesiastici exercitus pro Clemente 7. Pontifice, Præsul & Comes Astensis, assumptus est ad sedem Tolonensem per obitum Nicolai de Flisco vt Acta Consistorialia indicant 1524. die 22. Iulij. Extinctus Romæ 1548. sepultus in æde S. Mariæ de Populo ad portam Flauiniam. De eo consule Baiocenses. Historiam Pontificum Max. quibus charus erat, scripsit, eam morte præuentus typis mandare non potuit; quâ plurimùm vsus est Onuphrius.

1548.

TRIVVLC. 41. ANTONIVS TRIVVLCE Hieronymi filius ac superioris consanguineus, Nuntius Apostolicus ad Venetos, & vtriúsque Signaturæ Referendarius, Ecclesiæ Tolonensis Commendatarius & Administrator perpetuus an. 1528. die 3. Martij: præfecit Vicarium generalem in spiritualibus Petrum Signerij Canonicum Tolonensem. Extitit verò Prolegatus Auenionensis 1544. postmodum Cardinalis tit. S. Adriani 1557. in Galliam ad Henricum 2. missus à Pontifice ad pacem cùm Philippo 2. Hispaniæ Rege ineundam 1559. vnde rediens decessit 7. Cal. Iulij. ex quâ nobili gente alij Cardinales, & duo Franciæ Mareschalli.

1557.

LA ROVERE. 41. HIERONYMVS DE LA ROVERE Pedemontanus Taurinensis, Abbas S. Michaelis de Lucedio, & S. Seueri in Vasconiâ, Lælij filius è dominis Vicinoui, & Annæ ex Comitibus Plozzaschi. In Franciâ sub optimis præceptoribus humaniores litteras Regum Francisci 1. & Henrici filij fauore addidicit, & in præcipuis Galliæ & Italiæ Academiis effloruit: cuius Henrici gratiâ euectus ad Episcopatum Tolonensem, in eorumdem Principum funere duas orationes habuit Parisiis, & apud Sandionisyum. Destinatus autem Orator ad Sabaudiæ Ducem, demissione Cardinalis d'Aualos de Arragoniâ, Archiepiscopus Taurinensis, requirente Duce Catolo per Pium 4. Pont. efficitur 1564. & 12. mensis Maij creatur Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula, per Sixtum v. promulgatus 1586. 16. Kal. Iunij, insupérque, Protector Franciscanorum. Adfuit dein Comitiis electionum Vrbani 7. Greg. 14. & Innocentij IX. Pont. Max. in quibus cùm aliquot vocum suffragiis efflagitaretur Pontifex, erat nempe eruditione, facundiâ & pietate commendandus, ad alteram vitam migrauit 1592. tumulatus ad S. Petrum ad Vincula cum eo epitaphio. 1564.

DEO OPT. MAX.

HIERONYMO DE RVVERE *tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali, Taurinensi Archiepiscopo. Qui à pueritiâ admirabilis ingenij, linguarum scientiæ, eloquentiæ, prudentiæ ac doctrinæ insigne dedit documentum, virtutisque & nominis sui celebritate, ita semper apud magnos Principes, & nationes claruit, vt vllo vnquam honoris gradu non dignissimus haberetur. Lelius, & Iulius fratres, patruo optimo PP. Vixit annos 61. menses XI. dies 26. Obiit 7. Calend. Februarij, dum Comitijs Pontificum in Conclaui esset* 1592. Eius elogium vide apud Vghellum tomo 4. in Archiepiscopis Taurinensibus, Ciaconium, Philibertum Pingonium in Augustâ Taurinorum, Franciscum Augustin. ab Ecclesiâ in Hist. Pedemontij; de quo & Ioachimus Bellaius in carminibus.

IACOMEL. D'azur à vne bande d'or accompagnée de 2. estoilles de mesme, vne en chef & vne en pointe.

43. THOMAS IACOMELLVS Pedemontanus è Pinerolio, Ordinis Fratrum Dominicanorum, & olim Inquisitor Taurinensis, Episcopus huius sedis an. 1566. Ioannes Michael Pius l. 2. p. 1. de viris illustrib. Prædicatorum, eum sedisse ait anno 1500. sed perperam: scripsit duo volumina de anctoritate Pont. apud Posseuinum in Apparatu sacro: & librum contra Valdenses, teste Francisco Augustino ab Ecclesiâ in Chronologicâ historiâ Pedemontanæ regionis. Iacet in choro Dominicanorum Tolonensium. 1556.

Le Blanc. D'azur à 2. leuriers d'argent affrontez, accollez & armez de gueulle.

44. Gvillelmvs le Blanc iv. Durandi filius, patruus verò Guillelmi Blanci Ecclesiarum Grassæ & Venciensis Episcopi, Præsul huius sedis an. 1571. fuit & Vicarius Legationis Auenionensis, Senator & Cancellarius Academiæ Tolosanæ:
1571. interfuit Comitiis Blesensibus, & paulò ante eius obitum Capucini Tolonum aduenêre, quibus domus extra vrbem excitata est. E Græco Latinè reddidit Historiam Xiphilini Abbreuiatoris Dionis Nicæi, aliáve opuscula, de Sacramentis, & aduersùs hæreticos: prætereà Musarum amans carmina pangebat. Fatis fungitur Auenione 20. Cal. Martij 1588. humatus ibidem in ædis Prædicatorum Capellâ S. Ioannis à gente suâ erectâ.

Septres. Ecartelé au 1. & 4. d'azur au lion d'or chargé d'vne bāde de gueulle, & 3. coquilles d'argent. Au 2. & 3. d'argent à vn aigle esployé de sable.

45. Egidivs de Septres Auenionensis, fit Episcopus an. 1599. maius altare in decentiorem formam redegit, & Capellam S. Cypriani in sacellum sanctarum relliquiarum transferri iussit. Ipso sedente Capucini in vrbem inducuntur 1606. paulò post Minimi 1609. restaurauit Ecclesiam S. Pauli de Arcis ruinâ fatiscentem, ac decessit Toloni 1626. die 6. Non Maias: sepultus ante maius altare. Eiusdem
1626. gentis Damianus Prępositus S. Apollinaris Viennensis, & Petrus Cathedralis Cauallicensis.

Fovrbin. D'or à vn cheuron d'azur accompagné de 3. testes de lion de sable.

46. Avgvstvs de Fovrbin ex nobili gente de Fourbin in Prouinciâ, Præpositus B. Mariæ Piniacensis, diœcesis Foroiuliensis, Episcopus an. 1628. quâ sede vacante ciuium pietas sororibus B. Vrsulæ locum dedit, in quo illæ domum
1628. construxêre: & an. 1634. sorores S. Mariæ Virginis illuc etiam aduocatæ sunt: iacet in Cathedrali.

Danes. D'or au cheuron d'azur, accompagné de 2. testes de loup de sable en chef, & d'vne rose de gueulle en pointe.

47. Iacobvs Danes ii. toparcha de Marly, sacri Consistorij Assessor, necnon Sacelli Regij Magister; ex familiâ nobili Parisiis oriundus est: parentem habuit Iacobum dominum Marliaci, Præsidem Cameræ Rationum Regiarum, matrem verò Annam Hennequin, filiam Claudij dynastæ de Bermainuille, hoc illustrem nomine, sed potissimùm ex Magdalenâ Seguieriâ matre. Iacobus autem multiplici liberalium scientiarum cognitione instructus, primùm Maioris Consilij Senator, tum Præses Cameræ Rationum institutus, his in muneribus patriæ, Regísque priuato Consistorio suam operam vtiliter collocauit, nec minùs Ecclesiæ, cùm nominatus Episcopus Tolon. Lutetiæ sanctificationis oleo consecratus est apud Cælestinos an. 1640. Maij 6. à Ni- 1640.
colao Sanguin Siluanectensi, assistentibus Ricardo Calcedonensi, & Antonio Godeau, tunc Grassensi, nunc verò Venciensi Præsule. Consequente anno delegatur ad Comitia Cleri Gallicani Medontæ celebrata, tum adscriptus iis quæ anno 1645. Parisiis, & eodem loco 1656. conuocantur; in quibus Ecclesiæ disciplinam & auctoritatem quantum valuit, est tutatus, non modò grauitate sermonis, sed quod longè præstat, vitæ modestioris exemplo. Diœceseos quoque commodo consulens, eo sedente Ecclesiæ de Sexfurnis & de Corijs in Collegiatas erectæ sunt. Instituta domus Congregationis Oratorij Iesu Christi in vrbe Arearum, insuper & missio perpetua per Sacerdotes duos eiusdem Oratorij ad omnes Episcopatus parochias; multa denique passim exercitia charitatis fundata sunt, quibus plebs ad fidei cognitionem & officia pietatis non mediocriter promouetur. Cathedralis etiam basilicæ cœptum opus, auctum est imprimis liberalitate Capituli, necnon Consulum, qui ciuitatem numero ciuium & ædificiorum amplificari procurarunt.

SERIES PRÆPOSITORVM ECCLESIÆ TOLONENSIS.

ROstagnus 1. anno 1122. primus qui occurrat Præpo- 1122.
situs Ecclesiæ Cathedralis Tolonensis in archiuis Capituli.

Rostagnus 2. an. 1217. Iunij 16. te-

tis in cartâ Petri de Planis Prioris Cartusiæ Montisriui, de donatione in feudum Hugoni de Soleriis militi factâ, ex tabulario Montisriui.

1219. *Raimundus* 1. 1219. 4. Non. Decemb. in instrumento controuersiæ cùm G. Piniacensi Præposito prò Ecclesiâ de Gardâ reperitur, & anno 1227. in constitutione statutorum Ecclesiæ Tolonensis à Ioanne Episcopo 16. Cal. Septemb.

Martinus anno 1235. ex tabulario Montisriui.

1236. *Gaufridus Barreria* 1236.

Rostagnus 3. 1248.

Ioannes de Albignaco erat agens in partibus remotis Gallicanis, & ipsius vices gerebat Episcopus in distributione præbendarum XII. factâ ex autographo Præposituræ Tolonensis 1268. 6. Idus Iunij, cui adempta fuit administratio bonorum Capituli, & ei collatus Prioratus de Gardâ.
1268.

Guillelmus Bremundi 1. an. 1290.

1306. *Raimundus Albani* 2. 1301. & 1306.

Elzias de Glandeues an. 1313. 1316. posteà Episcopus Tolonensis.

1318. *Petrus de Guillens* 1. 1318. Camerarius; seu Capellanus & Auditor sacri Palatij Papæ, fundauit Vicariam Ecclesiæ parochialis S. Petri de Coreis.

Gaufredus de Rocamoreria nominatur in dono Rosselini de Fossis, domini castri Bormæ 1331. 16. Aprilis, ex tabulario Tolonensi, & 1335.

Pontius Loberie ortus è Colliaco, Vticensis diœcesis, vbi fundauit duas Capellanias in castro loci, sub do-
1370. tatione 40. lib. circa 1370. cui datus fuit census vnius solidi super domos vrbis, & ius ponderis & virgæ ferreæ à Comitibus Prouinciæ, pro iurisdictione quam Præpositus habebat in loco de Soleriis 1398. Hic fuit è familiâ & in contubernio Anglici de Grisaco Cardinalis Albanensis, Legati & Vicarij in temporalibus pro summo Pontifice in Italiâ, ex schedis Capituli Tolonensis; Canonicus etiam extitit Aquensis: idem Pontius condominus castri de Soleriis, bona & iurisdictionem de Soleriis dat ad oppignerationem pretio florenorum auri 25. cartâ an. 1395. Octob. 21.

Gilbertus de Ferratorio 1412.

Alanus Petri 1416. 1416.

Alitredo de Altauillâ 1432.

Yuo de Altauillâ 1434.

Petrus de Claperiis 2. 1437. posteà Episcopus.

Guillelmus Geofroy 2. in tabulario Tolonensi legitur sententia lata per arbitros inter eum & Compriores Ecclesiæ de Coreis, super reformatione dictæ Ecclesiæ & pensionum 1444. 1444. Augusti 26. & 1451. Aug. 23.

Guillelmus Gombaudi 3. 1459.

Antonius Rebiol 1462.

Ludouicus de Fiesque Cardinalis 1483. 1483.

Iacobus de Poitiers 1486.

Ioannes Baptista de Sabellis Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis 1489.

Nicolaus de Flisco itidem Cardilis 1500. & Episc. Tolon.

Gaspar de Glandeues 1513. & 1517. Maij 4. 1513.

Æmarius de Monterserio 1539.

Ioannes Nas 1559.

Stephanus de Albis 1559.

Petrus Cordeli 3. 1562.

Petrus Thomas 4. 1563. quo viuente fuit alienata pars domus Præposituræ. 1563.

Honoratus Thomas frater Petri 1570.

Ioannes Adhemar 1578.

Antonius du Blanc filius Petri, Guillelmi Episcopi Tolonensis germani 1596. ædem Præposituræ à

fundamentis incœpit, Bibliothecam Patribus Capucinis dedit Toloni, & officium Beati Antistitis Cypriani typis edi curauit Parisiis & Anenione.

1619. *Guillelmus du Blanc* 4. superioris nepos ex fratre Carolo 1619. Sanctæ Sedis Apostolicæ Protonotarius, totius diœcesis Vicarius generalis, domum à patruo inchoatam perfecit; in eâ insignia Præpositorum quæ inueniri potuêre, pingi curauit; Hymnos officij B. Cypriani elegantiores reddidit, & seriem Episcoporum auxit & reformauit quorumdam insignibus: adfuit Cœtui Cleri Parisiensi 1635.

Henricus le Grand Iacobi Danesij Præsulis Tolonensis ex sorore nepos, vtriúsque Iuris Doctor, ac Theologiæ Baccalaureus, Præpositus Tolonensis, interfuit Comitiis generalibus Cleri Gallicani Lutetiæ congregatis, pro Arelatensi Me-
1645. tropoli anno 1645. posteà Præposituræ dignitatem permutationis gratiâ cessit.

TORNACENSES

EPISCOPI.

TOVRNAY. en Flandre sur l'Escaut.

Landricæ vrbs Tornacum ad Scaldim fluuium, vetustate & nobilitate primas obtinet, nota est Antonino in Itinerario, & D. Hieronymo epist. 11. ad Ageruchiam, vbi Turnacus vocitatur; in Notitiâ Dignitatum Imperij, ibi erat Procurator Gynecij Tornacensis Belgicæ II. Fuit quondam hoc oppidum à Flandriæ Comitibus possessum, illud verò Carolus v. Imperator, vnà cùm regione ipsius peculiari Tornesisij Flandriæ asseruit, quæ etiamnum Hispaniæ Regi obsequitur. Ibidem Neruiorum sedem quidam collocant, de quâ Armoricus Philippidos lib. 10. hæc cecinit:

Vrbs erat & rebus & ciue superba potenti

Nomine Tornacum Scauri conternima ripæ.

Olim sub Remensi Metropoli, nunc ab anno 1559. sub Cameracensi, quo tempore ab eadem Tornacensi diœcesi auelluntur Brugensis, & Gandauensis Ecclesiæ, in Cathedrales erectæ, cùm iam anteà Comitatus Flandriæ & Artesiæ desiissent subesse ditioni Francorum. Ecclesia Cathedralis Deiparæ Virgini dicata est, in quâ XI. Canonici: longa est pedes 420. alta 113. à pauimento ad fornicem, & 34. campanæ extant in quatuor turribus. Diœcesim illustrant Abbatiæ.

S. AMANDI *S. Amand* O B.

S. MARTINI O B.

S. Martin de Tournay.

SARTÆ *Sarte fem.* O B.

CISONII *Cisoing* O A.

S. NICOLAI O A.

S. Nicolas des Prez lez Tournay.

FALEMPINI *Falempin* O A.

DE PRATIS *fem.* O A.

MARQVETA.

Marquete O A.

LAVDIS *Los* O C.

GROENINGHÆ O C.

Groeninghe.

De Præsulibus scripsêre Guillelmus Gazetus in Historiâ Ecclesiasticâ Belgij: Ioannes Buzelinus in Annalibus Galloflandriæ, & Ioannes Cognatus in Historiâ Tornacensi.

1. S. PIATO.

2. SVPERIOR in Concilio Agrippinensi an. 346. interfuit, Ner- 346.
uiorum Episcopus dictus: sunt enim qui credant Bagaci Neruiorum sedisse, vt monet Aubertus Miræus in Annalibus Belgicis.

3. THEODORICVS, siue THEODORVS circa an. 480. post quem 480.
fuit Interpontificium.

4. S. ELEVTHERIVS, de quo Fortunatus Presbyter in vitâ S. Medardi c. 2. & 18. de quo lege Su-

rium, Ferrarium, Molanum, Miræum, & ſcriptores Flandriæ.

5. S. MEDARDVS Epiſcopus
623. Nouiomenſis anno circiter 623. hanc quoque Tornacenſem rexit Eccleſiam; & ab eo tempore vtrá que Eccleſia, Nouiomenſis ſcilicet & Tornaci, vnum eundémque Paſtorem habuit vſque ad Anſelmum. Quò pertinent verba Fortunati in vitâ Medardi c. 18. *Cùm Eccleſiam, quam Nouiomi conſtruxerat, feliciſſimè gubernaret, ſanctum Eleutherium, Tornacenſis Eccleſiæ Pontificem, quem ipſe in infantiâ ſuâ futurum eſſe prædixerat Epiſcopum, hominem contigit exuere. Poſt cuius lugubres exequias, cùm de Pontificis electione inuicem differerent, peracto triduano ieiunio, & ſollennibus hoſtiarum victimis Deo deuotè oblatis, ſubitâ S. Spiritus inſpiratione inflammati, vnanimiter Sanctum hunc Pontificem Medardum elegerunt. Pontificali demum, Metropolitani ſcilicet & Comprouincialium ſuorum eniſus authoritate, Regiſque ac procerum aſſenſu, plebiſque coactus inceſſabili acclamatione, vix conſenſit; & vnanimi, Pontificali videlicet ac regali authoritate comprouincialium Epiſcoporum, tempore Hormiſdæ Papæ, ſub ſancto Remigio, tunc temporis Remorum Archiepiſcopo, aſſenſu Regis & curialium, ac vtriúſque plebis acclamatione tandem ſuſcepit, & vt vtrique Eccleſiæ Cathedralis ſemper honor maneret, benignè conceſſit.*

6. ANSELMVS ex Monacho Sueſſionenſi & Abbate Diui Vincentij Laudunenſis, anno 1145. teſte Canonico Laudunenſi, Roberto de
1147. Monte in Appendice 1147. vel vt habet Albericus in Chronico 1148. proprius huic Cathedræ conceditur Epiſcopus ab Eugenio 3. Pont. prece & conſilio S. Bernardi Claræuallenſis; ſic enim Albericus fatur: *Apud ciuitatem Tornacum cùm per 400. annos fuit iſta ciuitas cùm Epiſcopis Nouiomenſibus, tandem S. Bernardo mediante, poſitus eſt per Eugenium Papam nouus Epiſcopus, & recepit Eccleſia priuilegium antiquum. Primus Epiſcopus Anſelmus 2. Geraldus 3. Gualterus*: item apud MS. Canonici Laudunenſis memorati legimus verba iſta: *Anſelmus cùm cœnobio S. Vincentij ferè decem & ſeptem annis præfuiſſet, & pro vtilitate cœnobij cùm germano ſuo domino Galtero ipſius loci monacho Romam profectus fuiſſet, à Clericis Tornacenſibus qui iam quadringentis annis proprio Epiſcopo caruerant, mirabili euentu Deo ordinante ibi repertus, in Epiſcopum eligitur, & à domno Papâ Eugenio inuitus & reluctans, obedientiæ vinculo conſtrictus Pontifex conſecratur: ſicque per eum Tornacenſi Eccleſiæ antiqua dignitas reſtituitur, anno ab Incarnatione Domini MCXLV. Dominicâ Lætare Ieruſalem; rediens ergo à Româ &c. Tornacum ad regendum ouile ſibi commiſſum tetendit.* Dedicauit cryptam cœnobij Gandenſis anno 1148. 1148.

7. GERALDVS ex Abbate Villarienſi, qui an. 1156. tranſtulit reliquias S. Crucis, & S. Bauonis: vnus ex benefactoribus cœnobij Trunchinienſis an. 1160. per biennium in Abbatiâ Montis S. Eligij regulariter vixit, vbi ſenex fatis conceſſit 1162. Aug. 12.

8. GALTERVS ex Decano Pontifex creatus regebat an. 1166. re- 1166.
uelauit relliquias in cœnobio Gandauenſi: ac vinere deſiit 19. Auguſti 1171.

9. EVERARDVS D'AVESNES Galteri domini d'Aueſnes, & de Leuſe, Aduocati Tornacenſis filius: qui ex Archidiacono Cameracenſi, ac Nigellæ Præpoſito inauguratus
fuit an. 1172. Fortaſſe autem huius 1172.
Euerardi competitor fuit P. electus ex Cantore Pariſienſi, de quo Stephanus Tornacenſis qui ſequitur ep. 173. hæc commemorat. *Dom. Remenſ. ſi quid minùs ordinatè in electione ipſius à Tornacenſibus Clericis factum eſt, nec abſentis ignorantiam tangere, nec innocentiam iuſti lædere debes, cùm facillimè ſi vobis placet, poſſit emendari: ſed & hoc frequenter & ſolemniter dicitur, quia dominus Rex perſonam iſtam nominatim expreſſit, nominatim Eccleſiæ Tornacenſi præeſſe voluit, & intendit.* Conſtruxit Monaſterium in territorio Brugenſi apud
Chronicum Belgicum Ægidij de 1190.
Royâ. Mortuus eſt an. 1190.

D'AVESNES. Bandé d'or & de gueulle de ſix pieces.

10. STEPHANVS ad Ligerim na-

tus, à puero in basilicâ S. Crucis A Aurelianensis eruditus, fit Archimandrita S. Euurcij, dein ex Abbate quinto S. Genouefæ Montis
1191. Parisiis creatur Episcopus 1191. *Vocatus*, inquit ipse epist. 182. *occultâ Dei permissione ad regimen Ecclesiæ Tornacensis, quamuis minùs sufficiens, minùs idoneus, minùs dignus, totum spiritum meum effudi circa dispositionem Ecclesiæ mihi priùs commissæ, ne labores quibus in eâ sudaueram, deperirent, & successoris occasione turbaretur tranquillitas cælesti mihi promissione concessa.* Idem testatur ep. 202. ad Cælestinum Papam. *Vocatus ad Eccl. Torn. loco & animo remotus, & animo ignarus, nihilque minùs sperans*
1195. *quàm Cathedram.* Anno 1195. dedicat Ecclesiam in cœnobio Gandensi. Obdormiuit Tornaci an. 1203. 3. Idus Septemb. de cuius vitâ pluribus tomo Abbatiarum, & apud scriptores Flandriæ. Epistolarum illius volumen prodiit typis mandatum operâ Ioannis Massoni Archidiaconi Baiocensis, Papirij fratris.

11. Goscelinvs ex Archidiacono Tornacensi consecratur 1204.
1204. Ferdinandum Flandriæ & Hanno- C niæ Comitem quòd res sacras, possessionésque Ecclesiæ violasset, toti Flandriæ sacrorum mysteriis interdixit apud Meyerum an. 1213. huic rescribit Innocentius 3. c. 2. de consecratione Ecclesiæ, diebus profestis basilicas posse consecrari. Obiit 29. Octobris 1218.

Marvis. 12. Vvaltervs de Marvis I. 1219. fundator Abbatiæ Monialium de Pratis: eo sedente Prædicatores conduntur Insulis, & Marqueta Abbatia 1230. quo anno ordinat Sacerdotem Ioannem electum Leodiensem: dedicauit Ecclesiam D de Elleemaere in agro Tornacensi
1245. 1245. 18. Octob. & suscepit legationem ad Albigenses iussu Pont. de quâ Vuilelmus de Podiolaurentij c. 41. vbi vir magnæ probitatis & prudentiæ dicitur. Exemptus è viuis 1251. Februarij 16. humatur in Cathedrali hac insculptâ epigraphe:

Vvalteri *meritum commendant sobria vita,*
Mens humilis, simplex oculus, deuotio pura,
Larga manus, doctrina frequens, afflictio iugis,
Vota crucis, pastoris opus, legatio plena,
Ipse bonos pueros, moniales, ac seniores
Fundat Presbyteros, Beghuynas atque Minores,
Et Comminenses ad se vocat ac Æenenses.

Mandra. 13. Vvaltervs a Mandra II. filius Eustachij de Mandrâ & Mathildis de Croix an. 1252. donauit decimas in Vuasiâ cœnobio Boo- 1252.
B delano 1253. nominatur in translatione S. Fursæi Peronæ 1256. decessit 1262.

De Buchel. 14. Ioannes de Bvchel I. ex Decano Cathedralis, postulante Theodorico Abbate suffectus 1262. interest dedicationi cœnobij Dunensis eodem anno 3. Idus Octob. cùm Radulfo Morinensi ex tabulis Dunensibus. Excommunicauit parentem suum Præpositum Tornacensem, quod nullis precibus flecti posset, vt desisteret à turbatione & violatione iurisdictionis
C Ecclesiasticæ. Animam emisit an. 1266. die 25. Februarij. 1266.

Anghien. 15. Ioannes d'Anghien II. ex nobili prosapiâ dynastarum Anghiani 1270. traductus inde ad Episcopatum Leodiensem.

Movske. 16. Philippvs Movske I. natus Gandaui, ex Cancellario & Canonico Ecclesiæ suæ renunciatur Antistes: malè à Gazeto in Historiâ cognominatus Meuze; electus anno 1274. interest 1279. 5. Cal. 1274.
D Iunij sacro Ecclesiæ Flinensis à Petro Archiepiscopo Remensi factæ, coram Margaritâ Flandriæ Comitissâ fundatrice. Inter viuos esse desiit an. 1283. 24. Decemb. & quiescendi locum accepit in choro Cathedralis. Antiquis versibus Gallicis condidit Historiam Franciæ in ms. membranis.

Vvarenghen. 17. Michael de Vvarenghen I. Insulanus, qui erat Scholasticus Tornacensis 1283. memoratur in Necrologio S. Quintini Viromanduensis eiusdem Ecclesiæ

Canonicus adfuit synodo prouin- A
1287. ciali Remensi 1287. obiit 1291. & sepultus ante maius altare Cathedralis.

VVASSOIGNE. 18. IOANNES DE VVASSOIGNE III. ex Archidiacono Brugensi Pontifex creatus: Regis Franciæ in supremâ Curiâ olim Aduocatus, & Philippi Pulchri Nomophylax: fundauit capellam S. Ludouici in basilicâ B. Mariæ, & colle-
1300. gium Canonicorum Aldemburgense. Obiit anno 1300.

AVVERGNE. D'or au gonfanon de gueulle frangé de sinople brisé de 3. molettes 2. 1. 19. GVIDO D'AVVERGNE pa- B truus Guillelmi Episcopi Leodiensis, mendosè à quibusdam auctoribus nuncupatur de Boloniâ; parentes hic habuit Robertum VI. Comitem Aruerniæ & Boloniæ, Leonorámque de Baffiâ; alius videlicet à Guidone Boloniensi Archiepiscopo Lugdunensi, vt obseruauit Iustellus in Historiâ Comitum Aruerniæ. Interest Synodo Siluane-
1317. ctensi an. 1317. posteà Cameracensis Præsul.

VENTADOVR. 20. HELIAS DE VENTADOVR frater Guillelmi, per Guidonis pro- C motionem ad Episcopatum fit Pon-
1324. tifex huius Ecclesiæ 1324. die 27. Iulij, vt produnt libri Obligat. Vaticani.

VENTADOVR. Comme cy deuant. 21. GVILLELMVS DE VENTADOVR I. nobilis Lemouix, patruus Guidonis de Ventadorio Episcopi Cameracensis: baptizauit Ludouicum Malanum Flandriæ Comitem, & iacet in choro B. Mariæ, sub æneâ laminâ, cui insculptum hoc epitaphium:

Vermibus esca datus, iacet hic reuerenter humatus D
GVILLELMVS natus DE VENTADOVR à nece stratus.
Insignis natu decreuit ab indole purâ,
Toto conatu Decreti noscere Iura:
Et ne mundanis vitiis sorderet opacis,
Efficitur monachus præcludens ostia vanis,
Summè deuotus flagrauit in ordine totus,
Præ cunctis notus carnis compescere motus.
Postea compertus in pauca fuisse fidelis,
Fit velut è cœlis per Papam Præsul apertis.
Tornacum iuuenis, annis septem quasi plenis
Antistes lenit rexit rationis habenis.

22. THEOBALDVS electus 1333. die 6. Iulij in registro Vaticano. 1333.

GHINI. 23. ANDREAS GHINI Florentinus, posteà Cardinalis, ex Episcopo Attrebatensi Tornacensis, notatur in libris prouisionum Prælatorum Vaticani 1334. 17. Octob. ex veteri capsâ in nouam transfert reliquias S. Bauonis, & S. Pharaildis in Ecclesiâ Noui castelli 1336. ex cartulario S. Bauonis: & in B. Petri Blandiniensis tabulis enuntiatur tantùm sub nomine Andreæ de Florentiâ. fundator Collegij Longobardorum Parisiis, & vnius ex Capellis Ecclesiæ Cartusianorum ad eandem vrbem, magnus Francorum Regis amicus, vir prudens, & in rebus gerendis exercitatissimus. Obiit 1342. in patriâ, ibique in monaste- 1342.
rio S. Benedicti quod fundauerat, locum habet quietis.

DES PRES. 24. IOANNES DES PRES IV. ex Lingonensi huc transfertur 1342. deuixit Cameraci 13. Iunij 1349. cuius corpus relatum fuit Tornacum, & conditum in Cathedrali cùm hoc epitaphio:

Ecce Iacob totus accensus amore Rachelis
Pastor deuotus, seruus vigil atque fidelis,
Præsens deuotis pastoribus assimilare
Se satagens, quot sic Lucas typicè vigilare
Testatur, Pastor bonus hic magnúsque Sacerdos
Extitit, est agnus, animæ detur (rogo) ter dos.
In bino iure magnus, magnæque staturæ,
Regalis curæ Consul, cui gratia purè
Nomen concessit, sic quis per dicta patescit
Iste IOANNES sic DE PRATIS, cui requies sit.

De Ioanne quoque sic legitur in cartâ Capituli generalis Cartusianorum: *Orabitur pro domino Ioanne Epis.*

copo Tornacensi ordinis nostri benefactore, qui consuetam eleemosynam 30. *florenorum misit Capitulo.* Porrò notat Philippus Locrius Ioannem scripsisse vitas Ludouici x. Philippi v. Caroli 4. & Philippi 6. Regum Franciæ.

La Forest. 25. Petrvs de la Forest 1. Franciæ Cancellarius, hunc obtinuit Episcopatum an. 1349. 14. Iulij, ex libro prouisionum Prælatorum Vaticani, posteà Parisiensis, & Rotomagensis. 1349.

D'Arbois. 26. Philippvs d'Arbois ii. patriâ Sequanus, ex Eleemosynario Ludouici Comitis Flandriæ, & Decano S. Donatiani Brugensis, tum Nouiomensi Præsule traductus fuit ad Tornacensem Episcopatum 1351. 23. Februarij vt testantur acta Vaticani. Sumptibus propriis ædificauit Ecclesiam Cartusianorum Tornaci, ac plurima templis Brugensi, Tornacensi, & Arbosij diœcesis Bisonticensis in Comitatu Burg. legauit. Coniunxit matrimonio Philippum Audacem Burgundiæ Ducem, & Mariam Flandriæ Comitissam in æde S. Bauonis Gandaui 1369. Extinctus an. 1378. ac sepultus in choro Cathedralis; cuius monumento elato, hi versus ante cladem Nouatorum adscripti legebantur: 1378.

Hic iacet in tumulo magnâ virtute Philippvs
Arbosivs *primùm Nouionas, Neruius inde*
Antistes magnus meritis & nomine, templis
Qui tribus esse dedit, multis donaria scripsit,
Largus & ad sacram fuit hic quoque Virginis aram,
Post varias laudes exemplàque lucida vitæ
Queis sibi susceptam permouit ad æthera plebem,
Hic cinis & puluis mortis requiescit in vrnâ.

Avxi. 27. Petrvs d'Avxi, ii. Canonicus Tornacensis, & Doctor Theologus, scrutinio delectus Præsul 1379. ex lib. Obligationum Vaticani, contra quem tamen sedit Gandani *Ioannes Van Vaest* tempore schismatis Clementis 7. ac defunctus habitu Pontificio terræ mandatur in Abbatiâ S. Victoris Teneræmundæ 1384. ornauit basilicam S. Saluatoris Brugensis Canonicorum Collegio teste Oudergesto Belgico Historico; dedicauit Ecclesiam Cartusianorum eodem anno: ac facto functus 1387. quiescit ad Franciscanos Parisienses. 1379.

La Tremoille. Comme cy deuant. 28. Lvdovicvs de la Tremoille i. nobilissimâ familiâ Tremolliorum, ex ramo toparcharum de Fontmorand oriundus est: Philippi Ducis Burgundiæ Consiliarius, eius fauore per Pseudopontificem Clementem 7. Episcopus creatur: anno autem 1410. penultimâ Iulij testamenti tabulas dictauit, quibus hæredem designat Ioannem de Tremoliâ germanum, nominuátque executorem Georgium Tremoliæ & Suliaci dominum, vt patet ex apographo registri veteris supremæ Curiæ Parisiensis, quod referemus inter analecta Historiæ nostræ Genealogicæ de Tremoliâ: sepelitur eodem anno 15. Octob. apud Dominicanos Parisienses. 1410.

Thoisy. 29. Ioannes de Thoisy v. Philippi & Ioannis Burgundiæ Ducum à Consiliis, & Cancellarius ex archiuis S. Trudonis. Episcopus anteà Autissiodorensis, ingreditur vrbem solemniter 6. Nouemb. 1413. de quo Monstreletus in Chron. Sacrarium Ecclesiæ decorauit effigie argenteâ Deiparæ Virginis, ac decessit Insulis 1433. sepulturæ locatur ante maius altare suæ Cathedralis. 1413.

Harcovrt. 30. Ioannes de Harcovrt vi. ex nobilibus de Haricuriâ in Normanniâ, Præsul Ambianensis, deiu Tornacensis; inuectus est vrbem solemni ritu 27. Septemb. 1433. post Archiep. & Primas Narbonensis. 1433.

Chevrot. 31. Ioannes Chevrot Poliniacensis, Duci Burgundiæ à Consiliis, ex Archidiacono Rotomagensi postulatur Episcopus Tornacensis. Ecclesiam suam vario ornatu munerum, iocalium, ornamentorum locupletauit; quædam etiam pro missâ quotidianâ fundatâ Capitulo largitus

largitus eſt : morte ſublatus apud In- A
1460. ſulas die 23. Septemb. 1460. huma-
tur in choro Eccleſiæ Cathedralis
iuxta maiorem aram, ſub tumbâ, cui
proſtat effigies eius cuprea.

32. GVILLELMVS FILLATRE
FILLATRE. II. Burgundus, ex monacho S. Pe-
tri Catalaunenſis & Abbate S. Theo-
dorici Remenſis, indéque Epiſco-
po Virdunenſi, & Tullenſi, necnon
Abbate S. Bertini Audomarenſis,
promotus ad hanc Sedem Torna-
cenſem curante Philippo Burgun-
diæ Duce an. Domini 1461. ſed eius
nominationem interpellauit Rex B
Francorum ſub cuius dominio Tor-
nacum parebat ; poſteâ Ludouici
XI. gratiâ fretus, ſolemni inaugu-
rationis pompâ vrbem ſuam ingre-
ditur. Cancellarius fuit Velleris
Aurei, de quo & librum Gallicè
ſcripſit; plurimis Legationibus fun-
ctus ; ea imprimis celeberrima eſt
quam obiuit 1463. ad ſummum Pon-
1463. tificem Pium 2. pro diſpenſatione
voti à Philippo Duce, de expeditio-
ne contra Turcos ſuſcipiendâ, in il-
lo ſolemni Faſiani conuiuio Inſulis
emiſſi. Legendus Æneas Syluius
(qui Pius II. epiſt. 388 & 389.) Va- C
lerius Andreas, & Antonius San-
derus. Baſilicam ſuam ac D. Berti-
ni Abbatiam ornamentis & ſtructu-
ris inſtaurauit, plurimáque alia con-
tulit Eccleſiis quibus præfuit. Gan-
daui defunctus 22. Auguſti 1473. vn-
de corpus relatum in Abbatiam Ber-
tinianam, honorificè ibi ſepelitur
hoc Epitaphio.

Abbas quiſquis erat clarà Vullelmus
in albâ,
Hoc iacet in templo cui bona multa
tulit.
Virduni fuit hic Præſul, Tulliqne dein- D
ceps,
Indéque Tornaei per pietatis opus.
Hic Ducis inuicti Burgundi in ſede
Philippi
Conſilij primus, qui bene noſſet,
erat.
Sic omnes morimur, ſed virtus ſola
beatos
Efficit, illa comes, téque Guillelme
beat.

CLVGNY. 33. FERRICVS DE CLVGNY
nobilis Burgundus, Canonicus &

Officialis Eduenſis, Libellorum ſup- Commé
plicum Ducis Burgundiæ Magiſter, cy deuant.
Canonicus Tornacenſis, Præpoſitus
Euerſamiétis, & Velleris Aurei Can-
cellarius, frater Guillelmi Epiſcopi
Sareptani, Suffraganei Henrici Lo-
tharingi, Epiſcopi Morinenſis, po-
ſteà Pictauienſis, poſſeſſionem ini-
uit 1474. 22. Martij : baptizauit Bru- 1474.
xellis in æde S. Gudulæ 1480. Mar-
garitam Maximiliani de Auſtriâ fi-
liam ex Mariâ Burgundâ. Obiit Ro-
mæ 1483. 7. Octob. ſepultus ad S.
Mariam de Populo Cardinalis tit.
S. Vitalis.

34. IOANNES MONISSART MONISSART.
VII. ex Decano Teroanenſi, natio-
ne Flander, quique etiam Pontifi-
cis Max. Referendarius fuerat, de-
ſignatur à Sixto IV. Papâ per obi-
tum Card. S. Vitalis 18. Octobris
1483. à quo inauguratur vt habent 1483.
Acta Conſiſtorialia: qui anno ſequen-
ti Romæ fatis conceſſit.

35. ANTONIOTTVS PALLA- PALLAVICINI.
VICINI nobilis Genuenſis Cardi-
nalis, ex Epiſcopo Pompelonenſi
hanc ſedem Tornacenſem adipiſci-
tur beneficio Innocentij 8. an. 1484,
eam per Vicarios tantùm rexit, &
nunquam inuiſit : cuius aſſenſu ere-
ctum eſt cœnobium de Monte Car-
melo 1487. vitam illius prolixè re-
fert Ciaconius, & elogium Folieta. 1487.
Obiit an. 1507. die 10. Septemb. &
in baſilicâ Principis Apoſtolorum
cadauer humatum primò, dein ad
Eccleſiam S. Mariæ de Populo tranſ-
latum, in choro iuxta mauſolæum
Ioannis Baptiſtæ Cardinalis Caual-
licenſis nepotis tumulatur, hac ad-
iectâ epigraphe, DEO OPT. MAX.
ANTONIOTTO PALLAVICI-
NO, *Genuenſi, Epiſcopo Praeneſtino,*
Sanctæ Rom. Eccl. Cardinali S. Pra-
xedis, ſub Innocentio VIII. *Alexan-*
dro VI. *Iulio* II. *ampliſſimis Legatio-*
nibus, maximiſque Reipublicæ muneri-
bus ſummà cùm laude probitatis, at-
que prudentiæ perfuncto; Io. Baptiſta
Abbas S. Anton. Gen. V. S. Refer.
& Babillanus Pallauicini fratres ob
diſturbatam veteris ſepulchri ſedem, in
Vaticanæ apſidis demolitione, vt eo-
dem tumuli loco, cùm Ioann. Baptiſtà
fratris ſui filio Cardinali conderetur,
tranſlatis oſſibus pio patruo poſſ.

MDXCVI. Eius tempore LVDO- A
VICVS POT nobilis Gallus, Ab-
bas S. Launomari de Blesis, inueni-
tur designatus Episcopus Torna-
censis an 1495. qui etiam compe-
1495. titor fuit Petri Quicke; & in scri-
niis Parlamenti Parisiensis an. 1502.
extat Senatusconsultum datum pro
eius possessione pacificâ: Decessit
an. 1505.

36. PETRVS QVICQVE III.
QVICQVE. Gandauensis, Religiosus Dunensis,
& D. Amandi-Elnonensis Abbas
consecratur ab Henrico de Berghes
Episcopo Cameracensi 1497. in Ec- B
clesiâ S. Saluatoris Brugensis, præ-
sente Philippo Austriæ Archiduce:
baptizauit Carolum V. Imp. Gan-
daui anno 1500. moritur an. 1506.
1506. 21. Ianuarij, & iacet ad S. Aman-
dum.

HAVTBOIS. 37. CAROLVS DE HAVTBOIS
I. Abbas S. Amandi, Libellorum
supplicum in Regiâ Magister, ciui-
tatem solemni pompâ ingressus an.
1506. fundauit Missam matutinalem,
diœcesanam synodum celebrauit, &
cùm cessisset Episcopatum Ludoui-
co sequenti 1513. mortuus est Ange- C
1513. liaci in Pictonibus, humatus ad
Franciscanos Castri Eraldi diœce-
seos Pictauiensis, vnde erat oriun-
dus.

GVILLART. 38. LVDOVICVS GVILLART
I. Parisiensis, ex demissione Caroli
an. 1513. vrbem inuectus mense Fe-
bru. 1518. sedit inde vsque ad an-
1524. num 1524. permutationis gratiâ
transfertur ad Carnotensem Epis-
copatum.

CROY. 39. CAROLVS DE CROY II.
Henrici Comitis Porceani, & Car- D
lotæ de Chasteaubriant filius, ex
Abbate Affligemensi, Altimontis,
& S. Ghisleni, in quâ postremâ Ab-
batiâ vt plurimùm residebat, iunior
designatur 1517. annorum 17. Ro-
mæ sacratus, Tornacum ingreditur
1519. cuius Cathedralem insigni au-
læo decorauit. Obdormiuit apud
S. Ghislenum, vbi sepultus 11. De-
1564. cemb. 1564.

D'OGNIES. 40. GVIBERTVS D'OGNIES
Ioannis dynastæ de Ogniaco, Tor-
naci Gubernatoris, & Margaritæ
de Lannoy natus: ex Vicario gene-
rali in spiritualibus Caroli decesso-
ris Episcopus adlectus, sacratur in
æde S. Amandi 21. Octob. 1565.
Nouembris sequentis XI. solemni
celebritate Ecclesiam ingreditur.
Vigilantissimus Pastor extitit, &
basilicam suam insuper vario ornatu
sacrarum vestium donauit. Vitæ
diem clausit extremum Curtraci 25.
Augusti 1574. cadauer effertur se- 1574.
peliendum Tornaci in Cathedrali.

41. PETRVS PINTAFLOVR PINTAFLOVR.
IV. Cassellensis Flander humili lo-
co natus; in Academiâ Louaniensi
studiis institutus, ad Decanatum
Tornacensem promotus, consecra-
tur Curtraci in æde Collegiatâ à
Martino Iprensi, & Remigio Bru-
gensi Episcopis vltimâ Iulij 1575. 17.
Octob. insequenti festiuâ pompâ
vrbem ingreditur. Ad meliorem vi-
tam euocatur longæuus Dominicâ
XI. Aprilis 1580. sepultus in Cathe- 1580.
drali iuxta maius altare intra sepul-
chrum Philippi Arbosij, tali epita-
phio:

Perculso Arbosij sectarum clade sepulchro,
PETRVS PINTAFLOVR *ter quintus Præsul ab illo,*
Vir bonus, & vitâ pius, & sincerus in omni,
Vidisti ciues, lachrymásque in morte dedisti,
Vt cineres tumulo pariles sociaret eodem,
Id nouat, & quinto suscepti muneris anno,
Exhaustam senio & curâ Paschalibus albis,
Cælicolis vitam clausit, succurre viator.

42. MAXIMILIANVS MORIL- MORILLON.
LON I. Louaniensis, anno ætatis 64.
consecratur in Cathedrali à Ludo-
uico Barlaymontio Archiepiscopo
Cameracensi, assistentibus Remigio
Brugensi, & Abbate S. Ghisleni.
Præpositus anteà Collegiatæ S. Pe-
tri Ariensis, & in Archiepiscopa-
tu Machliniensi Cardinalis Gran-
uellæ Vicarius. Obiit 27. Martij 1586.
1586. in Cathedrali quiescit.

43. IOANNES DE VENDEVILLE VENDEVILLE.

VIII. Singhemiensis, iuris Doctor A & Regi Catholico à Consiliis, ex Professore in Academiâ Louaniensi ac Duacensi assumptus ad Episcopatum 24. Iulij 1587. sacrum excipit in choro monasterij S. Martini 12. Maij 1588. ministerio Ludouici Cameracensis Archipræsulis, Mathæi Attrebatensis, & Episcopi Calcedonensis. Sollicitudinis pastoralis sedulus indagator in lustrandâ diœcesi, zelo animarum flagrans ac disciplinæ collapsæ restaurandæ. Capucinos in vrbem induxit, ac mor-
1592. tuus est 15. Octob. 1592. in choro Cathedralis conditus ante Ca- B thedram Episcopalem.

BARLAYMONT. 44. LVDOVICVS DE BARLAYMONT II. Archiepiscopus Cameracensis, dum à suâ Metropoli vi expulsus esset, suscepit authoritate Pontificiâ, administrationem Ecclesiæ Tornacensis Pastore viduatæ; vrbem ingressus 13. Nouemb. 1593.
1595. donec propriæ restitueretur, quod accidit desinente anno 1595.

D'ESNE. 45. MICHAEL D'ESNE II. Betencurij quondam dynasta, filiusque Adami ex Bonâ de Lalain; hic Phi- C lippo 2. Regi Hispaniæ honorarius Ephebus, sacris posteà initiatus, Pontifex nominatur, ac possessionem
1596. adiit 19. Nouemb. 1596. consecratus ab Octauio Episcopo Tricaricensi Nuntio Apostolico, assistentibus Gandauensi & Iprensi Præsulibus mense Decembri 1597. Synodum conuocauit an. 1600. apposuit primarium lapidem fundamentis Ecclesiæ Patrum Soc. Iesu in vrbe, Aprilis 2. 1601. defunctus Cal Octob. 1614. paulò post instituturus Carmelinarum conuentus in ciuitate. De D eo vide Franciscum Sueertium in Athenis Belgicis.

DE GAND. De sable au chef d'argent. 46. MAXIMILIANVS DE GAND, II. dictus VILLAIN, ex Comitibus Isseghiamis, Maximiliani Comitis Præfecti Ærario Belgicæ, Insulæ, Duaci, & Orchiarum Gubernatoris filius ex Philippâ de Iausse de Mastaing: primùm Canonicus Cameracensis, & Tornacensis, dein Antistes sacratur 14. Martij 1616. orauit in solemni funere Alberti Archiducis 1621. & Isabellis Belgarum Principis: sublatus è vitâ mense Nouembri 1644. 1644.

DE GAND. 47. FRANCISCVS DE GAND DE VILLAIN Iacobi Philippi de Gandauo Comitis Isseghiami, Archiducum Belgicæ Maioris Dapiferi, & Odiliæ de Claherhout filius; ex patrimonio auorum Baro de Rassenghiem, Elisabethæ Archiducissæ Belgij Oratorio Præfectus, Præpositus Montensis, dein S. Petri de Insulis, Canonicus B. Lamberti Leodiensis; successit patruo in Episco- 1644. patum ab anno 1644.

TRECENSES
EPISCOPI.

TROYES en Champagne sur la Seine. AVGVSTA Tricassinorum, nunc Trecæ, Augustobonâ Ptolemæo, inferioris Campaniæ, Gallicanæ vrbs, quam Sequaua interluit, quæ & Tricassis, Tricassium vrbs in Notitiâ Prouinciarum, nota est Plinio, Antonino, Ammiano, Greg. Turon. Nitardo, Bedæ, & aliis melioris notæ Scriptoribus. Episcopali sede nobilis, & mercaturæ imprimis dedita: amplissimi Comitatus ac Patriatus caput, sub Parlamento Parisiensi, & Archiepiscopatu Senonensi, à quâ Metropoli abest supra tredecim millibus passuum Gallicorum, à Luteriâ 36. Quæ quidem ciuitas decoratur amplâ iurisdictionis Regiæ Præfecturâ, seu Balliuiatu, cuiusque Ecclesia Cathedralis S. Petro dicata, quadraginta Canonicos habet, præter alios plures Ecclesiasticos, quibus præest Decanus: duas Collegiatas, sex parochiales, & Abbatiam S. Lupi. In diœcesi verò numerantur parochiæ plurimæ, & hæ Abbatiæ:

CELLA AD VRBEM O B.

Monstier la Celle.

S. LVPI O A.

S. Loup de Troyes.

S. MARTINI DE AREIS O A.

S. Martin ex Aires.

S. Mariæ de Pratis *fæm.* *Nostre-Dame des Prez* O C.

Arremarvm *Montieramey* O B.

Nigella Abscondita O B. *Nesle la Reposte.*

Paraclitvs *Paraclit fæm.* O B.

Cantvsmervla *Chantemerle* O A.

Bvllencvria *Boulencourt* O C.

Ripatorivm *Larivour* O C.

Reclvsvm *Reclus* O C.

Pietas Dei O C. *La Pieté Dieu lez Ramern.*

Sigelleriæ *Seellieres* O C.

Hortvs *du Iardin fæm.* O C.

Bellaqva *Belleau fæm.* O C.

Bassvsfons *Bassefontaine* O P.

Bellvslocvs *Beaulieu* O P.

Capella ad Plancas O P. *La Chapelle aux Planches.*

Nicolaus Camuzatus Canonicus Trecensis noster eruditus amicus, nec-sine laude nominandus, summo labore ac curâ patriæ vetusta monimenta, seriemque Episcoporum, in locuplete admodum Promptuario Antiquitatum Tricassinarum collegit, ex quo & diuersis scriptoribus nostrum hunc catalogum deprompsimus.

1. S. Amator in Breuiario Trecensi Calend. Maij anno circi-
340. ter 340. primus recensetur Episcopus Tricassinorum.

2. Optatianvs in Concilio
346. Agrippinensi anno 346.

3. Leo.

4. Heraclivs.

5. S. Melanivs, eius relliquiæ in A monasterio Cellensi asseruantur & coluntur 22. Aprilis.

6. Avrelianvs.

7. S. Vrsvs anno circiter 426. 426.
colitur 26. Iulij.

8. S. Lvpvs, 1. ætatis suæ facilè princeps Gallicanorum Episcoporum, qui Tulli Leucorum natalitia sortitus genere nobili, patre Epirochio, vt scribit vita ipsius apud Surium, postquàm bonis litteris operam nauasset in contubernio Ali- B stichij patrui sui, accepit vxorem Pimeniolam S. Hilarij Episcopi Arelatensis sororem, quâ sponte dimissâ, & Euangelicæ perfectionis feruens studio, sanctum ille Honoratum Abbatem Lerinensem conuenit, vnde regressus, 52. annis natus ad Episcopatum Trecensem assumitur anno, vt aiunt, 426. post biennium cùm S. Germano Autissiodorensi ad profligandam hæresim Pelagianam in Britanniam missus est, pro tuendâ fide, & cùm eodem Præsule adfuit Synodo Verolamij
celebratæ an. 446. Eius virtutes 446.
C prædicat Sidonius l. 6. ep. 1. sic loquens: *Benedictus Spiritus sanctus, quòd tu pater Patrum & Episcopus Episcoporum, & alter sæculi tui Iacobus, de quadam specula caritatis, nec de inferiore Ierusalem tota Ecclesiæ Dei nostri membra superinspicis, dignus qui omnes consoleris infirmos, quique meritò consularis ab omnibus.* Et rursùm: *Cùm sis procul ambiguo primus omnium toto quà patet orbe, Pontificum, cùm prærogatiuæ subiiciatur, cùm censuræ suæ attremat etiam turba Collegij, cùm in grauitatis vestræ comparationem, ipsa etiam grandæuorum corda D puerascant, cùm post desudatas militiæ Lerinensis excubias, & in Apostolicâ sede nouem iam decursa quinquennia, vtriúsque sanctorum Ordinis quendam te conclamatissimum Primipilarem spiritalia castra venerentur:* Transiit ve-
rò ad Christum 29. Iulij an. 479. 479.
Episcopatus 52. auctor est Gregor. Turon. de Gloriâ Confess. cap. 67. nulli haberi incognitum, apud Tricassinorum Campaniæ vrbem eum sepultum fuisse; in illo autem tumuli loco constructum fuit posteà cœnobium de ipsius nomine, Ordi-

nis Augustiniani Trecis, quò eius lipsana sacra custodiuntur.

9. S. CAMILLIANVS Sulpitij Tricassini ciuis filius, Lupo suffectus est. Concilio Aurelianensi 1. subscri-
511. psit anno 511. Eum vocat Sidonius Himerium, eiúsque virtutes & animi decora egregio sanè elogio commendauit, quod operæpretium est verbis ipsius l. 7. ep. 13. ad Sulpitium sic expromere: *Himerius Antistes filius tuus Lugdunum nuper à Tricassibus venit, quo loci mihi raptim ac breuiter inspectus Sanctum Episcopum Lupum facilè Principem Pontificum Gallicanorum, sua tam professionis magistrum quàm dignitatis autorem, morum nobis imitatione restituit. Deus bone! qua viro censura cùm venustate, si quid vel deliberet fortè, vel suadeat? abundat animi sale cùm consulitur, melle cùm consulit. Summa homini cura de literis, sed maximè religiosis: in quibus eum magis occupat medulla sensuum, quàm spuma verborum. Tota illi actionum suarum intentio, celeritas, mora, Christus est. Quódque mirère, vel laudes, nihil otiosum facit, cùm nihil faciat non quietum. Ieiuniis delectatur, edulijs adquiescit, illis adhæret propter consuetudinem crucis, istis flectitur propter gratiam charitatis: summo vtrunque moderamine, quia comprimit quoties prandere statuit, gulam; quoties abstinere, iactantiam: officia multiplicat propria, vitat aliena. Cúmque ipsi vicissim deceat occurri, gratiùs habet si sibi mutuus honor debeatur magè quàm rependatur. In conuiuio, itinere, consessu, inferioribus cedit: quò fit, vt se illi voluptuosiùs turba postponat superiorum. Sermonem maximo temperamento cùm colloquente dispensat, in quo non patitur aut vllam verecundiam externus, aut familiaris iniuriam, aut credulus inuidiam, aut curiosus repulsam, aut suspiciosus nequitiam, aut peritus calumniam, aut imperitus infamiam. Simplicitatem columbæ in Ecclesia seruat, in foro serpentis astutiam, bonis prudens, malis cautus, neutris callidus iudicatur. Quid plura? Totum te nobis ille tam reddidit: totam tuam temperantiam, religionem, libertatem, verecundiam, & illam delicatæ mentis pudicissimam teneritudinem iocundâ similitudine exscripsit; quapropter quantum volueris deinceps frui secreto, indulgere secessui, licebit indulgeas: quandoquidem nos in fratre meo Himerio, auum nomine, patrem facie, vtrúmque prudentiâ iam tenemus.* Migrasse dicitur ad Dominum circiter an.
525. illiúsque nominis consecrata est solemnitas 18. Iulij in Ecclesiâ maiore, vbi eius reliquiæ obseruantur: & depositionem notat Molanus 22. Martij in Additionibus ad Vsuardum. 525.

10. S. VINCENTIVS anno 526. ædem construxit D. Auentino extra vrbem, in quâ quiescit. 526.

11. AMBROSIVS in Concilio Arelatensi 5. an. 549.

12. GALLOMAGNVS in Parisiensi 4. anno 573. & Matisconensi 581.
1. 581.

13. AGRECIVS, cuius mentionem habet Greg. Turon. l. 8. c. 31. Historiæ Francor. Scriptor. vbi dicitur missus per Gunrrannum Regem ad Iuniorem Clotharium vnà cùm Senonensi Artemio, & Verano Cabilonensi.

14. LVPVS II.

15. EVODIVS.

16. MODEGISILVS.

17. RAGNEGISILVS natione Aquitanus, de quo vita S. Frodoberti apud Promptuarium Tricassinum: *Frodobertus*, inquit, *sub Rege Francorum Clodoueo, itémque Clothario Iuniore deprehenditur floruisse: cùm apud præfatam vrbem Trecassinam Ragnegisilus Pontifex vicem Apostolicam ministraret. Fuit autem idem Ragnegisilus natione Aquitanus, septimus decimus iam dictæ ciuitatis Episcopus, de quo fertur inter cætera, quòd basilicam B. Sauinæ Virginis in fundo sui iuris construxerit, Ecclesiam cui præsidebat, hæredem instituens, in quáque honorificè sepultus iacet, nimirum in arculâ lapideâ quæ hodiéque prostat, reconditus.*

18. LEVCONIVS.

19. BERTOALDVS.

20. Vammirvs.

21. Abbo Felix, cuius mentio in vitâ S. Frodoberti, vbi dicitur vigesimus primus Pontifex extitisse, & apud Flodoardum l. 2. c. 6. quædam prædia cùm Leudegisillo Antistite Remensi commutasse.

22. Vvlfredvs.

23. Ragembertvs.

24. Aldobertvs ex Monacho Cellensi, in Frodobertinâ Historiâ reperitur: *Ex eiusdem loci*, ait, *cœnobitis B. Frodoberti vitam, institutionémque sequentibus, quamplures postmodum in vrbe Trecassium extitère Pontifices. Inter quos Aldobertus vir summi ingenij, & præcipuæ sanctitatis, itémque Bobinus natione Aquitanus. Quorum vterque ipsi loco ingentia commoda contulère, intra, extraque quibus possibile fuit, amplificando modis. Sicque in plenitudine bonorum operum diem vltimum consummantes, intra septa basilicæ eiusdem monasterij nobilem sortiti sunt sepulturam.*

25. Fredebertvs.

26. Gavtserivs.

27. Ardvinvs.

28. Censardvs.

29. S. Bobinvs patriâ Aquitanus, ex monacho Abbatiæ Cellensis, vbi reliquiæ corporis coluntur 22. Aprilis, ibidem sepultus.

30. Amingvs.

31. Adelgarivs.

32. Osvlfvs.

33. Bertvlfvs.

34. S. Pavlvs in Martyrologio Bedæ inscribitur Calend. Februarij; tamen videtur ibi agi de S. Paulo Tricastinensi ex veteribus chirographis: eius corpus conditum in sacrario Tricassinæ Ecclesiæ.

35. Heltas Ludouici Pij Imperatoris ætate vixit, fuitque particeps coniurationis illorum qui ipsum è fastigio Imperij exturbarunt; fato raptus anno 835. vnâ cùm Iesse 835.
Ambianensi Præsule, & Vnalâ monasterij Corbeiensis Abbate, sicuti produnt acta vitæ Ludouici Pij in Annalibus Pithoeanis, & tomo 2. Historic. Franciæ Scriptorum.

36. Adalbertvs an 837. quo tempore fundatur Arremarense cœnobium in diœcesi Tricassinâ; nominatur in cartulario Ferrariensi.

37. Galindo, cognomento Prvdentivs Hispâniâ oriundus, interfuisse memoratur Synodis Parisiensi 846. Turonensi 4. 849. 846.
Suessionensi 2. 853 hoc eodem anno statuitur iudex in controuersiâ Clericorum Remensis Ecclesiæ, & in ordinatione Æneæ Præsulis Parisiensis epistolâ 99. Lupi Abbatis Ferrariensis. Ei scribit Leo 4. Papa, vt monasterium Arremarense consecret, & Lupus Abbas epist. 63. quâ testatur per Regem Carolum delegatum ad monasticam disciplinam restaurandam, sic scribens: *Superuacuum iudico locorum statum, quem iam perspeximus, iterum adire, quando nulla sit correctio subsequuta, & in Aurelianensi ac Senonico, & vestro ac nostro pago restent quædam cœnobia, in quibus tempus interim terere possumus, vt sicut in aliis locis, ita & in iis etiam emendanda per nos Rex cognoscat, & ne in Legatis eius ipsius iussio contemnatur, si voluerit, sentiat. Quanti enim sumus habiti, imò ipse qui nos miserat, nobis impensus honor patefecit, & monasteriorum instaurata religio. Proinde antequam Legationem adoriamur, Regi per me de his quæ videbantur suggerere statui, & tractorias accipere, & tunc, fauente Dei gratiâ, proficisci.* Intimus fuit Hincmaro, à quo consultus in abstrusis sacræ Scripturæ locis explicandis, tanquam perspicax diuinæ scientiæ interpres; & apud Flodoard. Histor. Remensis l. 3. c. 21. conqueritur se præsentiâ eius fraudari. Scripsit correctiones in librum Ioannis Scoti ad Guenilonem Archiepiscopum Senonensem, quas legere est apud Camuzatum: Extinctum autem an. 861. docent Annales Francorum 861.

Bertiniani. *Galindo, cognomento Prudentius, Tricassinæ ciuitatis Episcopus, natione Hispanus, adprimè literis eruditus, qui ante aliquot annos Gotescalco Prædestinatiano restiterat, post felle commotus contra quosdam Episcopos secum hæretico resistentes, ipsius hæresis defensor acerrimus: indeque non modica inter se diuersa & fidei aduersa scriptitans, moritur. Sicque licet diutino languore fatigaretur, vt viuendi, ita & scribendi finem fecit.*

38. FVLCRICVS ex alumno Ecclesiæ Remensis in Episcopatum successit. Concilio Suessionensi 3 interfuit anno 866. & Tricassino 867. 867.
de quo Flodoardus meminit epistolâ Hincmari ad eum scriptâ l. 3. » c. 23. his verbis: Fulcrico Tricassi- » no Episcopo Eccl. Remensis alum- » no, gratias referens pro epistolis » quibusdam Augustini ab eo sibi » missis, & de libro Didymi, quem » sibi Fulcricus mitti petebat, ac de » Ecclesiis monasterij Orbacensis, ad- » monens eum, ne contra matrem » suam Ecclesiam, scilicet Remensem, » & patronum suum S. Remigium » aliquid peruersè agere præsumeret. Lupus Ferrariensis Abbas Folcricum vocat epist. 125. quâ ei gratias agit pro subsidio dato illius cœnobitis de Aquensi fundo, in clade Normannorum; sic autem eum compellat: *Affluentiam gratiæ diuino munere vobis indultam, literis comprehendere placuit, ad laudem illius qui dedit, & ad condemnationem auaritiæ, condemnationémque inuictissimæ charitatis. Nam cùm aliquam insulam Sequanæ pagani crudelissimi piratæ applicuissent, quæsita est sub Meleduni oppido ab aliis recens exusto & eorum vicinam nobis, vt erat periculosissimam, nisi Dei miseratio subueniret, duceremus, nec in monasterio consistere audebamus, nec quò migrare possemus, depressi, ærumnâ tantæ calamitatis inueniebamus. Inter hæc cùm me grauiter ægrotantem visitatum venissetis, ac nos ingenti exterritos metu offendissetis, illicò absque vllo deliberationis tædio, nostrum exonerastis pudorem, & prævenientes nostram supplicationem obtulistis prædiû Aquense, dominationis vestræ præcipuum, in quo tutiùs malitiam temporis vitaremus, tenendæ nostræ professionis opportunitate non penitùs destituti.*

39. OTTVLFVS in Concilio Pontigonensi anno 876. & in Tricassino 2. 878. præsente Ioanne 8. Papâ, & Ludouico Balbo Rege: cuius acta sess. 5. aiunt: *Ottulfus venerabilis Episcopus sanctæ Tricassinæ Ecclesiæ libellum obtulit reclamationis super Isaac de villâ Venderenensi, suámque dicebat eam obtinere parochiam.* Et scribit Hincmarus apud Flodoardum. 876.

40. BODO, ex cartâ Arremarensis Monasterij Robertus Comes Trecensis impetrauit à Carlomanno Rege, vt de suis honoribus quæ sunt è Comitatu Trecassino, daret Episcopo Bodoni anno quarto regni.

41. RITHVEVS, siue RITHNEVS.

42. OTBERTVS.

43. ANSEGISVS interfuit prælio ad Calomontem contra Normannos, nam de illo profert Flodoardus in Chronico: *Anno 925. redintegrante, Ragenoldus cùm suis Normannis Burgundiam depopulatur, cùm quo Vuarnerius & Manasses Comites, Ansegisus & Gozelinus Præsules congressi apud montem Calaum Nordmannorum plusquam 800. sternunt. Varnerius Comes ibi, equo cui sedebat occiso, captus & interemptus est, & Ansegisus Trecassinæ vrbis Episcopus vulneratus.* Auctor est Aimoinus, siue eius Continuator l. 5. c. 44. obortam grauem controuersiam inter dictum Ansegisum, & Robertum Comitem, quæ eò sæuiit, vt sede Episcopali pulsus Ansegisus ad Othonem Imp. se receperit, qui adductis Saxonibus vrbem oppugnauit. 925.

44. VVALO, seu GVALO Pontificatum tenuit an. 972. decessit 1. Martij ex Martyrologio Autissiodorensi. 972.

45. HADRICVS, vel AYRICVS.

46. MILO benedictioni Ecclesiæ S. Stephani Senonensis factæ à Seguino Archipræsule 983. interest 983.

cùm Rocleno Niuernensi, & Heriberto Autissiodorensi apud Odorannum in Chronico. Quo tempore D. Mastidiæ corpus inuentum est in Ecclesiâ Trecensi, quam vetustate collapsam restituit.

ARCEIS. 47. MANASSES D'ARCEIS I. Hilduini Comitis de Arceyo germanus, prout testantur acta S. Bercharij: religionis & pietatis cultor præcipuus apud Aderaldum Archidiaconum suum in analectis vocatur: supremum diem expleuit an.
993. 993. quem eo encomio commendat Glaber Rodulfus l. 2. c. 7. Hist. Fran. *Manasses vir sanctitate plenus Trecorum Episcopus.*

48. RAINALDVS.

49. FROMVNDVS I. obiit circa annum 1034. in antiquo S. Petri Viui Senonensis chronico.

50. MAINARDVS, Daimberti Vicecomitis Senonum germanus, ex Archiclaui illius Ecclesiæ Episcopus adlectus, interfuit Concilio Seno-
1048. nensi 1048. vbi postea Archiepiscopus.

51. FROMVNDVS II. sacratus à Leone Papâ 9. ex chronico veteri
1049. S. Petri Viui: *in hoc tempore 1049. Papa Leo venit Lingonas ciuitatem vbi ordinauit Frotmundum Trecorum Pontificem.*

52. HVGO I.

53. HVGO II. ex his vnus fuit Canonicus Catalaunensis antequam Episcopatus apicem assequeretur, vt auctor est Camuzatus: isque aut superior affuit sacro Philippi I. Regis an. 1059 cuius etiam diplomati subscripsit 1067. pro confirmatione Prioratus S. Martini Parisiensis: an.
1071. 1071. & 1075. in cartâ Floriacensi reperitur.

DE PONTS. 54. PHILIPPVS DE PONTS I. qui & MILO, Binomen hic fuit, filius nempe Pontij Pontium suprà Sequanam domini, vt ex tabulis compluribus apparet. Sedebat iam ab anno 1082. interfuitque Synodo Senonensi. Eodem Pontifice cele- A brata sunt Trecis duo Concilia, primum anno 1104. in causâ Siluanectensis Præsulis de simoniâ falsò ac- 1104.
cusati, Ricardo Pontificio Legato, cuius mentio est apud Iuonem epistolâ ad Paschalem summum Pontificem; alterum an. 1107. præsidente Paschali 2. Papâ; quâ autem occasione congregatum fuerit, disserit fusiùs Abbas Vspergensis in chronico. Anno 1090. idem Philippus tribuit Præbendam in Cathedrali S. Petri Canonicis Regularibus D. Georgij de Almonesris, qui à S. Quintino Beluacensi depen- B dent, ex tabulis huiúsce monasterij. Porrò Philippus instituit Prioratum Insulensem in gratiam S. Roberti Molismenstis Abbatis, diplomate dato 1104. Trecis in Capitulo, quod confirmauit Daimbertus Senonensis Archiepiscopus eodem anno, codicillis relatis apud Camuzatum, vbi notat eius cessione collata fuisse Canonicis suis iura quatuor parochiarum. Hoc Pontifice Theobaldus castelli Domni Petri dominus, Ecclesiam S. Martini quam terreno iure possederat, donauit S. Martino Maiorismonasterij: « fa- C ctum, inquit carta, Trecis 15. Cal. « Ianuarij in Ecclesiâ S. Petri, præsi- « dente dicto venerando Episcopo « Philippo in consilio suo, astante ve- « nerando collegio Abbatum, Mo- « nachorum, Clericorum, sicut in plenariâ Synodo. Prætereà chiro- 1120.
grapho publico anni 1120. Hugone Comite Campaniæ, monachi Maiorismonasterij testantur eundem Philippum eis cessisse Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiolam de Maso Alarici, ex cartis originalibus Prioratus Domni Petri. Iuo Carnotensis illi & aliis Episcopis ep. 79. inscri- D bit, necnon 257. Obiit anno 1121. 1121.
Quòd autem fuerit Binomen, ortúsque ex prosapiâ de Pontibus, vt nos, post editum Promptuarium variis tabulis admonuit Camuzatus, testatur documentum fundationis factæ anno 1112. de Abbatiâ Puteolorum in Vastinensi pago, & diœcesi Senonicâ, in quâ denominatur Milo: sequenti anno in diplomate Regis Ludouici dato Catalauni, quo dictam Abbatiam Victorinæ Parisiensi aggregauit, & subscripsêre Daimbertus Senonensis Archipræsul,

Præsul, Iuo Carnotensis, Gualo Parisiensis, Manasses Meldensis, Ioannes Aurelianensis, Humbaudus Antissiodorensis, & Philippus iste Trecensis, qui in priori membranâ se inscribit Milonem: Valterus porrò qui tabulæ Compendiensi inscriptus reperitur, reiiciendus ex albo Episcoporum, vt & Rainaldus quidam filius Milonis domini Montislerici, & Braij, Vicecomitis Trecensis, de quo Supplementum Aimoini c. 47. refragantur enim tabulæ Hatonis Episcopi, qui in quadam cartâ decessorem nominat Philippum.

55. HATO ex monacho Cluniacensi ad Episcopatum eligitur circiter 1122. Pontifex societate D.
1122. Bernardi Claraeuallensis, & amicitiâ Petri Abbatis Cluniacensis notus, quibus arcto vinculo adstrictus fuit, quod palam est ex pluribus Bernardi & Venerabilis epistolis. Eo sedente Synodus Trecis celebrata est, in quâ Templariorum Ordo comprobatur 1127. item adfuit Synodo Pisanæ 1137. cúmque reuerteretur ab Italiâ, haud longè à Pontremulo oppido grauiter sauciatus est in capite, & in carcerem coniectus, vt scriptâ de hac re epistolâ conquestus est idem Venerabilis. De eo mentio fit in actis donationis Ecclesiæ de Baldimento Fratribus S. Quintini
1141. Beluacensis, & anno 1141. recensetur in litteris confirmationis Theobaldi Blesensis Comitis pro Canonicis S. Georgij. Extant quoque eiusdem Hatonis litteræ donationis, quas ex originali exscripsimus, quibus testatur cùm in Breonensi Ecclesiâ Comes loci præbendas Clericis sæcularibus dare consueuisset, Airardus Comes hanc iniustitiam in manu Philippi Præsulis decessoris deposuit, obsecrans vt traderetur monachis Deruensibus, quod Monasterium Briennæ Comitum specialem sepulturam esse attestatur scriptis tabulis anno 1131. 2. Philippi Regis, filij Ludouici, 19. Cal. Februarij. Auctor est Albericus in chronico sede Pontificiâ priuatum fuisse in Concilio Remensi per Eugenium
1149. Papam; ait námque sub an. 1149. *in hac Synodo Archiepiscopi, Episcopi & Abbates vsque ad mille centum residisse dicuntur. Episcopus Aurelianensis ibi depositus est, & Hato Trecensis, cui Hatoni ad preces Comitissæ Campaniensis successit Henricus.* Eius anniuersarium notatur in obituario Arrematensi 4. Cal. Septemb. quo die interiit: ac legitur donasse huic monasterio Ecclesias de Clareio, de Follis, & de Angledurâ; in Calendario Abbatiæ Ripatorij quam fundauerat, & vbi sepultus traditur: eius commemoratio habetur 30. die Sextilis.

56. HENRICVS DE CARINTHIE I. ex Comitibus Carinthiorum, monachus anteà professus Abbatiæ Morimundi Ord. Cisterciensis; Mathildis Carinthiacæ vxoris Henrici Campaniæ Comitis gentilis erat, suffectus est Hatoni deposito 1149. apud Albericum, vel 1148. superiore anno cedit monasterio Vallislucentis decimas parochiæ Berneriarum, cuius cœnobij fuit specialis patronus. Radeuicus Canonicus Frisingensis l. 1. c. 51. virum venerabilem nuncupat, cùm ageret Legatum Regis Franciæ apud Imperatorem. Cessit Petro Comestori Decano Clerico suo, postquam reuersus fuisset Henricus ab Hungariâ, Ecclesiam de Arbrosello. Subscripsit Trecis donationi Theobaldi Comitis Blesensis cœnobio Ripatorij 1151. benedixit monasterium in Nonocastro cùm Burchardo Argentinensi Præsule 1158. 4. Nonas Maij, teste Guilimanno. In eius autem gratiam Henricus Trecarum Comes Palatinus, eius consanguineus priuilegiis exornauit Ecclesiam Trecensem; deinde fato fungitur circa an. 1169. sepultus in Abbatiâ 1169.
Bullencuriæ.

CARINTHIE. De gueulle à la fasce d'argent qui est Austriche, party d'or à 3. leopards de sable, lampassez, & armez de gueulle, mis l'vn sur l'autre qui est Suaube; les deux ensemble pour Carinthie.

57. MATHÆVS reperitur in tabulis Capituli an. 1174. & 1175. in cartâ Lucianæ Abbatissæ Fatemonasterii, pro Ecclesiâ de Valcellulis, apud Pruuinum scriptâ in domo Episcopi Trecensis. Ei & Capitulo scribit Alexander 3. Pont. Max. an. 1178. de eligendo Decano; & 1179. 1179.
interfuit Concilio Lateranensi: obiit 1180. ab eâ Synodo reuertens; in chronico Roberti S. Mariani monachi, sapientiâ, & animi strennitate famosus celebratur: cadauer se-

pulchro delatum est iuxta antecessorem suum Henricum in cœnobio de Bullencuriâ.

Povgy. 58. Manasses de Povgy sit ex Archidiacono & Decano Trecensi, è genere toparcharum de Pougeyo in diœcesi Tricassinâ satus, ad dignitatem Pontificiam euehitur an. 1181. qui codicillis suo sigillo munitis decreuit, vt Decanus à Canonicis eligeretur an. 1183. reperiuntur eius litteræ in tabulario Cathedralis super compositione Archidiaconatus Banleiæ Trecensis 1184. &
1188. aliæ donationis Vennæ 1188.

Plancy. 59. Bartholomævs de Plancy, Henrici Comitis Campaniæ Cancellarius, qui & Haicius de Planceyo, ex Decano Ecclesiæ creatus 1190. de eo fit mentio in cartâ Ramerudi 1191. & S. Petri Trecensis
1192. 1192. Triennio vel circa gregi suo præfuit, extinctus 20. Februarij, terræ mandatur in cœnobio Ripatorij, è regione maioris aræ, ac cœnotaphio quod semipedem supra terram erigitur, adiecta inscriptio breuis: *Hic iacet Bartholomæus Trecensis Episcopus.*

Trainel. Vairé, contrevairé d'argent & d'azur. 60. Garnervs de Trainel vetustâ ac nobili prosapiâ Baronum Campaniæ, dynastarum Triannellorum oriundus, suscepit Trecensem Ecclesiam anno 1193. decessoribus Præsulibus in eâ locupletandâ
1199. haud impar fuit. Nominatur 1199. in conuentu Carnutensi celebrato pro dote assignandâ Blanchæ, filiæ Regis Nauarræ. Crucem sacræ militiæ tesseram sumpsit, & electioni Balduini Comitis Flandriæ in Orientis Imperatorem, captâ Constantinopoli adfuit apud Goffridum de Villaharduino Campaniæ Senescallum l. 1. de eodem Balduinus Imp. Bizantinus epist. ad Principes Christianos. Obedientiam excepit ab Abbatibus suæ diœceseos. Extrema clausit apud Constantinopolim an. 1205. 14. Aprilis, vt prodit liber Obituariorum Ecclesiæ.

61. Hervevs, confirmatur ab
1206. Innocentio 3. Papâ anno 1206. Romæ apud S. Petrum 10. Cal. Martij: in Pontificiâ bullâ dicitur Herueus vitâ, scientiâ, & famâ præclarus. Eidem scripsit Pontifex c. Dilectis 55. de Appellationibus, per legitimè interpositam appellationem, principale cùm accessorio ad iudicem appellatum deferri, & sententiam excommunicationis post appellationem non valere. In illius verò capituli epigraphe in veteri codice nominatur Cantor, & Archidiaconus maior: sed & c. Dilecto 25. de Præbendis huic Præsuli ab eodem Papâ dirigitur, in quo memoratur ipsius Episcopi prædecessor in partibus Constantinopolitanis olim agens. Est verò notabilis illa Decretalis decisio, duorum ad vnum eundémque Canonicatum receptionem esse irritam, illúdque Herueus censuerat, vtpote in vtróque iure peritus, & longæuus apud Vincentium. Dissidium habuit cùm Rege Philippo pro iure Regaliorum, quòd constat ex tabulâ datâ apud S. Germanum in Layâ 1207. extant eius litteræ super compositione Capituli Trecensis, & Fratrum Scolarium B. Mariæ in Insulâ 1222. item exemplar concordiæ Capituli Cathedralis cùm Canonicis S. Stephani Trecensis, cuius documenta apud Camuzatum. Expleuit mortalitatem an. 1223. humatus 1223.
in sacello Deiparæ Trecensis, tumulo æneo, pedem aut circa à tellure extante, cui incisi sunt hi versus:

Præsul Trecensis, priùs autem Parisiensis
Verbi diuini doctor, de curte Morini
Paupere gente satus, iacet Hervevs *hic tumulatus.*
Cilicium, cordæ, ieiunia, lamina ferri,
Cùm rectis corde, faciunt me ad sydera ferri.
Anno milleno bis centenòque viceno
Terno, reddo polo spiritum, & ossa solo.
Anno septeno deno quoque Pontificatus,
Et sexto Nonas Iulij tránsmigro beatus.

62. Robertvs ex Decanatu meritorum suorum gradibus Cathedram Episcopalem ascendit 1223. recensetur an. 1224. inter Præsules, qui ex debito pastoralis officij mili-

tabant in castris regiis apud Turo- A
1225. nes : litem composuit 1225. quam
habebat cùm Cantore Trecensi:
de quo Vincentius lib. 31. c. 124.
Obiit anno 1233. apud Chronicon
Alberici, ac die 3. Iunij ex libro
Nectologij.

63. NICOLAVS ex Archidiacono Trecensi scrutinio Canonicorum delectus Pontifex 1233. ex eodem Alberico & chartis regiis: hoc verò sedente 1248. Franciscani conduntur: & Ecclesia Collegiata S. Vrbani fundatur per Vrbanum 4.
Papam in domo paternâ 1265. Fato B
1269. fungitur 1269. mense Aprili, sepultus in odeo Ecclesiæ, vbi epitaphium sequens appositum:

Anno milleno bis centenòque noueno
Cùm sexageno, sub Aprilis tempore pleno,
Præ Marci festo, tu qui legis hæc memor esto,
Quòd linquens mundum miserum nimis & moribundum.
Præsul Trecensis NICOLAVS, *sede Briensis*
Fons Decretorum, patriæ lux, forma bonorum, C
Annis ter denis numero iunctis sibi senis,
Nobilis Antista patriâ præfulsit in istâ.
Vos qui transitis, totiénsque venitis & itis
In prece vos sitis, quòd Christus sit sibi mitis.

NANTEVIL. 64. IOANNES DE NANTEVIL I. Philippi Nantolij Oudoini toparchæ filius, cui Præsuli erat frater Theobaldus Bellouacensis. Episcopatus insignia suscepit 1269. fidelitatem fecit Regi Ludouico die D
Lunæ post festum B. Martini, apud Esseyum anno præfato: & clientelare iuramentum recepit à Roberto Duce Burgundiæ pro feodo sancti
1295. Iusti. Decessit 1295. 27. Iunij in Obituario Trecensi; tumulatur in choro S. Petri de Beluaco hâc inscriptione.

Ecce sub hoc tumulo sunt Præsulis ossa IOANNIS,
Trecensi populo qui multis præfuit annis.
Cuius Nantolium fulsit per progenitores

A *Nam genus egregium; sed census nobiliores.*
Hic humilis, mundus, largus fuit atque iocundus,
Moribus Angelicus, clemens cunctis & amicus.
Si duo demantur, trecenti, milléque dantur
Anni, tunc moritur, quando Stephania reperitur.

65. GVICHARDVS Monasterij Cellensis ad mures Trecenses præfectus, ad fastigium Episcopatus euasit an. 1295. cùm Canonicis Ec-
B clesiæ suæ pro multiplici contro-
uersiâ pactum iniit an. 1304. die 1304.
Mercurij ante festum B. Laurentij. Apud Stephanum Archiepiscopum Senonensem iudicem delegatum à Sede Romanâ insimulatus fuit, Ioannam Reginam Franciæ & Nauarræ veneficio sustulisse, vt produnt Annales veteres Francorum ad annum 1308. idcirco carceri mancipatus, sed posteà innocens declaratur an.
1313. Mortuus die 22. Ianuarij, terræ 1313.
mandatur in Ecclesiâ Bosniæ, vt recitant schedæ Pithoeanæ.

C 66. IOANNES DE AVXEIO II. DE AVXEIO. ex Cantore Cathedralis, Canonicus Augustodunensis ac Iuris Antecessor, renunciatur Præsul 1314. siue vt habent regesta Cameræ Com-
putorum an. 1316. & confirmatur à 1316.
Philippo Metropolitâ. Quiescit in templo D. Petri è conspectu maioris aræ, sub æneo opertorio.

67. GVILLELMVS MECHIN I. MECHIN. ex Episcopo Pompelonensi in Nauarrâ subrogatur anno 1316. vel 1317. ex libro prouision. Prælatorum Va-
D ticani: admissus ad iusiurandum clientelare apud Bellicadrum decreto Caroli Regis, ac instante Cardinali S. Mariæ de Aquiro 1322. Nouemb. 21. Huius meminit Pont. Max. Ioannes XXII. in indulgentiarum diplomate: & rescriptum cœ-
nobij puellarum S. Mariæ Trecen- 1324.
sis 1324.

68. IOANNES D'AVBIONY III. AVBIONY. Abbas S. Martini Ambianensis ad Gemellos, dein huius sedis nominatus Præsul 1324. die 11. Maij in registro Vaticano. Dedicauit Eccle-

ſiam Cartuſianorum Pariſienſium 6. A Cal. Iulij 1315. & in Obituario Trecenſi illorum Ordinis inſignis benefactor celebratur. Comprobat ſtatutum diuiſionis fructuum & redditûum præbendarum in caſtro ſuo de Aquis menſe Iunio. Teſtamenti
1341. tabulas ſcripſit anno 1341. ſepultus in ſacello S. Saluatoris Trecenſis ſub nigri marmoris loculo.

Avxois. Degueulle à 3. chaſteaux d'or crenelez.

69. Ioannes d'Avxois III. ſuperioris nepos & Cantor Tricaſſinus, ac Canonicus Eduenſis, ad Epiſcopatus apicem tranſlatus 1342.
1342. eo ſiquidem anno ciuitatem con- B ſuetâ pompâ inuebitur. Tranſactionem iniit cùm ſuæ Eccleſiæ Archidiaconis in Curiâ Epiſcopali Trecis eodem anno. Factus eſt poſteà Autiſſiodorenſis.

Poitiers.

70. Henricvs de Poitiers II. Aymari Valentinenſium Comitis, & Sybillæ de Baucio filius, Franciſci Andriæ Ducis, Auellini Comitis, ac Margaritæ Tarentinæ Principis natæ. Pontificatum adipiſcitur tranſlatus è Vapincenſi ſede anno
1354. 1354. ex libris prouiſionum Prælatorum Vaticani; reperiuntur litteræ C quibus Gubernator vrbis ac Bailliuiatus Trecenſis inſcribitur: erat videlicet hic militari robore præditus, qui aduersùs Anglos in Campaniâ ſæpiùs conſerto prælio conflixit, eorúmque copias fregit, vt docet Froiſſartus variis locis Hiſtoriæ ſuæ tomo I. cap. 197. 198. & ſequentibus. Intereſt baptiſmo filij Caroli 5. Regis 1368. Lutetiæ; extat in ſcriniis Epiſcopatus inſtrumentum teſtamenti quo varia legata ordinauit, cuius tabulas refert in ſuo Promptuario Camuzatus: Moritur an. 1370. & ſepulturam accepit in maiore templo S. Petri è regione ſummi altaris, ſub æneo cœnotaphio, variâ celaturâ condecorato, cui inſculptum hoc epitaphium: ***Hic iacet nobilis & potens vir dominus*** Henricvs de Pictavia ***olim Dei gratiâ Epiſcopus Trecenſis, filius quondam nobilis & potentis Principis domini Aimari de Pictauiâ, Comitis Valentinenſis & Dienſis, qui obiit in ciuitate Trecenſi, in ſuo hoſpitio vocato gallicè de la Montée, die***
1370. ***25. menſis Auguſti an.*** 1370.

71. Ioannes Braqve IV. Braqve. Nicolao Gallici ærarij Quæſtore genitus, ſynodalia decreta in vnum corpus coaceruauit, & admittit hominum clientelare Ogerij de Anglurâ pro terrâ ſuâ 1371. fatis ceſſit 1375. die feſto S. Laurentij 10. Auguſti, vt ferunt acta Capitularia.

72. Petrvs de Villiers I. Villiers les Herbices. profeſſione Dominicanus Trecenſis, Doctor Laureatus in Academiâ Pariſienſi, verbi diuini concionator inſignis, & Carolo 5. Regi à ſacris Confeſſionibus, oppidulo Villaris les Herbices, decem leucis à Tricaſſinâ ciuitate oriundus; qui ex Niuernenſi Præſule ad Tricaſſinam ſedem transfertur. Hic Prædicatorum ſuorum Trecenſium monaſterium cellulis, bibliothecâ, ædificiis & ornamentis ditauit; Eccleſiam autem B. Petri primò ſolemni ritu inuiſit 1376. die 29. Aprilis, ſed Præ- 1346. ſulatus munera tantùm geſſit per 20. menſes, denatus 1377. 11. Iunij, humatur in Dominicanorum templo è regione ad dextram principis aræ, lapideâ Epiſcopi effigie iacente, iuxta quam proſtat tabella continens epitaphium vetus Gallicis rithmis elucubratum, quod apud Camuzatum reperies.

73. Petrvs de Arceis II. Arceis. frater Nicolai Autiſſiodorenſis Antiſtitis, quondam Trecenſis Canonici & Theſaurarij, cognomen ſortitus erat ab oppidulo Arceienſi Tricaſſinæ diœceſis; qui priùs in Eccleſiaſticâ curiâ Trecenſi Cognitor iuridicus extiterat: creatur 1377. in eóque Epiſcopatu laudabiliter, caſtè, integréque in omnibus verſatus. D Appoſuit primum lapidem amboni Eccleſiæ, ſeu pulpito: ac teſtamentum ſcripſit Aprilis 18. 1395. quo a- 1395. nimam reddidit Dominicâ Quaſimodo, ſepulturæ illatus in odeo maioris templi Trecenſis ſub nigro marmore.

74. Stephanvs de Givry Givry. ex Senatore Pariſienſi ſuffectus 1395. 24. ulij ex regeſto Vaticano, vrbem inuiſit, Eccleſiam primùm ſolemniter inuectus 2. Octobris eiuſdem anni, ſibi aſſiſtente Archiepiſ-

copo Senonensi, ac obuiam procedente numerosâ populi frequentiâ, excipit obedientiam Abbatum Ripatorij, Cellensis, S. Martini de Areis, & Bassifontis; suppressit vnam de 40. Præbendis Ecclesiæ ma-
1411. ioris an. 1411. & benedixit 20. Maij 1425. Ecclesiam S. Lupi. Postodum appositus est ad patres suos anno 1426. & in Cathedrali ex aduerso maioris altaris sepultus est hoc adiecto epitaphio: *Hic iacet excellentis memoriæ* STEPHANVS DE GIVRIACO *Remensis diœcesis, quondam Trecensis Episcopus, qui postquàm an. 20. Parisius in Regio Parlamento sedit, & in Episcopali Cathedrâ 31. gregem suum laudabiliter rexit, ætatis an. 92. spiritum reddidit Domino an. Do-*
1426. *mini 1426. die Aprilis 26. Requiescat in pace.*

L'ESGVISÉ. 75. IOANNES L'ESGVISÉ v. Trecensis, in Artibus Magister, & Iure Ciuili Baccalaureus, atque in Canonico Licentiatus, necnon Tricassinæ Ecclesiæ Canonicus, Confratrum calculo, per obitum Stephani electus est anno 1426. vt apparet ex formulâ in codice Tricassino ac S. Lupi relatâ. Huius memoriam Annales Gallicani conseruant, & tradunt præcipuam operam nauasse, vt Anglorum excusso iugo, ciuitas Trecensis Carolo 7. legitimo Principi obsequium sponderet. Amelgardus Leodiensis presbyter in Historiâ Caroli 7. *Rex aggressus Trecas Campaniæ vrbem, consilio atque operâ probatissimi & sapientissimi viri M. Ioannis Acuti, qui illius vrbis Episcopalem Cathedram tenebat, & Ecclesiastica strenuè ac nobiliter administrabat, in eam vrbem cùm pace & lætitiâ est receptus.* Regiam Legationem gessit in Synodo Basileensi testimonio Æneæ Siluij lib. 1. c. 2. Obiit
1450. 1450. sepultus in sacello D. Saluatoris Trecensis sub æneo tumulo, cui prostat epitaphium Gallicum sic Latinè versum. *Hic iacet cadauer, prudentissimi, & nobilis domini Magistri* IOANNIS L'ESGVISÉ *quondam Episcopi & nati de Trecis, quam Ecclesiam administrauit laudabiliter per 24. annos, vsque ad 3. Augusti 1450. quo decessit Lutetiæ, & corpus inde elatum subtus sepelitur.*

76. LVDOVICVS RAGVIER Emedei Raguieri Reginæ Elisabethæ Bauaræ Caroli 6. Regis sponsæ, ærario Præfecti natus: ex Canonico Ecclesiæ Trecensis 1450. viâ electionis subrogatus, ex tabulis Trecensibus ac Vaticani, eiúsque electio rata habetur 4. Nouemb. per Ludouicum Senonensem Metropolitam. Is suam Ecclesiam multis donis auxit, reliquiis Sanctorum, variâque supellectili sacrâ, necnon ædificiorum structurâ honestauit: longæuus curam pastoralem cessit Iacobo nepoti ex fratre, defunctus 1488. conditur terræ iuxta altare 1488. maius Cathedralis æneâ tumbâ, hoc addito epitaphio, quod Latinè sic sonat: *Hic iacet Reuerendus pater in Domino nobilis dominus* LVDOVICVS RAGVIER *Episcopus huius Ecclesiæ, imperante Christianissimo Principe Carolo Rege Franciæ septimo huius nominis, fuit Senator in Parlamento, deinde Præses in Curia Inuaminum Lutetiæ; qui obiit 19. Augusti 1488. Animam eius possideat Dominus.*

RAGVIER. D'argent à vn sautoir de sable accompagné de 4. perdrix au nat-turel.

77. IACOBVS RAGVIER Abbas Arremarensis, per cessionem patrui eligitur 1483. Decemb. 3. ex libro prouisionum Prælatorum Vaticani. Canonicus Parisiensis ac Legum Doctor, 28. Februarij solitâ pompâ Ecclesiam suam inuisit; sacra quædam officia in Cathedrali annuatim celebranda instituit; dicat Ecclesiam Franciscanorum de Tanlaio, permissu Ioannis Lingonensis Episcopi 22. Septembris 1496. 1496. quiescit in templo maiore Trecensi iuxta patruum, sub æneo loculo, teste hac breui inscriptione: *Hic iacet Reuerendus pater in Deo nobilis dominus* IACOBVS RAGVIER *quondam Episcopus Trecensis, & Administrator perpetuus Abbatiarum Arremarensis, & S. Iacobi Pruuinensis, qui excessit 14. Nouemb. 1518.*

RAGVIER.

78. GVILLELMVS PARVI II. Normannus, Ordinis Prædicatorum, Theologus Parisiensis, Regum Ludouici XII. & Francisci I. Confessarius, priuato suffragiis electionis Capitulo, virtute Concordatorum, nominatus est à Rege; tùm Episcopus nondum in funere

PETIT.

Annæ Francorum Reginæ, cui adſtitit morienti, orationem habuiſſet: Trecenſis autem Epiſcopatus procuratorio nomine adiit poſſeſſionem 10. Martij anni 1518. & ſtatim
1518. de Cathedralis Trecenſis ornamento, eiúſque ſacrario, vaſis ac veſtibus ſacris inſtruendo ſollicitus fuit, necnon paſtoralis curæ, & diœceſeos regimine adminiſtrando. Interfuit Concilio prouinciali Senonico, in quo perorauit vir multiiugæ eruditionis, ex cuius penu litterariâ prodiêre in lucem Chronicon Sigeberti, Gregorij Turonenſis, Adonis, Pauli Diaconi, Luitprandi Ticinenſis; nec tantùm in Philoſophiâ, ſed in omni diſciplinarum genere verſatiſſimus fuit; vnde nec immeritò à Claudio Seiſſellio in vitâ Ludouici 12. Regis prædicatur. Fit poſteà Siluanectenſis Præſul, vt diximus.

Henneqvin. Comme cy deuant.

79 Odoardvs Hennequvin nobilis Trecenſis, Abbas S. Lupi Trecenſis, B. Martini in Areis, & de Virtute Catalaunenſis diœceſeos; ad patriæ tandem Epiſcopatum euaſit permutationis gratiâ cùm Guillelmo, pro Eccleſiâ Silnanectenſi,
adeptus poſſeſſionem an. 1527. die
1527. 27. Martij. qui opulentas ſacerdotiorum pecunias extruendis ac ſarciendis Epiſcopatus ædificiis, & operibus piis impendit: animam exhalauit 13. Octobris 1544. ætatis 60. humatus in Eccleſiæ mediâ naui ſub æneo ſepulchro.

Lorraine.

80. Lvdovicvs de Lorraine II. Cardinalis poſteà Guiſius, adoleſcens 18. annorum Adminiſtrator in ſpiritualibus Epiſcopatus lectus, poſt vacationem 8. menſium ab obitu Odoardi, ſucceſſit 13. Iu-
1545. lij an. 1545. Poſteà Albienſis Præſul.

Caracciol. D'or au lion d'azur.

81. Antonivs Caracciol Ioannis Caraccioli Principis Melfiæ, Franciæ Mareſcalli, & Proregis in Pedemontanâ regione Franciſco I. Rege filius; quam gentem inter familias illuſtres Neapolitani regni claram memorat Sanſouinus. Hic Regis beneficio inſtitutus Archimandrita S. Victoris Pariſienſis, tandem ex commutatione cùm Ludouico à Lotharingiâ Epiſcopatum Trecaſſinum accepit, cuius inauguratur Antiſtes in ſacello Infirmariæ S. Victoris Dominicâ 15. Nouembris 1551. Eccleſiam inuiſit ſolemni- 1551.
ter primùm 13. menſis Decemb. anni præfati: ſummis animi dotibus præditus, & verbi diuini declamatione conſpicuus claruit; vnde & à Ioachimo Bellaio celebri poetâ laudatur, quòd fuerit tergeminæ facundus munere linguæ; cùm verò aliquot annis curam paſtoralem ſatis laudabiliter exercuiſſet, tandem hæreticæ prauitati nomen dedit, abiectâque Epiſcopali infulâ, Nouatorum ſe anteſignanum publicè profeſſus eſt anno 1561. Gallicanæ Eccleſiæ grauiſſimo ſcandalo, extinctus eſt in hæreſi apud Caſtellumnouum, oppidum Aurelianenſis diœceſeos anno 1569. conditur in Eccleſiâ huius loci. De illius vitâ fuſiùs apud Camuzatum.

Bavffremont. Vairé d'or & de gueulle.

82. Clavdivs de Bavffremont Abbas Aceij & Balernæ, Theſaurarius Turonenſis, Clandij & Antoniæ de Vienne ex nobiliſſimo vtróque ſtemmate parentum filius, per defectionem Antonij ad partes hæreticorum ſub pacto tamen illi penſionis ſoluendæ, nominatur à Rege 17. Februarij 1561. 1561.
conſecratus in templo Trecenſi à Suffraganeo Biſonticenſi, Carolo Deſcars Pictauienſi, & Nigropontino Præſule, Suffraganeo Lingonenſi, die ſacrâ Aſſumptionis Virginis 1563. cùm die 23. Maij ſolemni ritu poſſeſſionis exceptus fuiſſet. E viuis exemptus 1593. 24. Septemb. ætatis 64. iacet in ſacello Eccleſiæ Sceyi ad Ararim, quod eſt oppidum Baufremontiæ gentis in Sequanis, ſeu Burgundiæ Comitatu, cùm corpus eius propter ciuilium bellorum æſtus referri Trecas non potuiſſet.

Breslay. D'argent au lion de gueulle, & au franc cartier, vn croiſſant d'azur.

83. Renatvs de Breslay Abbas Sanctorum Sergij & Bacchi Andegauenſis, & Cathedralis S. Mauritij Canonicus ac maior Archidiaconus, poſt longam ſedis vacationem, *Renato Benedicto* Andegauenſi, Doctore ac Decano Facultis Theologiæ Pariſienſis, S. Euſtachij Curione, & Henrici IV. Con-

fessario à Rege quidem ad Eccle-
siam Trecensem nominato, sed abs-
que institutione Pontificiâ eius fru-
1604. ctibus potiente ad an. 1604. iura
tandem cessit Renato Breslæo, qui
Regiâ schedâ donatus, & à Paulo
v. Pontifice creatus, inauguratur
mense Octobri 1604. possessionem
adiit per procuratorem 20. Septemb.
anni 1605. At eodem postmodum
spontè cedente an. 1621. cuiusdam
permutationis causâ, Iacobvs
Vignier, Iacobi in sanctiore
Consistorio Consiliarij, Baronis de
Riceio, de Villamauri, & de S. Lie-
baudo in Campaniâ, ex Mariâ de B
Mesgrigny filius, Episcopalis mune-
ris successor designatus præmoritur
an. 1622. Romæ, in Cathedrali
Trecensi Sancti Petri ad colum-
nam sub laminâ cupreâ, hac inscri-
ptione insignitus est: Sacrvm
æternæ memoriæ. Iacobo Vignier
*Doctori Theologo Parisiensi, nomi-
nato* Episcopo Trecensi,
*Priori Commendatario S. Martini à
Campis, & B. Mariæ Argentoliensis,
castissimo moribus, amœnissimo ingenio,
nobilissimo gente, ditissimo Sacerdotiis,
doctissimo vtràque linguâ, litteratissi-
mo diuinâ & humanâ scientiâ, sapien-* C
*tissimo supra æuum & ætatem, qui ra-
ro tot dotium consortio, paulùm vice-
nario maior, raptus simul & ostenta-
tus orbi est, adeò præcox fatum, &
omnia dedit & rapuit. It intra supre-
mum vitæ biennium, quatuor publicis
& nominatissimis actibus omnia Theo-
logiæ mysteria euoluit, & exhausit in
scholâ Parisiensi, & ibi Galliam nomi-
nis sui stupore impleuit è cineribus Ioan-
nis Pici rediuiuus Phœnix: eadem cùm
illo olim meditatus Romam venit, sed
heu! post sesquimensem aduentus didi-
cit homines hic mori. Sub dies supremi
morbi Doctor Theologus Parisiensis re-* D
*nunciatus est; quod vni vsquam om-
nium hominum adolescenti, & absenti
ob singularis ingenij miraculum conces-
sum est. Interfuit augustæ quinque
Sanctorum apotheosi sub Gregorio* xv.
*Pontifice, & statim morbo lethali re-
cumbens, occubuit postridie Paschæ,
resurrectionem cogitans, Anno* mdc.
1622. xxii. *vixit an.* xxii. *mens.* iii. *in-
dole maturus, funere acerbus, spem
magis quàm rem fruendam præbuit Vr-
bi & orbi. Pio erga cariss. filium affe-
ctu mœsti Par. posuère.* Post exces-

A sum Vignierij, Nicolavs de
Megrigny Regio diplomate de-
signatur Præsul, ratus Episcopatum
vacasse per obitum Iacobi, contra-
dicente tamen Breslæo, inter quos
inita est tandem conuentio ac con-
cordia sub debito pensionis annuæ:
tumulatus hîc fuit in Cathedrali
Trecensi iuxta Vignierum nepotem
cùm sequenti epitaphio: Deo Sa-
crvm *& piis manibus.* Nicolao
de Meorigny *nobili, & in Præ-
fecturâ Calumontium, & Tricassium
per auitos fasces illustri familiâ nato,
Regi Christianissimo Lud.* xiii. *à Con-*
B *siliis, piarum & sacrarum largitio-
num Comes, Eleemosynarius per octen-
nium fuit; quo in munere gratiam Prin-
cipis amplè demeritus, singulari ipsius
iudicio & nominatione factus est Ab-
bas & dominus S. Mauritij Blasi-
mont. in Aquitaniâ, & post acerbam
mortem incomparabilis iuuenis D. Vi-
gnier ex sorore nepotis, designatus est*
Trecensis Episcopvs. *Ve-
rùm ita volentibus fatis, tum auuncu-
lus, tum nepos, inuidiam à se formi-
dandæ dignitatis amolitus, maluit spo-
liari, quàm superuestiri. Itaque sub
Pontificis merito vixit Canonicus insi-*
C *gnis huius Ecclesiæ & Prior S. Gen-
dulphi ad Ligerim. Is supremo vitæ
biennio, dum Regi & regno, ptochodo-
chiis castrensibus, in obsidione Mons-
pessulanâ sedulò inseruiret, grauem
contraxit morbum, & deinceps nus-
quam benè confirmatâ valetudine, len-
tâ paralysi afflictus, annos æternos in
mente habens, Trecis 24. Ianuarij an.
1624. ætatis 30. & elegit in hac ma-* 1624.
*trice Ecclesiâ domum æternam. H. de
Megrigny mœrens frater posuit amoris
monumentum æterni.* Sub tumbâ mar-
moreâ tumuli legitur: *Hic iacet
Nicolaus de Megrigny resurrectionem*
D *expectans, obiit 24. Ianuarij anno*
1624. Renatus ergo viâ regressus,
procurationem Episcopatus iterum
assumpsit. Hoc verò sedente 1610.
instante Carolo Gonzagâ Duce Ni-
uernensi & Mantuæ inducuntur
in suburbiis Capucini: 1620. 13. Se-
ptemb. Carmelitarum conuentus
Incarnationis stabilitur: Congrega-
tionis Oratorij Domini Iesu Sacer-
dotes possessionem ineunt ptocho-
dochij S. Spiritus Trecis 11. Octo-
bris 1622. probante Rege & Magno
Eleemosynario, ciuitatis communiâ,

ac Capitulo S. Petri; Vrsulanæ in A
1628. vrbem inducuntur 14. Aprilis 1628. eodem anno mense Nouembri Moniales Congregationis Nostræ Dominæ, Carmelitæ suburbij de Croncellis in conuentu Nostræ Dominæ de Pietate 18. Iulij 1630. eodem anno Congregationis Oratorij Sacerdotibus, Rege tum apud Trecas existente, donatur Collegium Trecense, cognominatum Trecopithoeanum, dotatore Francisco Pithoeo Trecensi, V. C. doctissimóque, qui vnà cùm Petro ipsius germano quiescit in sacello passionis apud Franciscanos Trecenses. B Item Moniales Visitationis in suburbiis admittuntur 1633. Missionarij in eodem suburbio de Croncels
1638. 1638. dotante ex parte præfato Episcopo, & Natali Brularto Sillerio, Ordinis Hierosolymitani Equite. Interfuit Renatus Comitiis generalibus Regni Parisiensibus Cleri Bailliuiatus Trecensis nomine 1614. & 1615. tandem plenus dierum moritur
1641. Trecis 1641. 2. Nouembris ætatis 84. sepultus in Cathedralis sacello D. Saluatoris.

MALLIER. D'argent à la fasce d'azur accompagnée de trois roses de gueulle.

84. FRANCISCVS MALLIER C Abbas S. Petri Melodunensis, frater Claudij Episcopi Tarbensis: ex Coadiutore Renati, Episcopus Augustopolitanus cùm futurâ successione consecratur Lutetiæ apud Cælestinos Dominicâ 6. Iulij 1636. ab Octauio de Bellegarde Senonensi Archipræsule, sibi assistentibus Leonoro d'Estampes Carnotensi, & Dominico Seguier Meldensi Episcopis, præsente Sedis Apostolicæ Nuntio, & aliis Præsulibus Gallicanis: solemnem ingressum cele-
1642. brauit Trecis die 5. Aprilis 1642. túmque possessionem adiit Episc. D copatus, ac triennio post Lutetiam conuenit ad Comitia Cleri Gallicani 1645.

DECANI ECCLESIÆ TRECENSIS.

IN basilicâ Trecensi anno 1167. suppressâ Præpositi 1167. dignitate, Decanus post ipsum in Capitulo primas tenuit: sequitur eorum integer catalogus ex schedis Camuzati in auctuario Promptuarij Tricassini.

1. *Petrus Comestor* cognominatus, vir sæculo suo eruditione famosus, primus Decanus creatur, sed posteà tranquillioris vitæ desiderio, hoc munus abdicauit, factus Canonicus Regularis S. Victoris Parisiensis 1173. 1173. in quo monasterio mortuus est 1179. *celebris in Franciâ Magistrorum Parisiensium*, inquit chronologia Monachi Altissiodorensis, *vir facundissimus, & in scripturis diuinis excellenter instructus, qui vtriúsque Testamenti Historias vno compingens volumine, opus edidit satis vtile, satis gratum ex diuersis historicis compilatum*: apud Victorinos in Capellâ S. Dionysij sepultus hoc epitaphio:

PETRVS *eram quem petra tegit, dictúsque Comestor*
Nunc comedor, viuus docui, nec cesso docere
Mortuus vt discat, qui me videt incineratum:
Quod sumus, iste fuit, erimus quandoque quòd hic est.

2. *Haicius de Planchy* institutor quatuor Canonicorum ad Virginis officium in Trecensi templo celebrandum; Capitulo concessit potestatem Decani eligendi, idémque posteà fuit Episcopus 1190. 1190.

Ioannes 1. reperitur in antiquo rescripto Capituli manumissionis anno 1194.

Milo 1. anno 1208. benefactor xenodochij S. Nicolai.

Nicolaus tempore Heruei Episcopi in documentis anni 1217. & 1217. 1218.

1218. pro beneficio Succentoriæ. firmatus, facto eidem iuramento nomine Decanatus debito.

Robertus, posteà Episcopus.

Milo de Sancto Albino 1224.

Guido 1. auxit proueotibus sacellum D. Ioannis Baptistæ, fundatum in Ecclesiâ S. Remigij Trecensis.

1263. *Simon* viuebat anno 1263.

Dionysius de Campo Guidonis: huius acta inueniuntur annis 1270. 1285. decessit 1299.

Andreas de S. Fale, nobilis toparcha oppiduli de S. Fidolo iuxta Trecas: eligitur Decanus 1299. sed
1302. ætate grauis interiit 1302.

Petrus de Cellâ 2. successit 1302.

Henricus de la Noe circiter ann. 1327. defunctus est, & iacet in sacello Assumptioois B. Mariæ, sub æreâ laminâ.

Petrus de Mollaio 3. obiit anoo
1333. 1333. 15. Octobris; & in odei introitu ante stallum Decani terræ maodatus hoc epitaphio.

Hic DE MOLAYO PETRVS *iacet iste Decanus*
Trecensis, spatio longo viuens, homo planus,
Nobilis, vrbanus, pulcher, sapiens, neque vanus,
Sed satis humanus, moderatus, temporc canus
Hic flendus grauiter mortis iniuit iter,

Ioannes de Firmitatê 2. Canonicus Bisonticensis ac Virdunensis, Legúmque Professor in Academiâ Au-
1354. relianensi, obiit 13. Maij 1354.

Guido de Sancto Sepulchro 2. 1360.

Adam Cochart de Briscuriâ, mortuus 1373., expectat resurrectionem in vestiario Trecensis Ecclesiæ.

Martinus Heliot anno 1401.

1416. *Guillelmus de Nonocastro* 1. 1416. à Præsule Stephano de Giuriaco con-

Ioannes de Poissiaco 3. sepelitur anno 1420. ante sacellum D. Ioannis Baptistæ.

Ioannes Crassi 4. an. 1422.

Ioannes Pougeoise 5. Rector Ecclesiæ S. Dionysij Trecensis, extinctus 1448.
1448. 3. Maij.

Stephanus Plaisance Professor Iuris in Academiâ Aurelianensi.

Nicolaus de Plateâ 2. monasterij Cellensis Abbas, obiit 1488. iacet 1488.
in Ecclesiâ Trecensi.

Nicolaus Coiffart 3. decessit 1494. 7. Maij, iacet in naui Ecclesiæ.

Nicolaus le Bacle 4. eligitur 27. Iunij 1494. habet hoc epitaphium 1494.
ante altare Anouociationis: *Hic iacet probitatis & prudentiæ vir* M. NICOLAVS LE BACLE *sinceræ famæ Iurisperitus, Licentiatus, qui primùm ex coniuge Babelonnâ susceptis liberis, eâque præmortuâ, à Præsule Trecensi Officialis accitus, necnon huius Ecclesiæ Canonicus, inde sacerdos effectus, tandem Decanus canonicè creatus est. Obiit* 30. *Ianuarij* 1509.

Ioannes Mailly 6. ex resignatione Nicolai Decanus, mortuus ante possessionem adeptam.

Nicolaus le Bacle 5. filius legitimus Nicolai: defecit 3. Octobris 1538. 1538.

Nicolaus Guillemet 6. superioris auunculi demissione, Decanus euasit, & fato sublatus 1556.

Iacobus Guillemet Nicolai germanus, electus 1556. inuitus, Orthodoxæ religionis amantissimus, impiis conatibus Aotonij Caraccioli Episcopi Trecensis religioois veræ desertoris restitit, & obiit 1569. 1569.

Ioannes Guillemet 7. oepos duorum præcedentium, obiit 1572.

Guillelmus de Thais 2. Abbas Bassifontis, filius domini de Fresnay,

ex nobilibus de Thais in Turonibus oriundus, matre natus Ioannâ de Thiuille, in parochiâ de Cloyâ agri Vindocinensis, qui primò Cellarius in Ecclesiâ Trecensi, dein Decanus à Canonicis creatur 1572. Melsitani Episcopi contubernio vsus, ei in primis carus erat: Comitiis Blesensibus, Meloduni, & Parisiensibus interfuit, de quibus commentarium scripsit editum posteà in lucem ab ipso Camuzato:
1599. obiit 6. Septemb. 1599.

Claudius Vestier ciuis Trecensis & Baccalaureus Parisiensis.

TRECORENSES

EPISCOPI

AC COMITES.

Treguer dit Lant-Treguer, en Basse Bretagne.

IN minori Britanniâ ad Oceanum vrbs Trecora, sede Episcopali & Comitaru antiquo ornata, vbi portus nauibus excipiendis commodus intra duorum amnium confluenta. In hoc oppidum translatam fuisse volunt sedem Episcopalem deletâ vetere Lexouiorum ciuitate, sed quonam tempore, non facile est pronuntiare: quin & Argentræus asserit inscribi Præsulem Lexobiensem in veteribus documentis; At carta antiqua à Sirmondo edita in Notis ad Capitula Caroli Calui Regis, auctor est Nomenoium Principem Britonum, ex quatuor Episcopatibus Armoricæ septem instituisse, quorum vnus sedem haberet in monasterio S. Rabatuali, hoc est Trecorensis Episcopus. Vrbs verò diruta fuit à Danis & Saxonibus, & penitùs solo excisa, vbi in ruderibus maioris Ecclesiæ excitata est Capella miræ deuotionis sub inuocatione S. Virginis & B. Thuduani; dein translata est ad peninsulam maris Trecor nuncupatam, & dissitam leucis quinque. In eâ præfatus Thuduanus cœnobium construxerat in honore S. Andreæ, quo quidem in loco Cathedralis Ecclesia postmodum condita est, referente Massono in Notitiâ. Episcopus toparcha vrbis in spiritualibus ac temporalibus Metropolitam agnoscit Turonensem, & Parlamentum Redonense, à quâ vrbe abest circiter 30. milliaribus. S. Tudguallus Cathedralis Patronus est. Capitulum constat quinque Dignitatibus, Thesaurario, Cantore, Scholastico, Archidiacono Trecorensi, & de Plusqualec, quatuordecim Canonicis, sex Vicariis, Magistro Symphoniæ, tribus Parochis, & aliis Ecclesiasticis: in eâ diœcesi parochiæ plures cùm subiectus Abbatiis recensentur.

S. Crucis de Gvingampo O A.

S. Croix de Guingamp.

Begardi *Begard* O C.

Episcopi autem hoc ordine præfuerunt, ex scriniis Ecclesiæ deprompti, & catalogo Scriptorum Armoricæ, quem tamen in plurimis mancum & superfluum, aliunde huc euocatis Præsulibus ante S. Tudgualli tempora, multi non abs re sibi persuadent; quamobrem ab eodem sancto Episcopo Tutelari seriem nostram ordimur.

1. S. Tudgvallus, de quo plura apud Auctores Britanniæ, & in veteribus Eccl. Trecorensis Legendis.

2. Revelinus.

3. Perbogatus.

4. Leotherius.

5. Felix, cui epistola Synodica dirigitur, cæterisue Britonum Episcopis anno 859. per Concilium apud Saponarias, in controuersiâ Metropolitani Turonensis à quo desciuerant. 859.

6. Martinus I.

7. Dionysius.

8. Consennanus.

9. Gratianus.

10. PAVLVS.

11. SOFFRVS.

12. GVILLELMVS I. subscripsit fundationi Abbatiæ S. Georgij Redonensis. Cæterorum Præsulum sæculo & ampliùs nomina obliuioni tradita sunt, nec etiam successorum acta reperiuntur in diptychis Ecclesiæ.

13. MARTINVS II. scripsit cartam in tabulario Abbatiæ S. Sergij & Bacchi, quâ Gaufridus Comes Andegauensis, & Agnes vxor eius manumissionem faciunt, testibus Guillelmo Comite Pictauiensi, & Gaufrido fratre, Aldeardo de Castellogunterij, Petro de Tremolliâ, & Fulcherio de Vindocino. *Actum*, inquit membrana, *publicè in Ecclesiâ S. Albini regnante Henrico, Archiepiscopo Turonis Arnulfo, in transacto ante Natale defuncto Huberto Pontifice Andegauensi, cùm rediissent Comes & Comitissa de Apuliâ. Scripsit hac Martinus tunc Capellanus, posteà Treguerensis Episcopus.* Ea Antistitis notitia debetur cartulario citato, qui in serie ab omnibus catalogis editâ non comparet.

14. GVILLELMVS II. testis nominatur in cartâ Conani Ducis Britanniæ, confirmantis donationem vxoris Margaritæ Comitissæ, quam dederat Ecclesiæ S. Crucis de Guingampo, teste item Alano de Rohano, & Constantiâ sorore Comitis: Anastasius Papa Turonensi Archiepiscopo E. scribit de eodem Antistite his verbis: *Si honorificationis commissi tibi Pontificalis officij eâ diligentiâ quâ oportet, intenderes, vita & conuersatio fratris nostri G. Trecorensis Episcopi non remansisset vsque nunc sub tuis oculis indiscussa. De cuius vtique actibus ad aures nostras talia peruenerunt, quæ de qualibet personâ in Clericali Ordine constitutâ, & audire opprobrium, & referre lamentabile videretur. Bonorum quidem Ecclesiæ suæ dilapidator asseritur, & sacros Ordines contra decreta Sanctorum Patrum dicitur distribuisse. Prætereà simoniæ ac periurij crimine, multisque aliis piaculis perhibetur irretitus.* Iubet Pontifex Metropolitano eadem epistolâ, vt diligenter inquirat de Episcopi excessibus, qui obiit an. 1174. apud Robertum de Monte in Appendice ad Sigebertum. 1174.

15. IVO OVINON I. natione Brito, Archipresbyter Turonensis successit eodem anno, Romam profectus in itinere animam exhalauit, iuxta hæc verba Roberti de Monte in Appendice ad annum 1179. *Episcopus de Trigel cùm pergeret Romam, ablatis omnibus rebus suis & equis, verberatus est, ita vt deficeret intra octo dies: in loco eius electus est Gaufredus Loys, filius cuiusdam Burgensis eiusdem nominis de Guingamp.* — Ouinon. 1179.

16. GAVFREDVS LOYS, I. Guingampensis subrogatur anno præfato 1179. ex dicto Roberto de Monte. — Loys.

17. STEPHANVS.

18. HAMO viuebat ex cartâ anni 1248.

19. ALANVS DE LESHARDRIEV I. Trecorensis diœcesis, præfuit annis 1262. & 1267. — Leshardriev. 1262.

20. ALANVS DE BRVC II. nobilis Brito annis 1279. & 1285 quo sedente Franciscani stabiliti Guingampi an. 1283. — De Brvc

21. GAVFREDVS TOVRNEMINE II. prosapiâ illustri Armoricâ oriundus; eo Pontifice ad Christum migrauit S. Iuo Officialis Trecorensis 19. Maij 1303. inter Sanctos à Clemente VI. Pontifice relatus. — Tournemine. 1303.

22. IOANNES RIGAVD I. electus anno 1317. ex libro prouisionum Prælatorum Vaticani. — Rigavd.

23. PETRVS DE BELLEISLE I. aliàs de Insulâ, renunciatur Præsul 1324. 1. die Maij. — Belleisle.

24. IVO DE BOISBOISSEL II. ex Cantore & Canonico Trecorensi Episcopus anno 1327. 13. Nouembris ex Actis Consistorialibus, posteà Corisopitensis, ac tandem Macloujensis. — Boisboissel. 1327.

Halory. 25. Alanus Halori, iii. electus anno 1330. 5. Nouembris, ex præfato libro Obligationum.

Du Perrier. 26. Ricardus du Perrier fundamenta iecit nouæ Ecclesiæ
1339. Trecorensis 1339.

27. Radulfus i. circa an. 1348.

Painel. 28. Robertus Painel i. ex Præsule Trecorensi translatus est ad Nanoetensem; Vocatur enim
1353. prædecessor Hugonis anno 1353. 19. Nouembris in libro Prouisionum Prælatorum Vaticani.

Montrelaix. 29. Hugo de Montrelaix i. ex Decano Nanuetensi, posteà Briocensis Præsul ac Cardinalis creatus à Gregorio xi. de quo ibi consule seriem Briocensium Episcoporum.

Begagnon. 30. Evenus Begagnon diœcesis Trecorensis, genere nobilis, Dominicanus è conuentu de Monterelaxo, Theologus dein Parisiensis, vocatur Episcopus Trecoren-
1362. sis 1362. 19. Nouemb. in Actis Consistorialibus; gessit munus Pœnitentiarij Papæ, & in aulâ Romanâ apud Auenionem extinctus, sepelitur in conuentu Mineruæ Ordinis sui.

Brun. 31. Ioannes Brun, ii. ex Aduocato in Curiâ Romanâ, Præsul huius Sedis resignatione Eueni an. 1371. 12. Iunij, vt Acta Consistorialia tradunt.

Malestroit. 32. Theobaldus de Malestroit ex dominis de Malestricto, subleсtus est scrutinio Canonicorum & regebat anno 1378. ex
1378. iisdem Actis Consistorialibus; posteà Corisopitensis.

Kerovlay. 33. Hugo de Kerovlay ii. Leonensis diœcesis, Doctor vtriúsque Iuris nominatissimus, reperitur Antistes huius Ecclesiæ an. 1384.

Morel. 34. Petrus Morel, ii. Guin-
1386. gampensis, sedit 20. Septemb. 1386. vt obseruatur ex citato codice Obligationum Vaticani: obiit 3. Maij an. 1401. Quo sedente fundatur Parisiis Collegium Trecorense à Guillelmo de Coetmaen Cantore Ecclesiæ.

35. Ivo Hirgovet iii. ex Medico Ducum Britanniæ, ad hanc sedem euectus 1401. decessit 1403. Hirgovet.

36. Hugo Stoqver iii. Trecorensis diœcesis, Theologus Parisiensis, ac Fratrum Prædicatorum Religiosus è conuentu Morlaixensi, ad hanc Ecclesiam vocatur anno 1403. posteà translatus ad Vennetensem in Armoricâ. Stoqver. 1403.

37. Bertrandus du Parron Vasco, qui deinde Episcopus Nannetensis euasit. Du Parron.

38. Christianus de Hauteriue Tornacensis, Ordinis B. Augustini Theologus, suffectus est Bernardo; obiit anno 1411. fundato ob remedium animæ anniuersario in Cathedrali. Hauteriue. 1411.

39. Mathæus Roederc Doctor Theologus è Lannione. Roederc.

40. Ioannes de Bruc iii. præstat homagium Duci Betfordiæ Regenti Franciæ 1427. posteà Dolensis Præsul 1430. De Bruc.

41. Petrus Piedru iii. an. 1430. obituaria duo in Cathedrali dotauit, postmodúmque traductus est ad Macloniensem sedem. Piedru. 1430.

42. Radulfus Roland ii. Briocensis diœceseos, Iuris Doctor, & Rotæ Romanæ Auditor, Episcopus 1434. decessit die sacro Parasceues Domini 1440. Roland.

43. Ioannes de Plovec iv. nobilis Brito, Iurium Doctor: obiit die 7. Aprilis 1454. Plovec. 1454.

44. Ioannes de Coetqvis v. Episcopus antea Redonensis 1453. iniit possessionem procuratorio nomine 16. Martij 1454. decessit 1464. 23. Septembris. Coetqvis.

45. Christophorus du Chastel è stirpe illustri Armoricæ 1464. benedixit ædem Colle- Du Chastel. 1464.

giatam Nostræ Dominæ apud Montemrelaxum; fatis concessit anno 1491.

46. RAPHAEL Cardinalis Diaconus tituli S. Georgij ad Velum Aureum.

GVIBE'. 47. ROBERTVS GVIBE' si. dein Redonensis, Nannetensis, ac Cardinalis.

CALLOET. 48. IOANNES CALLOET VI. è stirpe nobili Britanniæ in suâ diœcesi natus, & Cantore Corisopitensi, necnon Doctore vtriúsque Iuris electus est Episcopus; quædam legauit Capitulo suo & Cathedrali; extremum diem clausit in Monte S.
1504. Michaelis 4. Septembris 1504. sepultus in Cathedrali ante thronum Episcopalem; æris tabulæ insculpta hæc verba sunt: *Hic iacet Reuerendissimus pater in Christo dominus Ioannes Calloet, Iuris vtriúsque Doctor, Trecorensis Episcopus, Trecorensis & Corisopitensis Ecclesiarum Cantor & Canonicus, Christianissimi Regis Consiliarius, Britanniæque Cameræ Præses.*

GRIGNAVX 49. ANTONIVS DE GRIGNAVX inauguratur anno 1505. obiit 16. Nouembris in castro de Lochis
1537. 1537. post sedem annorum fermè 33.

BOVRBON. 50. LVDOVICVS DE BOVRBON 1537. posteà Senonensis Archiepiscopus & Cardinalis.

EST. 51. HIPPOLYTVS D'EST an.
1543. 1543. Cardinalis, & Archiepiscopus Auxitanus.

DES VRSINS. 52. IOANNES IVVENAL DES VRSINS VII. Prior S. Dionysij de Nogento Rotrodi, vrbem ingreditur solemniter die Palmarum 1548. cuius nomine procuratorio Iacobus Hugonis Minorita Theologus Parisiensis interfuit Concilio Tridentino; vitam exegit Parisiis 27. Octobris 1566. Post quem regio diplomate nominatus *Claudius de Kaernanenoy* Abbas Begardi, tem-
1572. porali potitus ad annum vsque 1572.

LE GRAS. 53. BAPTISTA LE GRAS Dominicanus, cessione Claudij Episcopus creatur à Papâ Gregorio XIII. 1572. obiit mense Februario 1583. sepultus tumulo marmoreo in ingressu sacelli Ducis.

54. FRANCISCVS DE LA TOVR ex dominis de Pennarstanc Præsul Corisopitensis, huc translatus deces- 1593.
sit anno 1593. LA TOVR.

55. GVILLELMVS DV HALGOET III. ex dominis de Kergres, superioris cessione Episcopatum assequitur 1594. mortuus die 29. Octobris anni 1602. HALGOET.

56. HADRIANVS D'AMBOISE Canonicus Ambianensis, Parisiensis Theologus, vnctionem excepit anno 1604. Francisci libellorum Supplicum in Regiâ Magistri germanus: vir doctus, in æde Episcopali Trecorensi vitam cùm morte commutauit 29. Iulij anni 1616. legatis quibusdam pecuniis Cathedrali pro fundatione Missarum, & communitati Theologorum Collegij Nauarrici Lutetiæ, cui summus 1616.
Magister præfuerat; æneo mausoleo in Cathedralis Choro sculptum est hoc epitaphium:

AMBOISE. D'azur au lion d'or au chef palé d'or & de gueulle de six pieces, le premier pal brisé en chef d'vn dauphin d'azur.

AMBOESI *pater eruditionum,*
Argivâ & Latiâ madens Minervâ,
Paulinâ in Cathedrâ diserte præco,
Idémque hæreseos seuere censor,
Priscorum noua norma Episcoporum,
Antistes pie, pauperum patrone,
Custos virginitatis, atque amator,
Tu quocunque ieris sequeris Agnum.

57. PETRVS CORNVLIER IV. Abbas S. Meuennij, & Albæcoronæ, ex Consiliario Redonensi, quò etiam translatus Episcopus, creatur Trecorensis 1617. benedixit domum Capucinorum Montisrelaxi, Interfuit Conuentui Notabilium 1617.
Rotomagensi 4. Decemb. 1617.

CORNVLIER. Comme cy deuant.

58. GVIDO CHAMPION Abbas Bonifontis, & S. Stephani de Fontaneto in Normanniâ, Canonicus Parisiensis, decessoris resignatione inauguratur Lutetiæ 1620. solemnem ingressum fecit in vrbem eodem anno. Hoc Pontifice 1621. conuentus Dominicanorum Montisrelaxi ad meliorem nor-

CHAMPION. D'azur à 3. escussons bandez de gueulle & d'argent de six pieces 2 & 1 escartelé de gueulle à la fasce d'hermine.

mam reuocatur, necnon Patres Re- A
collecti Trecoræ stabiliuntur, vti
Carmelinæ 1614. Benedictinæ de
Caluario 1627. denique anno 1633.
Franciscani de Guingampo, Capucini de Lanione, Carmelinæ de
Guingampo, & Dominicanorum
domus eiusdem oppidi strictiore regulâ informatur. Lustratâ demum
diœcesi 14. Septemb. festo S. Crucis ex apoplexiâ in æde Episcopali
1635. occubuit 1635. tumulatus in Cathedrali.

Des Landes.

De sable à la croix pleine d'argent.

59. **Natalis des Landes** Dominicanus, conuentus Blesensis B professus, eiusdémque Ordinis Vicarius generalis Congregationis Gallicanæ, Theologus Parisiensis, ac Regi Ludouico XIII. à Concionibus sacris: designatur Episcopus 29. Octob. 1635. eò fœliciùs, quod ex hac diœcesi ortum duceret: insequenti anno munus excipit consecrationis; facundus fuit verbi diuini declamator, funebri oratione laudauerat Henricum IV. decessit
1645. anno 1645.

Grangier

D'azur au cheuron d'or accompagné de 3. gerbes de bled de mesme: au chef vairé d'argent & de gueulle.

60. **Balthasar Grangier** C Abbas S. Bartholomæi Nouiomensis, sacri Consistorij Consiliarius, Timoleonis domini de Liuerdis in classe Inquisitionum Præsidis, & Annæ de Refuge filius, sororis Eustachij toparchæ de Precy, viri clariss. Legationibus Belgicâ apud Archiduces, Helueticâ, & Batauâ. Is autem ex Eleemosynario Ludouici 13. & 14. vocatur ad hanc se-
1646. dem 1646. mense Februario, consecratus Lutetiæ 18. die Nouemb. sequenti in Abbatiâ S. Victoris, à Dominico Seguier Meldensi Pontifice, sibi cooperantibus Anthymo Dionysio Cohon Dolensi, D nunc Nemausensi, & Ioanne de Lingendes Sarlatensi.

TVLLENSES EPISCOPI ET COMITES.

Toul en Loraine sur la Moselle.

LEVCORVM ciuitas Tullum in Notitiâ Prouinciarum, & Antonini Itinerario, ad Mosellam fluuium, olim in Circulo S. Imperij, sed ab anno 1552. in ditionem Francorum rediit, cuius Ecclesia Cathedralis S. Stephano dicata memoratur cùm Episcopo suo & Decano cap. 4. in nostra de procuratoribus, & Archidiaconus cap. 8. de Constitutionibus: distans à suâ Metropoli Augustâ Treuirorum versùs Meridiem 30. leucas. Hoc oppidum dedit aliis vrbibus Episcopos, S. Vedastum Attrebatensibus, S. Lupum Tricassinis, & S. Fulcronium Virdunensibus. In eâ vrbe Parlamentum Mediomatricum sub ditione Regis Francorum translatum est: & in diœcesi, quæ vulgò magna & ampla dicitur in Lotharingiâ, Abbatiæ sequentes numerantur:

S. Apri *S. Epure de Toul* O B.

S. Mansveti *S. Mansuy de Toul* O B.

S. Leonis *S. Leon de Toul* O A.

Medianimonasterii O B.

Moyenmoutier.

S. Petri Senonensis O B.

S. Pierre de Senone.

Romaricimontis *fœm.* O B.

Remiremont.

Calmostratvm *Chaumozey* O A.

Lvnevillæ *Luneuille* O A.

Clarvslocvs *Cairlieu* O C.

Valles Ornesii O C.

Vaux en Ornois,

Miraevallis *Mireuaux* O P.

Flabonismontis *Flabemont* O P.

Stivagii O P.

Cæterùm Episcopi huius sedis hinc inde à nobis collecti fuerunt præsertim ex Chronico Alberici, Historicis Lotharingiæ, nonnullisque Cathedralis tabulariis, ac manuscriptis antiquis.

1. S. Mansvetvs.

2. S. Ammo.

3. Alchas vel Alta.

4. Celsinvs.

5. Avspicivs, de quo Sidonius Apollinaris lib. 4. ep. 17. ad Arnogastum, qui fuit Comes Treuirorum & Magister militum, hæc ait: *Nam vt Antistitem ciuitatis vestræ relinquam, consummatissimum virum, multo oportuniùs de quibuscumque quæstionibus tibi interrogantur inclyti Galliarum Patres & Prothomistæ, nec satis positus in longinquo Lupus, nec parùm in proximo Auspicius: quorum doctrinæ abundanti euentilandæ, nec consultatio tua sufficit.* Illi etiam scribit l. 7. ep. 10.

6. Vrsvs.

7. S. Aper natus in suburbio Augustæ Trecarum, habet Ecclesiam Abbatialem in suburbiis, & alteram monialium Coloniæ, ac parochialem Nanceij: celebratur in Martyrologiis 15. Decembris. Nequaquam verò potuit illi Paulinus scribere, vt vulgati habent catalogi, nam decesserat antequàm Sidonius ad Episcopatum eueheretur.

549. 8. Alodivs in Concilio 5. Aurelianensi an. 549. qui fortè Albaudus dictus; quiescit in sancto Apro.

9. Triforicvs.

10. Dvlcitivs.

11. Premon.

12. S. Antimvndvs, quo defuncto, aut diu vacauit Sedes, aut Præsules obliterati.

13. Evlanvs.

14. Edvlvs, siue Evdolvs, fortè idem cùm superiore.

15. Tevfredvs rexit Episcopatum circa an. 640. 640.

16. S. Levdinvs, Bodo dictus Odilæ anteà maritus, construxit monasterium in saltu Deruensi, seu Vogeso monte. De quo Antistite Molanus 11. Septemb. in Natalibus Sanctorum Belgicorum.

17. Eborinvs.

18. Adeodatvs Leucorum Episcopus anno 680. & Synodi per Gallias constitutæ Legatus. Subscribit cùm Agathone Papâ epistolæ Synodali act. 4. Concilij Trullani. 680.

19. Ermanthevs.

20. Magnaldvs.

21. Dodo.

22. Godo tempore Pipini.

23. Gribaldvs, siue Gartbaldvs dotator S. Michaelis, qui & fortè S. Hilduardus apud Molanum & Miræum 29. Decemb. in Natalibus, & Fastis Belgicis.

24. Iacobvs, dimisso Episcopatu fit monachus Benignianus Diuione vbi quiescit, fundato priùs in suâ diœcesi Prioratu, in honorem ipsius sancti Benigni: cuius meminit Petrus Damianus l. 1. ep. 9. Legitur in Chronico Diuionensi « pietatis eximiæ ac sanctitatis gloriâ « inter Tullenses Præsules insignis B. « Iacob, qui fortassis idem ac Iacobus, B. Benigniamantissimus; dùm- « que tumulum deuotè perlustraret, « die supremo ibi exacto in templo « Benigniano, sub grato Martyris hu- « ius præsidio sepultus est. Chron. « Diuionense ad calcem gestorum « S. Vuillelmi Abbatis. «

25. Vnanimicvs.

26. Frotharivs ex Abbate S. Apri, nominatur in cartulario

837. Arremarensi anno 837. Eius nomine A circumferuntur epistolæ quædam tom. 2. Historic. Franciæ Scriptor. quas inscribit Hildnino, Drogoni Metensi Antistiti, Hetti Treuirorum, & quibusdam Abbatibus.

27. ARNVLFVS in Concilio Tullensi ad Saponarias an. 859. Tullensi 2. apud Tusiacum 860. Aquisgranensi 3. an. 862. præsens coronationi Caroli Calui Metis in basilicâ S. 869. Stephani an. 869. biennio ante affuerat sacro Bertulfi Archiepiscopi Treuirensis ex Chronico Cameracensi.

28. ARNALDVS superioris nepos, sese inscribit Episcopum Leucorum in chirographis Synodi Pontigonensis, Tullensem verò in actis Tricassinæ 2. 878. obiit Nonis Decemb. an. 894. tumulatus ad S. Aprum cùm Arnulfo auunculo.

29. LVDELINVS seu LVDELMVS ex monacho S. Martini Tre- 895. uirensis anno 895. cuius mentio apud Reginonem, Chronicon Hirsaugiense, & Trithemium.

30. DROGO Ludelini successor Reginoni 905. qui erat Caroli Simplicis consanguineus; transtulit reliquias S. Romarici die 17. Maij apud Surium. decessit anno 922. Flodoardo.

31. GOSLINVS ex Procerum Franciæ genere; creatus Episcopus 922. an. 922. interfuit Synodo Virdunensi 942. & Engelenheimensi 948. apud eundem Flodoardum.

32. S. GERARDVS Coloniâ Agrippinâ nobili ortus stirpe, consecratur Antistes 4. Cal. Aprilis an. 963. recensetur præsens in diplo- 968. mate Gerbergæ an. 968. 3. Idus Februarij, quo allodium Marsanense ad Mosam donatur Ecclesiæ S. Remigij apud Miræum, Codicum Donationum piarum c. 38. Eius vita extat in MS. membranis; moritur die 23. Aprilis anno 994. Ascriptus est Sanctorum albo per Leonem Papam in generali Synodo.

33. STEPHANVS Episcopus creatur post Gerardum, ita obseruat Albericus in Chronico: *apud Tullum*, inquit, *post Episcopum S. Gerardum præfuit Stephanus & post eum Bartholdus, quem sequutus est Hermannus, deinde Bruno, ipse est Leo Papa sanctissimus.*

34. ROBERTVS ex monacho Metelochiensi vix anno præfuit.

35. BERTOLDVS sedebat anno 1005. vt patet ex Chronico Alberici, Vlrico Comite, & 1007. ex vitâ Leonis 9. cap. 2. vbi genuinæ honestatis sectator mirabilis, prædecessoribus suis Leucam vrbem B filiis nobilium nobilitauit, & litteralis exercitij personis adimpleuit. Eius consilio strictiore regulâ reformatur monasterium D. Apri. 1005.

36. HERMANNVS decessit an. 1026. Quadragesimali tempore ex vitâ præfati Leonis, c. 8. sepultus Coloniæ, vbi & natus est.

37. S. BRVNO DE DASBVRG Hugone Comite Dasburgi patre, Heluide matre, ac proauis Regali & Imperatorio stemmate genitus, DASBVRG. C Vuiberto Archidiacono, consobrinus Conradi Cæsaris. Ille autem nascitur anno 1001. aut sequenti, ex Historiâ Richerij Monachi Senonensis; vocatus ad Episcopatum, ex Præposito S. Theodorici die Ascensionis 13. Cal. Iunij anno 1026. 1026. præsentibus cunctis Galliæ Belgicæ primoribus, à suo consobrino Mediomatricorum Præsule Pontificaliter intronisatur, in eius vitâ l. 1. c. 1. à Vuiberto Archidiacono auctore coetaneo scriptâ, vbi à Popone Treuirorum Archiepiscopo dicitur consecratus 8. Idus Septemb. memoratur in tabulario S. Apri Tul- D lensis, cuius monasterij priuilegia confirmanda curauit diplomate Othonis Imp. an. 1033. Dedicauit monasterium Obemburgense an. 1045. posteà maximo bono totius Ecclesiæ Catholicæ creatur summus Pontifex anno 1049. nomine Leonis 9. Vide Andream Quercetanum in Historiâ Pontificum Romanorum, Ciaconium, & Baronium, qui asserit eum Papam creatum, non reliquisse titulum priorem Tullensem dum vixit.

38. VDO

Svevs.
38. Vdo Svevvs, siue Odo ex illustri Principum Sueuiæ prosa-
piâ, quem sibi successorem sanctæ
Leucorum Sedis delegit Leo 9. ob
morum honestatem, sanctæque re-
ligionis feruorem in diuinis, huma-
nísque affluentem, apud Vuiber-
tum l. 2. c. 8. de eo carta pro Co-
mitatu Tullensi anno 1069. ind. 7.
1070. Henrico iv. Rege Romanorum re-
gnante. obijt anno 1070.

39. Pibo ex Henrici Imperato-
ris Cancellario, natione Saxonicus,
ad Episcopatum euehitur 1073. men-
se Aprili, cùm Herimanno Meten-
si Præsule 1078. electioni Treuiren-
sis Archipiscopi Engilberti refraga-
tus est, eiúsque sacro postmodum
interfuit vnà cùm Theodorico Vir-
dunensi, & Herimanno Metensi
Præsulibus apud Moguntiam ex ms.
Treuerensi. Recensetur 1103. cùm
Roberto Abbate Molismensi; po-
steà fit monachus Diuionensis, eiús-
que depositio ibi notatur 9. Cal.
Decemb. sed tamen inde reuocatus
auctoritate Papæ, Clero petente,
quem Poponem vocat Gregorius
7. l. 1. ep. 81. interest Concilio Cla-
1095. romontano 1095. mortuus anno
1107. de eo Chronicon Benignia-
num & Alberici ad an. 1090. *apud
Tullum post Vdonem Pibo monachus
S. Benigni Diuionensis erat Episcopus.*

Commercy.
40. Rigvinvs de Commer-
cy ex nobilibus dynastis de Co-
merceyo, Primicerius anteà Cathe-
dralis, quæ dignitas posteà extin-
cta dicitur in cap. 7. cùm accessis-
sent. Vide Baronium in Martyrolo-
gio 19. Maij: ad quem extat ep. 61.
S. Bernardi. memoratur an. 1111. in
Bibliothecâ Cluniacensi, & in car-
tulario Molismensi 1116. cùm Petro
D. Apri & Germano S. Mansueti
Abbatibus: exemptus è viuis anno
1126. 1126. apud citatum Albericum.

41. Henricvs frater Ducis
Simonis de Nanceio, & eius Theo-
derici qui posteà fuit Comes Flan-
drensis, locum demortui Ricuini
excepit an. 1126. vt auctor est Albe-
ricus; quem alij filium produnt Ro-
berti Frisij Flandri, & Gertrudis
Saxonicæ: decessit an. 1163.

Brixeio.
42. Petrvs de Brixeio I.
successit an. 1163. ex eodem Chro-
nico Alberici; nobilis Lotharingus, 1163.
fundator castri & Capituli Liber-
duni; subscriptus 1176. diplomati
Friderici I. excessit è viuis in pere-
grinatione Hierosolymitanâ anno
1191.

Vaudemont.
43. Odo de Vavdemont fra-
ter Comitis Gerardi de Vaudani-
monte, filius Hugonis I. & Annæ
Lotharingæ. ex Archidiacono crea-
tur Episcopus 1192. teste Alberico;
basilicarum S. Gengulfi & S. A-
mandi in vrbe erector, viuere desiit
anno 1196. in itinere Hierosolymi-
tano.

Lorraine.
44. Mathævs de Lorrai-
ne ex genere Ducum Lotharingiæ,
primò Ecclesiæ Tullensis Canoni-
cus ac Præpositus S. Theodati, post-
modum electus Antistes mortuo O-
done; præfuit annis circiter octo
tamen non confirmatus, vt videtur
à Pontifice, nam Albericus ad an.
1210. ait in Chronico: *apud Tullum* 1210.
*depositus est Mathæus nec nominandus
Episcopus, rerum Ecclesiæ dilapidator
comprobatus, & substitutus est Renal-
dus Comitis Barri consanguineus, frater
Guidonis Buticularij Siluanectensis.*
Laudatur autem à Richerio Mona-
cho Senonensi in Chronico hiscè
verbis cap. 54. *In illis diebus erat vir
quidam Macherus nomine, Imperiali
& Ducum prosapiâ procreatus, vir sa-
tis in principio suo modestus, elegantis
formæ & beneplacens, Ecclesiæ S. Deo-
dati Præpositus. Episcopo igitur Tul-
lensi defuncto, idem vir Macherus Epis-
copatus Tullensis Cathedram suscepit;
intereà à Canonicis suis Tullensibus ad
iudicium vocatur, de Episcopatus dila-
pidatione arguitur, nec tamen causa per
iudices valet terminari. Ad Papam,
qui tum Innocentius 3. erat, appella-
tur.* Postmodum Richerius memorat
Romæ à Pontifice depositionis sen-
tentiâ priuatum; at reuersus in Lo-
tharingiam, quandam terram Bau-
donis monasterij de iure Tullensis
Episcopatus, Friderico Duci Lotha-
ringiæ fratri oppignerauit; cap. 55.
Richerius testatur ipsum vitæ solu-
tioris extitisse, cuius hæc verba
sunt: *Præpositus Macherus, quia cer-
tum non habebat receptaculum, per
montes & nemora cùm canibus & ve-*

natoribus quotidie discurrebat, & præcipuè in Claromonte, vbi eum anteà diximus castrum erexisse. Ibi idem Præpositus Macherus conuersabatur plurimùm. Post aliquot annos Ducis Lotharingiæ Theobaldi, ipsius Mathæi nepotis, manu trucidatus est, in vltionem cædis Rainaldi, quod hisce verbis enarrat Richerius cap. 57.
„ Præpositus Macherus perpetrato ta-
„ li scelere; non se loco credens, abiit
„ in castrum quod Bilestein in Alburiis
„ appellatur. Ibi enim habebat mili-
„ tes qui ei familiares erant, cùm qui-
„ bus ad tempus habitauit. Detulit
„ enim quicquid Episcopo abstulerat, B
„ saumarios, scrinia, in quibus Epis-
„ copalia, oleum sacrum, Chrisma,
„ & sandalia ferebantur, & in eodem
„ castro reposuit, quæ ego propriis
„ oculis vidi; sequenti igitur Pente-
„ coste, idem Macherus audiens quòd
„ nepos suus Theobaldus Dux Lo-
„ tharingiæ, apud S. Deodatum so-
„ lemnitatem ipsam cùm magno mi-
„ litum comitatu celebrare decreuis-
„ set, aduenit, non tamen in palam,
„ non enim se illi credebat. Audierat
„ enim quòd parentes dicti Episcopi
„ Renaldi dicebant ipsum Episcopum
„ de consensu Ducis fuisse interem- C
„ ptum. Vnde Dux valde dolebat, &
„ propter hoc Macherus Præpositus
„ ante nepotem suum venire non au-
„ debat. Et qui aliàs in valle nullum
„ securum habebat reclinatorium, ad
„ Clarum montem, ubi & esse sole-
„ bat, ascendit; ibique qualecunque
„ festum cùm paucis celebrauit. Pau-
„ cis dico, quia pro eius infortunio
„ iam eum omnes aspernabantur. Ea-
„ dem quippe die Pentecostes clan-
„ culo ad S. Deodatum veniens, qui-
„ busdam fidelibus suis apparens, ab
„ eis inquisiuit vtrum se cognato suo
„ Duci Lotharingiæ præsentare ad D
„ veniam petendam auderet; audiuit
„ quòd non. Et quia ei, vt dictum
„ est, mors Episcopi ab amicis suis
„ improperabatur; ipse Dux animum
„ eius quæreret. Ille verò hæc au-
„ diens, inde recedens ascendit in
„ montem vbi commorari solitus
„ erat. Dux verò Theobaldus solem-
„ nitate Pentecostes apud S. Deoda-
„ tum peractâ, feriâ 3. Pentecostes in-
„ de descendens, assumpto secum
„ quodam nobili Simone milite de
„ Iunuille, equos ascenderunt, & per

A Bellummontem ad villam Norpa- «
teglize dictam venire volentes, in «
quodam ibi fluente riuulo venien- «
tes, & ecce Præpositus Macherus «
apparuit eis veniens obuiam eis. «
Quem cùm Dux Theobaldus vidis- «
set, irâ accensus dixit illi militi qui «
cùm eo equitabat; Si me inquit di- «
ligis, perfode istum lanceâ quam «
tenes: Absit, ait, à me, quòd vn- «
quam talem ac tantum virum inter- «
ficiam. Quo audito Dux acceptâ «
lanceâ de manu militis Præpositum «
aggreditur. Ille verò cùm videret «
cognatum suum ad se iratum veni- «
re, flexo genu misericordiam de- «
precabatur. Dux verò nihil horum «
animo concipiens, demissâ lanceâ «
ipsum Præpositum patruum suum «
per pectus transuerberatum interfe- «
cit, quo facto inde recessit. Qui- «
dam verò superuenientes, ipsum in «
riuulo iacentem repererunt mor- «
tuum, & eum inde tollentes ad S. «
Deodatum detulerunt, & quia ta- «
lem meruit habere exitum, nec ei «
sepulturæ humanitas fuit indicata, «
sed ad locum quem viuens frequen- «
tauerat delatus, scilicet Clarum- «
Montem, sub tecto Eccl. B. Mariæ «
Magdalenæ, exteriùs in quodam «
vase ligneo appensus aliquanto «
tempore permansit. Tandem, vt «
fertur, in quadam fossâ, vbi feræ «
syluarum præcipitatæ capi solebant, «
ipse Præpositus lignis & lapidibus «
tectus talem meruit sepulturam. Et «
ita Episcopus, quem interfecerat «
ad locum suæ conuersationis, id est «
ad Tullensem Ecclesiam delatus ho- «
norificè est sepultus. Interfector ve- «
rò eiusdem Episcopi ad eum quem «
incoluerat locum, vt supra dictum «
est, deportatus, etiam Catholicâ ca- «
ruit sepulturâ. «

45. Reginaldvs de Senlis filius Guidonis 2. domini Chantiliaci, ex illustri vetustâque prosapiâ Buticulariorum Siluanectensium, & Margaritæ Claromontiæ in Bellouacis: Theobaldo Comite Barri consanguineo fauente, Mathæo substituitur; Amoto, inquit Riche- « Senlis.
rius, Machero ab administratione «
Tullensi, Reginaldus successit, filius «
Pincernæ Regis Franciæ qui dice- «
batur de Senlis, nobilis vir, bene- «
que morigeratus. At verò in tan- «

tùm Mathæus irâ efferbuit, vt post suam depositionem auctor fuerit necis Rainaldi in Vosago, anno Do-
1215. mini 1215. vti legere est in Chronico Richerij cap. 56. *Contigit non multo tempore post Regnaldum Episcopum Tullensem ad partes istas causâ visitationis deuenisse. In festo quidem S. Paschæ ad monasterium S. Saluatoris in Vosago, ad festum ibi celebrandum peruenit. Cúmque illâ die ibidem festiuitatem peregisset, ad claustrum hoc Senoniense deuenit. Comitabantur verò benefici Clerici & viri religiosi, de quorum societate gaudebat cùm eo. Eadem quippe nocte sequente Paschæ diem,* B *quidam speculatores missi aduenerunt, quorum vnus Clericus erat, alter verò laicus. Clericus posteà sacerdos effectus est, & ipse diues. Hi duo à Machero Præposito missi sunt, vt Episcopo insidiarentur. Hi eâ nocte quâ Episcopus apud Senonias pernoctauit in camerâ Abbatis comederunt, & mane sine licentiâ recesserunt. Episcopus verò Tullensis Regnaldus sequenti die feriâ secundâ, missâ cantatâ, facto prandio cùm suis, ad Medianum monasterium peruenit, & ibi modicum demoratus, per Stiuagium transiens ad claustrum Alteriacense properabat. Ibi enim ipsâ* C *nocte pernoctare volebat, cúmque quandam villulam quæ Burguncia dicitur, pertransisset, venit ad quemdam locum arctum, vbi ex vnâ parte via montis cùm nemore densè habetur, ita vt vix quispiam per montem illum eques transire valeat. Ex alterâ verò parte viæ palus profunda cernitur cùm arboribus. Idem Præpositus cùm suis fructices, & cæteras arbores in ipso loco ex vtrâque viâ obruerat ad spatium occupandum, ne quis extra viam eques, vel pedes transire valeret. Via enim tam arcta est, vt vix currus per eam duci potest. Circa illam quippe viam idem Præpositus S. Deodati insidias parauerat.* D *Cúmque Episcopus Regnaldus ad locum illum cùm suis peruenisset, illi de insidiis salierunt. Abbatem S. Mansueti Stephanum virum honestum de equo proiecerunt; qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis in viâ dimisso, similiter alios spoliauerunt; Et quibusdam vulneratis venerunt ad Episcopum ipsum, quem etiam despoliauerunt, & inhonestè tractauerunt eum. Tandem vnus eorum Ioannes nomine, iuuenis, seruus filiæ Præpositi Macheri. Ipsa* A *enim, vt fertur, illi seruo præceperat, vt si ad Episcopum veniret, quemodo ipse cùm eo ageret, vt gratiam suam retineret, viriliter laboraret, quod & fecit; arrepto quidem cultello quem penes se habebat, Episcopum ter in tribus locis cultro perfodit in pectore, & bis à tergo, & mortuum secus viam dimisit. Ita eum, & omnes quos de comitatu suo habere potuerunt, spoliauerunt, & ipsum nudum, quod nefas est dictu, in palude iuxta viam, & mortuum reliquerunt, & ita perpetrato illo nefario facto recedentes, domino suo Præposito in equo balistam in manu tenenti clamauerunt, qui inquirens quid fecerant, duxerunt ad locum, vbi Episcopus mortuus & nudus iacebat; qui cùm illuc deuenisset, aliquandiu Episcopum intuitus est, vt videret si quoquomodo adhuc in ipso vitalis calor haberetur. Videns ergo quòd non moueretur, versis retro habenis, cùm suis satellitibus abiit in montana.* Huc vsque fragmenta Richerij monachi, quæ protulit Reu. Pater Hieronymus Vignerius, doctissimi Nicolai Francorum Historiographi filius, in stemmate Lotharingicæ familiæ. Nec omittenda Alberici verba in Chronico: « In diœcesi Tullensi contigit hoc anno « grande malum, quod Episcopus Tul- « lensis Renaldus à prædecessore suo « Episcopo Mathæo interficitur 4. « Idus Aprilis, & ante quàm finire- « tur mensis, idem Mathæus occisus « est à nepote suo Duce Theobaldo, « ne de manu eius requireretur san- « guis Episcopi Reinaldi. Qui Ma- « thæus positus est in scrinio, & ele- « uatus in nemore in trunco arboris » excelsi. «

46. GERARDVS DE VAUDEMONT Odonis nepos ex fratre Gerardo 2. Comite, ac Gertrude de Ioinuillâ, fratrem habuit Hugonem 2. Comitem rebus gestis aduersùs Infideles clarum; moritur Româ rediens à Pontifice confirmatus: perperam appellatur in vulgatis catalogis Gerardus de Pulligny. VAVDEMONT.

47. ODO Cantor Ecclesiæ Tullensis, substitutus Gerardo, ita Albericus in Chronico ad an. 1218. tradit: *Gerardus Metensis Primicerius frater Comitis Hugonis de Vuadanimonte, in Episcopum Tullensem electus* 1218.

moritur, Cantor Odo in Episcopum promouetur; de eo mentio in tabulario Triumfontium: excessit an. 1228.

48. Garinvs ex Abbate S. Apri creatur Episcopus an. 1228. abdicat 1230.

Marey. 49. Rogerivs de Marey Primicerius Virdunensis in Episcopali sede collocatur: Albericus in
1230. Chronico ad an. 1230. *apud Tullum Episcopus Garinus se deposuit, & post multos qui ibi fuerunt nominati, factus est Episcopus Magister Rogerus Primicerius Virdunensis.* Obiit Liuerduni. B

Sorcy. 49. Ægidivs de Sorcy, siue Gilo, cuius cognominis dynastiæ, nobiles Asperomontis toparchæ fuêre; Ecclesiam administrabat anno 1261.

Tvbinge. 50. Conradvs de Tvbinge, Minorita, hanc sedem rexit an-
1276. no 1276.

51. Probvs ex Prouinciali Alemanniæ, Ordinis Franciscanorum 1287. C

Sierck. 52. Ioannes de Sierck, i. ex Vltraiectensi Pontifice 1296. frater Petri Sierchensis Archidiaconi Marsallensis, qui Metensem Episcopatum exambiuit, dedicat Ecclesiam Clarissarum Nouicastri anno
1305. 1300. moritur 1305.

53. Gvido natione Burgundus, viuere desiit Româ rediens ante adeptam possessionem.

Grandson. 54. Odo de Grandson ii. inde ad Basileensem Cathedram euehitur. D

Colvmna. 55. Otho de Colvmna nobilis Romanus, postmodum Martinus v. Pontifex. Max.

Arziliers. 56. Ioannes d'Arziliers ii. ex gente de Arzileio rexit anno
1318. 1318.

Geneva. 57. Amedevs de Geneve, Amedei Comitis cognomento Veculi, ex Agnete Cabilonicâ filius, patruus verò Roberti Comitis Ge- A bennensis, & Pseudopontificis Auenione tituli Clementis 7. ad hanc dignitatem promotus 1321. ex cartulariis Vaticani defunctus ante annum 1333. vt patet ex actis compromissi Ludouici de Sabaudiâ. Sepultus in Cathedrali. 1335.

58. Thomas de Bovrlaimont Præsul deligitur die 22. Iulij 1330. ex iisdem Cartulariis Vaticani. Bovrlaimont.

59. Bertrandvs de la Tovr ex Dominis de Turre S. Vidalis, interest cùm aliis Episcopis instrumento confœderationis habitæ Metis inter Carolum Imp. Bohemiæ Regem, ac Ioannem Ducem Normanniæ 1357. ex actis Regij cartophilacij Parisiensis. La Tovr. 1357.

60. Petrvs de Barriere ii. Barriere.

61. Ioannes de Hev iii. Metensis, ex Archidiacono Tullensi, ac Decano Metensi, memoratur in cartulariis Vaticani 1364. obiit 9. Augusti 1372. iacet Metis in maiore templo. De Hev. 1364.

62. Ioannes de Nevchastel iv. nobilis Burgundus, Cardinalis 1374. Auenione tumulatus apud Cartusianos Villænouæ. Nevchastel.

63. Gvarinvs, Ioanne ad Cardinalatum promoto successit anno 1384. 5. Iunij ex registro Vaticano. 1374.

64. Philippvs de Ville svr Yron obiit Perpiniani, vbi sepultus in Ecclesiâ S. Antonij anno 1409.

65. Henricvs de Ville svr-Yron superioris frater, interest Concilio Constantiensi 1414. humatus ad aram summæ basilicæ 1436. Ville svr Yron. 1436.

66. Lvdovicvs de Haravcovr de illustri prosapiâ Lotharingiæ, & dominis Haraucuriæ natus, è Virdunensi ad hanc sedem translatus 1449. pridie Cal. Martij, in citato lib. prouisionum Prælatorum Vaticani; sed iterum repetiit Virdunensem. Haravcovr.

Fillatre. 67. Gvillelmvs Fillatre ex Virdunensi Pontifice, in consilio Philippi Boni probat Consuetudines Burgundiæ Ducatus Broxel-
1459. lis 1459. posteà Tornacensis, vt diximus ibi.

Nevchastel. De gueulle à la bande d'argent. 68. Antonivs de Nevchastel i. Theobaldi Burgundiæ Marescalli, Equitis Velleris Aurei filius, ac gentilis Caroli Archiepis-
1490. copi Bisonticensis; obiit 1490. vltimâ Februarij, conditus in Prioratu S. Crucis de Bretoneriâ Parisiis, hoc epitaphio: Antonivs de Castronovo *Episcopus Tullensis vir Religiosissimus, procul patrio sepulchro se quoque mortuum inter Religiosos esse voluit, & hic sepultus est anno Domini* 1490. *die vltimâ mensis Februarij*.

Blamont. 69. Olricvs de Blammont è nobilibus Lotharingiæ, decessit
1506. anno 1506.

Hazards. 70. Hvgo des Hazards Lotharingus, ex Iuris Canonici Doctore, per Renatum Regem Siciliæ cui erat à Consiliis, hanc Ecclesiam regendam suscepit; memoratur enim Electus Tullensis in tabulis archiuij Lotharingiæ 1506. Cui dicat an. 1509. Symphorianus Champierius Chronicon Austrasiæ, Lotharingiæ, Siciliæ, & Barri Duca-
1517. tus. Diem clausit 1517. sepelitur in Ecclesiâ parochiali Blenodij, quam construxerat in solo natali illius oppiduli iuxta Tullum, insignis vir pietate & eruditione.

Lorraine. 71. Ioannes de Lorraine v. Cardinalis Lotharingus, plurimorum Episcopatuum Administrator, de quo plura alibi.

Ailly. 72. Hector d'Ailly Aruernus, ex Baionensi, cessione Ioannis Lotharingi fit Tullensis, obiit
1532. 1532. sepultus in Capellâ Vndecim millium Virginum quam condiderat.

73. Antonivs Peregrinvs ii. anno circiter 1535.

Hocedey. 74 Tvssanvs de Hocedey ii. Abbas Commendatarius Hunnecuttensis, Valentianis Hannoniæ A ortus, qui nominatur cùm Carolo à Lotharingiâ Archiepiscopo Remensi in instrumento transactionis quo Dux Antonius Renati patris vltimam voluntatem testamento comprobat. Adfuit Concilio Treuirensi 1549. mortuus an. 1565.

75. Petrvs dv Chastelet iii. supremi Lotharingiæ Consilij Præses, ex pernobili Lotharingorum stemmate, Iacobi domini de Sorceio, Bailliui S. Michaelis, ac Franciscæ de Beauuau filius: ex Abbate S. Clementis & D. Marti- B ni Metensis, obiit 1580. 8. Calend. Februarij. Chastelet. D'or à la bande de gueulle chargée de 3. fleurs de lis d'argêt. 1580.

76. Carolvs de Lorraine Cardinalis de Vaudemont, frater Loysiæ Reginæ Francorum vxoris Henrici 3. natus 2. Aprilis 1561. Nicolao Vaudemontano Comite & Annâ Sabandâ parentibus; electus Tullensis, ac postulatus Virdunensis. à Gregorio xiii. Pontifice 1578. Cardinalis renuntiatus, & posteà Ordini S. Spiritus adscriptus: de eo in Historiâ Cardinalitiâ: decessit 1587. 3. Cal. Nouemb. Tulli Leu- 1587. C corum, ac sepultus Nanceij in æde Franciscanorum. Lorraine.

77. Christophorvs de la Valle'e anno 1586. reformauit Breuiarium 1595. quo sedente Minimi stabiliuntur Nanceij 1590. beneficio domini de Bassompesrâ: viuere desiit anno 1607. Liuerduni, quiescit in Cathedrali. La Vallée.

78. Ioannes Porcelet vi. Andreæ domini de Maillanes, Ducatus Barri Senescalli, & Estheris Asperomontiæ filius; clientelare sa- D cramentum apud Fontembellaquam exhibuit Heurico iv. 1608. dicat 1508. Ecclesiam Minorum Nanceij 1613. Eo Præside stabiliuntur Nanceij Vrsulanæ 1616. beneficio Antonij Lenoncurij Primatis: reformationem Augustiniensium Barri Ducatus probat secundùm communitatem Bituricensem, mense Octobri 1619. conuentus monialium Visitationis, Carmelitarum, & Societatis Iesu Collegium stabiliuntur: mortem cùm vitâ commutauit mense Octobri 1624. Porcelet. D'or à vn porceau de sable.

Lorraine.

79. Nicolavs-Franciscvs de Lorraine, Francisci Comitis de Vaudemont, & Christinæ Salmensis tertius natu filius, Caroli Ducis Lotharingiæ germanus, possessionem iniit 1626. in Purpuratorum autem Collegium ascitus mense Augusto 1627. postmodum Cardinalatui renunciauit, vxore ductâ
1634. Claudiâ Lotharingâ consobrinâ an. 1634.

Covrnay.

80. Carolvs Christianvs de Govrnay è Comitibus de Marcheuille, germanus Henrici de Gornayo, Legati Regis Christianissimi Ludouici Iusti ad Imperatorem Turcorum, vtérque natus Raynaldo de Gournay domino de Marcheuille, Bailliuo Nanceij, & Aloisiâ Asperomontiâ parentibus: ex Archidiacono maiore Virdunensi, ac Nicolai Francisci in spiritualibus Vicario generali, necnon Suffraganeo & Episcopo Sithiensi designatur Tullensis anno 1634. decessit mense
1637. Septembri 1637.

Fiesqve.

81. Pavlvs de Fiesqve filius Nicolai Flisci è Patritiâ gente Fliscorum apud Genuenses, Hugonis Reipublicæ Senatoris frater, cuius item patruus Lucas Albingaunensis Episcopus: nominatur Tullensis circiter 1641. Genuæ inauguratus in basilicâ Metropolitanâ per Archiepiscopum Stephanum Cardinalem Durazzium, sibi cooperantibus Francisco Duratio nepote Brugnatensi Præsule, & Felice
1644. Crorcâ Episcopo Aquensi: decessit anno 1644.

Le Bret.
D'azur à la tour d'argent au chef de mesme, à 3 hermines de sable.

82. N. le Bret Gallus, ex Auditore Rotæ Romanæ creatur in Consistorio per Innocentium x. Pont. Max. ineunte anno 1645. consecratur ibidem hoc anno, mense Maio, in Ecclesiâ Gallorum S.
1645. Ludouici: interiit in eadem ciuitate, anno præfato 15. Iunij.

Dv Savssay.
D'hermines au chef d'or chargé d'vne demy aigle à 2. testes, & au vol de sable.

83. Andreas dv Savssay Parisinus, ex Protonotario Apostolico, Iuris vtriúsque Doctor, Regi à Concionibus & Eleemosynis, Sanctorúmque Lupi ac Egidij Lutetiæ Parochus, ex Officiali Parisiensi, & Vicario generali Ecclesiæ Parisiensis, nominatur ad hunc Episcopatum anno 1648. electus & confirmatus in Consistorio bullis Alexandri vii. Papæ 11. Octobris anni 1655. Auctor Martyrologij Gallicani: Panopliæ Episcopalis, & Clericalis, seu de Clericorum tonsurâ, habitu, eorúmque rectâ institutione, ac Canonicâ disciplinâ libris 9. 1656.

TVTELLENSES EPISCOPI, VICECOMITES ET DOMINI.

Tvlles en Limousin sur la Courreze.

Flvviolis duobus Curresiâ & Solanâ, cingitur Tutella in Lemouicino, quæ & Tullum, sub Parlamento Burdigalensi ac Metropoli Bituricensi. Ciuitas enim Tutellensis cùm in dies populosior fieret à Lemouicensi Ecclesiâ per Ioannem 22. summum Pontif. ornata est sede Episcopali, cùm anteà esset Abbatia Ordinis Benedictini, sub patrocinio B. Martini, vbi Hubertus Monachus, deinde Cardinalis Syluæcandidæ; Capitulum Ecclesiæ constat Decano, Cantore, Præposito. Est in diœcesi Abbatia:

Valetæ *La Valette* OC.

Episcoporum seriem texuit Bertrandus de Turre in libro Institutionis Tutellensis Ecclesiæ: verùm de iis accuratum indiculum perscripsit Stephanus Baluzius Tutellensis, cùm Decanorum ac Præpositorum catalogo subsequenti.

S. Astier.

1. Arnaldvs de Saint Astier ex nobilibus Petragoricensis prouinciæ, & vltimo Abbate Monasterij Tutellensis, primus designatur Episcopus à Pontifice an. 1318. viuis 1318.
excessit an. 1333. iacet apud Rupem Amatoris.

Claromonte.

2. Arnaldvs de Claromonte 11. Ordinis Minorum, suffectus eodem anno 2. Octobris, vt innuunt Acta Vaticani: moritur an. 1338.

ROGER. 3. HVGO ROGER I. Lemouicensis, Clementis VI. Pont. Max. frater, Guillelmi Roseriarum toparchæ ex Mariâ de Chambonio filius, cuius item germanus Ioannes Rogerus Archiepiscopus Auxitanus, Cardin. tit. S. Laurentij in Damaso, Episcopus & Ruthenensis, toparcha castrorum de Bousolio & de Seruissaco in diœcesi Aniciensi, recensetur electus Tutellensis 1340. 6. Augusti in libro prouisionum Vati-
1340. cani: extinctus Auenione 1363. 12. Calend. Nouemb. ac sepultus apud S. Germanum de Mazere in Lemouicibus, vbi Ecclesiam fundauerat.

4. GVIDO ex tabulis Tutellensibus successor Rogeri.

5. BERNARDVS è gremio Tutellensis Abbatiæ assumptus, rexit
1343. an. 1343. & 1346. 27. Iunij, in cartophilaciis Vaticani.

6. ARCHAMBALDVS 1349. 25. Augusti & 1353.

BIARS. 7. LAVRENTIVS DE BIARS nobilis Lemouicensis; defunctus
1360. circiter an. 1360. conditus in Cathedrali Tutellensi ad dextram principis aræ.

FABRI. 8. IOANNES FABRI, I. Cardinalis Presbyter tit. S. Marcelli, creatus à Gregorio XI. 1371. natione ext Tutellensis, qui Auenione fato suo functus est pridie Nonas Martij 1371.

COSNAC. 9. BERTRANDVS DE COSNAC I. nobilis Lemouicensis, Briuatensis pagi: Episcopus 1375. 28. Februarij,
1375 memoratur in cartulariis Vaticani: obiit anno 1380.

10. AIMERICVS anno 1383.

COSNAC. 11 PETRVS DE COSNAC I. ex prioris familiâ, Hugonis domini de Cosnaco & Guinæ Feidide natus. circiter annum 1383. sedem obtinuit, ac desiit esse inter viuos an. 1402.

BOTINAND. 12. BERTRANDVS BOTINANDVS I. Lemouicensis, ex loco S. Germani oriundus haud procul Lemouicâ, Episcopus an. 1407. qui erga Ecclesiam Cathedralem bene-

A ficus cessit codicillis suis 3. Iunij 1411. decimas B. Hilarij de Foissaco, quæ ex suo iure erant, pro quatuor anniuersariorum dotatione: constitutus & testamenti curator Nicolai de Belloforti domini de Limolio anno 1415. cùm Bertrando de Turre & Guillelmo de Petrabufferiâ militibus: extremum diem clausit an. 1416. 1411.

13. BERTRANDVS DE MAYMONT II. Lemouix, ex Vaurensi, Mirapicensi, ac Biterrensi Antistite MAYMONT
B Tutellensis factus 1416. & inde ad annum vsque 1425. sedit, quo sepelitur Tutellæ. 1425.

14. IOANNES DE CLVYS II. anno 1428. fato functus circa 1444. sepulturâ donatus in Cathedrali propè claustri ianuam. CLVYS.

15. HVGO D'AVBVSSON II. ex nobilibus Marchiæ in Lemouicibus, admittit Ioannem domicellum de Scdiere (nunc est Vicecomitatus) ad hominium die 8. Iunij 1444 decessit 1454. mense Septembri, conditus Tutellæ. AVBVSSON. 1444.

C 16. LVDOVICVS D'AVBVSSON I. Hugonis germanus, Ordinis S. Benedicti monachus & Prior de Mortanhâ Ordin. item Benedictini, electus à maiore parte Capituli 1454 mense Septembri confirmatur per Officialem Biturigum, contra Guichardum de Combornio Abbatem Vsarchiæ 2. Maij; tandémque per Callistum 3. an. 1455. 27. Decembris, vt notant Acta Consistorialia; consecratus anno sequenti, moritur an. 1469. iuxta quorumdam calculum; iacet in Cathedrali D Tutellensi propè Hugonem. AVBVSSON.

17. DIONYSIVS DE BAR nobilis Bituricensis ex dominis de Baugy, Ecclesiam solemni pompâ ingressus die 25. Martij 1472. tametsi aliquorum monachorum suffragiis frater Geraldus de Malomonte postulatus fuisset. Reparauit basilicam B. Mariæ Rupis Amatoris 1479. eodem sedente Minores in vrbe fundantur 1401. per Baronem S. Amandi; translatus demum ad Episcopatum S. Papuli in Septimaniâ; diem DE BAR. 1472.

clausit 1517. 31. Maij, in cœnobio A Dominicanorum Bituricensium sepultus.

BRILLAC. 18. CLEMENS DE BRILLAC ex dominis Argeij, Antistes S. Papuli, possessionem adipiscitur permutatione cùm Dionysio 31. Maij 1495. Extruxit palatium Episcopale à se vario ornatu decoratum anno 1500. Eodem Pontifice Capitulum seculari togâ donatur 1514. à Leone Papâ x. 6. Calend. Octob. bullâque executioni demandatur 2.
1516. Nouemb. anni 1516. per D. Flori Antistitem, Abbatem de Maimaco, B & Archidiaconum Lactorensem; in dictâ Ecclesiâ constitui sunt per bullam sexdecim Canonici, quorum quatuor dignitate præfulgeant, videlicet Decanus, Præpositus, Thesaurarius & Cantor; obiit 1517.

LEVIS. 19. FRANCISCVS DE LEVIS I. Abbas Obasinæ, ortus ex ramo dominorum de Voutâ, filius nempe Ludouici Comitis de Villars, Baronis de Voutâ, & Blancæ de Ventadorio, qui stirpem Baronum & Comitum de Charlus progenuit; ex quâ gente antiquâ Ventadorij C Bernardus Abbas huius Ecclesiæ Tutellensis 1212. multa contulit. Iste confirmatur ab Archiepiscopo Bituricensi 1517. 29. Maij contra Egi-
1535. dium de Turre, ex Vicecomitibus de Turenâ: decessit an. 1535.

AMELIN. 20. IACOBVS AMELIN Episcopali priuilegio contulit Ordines Tutellæ 21. Maij 1536 eodem anno 30. Septemb. in actis quibusdam nominatur.

DV CHASTEL. 21. PETRVS CASTELLANVS II. Lingonensis origine, Francisci D I. Eleemosynarius, ac Regiæ Bibliothecæ Præfectus, vir sæculo suo
1539. doctissimus; Episcopus anno 1539. Suffraganeum habuit in Cathedrâ Tutellẽsi Guillelmum Piatum, Præsulem Tarsensem. Postmodum fit Matisconensis & Monspeliensis, vbi plura de eo vide, necnon in elogio Scæuolæ Sammarthani, & Iacobi Augusti Thuani in Hist. lib.

FAVCON. 22. FRANCISCVS DE FAVCON II. Monspeliensis, Falconis de Falcone, & Carlotæ Bucelli filius: Claudij Senatus Redonensis Principis patruus; ex Canonico sacræ Capellæ Parisiensis, Abbas D. Ioannis Senonensis, S. Petri de Altouillari Remẽsis, ac Bellæperticæ, diœceseos Montalbanensis, Episcopus Tutellæ 1545. Suffraganeo vsus est in Pontificalibus Petro de Bisquieris Episcopo Nicopolitano. Inde Aurelianensis, Matisconensis, ac Carcassonensis; obiit octogenarius anno 1565. die 25. Septembris, sepulchro mandatus Carcassonæ in Choro Cathedrali. 1545.

FONSEQVE. 23. IOANNES DE FONSEQVE III. Abbas S. Martialis Lemouicensis, & Gratiæ Dei in pago Alnisiensi, Roderico de Fonsecâ auo, nobili Hispano, patre Emundo Barone de Surgeres, matre Hardoinâ de Laualsatus: creatur Tutellensis 1553. sed nunquam consecratus administrauit Episcopatum ad annum vsque 1560. Interim munera Episcopalia obiit Suffraganeus Benedictinus de Rotâ Præsul Caronotensis. Ecartelé au 1. & 4 d'or a 5. estoiles de gueulle de 8. raiz en sautoir: au 2 & 3. de gueulle au lion d'or couronné. 1555.

GENOILLAC. 24. LVDOVICVS DE GENOILLAC II. Cadurcensis nobilis, frater Ioannis de Gourdon de Genoillac domini de Vaillaco. Abbas hic S. Romani de Blauiâ, S. Martialis Lemouicensis, D. Laudi, Priórque de Fagiâ Niuernensis diœceseos. Solemnem ingressum celebrat 1. die Iunij 1560. interest Concilio Tridentino, ac Vicario vsus est Petro de Sediere Abbate Tortoyracensi anno 1565. obiit longæuus Burdigalæ an. 1583.

GENOILLAC. 25 FLOTARDVS DE GENOILLAC Ludouici frater, Decanus Tutellensis, & de Ronsenaco in Petragoriis, in demortui locum substitutus 1583. fato eripitur anno 1586. mense Martio. 1583.

LA TOVR. 26. ANTONIVS DE LA TOVR Tutellensis, ex Decano Ecclesiæ fit Episcopus extincto Flotardo 1587. die 17. Cal. Maij, in possessionem missus per procuratorem 3. Cal. Octob. consecratur Burdigalæ ab Arnaldo Pontaco Præsule Vasatensi 1588. die 4. Septemb. Eo Pontifice Patres Recollecti Ordinis S. 1587.

Francisci

Francisci conuentus Tutellensis possessionem adipiscuntur; cuius etiam auctoritate Alborum Pœnitentium sub nuncupatione D. Ioannis Baptistæ, in sacello pauperum iuxta xenodochium instituta fuit Congregatio an. 1591. confirmata à summis Pontif. Greg. 14. Clemente 8. & Paulo v. Tandem obiit octogenarius an. 1595. mense Septembri; & resurrectionem expectat in æde Rupisamatoris, quæ Ecclesia diœcesis Cadurcensis, vnita est mensæ Episcopi Tutellensis.

VISANDON

27. IOANNES DE VISANDON IV. Ludonensis in diœcesi Burdegalensi, Doctor Iuris Canonici, nominatus fuit ab Henrico 4. die 18.
1594. Octob. 1594. cùm Turrianus cessisset Episcopatum in eius fauorem 12. Septemb. eiusdem anni possessionem accepit procuratorio nomine die 3. Octob. 1595. at nunquam fuit inauguratus.

GENOILLAC.

Ecartelé au 1. & 4. d'azur à trois estoiles d'or en pal: au 2. & 3. d'or a 3. bandes de gueulle

28. IOANNES DE GENOILLAC IV. filius Ludouici de Gordonio primi Comitis Vaillaci, Equitis Torquati S. Spiritus designati, ac Burdigalæ Præfecti Regij, ex Annâ de Monberon filius, Ludouici & Flotardi antecessorum nepos, sacri Consistorij Comes, in parochiâ de Bresson diœcesis Burdegalensis
1597. natus, fit Episcopus 1597. Idus Nouemb. possessionem adeptus est per procuratorem 1. Maij 1600. Adfuit Comitiis Ecclesiasticis Cleri Galliæ celebratis 1603. & Regni generalibus Parisiensibus 1614. nomine totius prouinciæ inferioris Lemouicum. Eodem Episcopo plures Religiosæ domus stabiliuntur, nempe 1613. sanctæ Claræ Moniales in suburbiis; Fulienses monachi 1615. Vrsulanæ 1618. Patres Soc. Iesu 1621. denique sorores Cistercienses Ordi-
1620. nis 1620. mortuus Meyronæ in Cadurcis die 13. Ianuarij anni 1652.

RECHIGNEVOISIN.

29. LVDOVICVS DE RECHIGNEVOISIN, III. Episcopus Vicecomes & dominus Tutellensis, Abbas de Moroliis, ex dominis de Guron in Pictonibus, sacratur Antistes in basilicâ Carmelinarum
1653. Burdigalæ 1. Nouemb. anni 1653. per Samuelem Martineau Vasatensem Præsulem, operantibus Carolo d'Anglure Adurensi, & Francisco de Pericard Engolismensi: possessionem adipiscitur per procuratorem 27. Maij 1654. die insequenti festiuâ pompâ exceptus est à suis Tutellensibus.

DECANI TVTELLENSES.

Dacius reperitur Decanus in schedis an. 947. 948. & 955.

Gauzfredus 958. 961. & 965.

Petrus anno 969. 979. & 984. quo vltimo anno inuenitur fuisse simul Decanus & Camerarius.

Ademarus anno 1091.

Geraldus an. 1091. deinceps non fuerunt Decani, sed Priores, quorum primus nominatur.

Bernardus erat Prior annis 1092. 1094. & 1097. hi viguerunt vsque ad annum 1514. quo Capitulum è regulari factum est seculare; túmque rursum Ecclesia Tutellensis habuit Decanos sequentes.

Flotardus de Genoillac, postea Episcopus an. 1583. 1583.

Bertrandus Turrianus dein Episcopus 1587.

Franciscus l'Estrade.

Bertrandus Turrianus superioris nepos, post Vicarius generalis & Officialis Tutellensis. Scripsit Institutionem Ecclesiæ Tutellensis.

Ioannes Marcus Turrianus, vltimi Bertrandi nepos, filius Ioannis præstantis Iurisconsulti: obiit iuuenis, sepultus in Cathedrali.

Bertrandus Turrianus iterum post mortem nepotis, electione Capituli, inde Prior de Glenic in diœcesi Tutellensi: obiit anno 1646. sepultus in Cathedrali. 1646.

Martinus Darche Ioannis filius, A anteà Prior de Glenic, & Canonicus Tutellensis, hodie Decanus est ex permutatione factâ cùm superiore.

PRÆPOSITI TVTELLENSES.

1091. *Bernardus* præfuit an. 1091.

Vuitardus an. 1153. sub Geraldo 3. Abbate. B

Leodegarius Mary anno 1154.

1209. *R.* 1209. 10. Calend. Aprilis.

Helias de Ventadour, Lemouicensis, filius Ebali 4. Vicecomitis Ventadoriensis, frater Bernardi Abbatis Tutellensis, & Eboli Abbatis
1264. Figiacensis, annis 1245. & 1264.

Aymericus Vigerius 1387.

Bernardus Roberti, Lemouix, è Vicecomitibus San-Iallensibus 1387. C Ex eâ gente prodierunt Ademarus Roberti Cardinalis an. 1342. & Ademarus Roberti Archiepiscopus
1384. Senonensis, mortuus anno 1384.

Martinus Philippi, Lemouix, 1410.

Raimundus de la Chapoulie Lemo-
1414. uicensis 1414.

Ioannes de Biars, Lemouix, è Vicecomitibus de Sediere 1420.

Mathæus Fornerius 1428.

Guillelmus de Fumel, ex illustri stirpe Vicecomitum in pago Agin-
1433. nensi 1433. 15. Martij, & 1436. 15. Nouemb.

Ioannes d'Estampes 1438.

Petrus Faucherius 1450.

Stephanus Barthon, Lemouix, è
1450. dominis de Monbas 1450. 1454. & 1455. ex eâ gente orti duo Episcopi Lemouicenses, & duo Lactorenses.

Ioannes Barthon ex eadem gente 1458. forsan posteà Episcopus Lemouicensis.

Philippus de Gorges 1468.

Ioannes Ioffredy, Episcopus Atrebatensis & Albiensis, creatus Cardinalis tituli S. Martini in Montibus, Præpositus Tutellensis, & Prior de Saulieyrâ Lemouicensis diœcesis, Ordinis S. Augustini an- 1471.
no 1471.

Helias de S. Astier 1477. fortè ex familiâ primi Episcopi Tutellensis.

Martinus de Sorris, aliàs *de Campo* 1493.

Petrus de Campo.

Stephanus Chazal 1497. 1497.

Hugo de S. Aulaire.

Ioannes Paleti patriâ Tutellensis 1512. & 1514.

Petrus Paleti 1516.

Carolus de Leuis de Ventadour Abbas etiam Valetæ diœcesis Tutellensis 1518. Episcopi Francisci frater. 1518.

Ioannes Dioudela.

Mathæus Vergne

Astorgius de Albiniaco

Raimondus Donarelli.

Annetus Iouberti, horum quinque nihil nouimus præter nuda nomina, neque fortassis hoc loco ponendi sunt. D

Martinus de Freyssinges.

Ioannes de Freyssinges.

Ioannes d'Estain 1581. ex nobilibus de Stagno in Aruernis. 1581.

Leonardus Vedrenes anno 1600.

Martialis de Fenis 1609. obiit Tutellæ 6. Maij 1631. sepultus in Cathedrali. 1631.

Ademarus de Maynard 1631.

Franciscus Martialis de Fenis, superioris nepos, Ademari abnepos,
1639. factus est Præpositus Tutellensis an. 1639.

VABRENSES EPISCOPI ET COMITES.

Vabres en Rouergue, sur le Dourdan. CASTRVM Vabrense in Rutenis Gregorio Turonensi l. 9. c. 9. vnde & totus regionis pagus Vabrensis appellatur, de quo Odo Cluniacensis in vitâ S. Geraldi l. 2. Vabra in diplomate Caroli Calui, Vabrium Bernardo Guidoni, Vabrincum aliis; vrbs non longè à Fonte Tarnis sub Metropoli Bituricensi, & Tolosano Parlamento. Quondam celebre fuit monasterium Ordinis Benedictini, Sanctæ Mariæ dicatum, à Raimundo I. Comite Tolosano fundatum; quod tantâ religiosæ disciplinæ laude inclaruit, vt B. Geraldus Auriliacensis eò dirigeret monasticâ disciplinâ informandos nobiles iuuenes, sicuti tradit idem Odo in vitâ S. Geraldi. Ioannes XXII. summus Pontifex sedem Episcopalem ibi instituit, eam à Rutenensi distrahens. Numerantur in diœcesi Abbatiæ.

NANTI *Nant* O B.

NONNATICI *fem.* O C.

Nonenque.

Episcopi verò hoc ordine temporum sederunt.

Olargio. 1. PETRVS DE OLARGIO I. ex vltimò Abbate constitutus est Episcopus anno 1317. in regesto Va-
1329. ticano; obiit 1329.

Olargio. 2 RAIMVNDVS DE OLARGIO viuere desiit anno 1347.

Ventadour. 3. GVIDO DE VENTADOVR ex nobilibus dynastis de Ventado-

A rio in Lemouicibus, Episcopus an. 1347. & 1351. 1351.

Arfeville. 4. PETRVS D'ARFEVILLE II. frater Raimundi Rutenensis Episcopi, qui & Claromontensis.

Pebrac. 5. BERTRANDVS DE PEBRAC ex Priore Ventadorij, tum B. Martini de Campis Parisiensis, Præsul autem Vabrensis an. 1353. die 28. O- 1353.
ctobris, vt indicant Acta Consistorialia; in carris Martinianis cognominatur diuersimodè de Peberiaco, & Peberaco. Vide Historiam Prio-
B ratus S. Martini.

Bragose. 6. GVILLELMVS BRAGOSE I. Cardinalis tituli S. Georgij in Velabro primùm, dein S. Laurentij in Lucinâ; maior Pœnitentiarius, ab Innocentio VI. in sacrum Collegium ascitus 1361. anteà Iuris Canonici Doctor Tolosæ Romæ obiit anno 13. Idus Nouemb. 1367. tumulatúsque ibidem in æde titu- 1367.
li sui.

Vassignac. 7. STEPHANVS DE VASSIGNAC vltimum diem clausit anno
C 1412.

Bastidos. 8. GVILLELMVS DE BASTIDOS II. fato suo item functus est anno 1421. 1421.

Petri. 9 IOANNES PETRI translatus ad Bentensem Ecclesiam titularem 1452. 12. Cal. Iulij ex registro Vaticano.

Blanchi. 10. BERNARDVS BLANCHI electus Vabrensis 1453. 12. Cal. Iulij ex libro citato prouisionum Præ-
D latorum Vaticani: decessit 12. De- 1485.
cemb. 1485.

Narbone. 11. ANTONIVS PETRVS DE NARBONNE Abbas Commendatarius Grandissyluæ & Fontisfrigidi iam ab an. 1476. filius verò Ioannis de Narbonâ Baronis de Talairand, & Sibyllæ de Carmain, renunciatur Episcopus 1486. 2. Februarij: sepul- 1486.
tus in eodem monasterio Fontisfrigidi, diœcesis Narbonensis.

Narbone. 12. LVDOVICVS DE NARBONNE Antonij frater, Abbas

Grandissylux & Fontisfrigidi, erga Ecclesias suas munificus, moritur 7.
1519. Februarij 1519.

MARTIGNY.

15. REGINALDVS DE MARTIGNY Petri Antistitis Castrensis frater; adfuit cùm regni Optimatibus & Præsulibus solemni Conuentui in Senatu habito coram Francisco
1528. I. Rege 1518. obiit Monspelij 27. Maij 1536.

ARMAGNAC.

14. GEORGIVS D'ARMAGNAC Episcopus Rutenensis, Administrator Vabrensis 1536. posteà Archie-
1536. piscopus Tolosanus, ac tandem Auenionensis, & Cardinalis.

CORNEILHAN.

15. IACOBVS DE CORNEILHAN posteà Rutenensis.

LA VALETTE. Ecartelé au 1. de gueulle au perroquet d'argent la patte leuée: party de gueulle au lion d'or. Au 2. & 3. d'azur ondé de 3 pieces d'argent.

16. FRANCISCVS DE LA VALETTE CORNVSSON I. nobilis Cadurcensis, frater Ioannis de Valetâ magni Magistri Melitensis, Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani; quem cùm Pius IV. Cardinalem cooptare cuperet, propter egregiam operam nauatam, obsessâ à Turcis Melitâ insulâ, quam strenuè propugnauit 1565. hanc dignitatem recusauit, & Pontificem deprecatus est, vt Vabrensem Præsulem Pur-
1565. purâ condecoraret, sed Pontifex morte correptus, id exequi non valuit. Nominatur in Concilio Tri-
1577. dentino anno 1563. & 1577. in executione bullarum secularisationis suæ Ecclesiæ.

17. THOMAS DE LAVRO.

LA VALETTE.

18. FRANCISCVS DE LA VALETTE CORNVSSON, II. Abbas Moisiacensis in Cadurcis; ex Comite Consistoriano consecratur anno 1600. mense Ianuario: adfuit
1614. Comitiis Cleri Gallicani Parisiensibus 1614.

LA VALETTE.

19. FRANCISCVS DE LA VALETTE III. superioris nepos ex fratre, Abbas & Moissaci, germanus Francisci de Valetâ domini de Cornusson, & de Parisôt, Seneschalli Tolosatum, & Albiensium. Coadiutor patrui titulo Episcopi
1618. Philadelphiæ 1618. in Comitiis Cleri Medontæ 1641. obiit anno 1645.

HABERT. D'azur à vn Pelican d'or.

20. ISAACIVS HABERT Parisinus, Abbas de Allodiis in Pictonibus, Regis Concionator, & Ecclesiæ Parisiensis Canonicus Theologus, inauguratur Lutetiæ anno 1645. die 17. Decemb. in tem- 1645.
plo Abbatiæ S. Victoris Canonicorum Regularium B. Augustini, à Dominico Seguier Meldensi, Carolo Vaurensi, & Dionysio S. Brioci Episcopis; præsente Armando Borbonio Principe de Conty, Apostolico Nuntio, Franciæ Cancellario, & aliis multis Præsulibus. Interfuit posthæc Cœtui Cleri Parisiensi 1650. scripsit ac edidit opuscula va- 1650.
ria tum metro tum solutâ oratione 1637. de consensu Hierarchiæ & Monarchiæ aduersùs Paræneticum Optati Galli libros sex 1640. de Cathedrâ seu Primatu singulari S. Petri libros duos vulgauit 1645. ac denique Ceremoniale Ecclesiæ Orientalis Latinè reddidit: vnde à Iacobo Sirmondo epistolâ dedicatoriâ ad Theodulfi Aurelianensis Episcopi opera laudatur à præclarè scriptis, concionibus, lucubrationibus, scientiâ, & Episcopalis muneris ornamentis.

VALENTINENSES EPISCOPI ET COMITES.

VALENCE en Dauphiné sur le Rhosne.

COLONIA Romanorum Valentia, prænomine Iulia, magni semper nominis apud omnes veteres Historicos fuit; Segalaunorum vrbs, Rodano flumini post Isaræ amnis confluuium imposita est, idcirco situ amœnissima, irrigua fontibus, studiisque Legum humanarum, & Academiâ nobilis, potens arce, & Principatu Ecclesiastico: nobilissima ciuitas Prospero Tironi in Chronico, & apud Goltzium, & Ortelium, vbi refertur inscriptio numi *Col. Iul. Val.* id est Colonia Iulia Valentia; in eâ tres Synodi celebratæ sunt. Prætereà mentio illius apud Plinium l. 3. c. 4. Ptolemæum l. 2. c. 8. in quâ datæ leges in

„ Cod. Theod. 12. de Annon. & A
« Tribut. 49. de Cursu publico, 113. de
„ Decurionib. Subest Metropoli Viennensi, à quâ abest in meridiem 13. leucas, sub Parlamento Gratianopolitano, cuius Ecclesia S. Apollinari Antistiti dicata est, habens collegium nouem Canonicorum cùm Decano, Præpositum, Abbatem S. Felicis, Archidiaconum, Theologum: sed à Segregibus euersa est, Præsulis ac ciuium curâ & impensis instaurata. Sunt quatuor Valentinorum parochiæ, quibus accensebatur vna S. Vincentij extra B vrbem ad Turdeonis portam, quam hæretici diruêre; extat quoque in burgo, sicuti appellant Valentiæ, ædes S. Petri, super fundamenta S. Catharinæ excitata, à quâ dependent Ecclesiæ Sanctorum Marcelli, Bartholomæi, & Apollinaris trans Rodanum. Spectabatur etiam olim extra muros Abbatia S. Ruffi vetustissima, eáque elegantissima, ab hæreticis flammâ ferróque solo æquata; in vrbe denuò excitata est; quæ nunc habet etiam Conuentus Dominicanorum, Franciscanorum, C Conuentualium, Minimorum, Capucinorum, Recollectorum; sacrarum virginum Visitationis B. Mariæ, de sanctâ Vrsulâ, Benedictinarum Sodionis, & Bernardinarum Vernesoni, qui ex pagis suburbanis in vrbem stabiliti sunt. Dominatur autem Episcopus titulo Comitis Castronouo ad Isaram, Alexiano, Monti Veneris, Auriolo, Mirmandæ, Bellimonti, & Subdioni imperabat nomine Principatus, sed distracta est hæc toparchia per Monlucium Episcopum cùm facultate summi Pontificis, vt conflaretur pecunia Regi à Clero persoluenda. Re- D periuntur parochiæ in diœcesi circiter 325. & Abbatiæ:

S. RVFI *S. Ruf lez Valance* O A.

TIRAVCII SAONÆ OA.

S. Tiers de Saon.

Ioannes Columbus Soc. Iesu Theologiæ Professor, ex fide veterum monimentorum & MS. codicum archiuij Episcopalis, libris quatuor Gesta Valentinorum & Diensium Episcoporum Lugduni secundâ editione typis mandauit anno 1652. quo opere in elucubrandâ serie nostrâ vsi sumus: & nonnullis aliis documentis. Hoc præmonemus tamen de Episcopatus huius primordiis, non recenseri in catalogo Episcoporum Sanctos Felicem Presbyterum, Fortunatum & Achilleum Diaconos, licet inter primarios verbi diuini præcones à B. Irenæo Lugdunensium Antistite missi, palmam martyrij fuerint assequuti, quia in Martyrologiis tantùm Diaconi appellantur. Valentinorum igitur Episcoporum primus sit.

1. ÆMILIANVS sedebat Valentiæ, cùm S. Marcellinus ex mandato magni illius Eusebij Vercellensis Episcopi, ad eum venit vngendus in primum Antistitem Ebredunensium, ita habet auctor vitæ S. Marcellini; à quo Æmiliano magnum per annos centum de Præsulibus Valentinis silentium est.

2. MAXIMVS I. anno Domini 400. erat Episcopus; contra eum ad Antistites Galliæ rescribit Bonifacius Papa ep. 2. an. 419. instante Clero Valentinensi, quæ sic habet: *Valentinæ nos Clerici ciuitatis adierunt, proponentes per libellum crimina, quæ Maximum, teste totâ prouinciâ asserunt commisisse.* Accusatus videlicet fuerat à suis Clericis, de variis criminibus, quapropter Pontifex iussit causam illius examinari ab Episcopis septem prouinciarum, ait enim; *quem Manichæorum inuolutum caligine arguunt turpi sectâ olim, itaque eum posse abluere, animum sordidasse, & homicidij damnatum asserunt: & hunc talem post tanta, taliáque commissa, Episcopatus adhuc sibi nomen in suis latibulis vindicare, in propriæ ciuitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur.* Sexaginta circiter annis post Maximum floruit in Sede Valentinâ. 400.

3. S. APOLLINARIS Auiti Episcopi frater natu maior, & *Isicij primùm Senatoris*, vt Ado loquitur, *tum Viennensis Episcopi filius*, ex Audenriâ. Agobardus Lugdunensis Ludouico Pio Imperatori de eo sic loquitur: *Sanctus Apollinaris Episcopus Ecclesiæ Valentinæ quantus fuerit,*

& sit, non solùm gesta de eo scripta, sed & crebra eius miracula vsque hodie sublimiter testantur. Anno 517. interfuit Concilio Epaonensi: Auitus opera sua ei dedicat in veteri codice Victorino: qui Apollinaris Auito ep. 11. & ipse ep. 12. rescribit.

517.

4. GALLVS in Synodo Aurelianensi 5. anno 549. cùm Episcopo cognomine etiam Aruernensis Ecclesiæ Pontifice.

5. MAXIMVS II. successit Gallo, interfuitque Synodo Lugdunensi

567. per Abstemium Diaconum an. 567. B

6. RAGNOALDVS in Concilio Matisconensi 1. 581. Lugdunensi 3. 583. Valentino 2. 584. Matisconensi 2. 585.

7. ELEPHAS I.

8. AGILVLFVS, seu AIGVLFVS apud Fredegarium in Chronico, erat Episcopus anno 648. 4. regni Clodouei 2. apud quem auctorem legitur cùm Gisone Comite missus Augustodunum, vbi à Flaocatone Maiore Domus detentus dicitur; quem nonnulli putant Abbatem fuisse S. Dionysij, sed nihil explorati habetur ex ipsis tabulis Dionysianis. C

648.

9. INGILDVS in Synodo Cabilonensi anno 650.

10. LVPICINVS subscripsit documento Caroli Magni super reliquiis Sanctorum Aquisgrani positis.

11. SALVIVS I.

12. ANTONIVS I.

13. ELEPHAS II.

14. VALDVS.

15. SALVIVS II.

16. LAMBERTVS, seu DAMBERTVS, cùm superioribus sedisse fertur ante Ratbertum, sed incertis annis.

17. RATBERTVS sanguinis claritate illustris, frater nempe Bosonis Arelatensium Reguli, variis A Conciliis subscripsit; anno 859. adiit Synodum Tullensem apud Saponarias, Tusiacensem 860. Pontigonensem 876. Mantalensem 879. in quâ Regis nomen delatum Bosoni; anno autem 855. congregata fuerat Valentina Synodus 3. occasione Gotescalci de prædestinatione & præscientiâ Dei, gratiâ, & libero arbitrio: idem Ratbertus fundator fuit Monasterij Cariloci Ordinis Benedictini, adiutore Eudrado fratre. 859.

18. DVNCTRANNVS.

19. EILARDVS.

20. ISAAC I.

21. AIMERICVS.

22. ADO.

23. BROCARDVS.

24. ARCHIMBERTVS, siue Archimbaldus.

25. AGILDVS siue AINVS.

26. ROBERTVS.

27. ISAAC interfuit Concilio Cabilonensi anno 887. ex Chronico Besuensi; & Viennensi 892. 887.

28. REMEGARIVS dono accepit à Ludouico IV. Imperatore Saxiacum, Adgentiolum, & Saonem villas Comitatus Diensis, vt patet ex membraneâ tabulâ, cuius apographum è cartophilacio Episcopatus Valentini hoc tenore verborum exscriptum apud Columbum: IN NOMINE *Domini æterni & Saluatoris nostri Iesu Christi, Hludouicus diuinæ ordinatione prouidentiæ Imperator Augustus &c. Comperiat omnium fidelium nostrum, præsentium scilicet, & futurorum solertia, quam quidem nos pro remedio animæ genitoris nostri piissimi Regis Bosonis, ac piissimæ genitricis nostræ Hermingardis, atque ad deprecationem inclyti Ducis, ac Marchionis nostri Hugonis, videlicet propinqui nostri compersmus Deo, & S. Cypriano gloriosissimo Martyre, ac sancto Apollinare eximio Confessore, atque Pontifice Valentinensis Ecclesiæ, vbi Remegarius reuerendus noster, at-* D

que fidelis Præsul esse dignoscitur, res A sitas in Comitatu Deensi, villam scilicet, quæ vocatur Saxiacum, cùm castro desuper similiter nominato, cùm Adgentiolo, atque Saone. Hæc itaque omnia cùm Ecclesiis, vna in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ dicata, alia in honore S. Ioannis, tertia quoque in honore S. Tiertij Martyris cùm familiâ vtriúsque sexus, cùm vineis, pratis, syluis, pascuis, molendinis, aquis, aquarùmque decursibus, & cùm omnibus ad prædictam villam, Saxiacum videlicet, pertinentibus, totum Deo, Sanctisque iam dictis, donamus, vt faciat exinde Remegarius Præsul, B suique successores, ab hodie, & deinceps, sicut ex aliis rebus à piissimis Regibus, & Imperatoribus ibi (id est abs dubio in Comitatu Deensi, seu Diensi) collatis. Vt autem hæc nostra largitio nostris, futurisque temporibus inuiolabilem in Christi nomine obtineat firmitatem, manu nostrâ subter firmanimus, & de annulo nostro sigillari iussimus. Sig. Hludouici serenissimi Imp. Augusti.

ALBON. 29. HVMBERTVS D'ALBON filius Guidonis Comitis Albonensis, ac nepos Humberti Episcopi Gra- C
991. tianopolitani, præerat anno 991. de quo nulla mentio in tabulariis Valentinis.

30. REMEGARIVS II. in Episcopum
1011. electus est anno 1011. ex Breuiario Valentino, cuius hæc verba sunt: *Anno Incarnationis Dominicæ* MXI. *defuncto sanctæ Valentinensis Ecclesiæ Episcopo, Remegarius natione Francus, in eadem Ecclesiâ subrogatur Episcopus. Hic dum in iam dictam Ecclesiam aduentaret, accidit vt ad ostium B. Apollinaris puella nomine Richildis, quæ multis annis contracta iace- D bat, nec omnino ambulare poterat. Necessitate autem Agarenorum instante, præfata basilica, in quâ beatus Pontifex iacebat, plena erat vasculis, in quibus vinum atque annona recondebatur. Eliminatâ autem omni spurcitiâ Ecclesiæ à præfato Præsule, statim prædicta puella laudans Deum erecta est, & sic incolumis facta est, quasi nunquam renum ac crurium dolorem sensisset.*

31. GVIGO, seu VVIGO anno 1015. & 1032. interfuit Synodo Ansanæ.

VALENTINOIS. 32. PONTIVS DE VALENTINOIS Ademari Comitis Valentinensis natus, de cuius familiâ silent catalogi Valentini, sedebat anno 1037. ex cartulario S. Bernardi Romanensis. & anno 1040. affuit dedicationi basilicæ S. Victoris Massiliensis per Benedictum IX. Pontificem; memoratur & subscriptus testamento Hugonis Archiepiscopi Bisontini, necnon in cartis anni 1047. 1037.

33. GONTARDVS regebat anno 1082. ex archiuo Romanensi, excepit Vrbanum 2. Papam hospitio proficiscentem Claromontium ad Synodum, ex cartulario Valentino.

34. EVSTACHIVS ex Canonico Aniciensi Episcopus Valentinus anno 1111. ex Odone Gisseio in Virgine Aniciensi. legitur 1134 in citato S. Bernardi Romanensis cartophilacio. 1134.

35. S. IOANNES I. ex primo Abbate Bonæuallis promotus est ad Episcopatum Valentiæ, cùm in Ordine Cisterciensi à primis annis singulari probitate vitæ floruisset. Gaufredus discipulus S. Bernardi & socius Ioannis de eo in commentariis suis ad Apocalypsim: Cùm « prima, ait, Ordinis Cisterciensis ia- « cerentur fundamenta, erat in Ec- « clesiâ Lugdunensi quidam Clericus « honestus & honorabilis Ioannes, « qui rumore celebri nostri Ordinis « compunctus, tacitus secum propo « suit in nostro se Collegio socian- « dum. Quod propositum post pau- « cos dies, subeunte aliâ cogitatione « mutauit, & pro recompensatione « talis propositi, peregrinationem S. « Iacobi aggressus est; quâ deuotè « completâ rediens, à domesticis gra- « tulabundè susceptus est. Postquam « verò singularem eius vocationem ad Cisterciense institutum præuiis quibusdam reuelationibus diuinis enarrauit Gaufredus, ita subiungit: Primus fuit Abbas cœnobij Bonæ- « uallis, & post Ecclesiæ Valentinæ « Antistes, cuius vita & mors multis « meritis & miraculis claruit. Episco- «

1146. patum rexit 1146. ex tabulis qui-
bus Conradus 2. Imperator confir-
mat iura Episcopi Viennensis: bien-
nio ante conuenerat cùm Siluione
Clariacensi consilio Stephani Vien-
nensis, & Hugonis Diensis Episco-
porum, pro Alexiaco. Miraculis fuit
illustris, quæ ad tumulum edita
sunt, ex actis S. Amedei Monachi:
anniuersarium illius honorificè cele-
bratur 5. Octobris; de quo Vin-
centius, Menologium, & Fasciculum
Cisterciense, Ferrarius, & alij
Cisterciensium Scriptores.

36. ORILBERTVS sedebat an.
no 10. Conradi Regis, & in tabulis
1148. anni 1148. quibus permittit Gibor-
no de Auriolo viro inclyto, ædifi-
care castrum in Episcopatu Valen-
tino; quinimò putat Columbus
eundem esse quem D. Bernardus
ep. 248. testatur promotum fuisse
ad Episcopatum ex Priore mona-
sterij Casædei, eundémque de quo
mentio ep. 270. ad Eugenium Pont.
Max. *dominus Valentinus conualet, &*
vbi valet operatur bona: propterea a-
matores boni diligunt eum, & ipse di-
ligit bonos: in hoc apparet quia bonus
est, vestrum est tales diligere & fouere.

37. BERNARDVS anno 1154. in-
1154. terest cuidam donationi Abbatissæ
S. Andreæ Viennensis ab G. Epis-
copo Viuariensi; cuius prætereà ex-
tat notitia in vetere schedâ, quæ
seriem Episcoporum expressit his
verbis: *Notum sit omnibus, præsenti-*
bus & futuris, quòd Eustachius Epis-
copus & Comes Valentinensis, dedit
iure perpetuo Deo, & B. Mariæ Fon-
tis Leonciæ, & Fratribus ibidem com-
morantibus in manu Fulconis Abba-
tis, pedagium & leidam suarum rerum
apud Valentiam, quod etiam dominus
Ioannes, qui post eum in Episcopatu
successit, laudauit: & dominus Ber-
nardus, qui post eos Valentinensem re-
xit Ecclesiam, vt ratum in postmodum
maneret, suo scripto & sigillo in præ-
sentiâ domini P. Abbatis confirmauit.

38. ODO ex Decano Valentino
electus est Præsul, vir stirpe clarus,
sed longè moribus insignior, qui
summam laudem ab Ecclesiâ pro-
meritus, quam vix vllus magis auxit
opibus & locupletauit beneficiis.

A Anno 1157. litteris datis Bisontij 8. 1157.
Cal. Decemb. dono habuit à Fri-
derico 1. Imperatore *Valentinam ci-*
uitatem, & quidquid infra ambitum
eius continetur, vel extra Comitatum,
videlicet Ecclesias, Abbatias, mona-
steria cùm omnibus possessionibus eo-
rum, forum, mercatum, duella, mo-
netam, naulos, telonia, pedagia, ca-
stra, castella, villas (sunt verba Im-
peratoris) *vicos, areas, seruos, an-*
cillas, tributarios, decimas, foresta,
syluas, venationes, molas, molendina,
aquas, aquarum decursus, campos,
prata, pascua, terras cultas & incul-
B *tas, & commune forum agentium &*
sustinentium causas, tam ciuiliter
quàm criminaliter; & possessiones se-
quentes, castrum Alexiani, Montisli-
sii, Montilij, Balmæ, Finciacij, Li-
beronis, Aureoli, Castrumnouum, Ca-
strumduplum, Montis-Veneris, de Stel-
lis, Alisii, Saonis: in supradictis verò
omnibus, & in toto Episcopatu ordi-
nariam iurisdictionem &c. Ne quis à
flumine Isara ad castrum Montilij, &
à castro Cresci ad villam de Subdione,
& in Episcopatu Valentino pedaticum
accipere præsumat, ne quis Baronum
Valentini Episcopatus habeat faculta-
C *tem beneficium regni, vel Ecclesiæ alie-*
nare: nullus Comes, aut Iudex legem
in iis facere præsumat. Anno 1158. 1158.
vendit Esparueriam insulam Abba-
ti S. Rufi ducentis marcis argenti,
quòd probauit Adrianus 4. sum-
mus Pontifex olim Abbas. Dedit
Bellumcastrum Episcopatui Valen-
tino 1178. & 1185. accipit Montem-
veneris ac Bellimontem ab Hum-
berto de Monte-veneris. Prætereà
munificus fuit erga Abbatiam Lion-
celli, quam redditibus ac prædiis è
gremio non tantùm Cathedralis
Valentinæ, sed & Ecclesiarum Bur-
D gi ac S. Felicis, vt apparet ex co-
dicillis datis an. 1173.

39. FALCO sedere incepit post
Odonem 1189. quo anno accepit 1189.
Castrumbucum, Balfram, & omnia
quæ Noso & Ereone modicis am-
nibus continentur: præfuisse illum
per decem annos compertum ha-
betur ex tabulis publicis: nam an.
1190. coram eius Notario emptio-
nem facit Hugo de Petragordâ se-
nior in procinctu Cruciatæ Hiero-
solymitanæ: idem monasterio Lion-
celli

celli quædam largitur dona 1192. se- A quenti præpositus est confectioni legum pacis inter Iarentum Dien. sem Pontificem, & Ademarum de Pictauiâ, pro Aurello probat etiam chirographo Episcopali decretum Bernardi Cardinalis & Legati Pontificij, super dissidio Præsulis Diæ, ac Prioris S. Medardi, cùm Antistite Aniciensi, de Ecclesiis Cristæ. Deniq; profitetur se accepisse mutuo à Canonicis Valentinis mille solidos; de quibus instrumentis extant diplomata in archiuis. Fato
1199. fungitur die 4. Non. Ianuarij 1199. vt adnotauit S. Rufi Obituariorum B liber.

MIRABELLO. 40. B. HVMBERTVS DE MIRABELLO ex Priore Cartusianorum Siluæbenedictæ succedit Falconi anno 1199. Episcopatum adeptus est multiplici bellorum, tumultuum, ac feudatariorum rebellantium fastu atteritum; sed vir miræ probitatis, qui in solitudine Cartusianâ militauerat sub Christi iugo, pro sedis dominatione & iuribus propugnandis rebelles ad clientelæ obsequium strenuè reuocauit. An-
1205. no 1205. accipit à Philippo Princi- C pe tabulas, quibus dat castra Episcopo, Vrram videlicet, Pelafollum, Copinm, Augustidinum, mediam partem Vpiani. Anno 1209. eidem Præsuli conceditur, cæteris prohibitis probare aurum & argentum Valentiæ. In cartis Linocelli recensetur in pactis conuentionum cùm Valentinis pro vectigali: & 1217. dat Drunstallium pagum Guigoni Turnonio dynastæ potentissimo, & Charmium Basteto. Guntardum Cabeolensem opibus & genere pollentem prælio superauit, & ad obedientiam clientelæ compulit. D
1220. Moritur anno 1220. ex tabulis Cartusiæ ac 3. Calend. Maij in Necrologio S. Rufi.

41. GERONDVS, siue GIRALDVS Abbas Molismensis, inde Cluniacensis, denique Episcopus Valentiæ creatus 1220. ex Chronico Alberici, sedebat anno 1222. ex literis Romani Pontificis, quibus iubetur quærere de sanctitate vitæ B. Roberti Abbatis Molismensis: accepit Mirmandam à Guidone Ademaro ex nobilibus toparchis Montilij Ademari anno 1224.

SAVOYE. 42. GVILLELMVS DE SAVOYE I. filius Thomæ Comitis Sabaudiæ, & Beatricis Geneuensis: ex monacho Episcopus, rerum gestarum gloriâ inclytus, Episcopalem auctoritatem prouexit opibus ac dominio, armísque etiam sedulò propugnauit. Anno 1226. emit Episcopatui 1226.
Augustam, Deuaiuam, & partem Cristæ à Siluione de Cristâ Decano Valentino; anno 1229. parcit Valentinis rebellibus, quorum domus Confratriæ euersa est, ipsíque prohibiti conuentu omni clam Episcopo, ex sententiâ Comitis Geneuensis, Raimundi Berengarij, Rogerij Clariacensis, Petri de Bucione, & Pontij Duranti. Anno sequente marcas argenti quibus Valentini ab arbitrariis iudicibus damnati fuerant, mutant libris Viennensibus. Is verò propter fortitudinem quam exhibuit ad defensionem iurium Ecclesiæ, vocatus paruus Alexander, nominatur electus Valentinus, & testis in cartâ traditionis Baiulæ Altauezij Ioanni Archiepiscopo Arelatensi, à Raimundo Berengario Marchione Prouinciæ 1234. Acce- 1234.
pit quoque reuocationem facultatis imponendi per diœcesim vectigal an. 1239. factæ Guigoni Delfino, & Guillelmo Pictauiensi. Ciaconius in Innocentio 3. tradit fuisse Patriarcham Hierosolymitanum: pro eodem Pontifice Patrimonij summus Administrator, obiit anno 1236. Assisiæ, vnde translatus ad monasterium Altæcumbæ in Sabaudiâ.

SAVOYE. 43. BONIFACIVS DE SAVOYE Guillelmi frater; è Cartusiano Episcopus Bellicensis, tum Valentinus anno 1240. ac denique creatus Cantuariensis Archipræsul in Angliâ; à Pontifice Lugduni consecratus 1244. De eius vitâ fusiùs a- 1244.
pud Franciscum Goduuinum Episcopum Landauensem in commentario de Præsulibus Angliæ: decessit in arce S. Helenæ 18. Iulij 1270.

SAVOYE. 44. PHILIPPVS DE SAVOYE germanus Bonifacij, & in eius locum suffectus, sedebat 1245. ex tabulario Valentino; Episcopatum

iniit hoc anno iam Archiepiſcopus Lugdunenſis: creatus enim ab Innocentio 2. retentâ adminiſtratione Eccleſiæ Valentinenſis, & Romandiolæ Præfectus conſtitutus: 4. Nouembris eiuſdem anni paciſcitur cùm Subdionenſibus. Hoc Pontifi-
1248. ce 1248. menſe Decembri apud Montilium Valentinæ diœceſeos, celebrata eſt Synodus pro fide, pace, & libertate Eccleſiæ, P. Albanenſi Epiſcopo, & G. tituli S. Sabinæ Presbytero Cardinale præſidentibus nomine Romani Pontificis, aſtantibus Narbonenſi, Viennenſi, Arelatenſi, & Aquenſi Archiepiſcopis, ac Suffraganeis Præſulibus, vt liquet ex actis eiuſdem Synodi. Rexit etiam Philippus ſedem Valentinam anno 1262. ex conuentionibus cùm Subdionenſibus. At nunquam initiatus eſt ſacris Ordinibus, quinimò Petro Comite Sabaudiæ mortuo, renunciauit Pontificalibus infulis, fratríque in Sabaudiæ Comitatu ſucceſſit.

45. Bertrandvs, de Auenionenſi Antiſtite, & Guido de Montelauro ex Anicienſi Canonico fiunt Epiſcopi Valentini dubiis comitiis anno 1267. Clemens IV. ſententiam
1267. fecit pro Bertrando, etenim pro eo ſcribit idem Pontifex epiſt. 421. *Dilecto filio Ludouico viro Ademaro de Pictauiâ, Comiti Valentinenſi: Ecce iam niſi fallimur, tuo laudabili deſiderio ſatisfecimus, dum Eccleſiæ Valentinenſi prouidimus de perſonâ prouidâ, & diſcretâ, & tibi ſanguinis propinquitate coniunctâ. Tuam igitur ſinceritatem monendam duximus, & hortandam per Apoſtolica ſcripta, tibi mandantes quatinus & Epiſcopum, & Eccleſiam fide purâ, & deuotâ proſequaris reuerentiâ ſic ipſorum beneplacitis te coaptes, quòd & vitæ præmium merearis æternæ, & nos, qui te dudum dileximus, ad ea quæ tui erunt honoris, & commodi arctiùs obligemur. Datum Viterbij Nonis Iulij anno 3.* Idem Epiſcopus poſt pacem cùm Aimaro Pictauienſi ini-
1274. tam moritur anno 1274. ex cartulario Valentini Epiſcopi

Montlor. 46. Gvido de Montlor ex nobilibus de Montelauro, electus Valentiæ Epiſcopus anno 1274. ex gremio Canonicorum Anicienſium, qui ſupra in ſuffragiis electionis Bertrandi, diſſidentibus Canonicis poſtulatus fuerat ætatis anno 61. vt declarat Innocentius IV. codicillis datis Lugduni. Tandem eo ſatis functo, rurſum deſignatur in comitatu Pontificis Romani degens, electus Valentiæ, ſunt verba auctoris Anonymi de vitâ Amedei Roſſilionæi primi Epiſcopi Valentini & Dienſis cap. 2. apud Belliquadrum à Papâ Gregorio X. confirmatus, adhuc exiſtens in Curiâ, apud Taraſconem migrauit ad Dominum anno 1274. *Poſt quem*, inquit Chronicon S. Stephani Lemouicenſis, *anno 1275. Gregorius X. Papa vniuit Epiſcopatum de Diâ cùm Epiſcopatu de Valentiâ, vt dicebatur, propter malitiam quam Ademarus de Poitiers faciebat ambobus Epiſcopatibus hoc fecit.*

47. Amedevs de Rovssilon nobilis Delphinas, è genere Roſſilioneo Epiſcopus Valentiæ, Amedeo de Geneuâ auunculo Dienſi Præſule mortuo, fuit quoque Dienſis, ex litteris Gregorij X. ambos Epiſcopatus vnientis. Geneuenſis mortuus eſt anno 1276. Roſſilioneus autem à primâ pueritiâ monachus S. Eugendi Iurenſis, erat Abbas Sauiniacenſis, cùm à Gregorio X. præpoſitus eſt Eccleſiæ Valentinæ; à quo Viennæ 1275 ſa- 1275.
eratur in Epiſcopum. Vehementer & non ſine lacrymis reluctantem, atque ab Epiſcopatu pro modeſtiâ alienum Pontifex ſolabatur his verbis: noli timere, per te ſpoliata Eccleſia Valentina reſtituetur. Sed ipſe cùm aliud non poſſet, monachum ſeruauit in Epiſcopo, victu, veſte, & omni corporis cultu negligens; ab eo Romano Pontifice ſeruato Epiſcopatu ſuo Valentino, accipit litteras vnionis eiuſdem Epiſcopatus Valentini & Dienſis, quæ ſunt huiuſmodi, ex archetypo tabularij Valentini deſcriptæ.

Gregorivs *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Valentinenſem & Dienſem Eccleſias, in eadem Viennenſi videlicet prouincia conſtitutas, & non abſque diœceſium contiguitate vicinas, ſubiectóſque ipſarum, iamdudum adeò grauis tyrannis oppreſſit, & ab olim infeſta continuatur oppreſſio, vt ad ſalu-*

cis recordationis Gregorij Papæ IX. prædecessoris nostri aures vehemens illarum clamor ascendens, ad eum lachrymabili conquestione detulerit, quòd sic nobilium, & populorum ipsis subditorum malitia ebullierit in easdem, vt non erubuerint insurgere in parentes, multiplicato frequenter patris exilio, & per direptionem bonorum, ac alias persecutiones innumeras in Matris excidio frequentato. Adiecit præmissis dictarum Ecclesiarum miseranda conditio humilis supplicationis instantiam, vt cùm hostilis eorumdem subditorum insania, contra ipsas non desisteret ab inceptis; nec ad sui defensionem earum aliqua sufficeret per seipsam, illas, cùm id exigeret vrgens necessitas, & euidens suaderet vtilitas, dictus prædecessor vniret; quatenus ipsarum sub vnius & eiusdem Rectoris moderamine vnita potentia, sufficientiùs resisteret dictorum persecutorum insultibus, & commodiùs eorum violentas molestias, & molestas violentias propulsaret. Iam verò prædecessor horum consideratione commonitus, certis personis suis, sub certa formâ dedit literas in mandatis, vt de necessitate, ac vtilitate prædictis sollicitè inquirentes, si expedire ipsis Ecclesiis inuenirent, illas eius authoritate vnire curarent, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescerent, sicut in ipsius prædecessoris literis perspeximus pleniùs contineri. Licet igitur eodem prædecessore morte præuento, & propter alios incidentes euentus, ad id non fuerit ipsius authoritate processum; quia tamen super his, quæ idem prædecessor per alios inuestigari mandauit, & nos iamdudum, maximè circa Valentinensem Ecclesiam, dum nos minor status haberet, & Fratres nostros, qui vnà nobiscum nuper circa partes illas aliquandiu conuersati, eadem quasi manibus tractauerunt, & euidentiùs notitia experimentalis instruxit, quo huiusmodi persecutionis diuturnitas, in hæc vsque producta tempora, ea magis reddidit manifesta, cùm eisdem Fratribus nostris perpensâ deliberatione præhabitâ, memoratas Valentinensem & Diensem Ecclesias propter vrgentem necessitatem, & euidentem vtilitatem ipsarum, de quibus nobis & eisdem Fratribus nostris constitit euidenter, de ipsorum Fratrum consilio, præsertim cùm ad hoc etiam vicinitas locorum inuitet, & de Apo-

A *stolicæ plenitudine potestatis, vnimus authoritate præsentium. Statuentes, vt statu Præsulum, qui nunc præsunt eisdem, sine immutatione aliquâ remanente integro, tandem quouis ipsorum cedente, seu etiam decedente, sic vna sit earumdem Ecclesiarum Episcopalis dignitas, quòd superstes sit Episcopus vtriúsque, Valentinensis, & Diensis Episcopus nominandus, ac deinceps Ecclesiæ ipsas vno & eodem Antistite simili, quin potiùs eadem intitulatione vsuro, perpetuis temporibus gubernante. Cuius electionem in ipsis Ecclesiis alternis vicibus, sed in Valentinensi primò*

B *ab vtriúsque Canonicis, vocem in eadem electione, quasi corpus vnum, seu Collegium pariter habituris, decernimus celebrandum. Quoties autem noui pastoris creatio imminebit, illorum sit eorundem Canonicorum vtriúsque Ecclesiæ vocatio, quibus in eâ Ecclesiâ, ab eâ vice, sortem electionis huiusmodi vicissitudo concesserit, ius vocationis eiusdem anteà competebat, & Canonici alterutrius Ecclesiæ, dum in illâ, in quâ tunc est electio facienda, propter hoc præsentes fuerint, distributiones in eâ*

C *quotidianas percipiant, & in omnibus aliis pro ipsius Canonicis admittantur. Sed aliàs quoad Canonicatus, præbendas, & obuentiones quaslibet, Canonici earumdem Ecclesiarum in discretione, seu diuisione remaneant consuetâ. Cæterùm, ne consuetudinum in eorundem Canonicorum vocatione diuersitas, occasionem aliquam inter eos altercationis inducat, illos tantummodò Canonicos ad electionem vocari statuimus, qui tunc temporis fuerint in eadem prouinciâ Viennensi. Per hæc autem venerabili Fratri nostro Viennensi Archiepiscopo ipsarum Ecclesiarum Metropolitano, eiúsque successoribus, seu*

D *etiam Viennensi Ecclesiæ, nullum præiudicium generetur, quominùs in eisdem Valentinensi & Diensi Ecclesiis habeant aliàs omnia, & percipiant sicut priùs. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ vnionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri ac Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Viennæ 7. Cal. Octobris, Pontificatus nostri anno 4.* Vtriúsque ergo Episcopatus Valentini ac Diensis primus Antis

stes Rossilionæus ex tabulis publicis, varia acta conscripsit; confirmat enim venditionem Veronæ & Bastidæ, Aquæbellæ Petro Priori
1276. anno 1276. excipit obsequium clientelare ab Isoardo, & Foilanos à Guigone Berengario 1277. & Sanrusensi Abbatiæ S. Medardi mutat nonnullas Ecclesias 1278. Quinque millibus solidorum Vienuensium emit homagium Giraudi Ademari pro suâ parte Montilij, & castri Soz, Condiliaci, Lachani, Turretarum, Deuaiuæ; nominatur & in fundatione domus Cartusianorum S. Crucis diœcesis Lugdunensis: pro Canonicis Romani exercitum mouit anno 1281. Vir autem iste gestis clarus & magni nominis, vnâ manu & vno pede miranda quædam in Episcopatu patrauit, vt liquet ex actis vitæ illius communicatis Patri Columbo per Molinierum, qui de Episcopis huius sedis quædam etiam MS. collegit. Tertianæ febris æstu interiit Amedæus apud Diam, è bello reuersus die 17. mensis Septemb. eiusdem anni, vt refert auctor Anonymus vitæ ipsius Amedei; post quem Sedes vacauit circiter annum
1282. 1282. vt colligitur ex conuentionibus cùm Aimaro Pictauensi.

Geneve. Comme cy deuant.

48. Ioannes de Geneve tt. erat Amedei Diensis Episcopi fratris filius, & Amedeo Rossilionæo consanguinitate proximus; vnde propter eius probitatem, & vtriúsque Antistitis recolendam memoriam, potuit è monasterio ad Episcopalem Cathedram vocari, quam
1283. iniit 1283. ex Nantuacensi Priore. Accepit homagia complurium nobilium vtriúsque diœcesis, nempe Rogerij de Anduśiâ, Rogerij de Clariaco, Giraudi Ademari, Gullelmi Artaudi, Armandi Ruffi, Gaufredi de Castronouo, Rainaudi de Montealbano, Isoardi de Bellomonte, Odilonis Guidonis, Percellani de Rosanis, Philiberti de Gleysoles, Giraudi de Guisandis, Raimundi de Plaisians, Hugonis Bernardi, Odonis Alemanni, Gaufridi de Bordellis, Saladini de Podiolis, Berengarij de Rupefurcatâ, & Giraudeti de Curceolo, vt patet ex cartophilacio Valentino. Anno 1289. mutauit Montelerium Ca-

A stronoun ad Isaram; accipit litteras à Rodulfo Imperatore 1291. & 1292. conuenit cùm Diensibus Canonicis ac Clero 7. Idus Iunij; sequenti anno Humbertus Dalfinus profitetur se habere in retrofeodum à Ioanne Episcopo Medullionem, & alia Raymundi Medullionis castra omnino ad 35. quibus dominabatur. Demum mortuus est anno 1297. 1297.

Roussillon.

49. Gvillelmvs de Roussillon i. ex fratre Amedei Præsulis cognominis genitus, ad hanc
B sedem ascendit post Ioannem de Gebennis consobrinum; qui multa præclarè bello & pace confecit, Cathedras Episcopales suas ditauit plurimùm & exornauit; anno 1298. diuidit Collegia Canonicorum Valentinorum ac Diensium vnita ab Amedeo patruo: excepit hominium Petri Abbatis Aureliacensis de Saliente: commutauit prætereà anno 1300. quædam dominia & 1300.
census apud Bordellos, Auribellj, Podiolis, & Castellione, multas insuper conuentiones fecit pro incremento suæ Ecclesiæ: & anno 1306.
C emit tertiam partem Auribelli, ac Castellionem à Regulo Arausicano 1321. item 1329 ducentis in singulos annos florenis auri Albertum de Cassenatico nobilissimâ familiâ satum, creauit Ducem suarum Ecclesiarum aduersùs Pictauienses, codicillis datis Valentiæ in hospitio Episcopali 4. Septemb. præsente inter cæteros Ioanne Baster domino Cruceoli; quos recensuit Columbus in Historiâ suâ: ex quo arguitur Ecclesiæ Valentinensis tum nobilitas. Denique anno 1331. sedisse traditur in tabulis, quibus Cano-
D nici Dienses probant pensionem annuam 200. florenorum eidem Alberto de Cassenatico, pro Ecclesiarum Ducatu. Donauit Subdionem Canonicis Valentiæ pro auxiliaribus copiis contra Aimarum subministratis: ac mox anno 1331. mortalitatem expleuit Guillelmus, qui 1331.
Episcopatum & bello & religione nobilitauit.

La Voute. D'argent au lion de gueulle.

50. Ademarvs de la Voute Canonicus Ecclesiarum Valentinæ & Diensis, ex nobilissimâ gente An-

dusianâ, filius nempe Bermundi domini de Voutâ, & Fleuriæ de Blacas de Beaudiner, non Eleonoræ Pictauiensis, quæ fratris Bermundi toparchæ de Voutâ vxor fuit, quemadmodum ex tabulis domesticis familiæ Andusianæ innotescit; hallucinantur autem hij, qui tradunt Valentiæ sedisse Ricardum anno 1333. à Canonicis videlicet electus est Ademarus anno 1331. 4. Maij ex libro promisionum Prælatorum Vaticani; quo tempore confirmat exemptio-
1332. nes Valentinorum anno 1332. die 19. Septemb. Guido Dalfinus, verba sunt membranæ illius; *gardas, guidagia, & impositiones penicellorum, seu quorumque aliorum signorum in terris vel hominibus Aimari Episcopi, & Aimari de Pictauiâ penitùs reuocauit & amouit &c. & solemni stipulatione promisit, quòd ipse, siue gentes suæ infra terram dictorum Episcopi & Aimari, seu alterius eorum hominum subditorum, seu vassallorum suorum processus & executiones, aliquos & aliquas non facerent, seu concederent, &c.* Eodem anno die 6. Martij conuenit Episcopus iste cùm Aimaro de Pictauiâ, per Cardinales Petrum Prænestinum, & Petrum Stephani in Cœlio monte Presbyterum, probante ac præsente Ioanne XXII. de Cristâ, aliísque capitibus, emit clientelam Aimari & castrorum eius ad 79. cis Rhodanum, centum libris annuis de portorio Valentino, & viginti millibus florenorum auri. Hoc anno etiam excipit sacramentum Bertrandi de Montemeirano, Petri de Rupe, & Petri
1336. Clareti: anno 1336. confirmat Priori Salientis patronatum superioris domus Leprosorum ad Diam, & posteà mutat Viuariensi suos Episcopatus, cùm Henrico de Villars.

VILLARS. Commecy deuant.

51. HENRICVS DE VILLARS I. ex nobilissimis toparchis de Villariis; non ex Vaurensi Episcopo, vt perperam quidam scribunt, sed ex Viuariensi huc traductus, sedit ab anno 1336. ad 1342. quo Lugdunensem Archiepiscopatum adiit; fertur fuisse posteà cùm Delfinatus peruenisset ad filium Regis Francorum, Prorex ipsius; feudatariorum sacramenta excepit à Vuillelmo de Vaesco, Bertrando de Agouto, Alberto de Vere, & aliis nobilibus.

CASTROLVCII.

52. PETRVS DE CASTROLVCII Henrico successit ex Abbate Cluniacensi, præerat anno 1343. ex 1343.
cartis hominij Alberti de Bordellis, Humberti Dalfini pro Medullione 1345. item 1349. ex clientelâ Petri de Mirabello, & Amedei de Rosanis, ex homagio Guinardi Chapeironis 1350. quinquennio ante Septemb. 27. interfuerat instrumento pactionis inter Priorem de Torreretis, & homines vniuersitatis castri de Grignano. Sepelitur Cluniaci.

IOSFVRY.

53. IOANNES IOFFVRY III. siue IOSENCVS, IOSENCIVS, aut IAVSCENT in archiuis Diensibus, vel GAVSCENS diuersimodè nuncupatus, omnibus enim his nominibus scriptus inuenitur in tabulis: erat Iuris vtriúsq; Professor, quem ferunt Episcopum Aniciensis Ecclesiæ, sedebat Valentiæ anno 1352. 1352.
ex hominio Canonicorum Valentinorum pro prædiis & censibus Alesij, item anno 1354. ex recognitionibus Montilinatoris.

VILLARS.

54. LVDOVICVS DE VILLARS II. frater Henrici Episcopi, Abbas Diui Bernardi Romanensis, & Sancti Theuderij; ac si nonnullos audimus, etiam Cardinalis fuit; de quâ gente Villariorum fusè in stemmate agitur elucubrato per Guichenonum in Historiâ Bressiæ. Regebat anno 1354. ex homagio Ioannis 1354.
Chernerij, & 1355. Guidonis de Morgiis. Anno 1358. mutat sua Cristæ omnia Bordellis & Besauduno, 200. florenis auri annuis: viuebat 1374. ex rationibus Alexiani; & anno 1377. ineunte vacabat Sedes Pontificia.

LA VOVTE.

55. GVILLELMVS DE LA VOVTE II. ex genere Andusianorum, vtrámque diœcesim gubernabat anno 1379. die 7. Ianuarij ex hominio 1379.
Guillelmi Marcandi; dein 1381. accipit clientelam Egidij de Podio, iterúmque 1382. turbatur à ministris Delfini, & à Curiâ Gratianopolitanâ prouocat ad summum Pontificem, & Regem.

SALVCES. Comme cy deuant.

56. AMEDEVS DE SALVCES II. Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ Nouæ, nepos Clementis Pseudopapæ dicti VII. ex perillustri prosapiâ Marchionum Salutiarum, Frederici & Beatricis de Gebennis filius.
1385. Episcopatum regebat anno 1385. ex tabulis hominij Podiolorum, pactisque initis cùm Collegio Canonicorum Diensium & Valentinorum an. 1387. de quibus apud Columbum. Purpurâ donatus fuerat 1384. ab eodem Clemente; interfuit Constantiensi Concilio, & Comitiis electionis Martini V. per Bonifacium IX. institutus Cancellarius Ecclesiæ Romanæ; legationem gessit quoque pro Antipontifice Benedicto; necnon pro Alexandro V. legitimo Papâ. Ciaconius vult eum decessisse Florentiæ 4. Cal. Iulias 1419. at in libro Obituariorum Ecclesiæ Lugdunensis, cuius quondam Archidiaconus fuerat, in quâ duodecim anniuersaria instituit, notatur mortuus in villâ S. Donati, diœceseos Viennensis, & humatus in presbyterio templi Lugdunensis.

57. HENRICVS II. Episcopales infulas gessit anno 1388. ex actis confirmationis exemptionum Valentiæ,
1389. & anno 1389. donauit Montilisium Francisco de Cassenatico in partem 200 florenorum auri annuatim concedendorum, pro Ecclesiarum protectione.

POITIERS. D'azur à six besans d'argent, au chef d'or.

58. IOANNES DE POITIERS IV. Carolo dynastâ S. Valerij diœcesis Viennensis, & Simonâ de Mery sanctissimâ fœminâ parentibus prognatus, frater Caroli Præsulis Lingonensis, ad hanc Cathedram ascendit 1390. die 7. Septemb. natus annos 22. ex Præposito Audomarensi. Rector etiam fuit Comitatus Venaisini pro Sede Romanâ, necnon Carolo Delfino primùm, postmodum Francorum Regi in paucis carus fuit; longæuus rexit Episco-
1448. patum ad annum vsque 1448. & obiit 1451. 9 Nouembris; iacet Valentiæ in Ecclesiâ S. Apollinaris.

POITIERS.

59 LVDOVICVS DE POITIERS Abbas S. Ruffi, & Romanensis, Præpositus Valentinensis Ecclesiæ, Ioannis nepos ex Ludouico fratre domino S. Valerij, & Chalanconij & Polixenâ Roussâ matre, Baro item de Serignano, assumptus ad Episcopatum anno 1448. eodem anno excitatæ sunt turbæ à ministris Delfini, in causâ Antonij Monclusij, & Carloti reorum adulteratæ Romani monetæ, quos sub pœnâ 50. librarum auri sibi postulant concedi, Ludouicus autem ab illis prouocat ad summum Pontificem, Regem, & Curias Parisiensem atque Tolosanam, memor duobus ante annis die 27. Iunij Archiepiscopum Remensem à Francorum Rege missum, petiisse nescio quos reos, contentem & asserentem nullam iurisdictionem in ciuitate Valentinensi competere Regi. Anno 1450. facit 1450.
homagium Ludouico Delfino, & illum socium dicit in Comitatibus Valentiæ & Diæ; idem recipit ab eodem Ludouico 1456. Pisancianum pro homagio, & consortium Comitatuum, quod sex ante annis ei concesserat. Parochiæ S. Saluatoris Cristæ imponit Collegium Canonicorum 1467. quo anno affuit Comitiis Turonensibus Regni generalibus; insequenti Aprilis 27. tabulas vltimæ voluntatis perscripsit; de quibus Quercetanus in Historiâ dominorum Pictauiensium; iis statuit heredem in dominio Serignani Ioannem dominum de Caprarus fratrem, & sepulchrum eligit in basilicâ Minorum Ambasiæ, vbi eodem anno fato fungitur.

CRVSSOL. Comme cy deuant.

60. GERARDVS DE CRVSSOL ex nobilibus dynastis de Crussolio, seu Cureeolio, castro nempe è regione Valentiæ Rhodano imposito, sub dominatione Vceticensis Ducis, Archiepiscopus Turonensis & Patriarcha Anthiochenus, atque Administrator Abbatiæ S. Ruffi, eligitur in Episcopum anno 1468. die 1468.
19 Maij ex actis tabularij Valentini; is anno 1472. suis iudicibus constitutiones in foro seruandas ordinauit. Præterea basilicæ sacræ Antonianorum Diensium, cuius pars corruerat, curam animarum transfert in templum S. Mariæ, ac die 28. Augusti ad meliorem vitam euocatur.

61. IACOBVS DE BATARNAY BATARNAY.

Ecartelé au 1. & 4 d'or au 2. & 3. d'azur. 1. ex Decano Gratianopolitano fra- A ter Imberti domini de Batarnaio, Baronis du Bouchage, & Montis-thesauri, Ludouico XI. Regi imprimis cari, qui ambo parentes habuêre Artaudum de Batarnaio dynastam, & Catharinam Gastonne, creatur
1473. Episcopus anno 1472. die 11. Decemb. & sedit inde vsque ad 1473. die 12. Aprilis, ex quodam documento veteri emptionis decursus aquarum in Fauentinis.

BALSAC. Comme cy dessus. 62. ANTONIVS DE BALSAC I. frater Roberti Aginnensium Senescalli domini d'Antragues, Pro- B gubernatoris Vasconiæ, Prior S. Cassiani in pago Biterrensi, Ordinis Canonicorum Regularium S. Rufi, Episcopus absque canonicâ electione, volente Rege, suffectus est, qui
1474. anno 1474. Ioannem de Cassenatico ad clientelam admisit, & 1475. Falconissam vxorem Antonij de Anceduno, condominam Cadarossæ, Scutiferi Reginæ Francorum, cui & fidem clientelarem profitetur Guillelmus de Cheilucin 1480. Remonettus de Motâ 1481. Franciscus de Viro 1482. Philippus de Arcus 1484. Antonius de Lostrange 1485. C Arnaudus de Prione 1486. Claudius de Vaesco 1487. pluresque alij, quorum sacramenta extant in tabulario Valentino. Anno verò 1491. die 3. Nouembris in Prioratu de Ambertâ obiit Antonius, ex instrumento creationis Ioannis d'Espinay.

ESPINAY. Comme cy dessus. 63. IOANNES D'ESPINAY v. de illustri & antiquâ familiâ Armoricæ, Ricardo toparchâ Espinaij, ac Beatrice de Montealbano è Principibus Mediolanensibus prognatus, frater Andreæ Cardinalis, Roberti & Ioannis Episcoporum Nanneten- D sium. Thesaurarius & Canonicus Redonensis, Iuris Professor & Consiliarius domini nostri Francorum Regis, Abbas Aquæuiuæ in Turo-
1491. nibus: creatur Episcopus an. 1491. 14. Nouemb. vt constat ex actis eius electionis promulgatus in conuentu generali Canonicorum per Christophorum Artaudi Decanum & Canonicum Diensem. Iste anno 1494. inquirit in Valdenses hæreticos, vt docent acta iudiciaria in archiuio Valentino, de quibus Columbus agit; donat 1496. Philippo Antonij hæreditatem Gillotæ Norandæ, maleficij damnatæ: interest Lutetiæ funebri pompæ Caroli 8. Regis 1498. admitit homagia Petri Siluionis, Bertrandi de Villars, & Tanegnini de Motâ 1501. decessit 1503. die 3 Ianuarij, vt patet ex litteris vocationis Canonicorum ad electionem Episcopi.

64. GASPAR DE TOVRNON Francisci Cardinalis de Turnonio frater, suscepit Episcopatum anno 1503. die 17. Martij, competitorem habuit in electione *Vrbanum de Miolans* dominum de Miolano, Abbatem Caramaniæ & S. Stephani de Vercellis in Pedemontio; nam in conuentu celebri Canonicorum habito Alexiani primùm, dein Romani, ac tandem Valentiæ, Vrbanus absens 16. vocum suffragiis postulatus fuit, & octo vocibus Gaspar iste tunc Valentinus Archidiaconus; ac postquàm obortа esset hac de re controuersia, quæ delata est Archiepiscopo Viennensi Primati, tum summo Pontifici, ac Senatui etiam Gratianopolitano, prælatus est Regis auctoritate Gaspar initiatus sacerdotio, ipsimet Vrbano annum ætatis 26. tantùm agenti; sed cùm nihilominus Vrbanus nimis obstinatâ lite per Senatum Gratianopolitanum fuisset damnatus, seruauit adhuc nomen Episcopi, quod vsurpauit etiam anno 1515. profectus ad Synodum Lateranensem sub Leone X. Gaspar autem Episcopatus Valentiæ Diæque moderatus est ab anno 1504. ad 1520. quo extremum diem clausit. Interim iurauerat an. 1505. in exemptiones Valentiæ; de quo mentio 1519. in libris censualibus Montismaioris, & in codicibus Vallisdromæ. Sedes carebat Pontifice anno prædicto 1520. TOVRNON, Comme cy dessus. 1593. 1515.

65 IOANNES DE LORRAINE VI. Cardinalis S. Onuphrij, & Purpuratorum Principum Decanus, Administrator Valentinus & Diensis 1521. ex homagio Petri Mainardi, de eo in Archiepiscopis supra egimus. LORRAINE. 1521.

66. FRANCISCVS DE CLERMONT Cardinalis & Auenionensis Legatus, Tristandi de Castelnau CLERMONT.

domini Claromontis Lodeuæ filius A ex Catharinâ de Ambasiâ; post Cardinalem Lotharingum sedit Valentiæ anno 1524. indéque ad ann. 1531. fuit etiam Archiepiscopus Narbonensis, & Auxitanus, Sacríque Collegij Decanus.

De Vesc. 67. Antonivs de Vesc II. Abbas S. Aphrodisij Biterrensis, filius Caroli de Vesco Baronis de Grimaut, & Antonietæ Claromontiæ; cessione Francisci, desinente Septembri designatur Episcopus.

1531. sedebat 1531. die 9. Octobris, vti docent nos codicilli creationis Heldradi de Ambello, Vicarij generalis Episcopatus; peruenit inde ad an. 1537. ex cartis quibus Dienses profitentur se non habere ius ad politiam, & publicam rem gerendam, sine facultate Episcopi.

Tovrnon. 68. Iacobvs de Tovrnon II. Iusti domini de Turnone germani Cardinalis Francisci & Gasparis, ex Ioannâ de Vissac filius, item Caroli Viuariensis frater: ex Castrensi huc traductus, sedere cœpit an. 1537. varia Episcopatus hominia ex-

1540 cepit 1540. 1546 & 1548. vt habetur in tabulario Valentino 1541. Diæ & Cristæ quæsiuit de religionibus ciuium, ac quædam alia in Episcopatu fecit; tandem defunctus anno 1553.

Monlvc. D'or à vn tourteau de gueulle. 69. Ioannes de Monlvc VII. frater Blasij Equitum Franciæ Tribuni, & Vasconiæ Progubernatoris, viri bellicâ disciplinâ illustris, Francisco patre Monlucij & Massencomæ toparchâ, & Franciscâ de Stillac, nobili loco apud Condomenses genitus. ad Episcopatum pro-

1553. mouetur anno 1553. vir sanè ingentis animi, iudicio & facundiâ pollens, consiliorúmque Catharinæ Reginæ Mediceæ turbatis temporibus ad res penè omnes auctor fuit. Ille Italiam, Germaniam, Angliam, Scotiam, Poloniam, Constantinopolim, ac vniuersam penè Europam celeberrimis Legationibus apud Principes (quas sexdecim omnino numerant) magnâ rerum gerendarum dexteritate illustrauit: inter eas nominatissima est, quam fœliciter obiit in Comitiis Vuarsouiensibus, cùm extinctâ Iagellonicâ stirpe Regiâ, promulgari curauit 1573. Polonorum Regem Henricum Ducem Andegauensem, posteà tertium huius nominis Regem, vt disertè omnino explanauit Scæuola Sammarthanus in elogio Monlucij, quod hîc iuuat apponere: Ioannes, *quem & Valentiæ Pontificatu sua merita auxerunt, cùm ad Religionis & Reipublicæ curam pari ardore animi, diligentiáque amplectendam, peracre ingenium, & beatissimam dicendi vbertatem attulisset, magnus omnino & admirabilis in vtróque genere vir fuit.* B *Sacris enim concionibus nunc Valentiæ, nunc in Regis aulâ frequenter habitis, vnus maximè aulicorum animos delicijs & luxu diffluentes, ad seueriorem Christianæ vitæ disciplinam efficaci facundiâ reuocare, & in officio continere visus est. Nec in illâ porrò disputatione apud Pissiacum institutâ, vbi de religionis rebus amicè tractari cœptum est, vllus inter cæteros Galliæ Præsules repertus est doctior & prudentior, qui Catholicorum partes tuendas ac defendédas susciperet. Legationes autem, in quibus eadem eloquentiæ facultas aliquanto maiore cùm splendore illuxit; quis vl-* C *las vnquam gessit aut numero plures, aut rerum, de quibus agebatur, pondere & momento grauiores? Nec enim ad Europæ tantùm Principes & populos propè omnes à quatuor maximis Galliæ Regibus Orator submissus legatus est, sed ipsum etiam præpotentem Asiæ Tyrannum eo successu adiit & conuenit, vt rebus penè afflictis exoptatam in vniuerso orbe Christiano pacem ac tranquillitatem constitueret, si minùs diuturnam & stabilem, at certè opportunam, & pro temporum conditione maximè vtilem. Quare Sigismundo Sarmatiæ Rege sine masculâ prole mor-* D *tuo, Dux Andium Henricus, Caroli noni frater, in eius locum succedere cupiens, huic potissimùm viro & Lansaco iuniori, nobilitate generis pariter ac bellicæ virtutis laude præstantissimis (quos ad promerenda Polonorum suffragia peridoneos esse sentiebat) omnem huius petitionis curam & sollicitudinem commisit. Prensabant quatuor competitores illustrissimi, Suecus, Austrius, Transiluanus, & Moscouita, qui cùm apud gentem illam, vt vicíniorem, & vitæ morúmque similitudine coniunctiorem, gratiâ & auctoritate multùm pos-* *sent,*

sent, eos tamen hi duo solertissimi homines, siue Caroli auspicus, siue potentiore Ducis genio, siue suâ ipsi facundiâ freti, strenuè & fæliciter suâ spe deiecerunt ac deturbarunt. Sed hoc rei benè gestæ præmium fuit; vt ambo in ipsius Henrici grauem offensionem & capitale penè odium incurrerent. Subtili enim ingenio Princeps, ne dicam suspicioso, hanc electionem posteà sic interpretatus est, quasi per noui regni speciem eò relegaretur, vt à Gallici Imperij successione, quam spe non dubiâ iam præsumebat, aliquando minori negotio repelli posset, eâque demum excludi. Excessit aliquot post annos è vitâ Monlucius iam planè senex, nec à Republicâ tamen abstinens, cùm & nouissimè præclaram ad Galliæ Narbonensis Ordines, de pace inter ipsos ex Edicto Regio constituendâ, legationem exegisset. Laudatur prætereà à Petro Ronsardo in poëmatibus, Marco Antonio Mureto, Iacobo Cuiacio, & Iac. Aug. Thuano Præside. Cæterùm quia Franciscus Belcarius Peguillo, Scipio Dupleixius Historici Rerum Francicarum, atque insuper Henricus Spondanus Appamiarum Episcopus, & Iulius Cæsar Bulengerus Historiarum sui temporis l. 1. C ex fide Hieronymi Cathenæ, & Antonij Gabucij hominum Italorum asseruêre, damnatum hæreseos Romæ à Pio 4. & eius damnationem à Pontifice Romæ latam, promulgatam Quinti mandato in Galliâ, placuit Columbo Apologeticâ dissertatione nomen Episcopi vindicare. Hic igitur citatis Historicis libello per singula capita articulatim respondit, & ostendit illos ea quæ aduersùs Ioannem scripserunt, accepisse ex Palatinorum rumoribus, quibus causam fecerat lis de hæresi à Felice Vermundo Decano Valen- D tino, & Catharinæ Reginæ Eleemosynario, per singularem vesaniam dicta suo Antistiti apud maius Consilium Regis; sed optandum fuisset, vt Gallici Scriptores præfati edictum illius consilij datum 1560. 14. Octob. quod asseruatur in tabulario Valentino, suis libris insererent. Omnes ex eo nunc intelligerent, infœlicem Decanum calumniæ damnatum fuisse, iussúmque pendere omnes stultæ litis impensas, ac nudo capite, flexóque A genu veniam à Monlucio petere, & lacerationi suæ accusationis interesse. Edidit reformationem vtriúsque Cleri sui anno 1558. & vitæ annos expleuit 1579. Tolosæ, vbi sepultus in odæo S. Stephani; cùm eâ inscriptione: *Illustrissimus vir* IOANNES DE MONLVC *Episcopus Comes* VALENTINENSIS *&* DIENSIS, *qui suis temporibus non parum operâ, consilio & virtute Res Gallicas iuuit, Obijt anno Domini* MDLXXIX. 1579. *pridie Idus Aprilis. Tanti autem viri reliquias iacentes sub rudi lapide honore debito carere diutiùs non tulit* B *pietas illustrissimi Caroli Iacobi de Leberon Valenciensis quoque & Diensis Episcopi & Comitis, ex sorore abnepotis, æternæque illi memoriæ erigendum hoc monumentum curauit. R. I. P.* MDCXXXVIII.

70. CAROLVS DE GELAS DE LEBERON ex Ioannis Episcopi sorore natus, auunculo successit, difficillimis temporibus sedit anno 1580. cùm Nouatores passim Diensem ac Valentinum pagum hæresi ac seditionibus miscerent, quamobrem Papiæ in Italiâ quò secesserat, vitæ diem vltimum clausit anno 1600. GELAS LABARON. 1580.

71. PETRVS ANDREAS DE GELAS DE LEBERON Carolo patruo successit imperante Henrico 4. is Præsul Episcopatum lustrans pro fide Catholicâ, vtrâque diœcesi à pluribus annis exulante, multùm adlaborauit; mortuus apud S. Liberatam anno 1621. LEBERON. 1621.

72. CAROLVS-IACOBVS DE GELAS DE LEBERON, Abbas B. Mariæ de Bonacumbâ in Rute- D nis, & Flarani, Prior ac dominus S. Liberatæ ad Oldum fluuium apud Aginnenses, Regi à sanctioribus Consiliis; ex fratre Petri Andreæ Lisandro Gelasio, Leberonij toparchâ, Flarambelli, Montpeirani, aliarúmq; dynastiarum, & Ambrosiâ de Voisins genitus: frater verò Hectoris Gelasij de Vicinis, Marchionis d'Ambres & de Leberon, Vicecomitis de Lantreco, Seneschalli Lauracensium, Carcassonæ Præfecti, ac vtriúsque Ordinis Torquati Equitis, superioris Occi-

GELAS LABARON. Ecartelé au 1. & 4. de gueulle au lion d'or. Au 2. & 3. d'or à 3. paue de gueulle.

taniæ Progubernatoris; successit pa-
1624. truo, & Tolosæ sacrum excipit 1624. per Ioannem de Fossé Castrensem Præsulem, Bernardum Daffis Lombériensem, & Ioannem Iosephum d'Esparbes de Lussan Appamiensem; eodem anno 6. Februarij Valentiam ingressus, & Diam anno sequente 6. Aprilis. Iste ad diœcesis commodum Ecclesiæq; stabilimentum, ac tuendam auctoritatem, ædes sacras per Nouatores occupatas vel dirutas restituit, eósque templo Pontaisij & Liberone pepulit; Episcopatus dominia, imprimis Salientem, Camelotium, Castellionem, multósq; agros & toparchias oppignoratas summis impensis redemit. Præterea Episcopatui Courum Marnaudi asseruit; Valentiæ palatium Episcopale instaurauit, ædificiis auxit, adornauit, aggere firmauit, nouis, & aulis ampliauit; idem Alexiani castrum secundo ab vrbe lapide emit, futurum Episcopis domicilium suburbanum; quinetiam Valentiæ Clericos duodecim, qui seminario Sacerdotum vtriúsque diœceseos inseruiant, suis impensis stabiliuit 16. Aug. 1644. qui studiis sacris operam nauant, & Ecclesiasticis functionibus per totam diœcesim incumbunt. Præterea Recollectos admisit Valentiæ, moniales B. Mariæ Visitationis Montilij & Cristæ, S. Vrsulæ puellas Cabeoli, Cristæ, Diæ, & Valentiæ. Interfuit autem Comitiis Cleri Gallicani Parisiensi-
1645. bus annis 1625. 1635. & 1645. Eidem consecrat Historiam de rebus gestis Valentinorum ac Diensium Præsulum Ioannes Columbus anno 1652. demum fatis cessit in loco du Mesnil propè S. Germanum in Laiâ iuxta Parisios, ætatis anno 62. die 5. Iunij 1654.

COSNAC. D'argent au lion de sable, lampassé armé & couronné de gueules, l'escu semé de molettes de sable.

73. DANIEL DE COSNAC Episcopus Comes Valentinus & Diæ, Regi à Consiliis, S. Ioannis de Mezin Cluniacensis Ordinis Prior, Francisci domini de Cosnaco & Eleonoræ Talairandæ de Chalais parentibus natus: designatur Præsul anno 1654. die festo S. Ioannis Ba-
1654. ptistæ, creatus bullis Alexandri VII. Pont. datis Romæ apud S. Petrum 10. Calend. Maij 1655. Eodem anno Dominicâ 24. Octobris consecratus est in Ecclesiâ exteriori monasterij Præsentationis B. Mariæ Siluanectensis, per Annam de Leuis Archiepiscopum Bituricensem, operam nauantibus Ioanne Vincentio de Tulles Vaurensi, & Dionysio Sanguin Siluanectensi Episcopis: postmodum delegatus ad Comitia Cleri generalia Lutetiæ constituta vnà cùm Archiepiscopo Viennensi, Metropolitâ, Regi clientelæ sacramentum præstitit die festo S. Genouefæ anni 1656. 1656.

VAPINCENSES EPISCOPI ET COMITES.

IN. prouinciâ Narbonensi Secundâ, quæ & Aquensis, sita est vrbs Vapincensium dicta in Notitiâ Honorij, Vapincum Gregorio Turonensi, à Gratianopoli, in cuius est Parlamento, quindecim leucas remota in Austrum. Ecclesia Cathedralis Deiparam Virginem in Cœlos Assumptam colit patronam. Capitulum ex quatuor dignitatibus & duodecim Canonicis præbendatis constat, in quibus est Ecclesiastes: subsunt eisdem duodecim Beneficiarij, vulgò nuncupati Panetarij, iis incumbit cura celebrandi missas maiores toto anni tempore, tenentúrque in omnibus officiis diuinis tam in Choro, quàm extra deseruire cantui, ad libitum Præcentoris, à quo dependent; collatio autem Canonicatuum, Præcentoris, Capiscoli ac duodecim Panetariorum, omnimoda pertinet pleno iure ad Capitulum, in quo etiam est Præpositus: in eâ diœcesi sunt Abbatiæ.

GAP en haut Dauphiné.

DE CLOISSONNE *fem.*

S. PETRI DE SVBRIPIS *fem.*

Episcopi verò hi præfuerunt, à nobis obseruati ex veteribus Ecclesiæ cartophilaciis, & publicis MS. nunc primùm auctiores omnibus Catalogis in lucem editi.

1. S. DEMETRIVS.

2. S. CONSTANTIVS interest
517. Concilio Epaonensi anno 517. de eo Proprium Vapincense 12. Aprilis.

3. S. TIGRIDES ex Martyrologio 3. die Februarij.

4. S. REMEDIVS.

5. VELLESIVS subscripsit Concilio Aurelianensi 5. an. 549. & Parisiensi 2. an. 555.
549.

6. SAGITTARIVS frater Salonij Ebredunensis, Episcopatu suo priuatus in Concilio Lugdunensi anno 567. qui sub Dino Nicetio Lugdunensi Præsule olim Diaconatus officio perfunctus fuerat; de huius vitâ fusè Gregorius Turonensis in Historiâ, quem refert aduersùs Longobardos irrumpentes in Gallias sæpiùs conflixisse l. 4. c. 37. inquit; Fuerunt in hoc prælio Salonius & Sagittarius fratres atque Episcopi, qui non cruce cœlesti muniti, sed galeâ aut lôricâ seculari armati, multos manibus propriis, quod peius est, interfecisse referuntur. Et infra l. 5. c. 21. subdit; hi verò in maioribus sceleribus quotidie miscebantur, & in præliis illis quæ Mummolus cùm Longobardis gessit, tanquam vnus ex laicis accincti arma, plurimos propriis manibus interfecerunt; in ciues verò suos nonnullos commoti felle verberantes, fustibus vsque ad effusionem sanguinis, sæuiebant. Vnde factum est vt clamor populi ad Regem denuò procederet. Eosdémque Rex arcessiri præcepit, quibus aduenientibus, noluit suis obtutibus præsentari, scilicet vt priùs habitâ audientiâ, si idonei inuenirentur, sic Regis præsentiam mererentur. Sed Sagittarius felle commotus, hanc rationem durè suscipiens, vt erat leuis ac vanus, & in sermonibus inrationabilibus profluus, declamare plurima de Rege cœpit: iis auditis Rex commotus valde, tam equos quàm pueros, vel quæcunque habere potuerant, abstulit. Ipsósque in monasteriis à se longiori accessu dimotis, in quibus pœnitentiam agerent, includi præcepit, non

A amplùs quàm singulos eis Clericos derelinquens: iudices locorum terribiliter commonens, vt ipsos cùm armatis custodire debeant, ne cui ad eos visitandos vllus pateat aditus. Superstites enim erant his diebus filij Regis, ex quibus senior ægrotare cœpit. Accedentes autem ad Regem familiares eius, dixerunt: *Si propitius audire dignaretur Rex verba seruorum suorum, loquerentur in auribus tuis.* Qui ait, *Loquimini quælibet*; dixerúntque; *Ne fortè innocentes hi Episcopi exilio condemnati fuissent, & peccatum Regis augeatur*
B *in aliquo; & ideò filius domini nostri pereat.* Qui ait: *Ite quantociùs & laxate eos, deprecantes vt orent pro paruulis nostris.* Quibus obeuntibus, dimissi sunt. Egressi igitur de monasteriis coniuncti sunt pariter, & se osculantes, eò quòd olim à se visi non fuerant, ad ciuitates suas regressi sunt. Et in tantùm compuncti sunt, vt viderentur nunquam à psallentio cessare, celebrare ieiunia, eleemosynas exercere, librum Dauidici carminis explere per diem, noctésque in hymnis ac lectionibus meditando deducere. Sed non diu hæc
C sanctitas inlibata permansit, conuersíque sunt iterùm retrorsum. Et ita plerúmque noctes epulando atque bibendo ducebant, vt Clericis Matutinas in Ecclesiâ celebrantibus, hi pocula poscerent, & vina libarent. Nulla prorsus de Deo erat mentio, nullus omnino cursus memoriæ habebatur. Renidente aurorâ surgentes à cœnâ, mollibus se indumentis operientes, somno vinóque sepulti, vsque ad horam diei tertiam dormiebant. Exurgentes igitur abluti balneis ad conuiuium discumbebant; de quo vespere sur-
D gentes, cœnæ inhiabant vsque ad illud lucis tempus quod superiùs diximus. Sic faciebant singulis diebus, donec ira Dei irruit super eos. Post verò iterum in Synodo Cabilonicâ Episcopatus bonore excidit an. 579. 579.
Marius Præsul Auenticensis in Chronico. *Anno 13. Cons. Iustini Iun. Aug. hoc anno duo germani Salonius & Sagittarius Episcopi, à Synodo quæ Caballone collecta est, pro diuersis criminibus ab Episcopatus honore deiecti sunt.* Et Gregorius idem l. 5. c. 28. *anno 4. Childeberti, discussis diuersis causis*

contra Salonium & Sagittarium Episcopos, iteratur illa antiqua calamitas, obiiciuntur eis crimina: & non solùm de adulteriis, verùmetiam de homicidiis accusantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari censentes Episcopi, illud est additum, quòd essent rei maiestatis, & patriæ proditores. Quà de causà ab Episcopatu deiecti, in basilicam B. Marcelli sub custodià detruduntur. Ex quà per fugam lapsi, discesserunt per diuersa vagantes, donec in ciuitatibus eorum alij subrogati sunt. Idem Sagittarius Gundobaldi partium fautor extitit, iam ab Episcopatu eiectus, nam pergit Gregorius l. 7. c. 28. *cui adhæserant Dux Desiderius & Bladastes cùm Vuaddone Maiore Domus Riguntis Reginæ. Erant enim primi cùm eo Sagittarius Episcopus & Mommolus. Sagittarius enim iam promissionem de Episcopatu Tolosano acceperat.* Porrò eundem Gundobaldum comitatus est, paulò antequàm ciuitas Conuenarum dominio Guntranni pareret: idem Gregorius Tur. „ l. 7. c. 34. memorat etiam in obsidione illâ, Sagittarium Episcopum „ frequentiùs muros cùm armis circumiuisse, & sæpiùs lapides contra „ hostes manu propriâ iecisse è muro.

7. S. Aridius, siue Aregius ex Proprio Vapincensis Ecclesiæ, vbi Calendis Maij festum notatur: inter cætera dicitur ex nobili Francorum progenie natus; interfuit
584. Concilio Valentino 2. an. 584. & Matisconensi 2. 585. Cui scribit Gregorius Papa l. 8. ep. 3. hortatúrque vt munus Pontificium ritè exequatur; item ep. 51. l. 9. anno 601. vbi laudatur à feruore in Deum: denique ep. 62. l. 9. pro Candido Presbytero, vti patet ex Actis Conciliorum: extat eius vita MS. de quâ sic Quercetanus in Notis ad Bibliothecam Cluniacensem; *nudato corpore ante altare S. Aredij in cinere & cilicio iacens, viaticum corporis & sanguinis Christi de manu Isicij Episcopi & Dicontij Presbyteri, cùm accepisset, ait, Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quia iam video tempus resolutionis meæ.*

8. Potentissimvs in-
650. terfuit Concilio Cabilonensi anno 650.

9. Donadevs Synodo Narbonensi subscripsit anno 778. præfuisse etiam fertur anno 787.

10. Birico, vel Biraco in Concilio Pontigonensi anno 876. & in Mantalensi 879. 879.

11. Feraldvs, siue Feravdvs anno 1024. in libro cartarum monasterij Massiliensis tabulâ 106. subscriptus reperitur dono Bertrandi Comitis Prouinciæ, S. Victori, propter mala quæ intulerat, de mansis in Petrafoco, Forocalcherio, Comitatu Tolonense, & aliis: mense Aug. 1031. regnante Rodulfo Rege, propriâ manu firmante Feraldo, subscriptis Berengario, Amico fratre, Rostagno de Sestarone, & Raimbaldo Archiepiscopo. Anno 1045. Petrus Vicecomes Guapincensis filius Dalmatiæ, maritus In- 1045.
gelbergæ, pater Isoardi Vicecomitis Vapincensis, & Bertranni recensetur.

12. Ripertvs circiter annum 1064. depositus ab Alexandro 2. Pontifice, instante populo propter simoniam, cui renitens suffectus est Arnulfus, quemadmodum legitur in Proprio Vapincensi.

13. B. Arnvlfvs ex monacho S. Trinitatis Vindocinensis Ord. Benedictini, & cœnobij S. Priscæ, Romæ cùm esset, iussus est consecrationis munus excipere sub an.
1065. exauctorato Riperto: obiit 1065.
miraculis ac sanctitate clarus 19. Septemb. tumulatúsque in æde S. Ioannis Rotundâ sub an. 1074.

14. Leodegarivs i. anno 1078. datur iudex per Gregorium 7. cùm Hugone Diensi pro electione Archiepiscopi Arelatensis; cui scribit idem Gregorius l. 7. ep. 21.
an. 1079. habet anniuersarium in 1079.
monasterio S. Andreæ secus Auenionem die 3. Augusti ex vetere obituario.

15. Armandvs ex Religioso ad Episcopatum pronehitur, qui D. Arnulfi decessoris sui sacra lipsana, vt coniectura est, transtulit in pulpitum Ecclesiæ 13. Iunij, trigesimo

anno à fœlici obitu ſancti Præſulis, A
ſic enim adnotatur in Proprio Vapincenſis Eccleſiæ: *Epiſcopus qui tunc præerat, Armandus nomine, vitâ prius, habitu monachus, cùm Clero deuotus acceſſit, ac orationi incumbens, tumuli lapidem reuolui præcepit, quo veneranter amoto, ab oratione ſurgit Epiſcopus, & illato in monumentum lumine, veſte incorruptâ integrum inuenit corpus. Tunc adſtantibus viſum eſt, vt ad veritatis notitiam brachium à ſancti corpore ſecaretur, & extra ſepulchrum retentum, poſterorum memoriæ ſeruaretur.*

B

16. LEODEGARIVS II. ſedere
1105. incepir 1105. Calendis Nouemb. 1116. Epiſcopatus ſui vndecimo, conſtruitur Eremus Cartuſianorum Durbonis, annuente eodem Præſule, omníque conuentu Clericorum, Petro Sacriſtâ, Petro Guigonis Præpoſito, & Guillelmo de Campoſauro: Calendis Octobris anni 1121. conſecrat Eccleſiam huius monaſterij, laudante Stephano Dienſi Præſule.

17. PETRVS I. ſedebat an. 1122. C
in cuius manu & Lazaro Priori Cartuſiæ Durbonis, Bernardus Rufus ſacerdos, reſte Geraldo Graſinel
1126. fratre Epiſcopi, quædam largitur an. 1126.

18. GVILLELMVS I. creatur Epiſcopus 1130. ex ſchedâ Durbonenſis Cartuſiæ. Ei ſcribit Petrus Abbas Cluniacenſis contra Petrobru-
» ſianos hæreticos, & præclaris in-
» quit, & in Chriſti corpore pluri-
» mùm honorandis Dei Sacerdotibus,
» Guillelmo Ebredunenſi, Vldrico
» Dienſi: eius memoria habetur an- D
1149. no 1149. Epiſcopatus ſui 19. in inſtrumento donationis Iſoardi Comitis Dienſis, factæ Conuentui Durbonenſi: depoſitio illius notatur in obituariorum libro S. Andreæ ſecus Auenionem 2. die Nouemb.

19. RAIMVNDVS vixit an. 1150. ex tabulâ dictæ Cartuſiæ Durbonenſis; cùm Guillelmo de Campoſauro Ebredunenſi Archiepiſcopo & Iacyntho Cardinali firmat apud Vapingum dominationem Raimundi de Montbrun an. 1156. factam.

Bertrando Priori Durbonis, Hadriano ſummo Pontifice, ex archiuis Ebredunenſis Eccleſiæ.

20. GREGORIVS Epiſcopatum
iniir anno 1157. donationem fecir 1157.
domui Cartuſianorum Durbonis de libertare Capellaniæ S. Iuliani 1166. quam laudauerunt Guillelmus Ebredunenſis Archipræſul, Decanus, & cæteri Canonici Eccl. Vapincenſis; in cuius Cartuſiæ archiuis aſſeruatur priuilegium Alexandri 3. Papæ datum B. Priori Durbonis, de præfatâ Eccleſiâ S. Iuliani, quam pro memoratâ Cartuſiâ Guillelmus quondam Ebredunenſis Archiepiſcopus impetrauerat à Gregorio Vapincenſi, ſcriptum Beneuenti 7. Idus Decemb. circiter
annum 1169. Interfuit conuentui 1169.
Comitis Forcalquerij ſub tutelâ Garſendis auiæ conſtituti pro ordinandâ ſucceſſione. Teſtis in priuilegio dato fratribus Durbonis fol. 167. cartularij per Vuillelmum Comitem Forcalcharienſem apud Aptam, cùm eſſet in procinctu peregrinationis D Iacobi. rabularum inſtrumento fol. 173. extat alind documentum confirmationis omnium iurium quæ acquiſierant fratres Durbonenſes ab eodem Vuilelmo Comite. Eius mentio in priuilegio
Frederici 1178. apud Arelatem 2. 1178.
Cal. Aug. anno 1180. indict. 13. iterum donat libertatem S. Iuliani, Chatberto Priori Durbonis.

21. VVILLELMVS II. an. 1184. 3. Cal. Oct. 3. indict. obtinuit dominationem totius ciuitatis Vapincenſis cùm territorio, caſtrum Raibaudum, & Rabaonem, ex diplomate archiuij Regalis Aquenſis. Extat etiam in regiſtro pergameno pri-
nilegium an. 1186. indict. 4. vt nul- 1186.
lus acquirere poſſit feuda ſua, vel Eccleſiæ, niſi ſuo, vel ſucceſſorum conſilio.

22. VVILLELMVS III. ſedebat
an. 1205. teſtis nominatur in dona- 1205.
tione Aonis de Beneuento, de his quæ poſſidebat in Vauz, Vuillelmo Priori Durbonis, in manu ſuâ, præſente Iſnardo Præpoſito 1206. ex tabulario Durbonenſi. Porrò 1209. in bullâ Bonifacij fit mentio qualiter

ciuitas Vapincensis cùm eius distri-
ctu, territorio & castris, est intra
fines Comitatus Forcalquerij, & sub
maiori dominio Regis Siciliæ Co-
mitis Prouinciæ, excepto castro de
Rodertono, ordinatur enim Epis-
copo quòd faciat recognitionem
Regi, vbi & dicitur quòd Rex non
transferat superioritatem illius do-
minij eo maiorem, minorem, itém-
que parem.

23. HVGO sedebat anno 1215. ex
1215. tabulis Vapincensis Ecclesiæ, nota-
tur Nonis Augusti in donatione
Vuillelmi Prioris Durbonensis.

SCLAFONO 24. GVILLELMVS DE SCLA-
FONO IV. ex Abbate Lerinensi,
euehitur ad Episcopalem Sedem Va-
pincensem: vir, inquit Chronicon
Lerinense, doctus & pius, cui An-
dreas Delfinus Comes Albonis &
Viennensis recognouit ea quæ ha-
bebat in toto Episcopatu Vapincen-
1222. si, hominij titulo, cartâ datâ 1222. 15.
Cal. Nouemb. cui & homagium
præstat idem Andreas Delfinus 1232.

25. ROBERTVS obtinet confir-
mationem priuilegiorum Ecclesiæ
Vapincensis, videlicet, de castris
Bastidæ veteris & nouæ, castrorum
de Tornafort, Montistenerij, Mon-
taërio, Talardo veteri, & aliis; cuius
exemplar in codice archiuij Regij
Aquisextiensis reperitur datum an-
1238. no 1238. mense Aprili, coram Ioan-
ne Viennensi, Aymone Ebredunen-
si Archiepiscopis, Petro Gratiano-
polis Pontifice, Bonifacio Montis-
ferrati, & Mafredo Marchione Sa-
luciarum.

26. OTO eligitur Episcopus an.
1251. cui hominium præstitit 13. Cal.
Iulias Guido Dalfinus, de iis quæ
possidebat in Comitatu & ciuitate
Vapincensi, ex archiuiis regiis Pro-
uinciæ. Memoratur in tabulis Ec-
1258. clesiæ Reiensis 1258. præsens cui-
dam confirmationi nonnullarum
possessionum: anno autem 1260. 2.
Cal. Aprilis India Abbatissa mona-
sterij S. Petri de Subripis Vapincen-
sis diœcesis, Ecclesiam B. Mariæ
de Saxobaudo Foroiuliensis diœce-
sis, quæ monasterio de Subripis su-
berat, de consensu Conuentus ac

A sororum, necnon Otonis Episcopi,
legat Ordini Cartusiensi & specia-
tim domui de Bertaudo, retento
censu quinque solidorum Turonen-
sium, & quòd dominabus de Subri-
pis, quandiu vixerint, debeat mo-
nasterium de Saxobaudo necessaria
prouidere, vt patet ex originali an-
tiquo. Cæterùm Oto iste mediera-
tem iurisdictionis in ciuitate Vapin-
censi donauit Carolo I. Siciliæ Re-
gi & Carolo Principi Salernitano
propter rebellionem ciuium, qui
Præsulem suum captum diu tenue-
B rant. Codicilli autem sequentes ex-
tant, è regesto pergameno tabularij
Regij Prouinciæ desumpti: IN NO-
MINE *Domini Anno Incarnationis*
MCCXXCI. I. *Maij. Nouerint vni-* 1281.
*uersi, quòd cùm venerabilis Pater
Domin.* OTO *Dei gratiâ* VAPIN-
CENSIS *Episcopus, ceu feudatarius
Regis, à subditis suis ciuibus & homini-
bus de Vapinco, & ab aliquibus ma-
gnatibus & hominibus aliis circonstan-
tibus, & aliunde ipse & Ecclesia Va-
pincensis grauiter opprimeretur, & ve-
xaretur grauibus iniuriis & diuersis, in
C diminutionem & enormem læsionem ho-
noris & iurium dicti Episcopi, & Ec-
clesiæ, ita quòd Iurisdictionem Ciui-
tatis Vapinci non poterat commodè ex-
ercere, imo denegabatur ei penitus obe-
dire, & quod grauius ferendum est, ip-
sum ceperunt & captum diutiùs tenue-
runt & inuitum. Et quia propter po-
tentiam hominum de Vapinco, iuris-
dictionem suam non poterat exercere in
eosdem; cuius delicti etiam de iure com-
muni ad Regem prædictum, & eius Cu-
riam tanquam ad maiorem Dominum
coercitio & punitio pertinebat eo, quia
sanctitas Episcopi ignoscendi gloria de-
relinquit. Et quia idem Episcopus sit
D vassallus fidelis dicti Dom. nostri Re-
gis, attendens vtilitatem Ecclesiæ Va-
pincensis, & pro vtilitate & commodo
ipsius Episcopi & Ecclesiæ antedictæ, ex
causâ irreuocabilis donationis, de con-
silio plurium Prælatorum associauit
Dom.* CAROLVM *serenissimum Re-
gem Ierusalem & Siciliæ, & illustrem
Dom. K. Principem Salernitanum eius
primogenitum, & eorum hæredes &
successores in Comitatibus Prouinciæ &
Forcalquerij, in mero & mixto impe-
rio & omni aliâ iurisdictione, coercitione
Iustitiâ & Seignoriâ in quibuscumque
causis & rebus existeret dicta iurisdi-*

ctio siue sit criminalis siue pecuniaria, & A in omnibus Regalibus, quæ & quas dictus Episcopus & Ecclesia habet seu habere videtur, & quæ spectant & spectare videntur ad dictum Episcopum & Ecclesiam supradictam in Ciuitate Vapinci & eius territorio. Et in villâ de Asperis & eius territorio, & in emendis delictorum & forefactorum contra dictum Episcopum & Ecclesiam, & in Consulatu dictæ ciuitatis. Tali modo quod pro medietate, pro indiuiso omnia singula ex causa prædicta pertineant pleno iure ad dictos Regem, Principem & eorum successores, & omnes prouentus & banni.æ quæ ex prædictis Iurisdictione B & Consulatu exiuerint, pro medietate pertineant ad Regem Principem & successores. Et habere debeant ex causa donationis prædictæ & aliam medietatem dictus Episcopus & Ecclesia. Item fuit actum quod Officiales in dicta ciuitate ponantur per Regem Dom. Principem eorum nomine, & per Episcopum qui iurent seruare iura & dare vtrique parti &c. Si verò pro prædicta Iurisdictione exercenda vel conseruanda fieret guerra, in expensis quæ fierent occasione dictæ guerræ Episcopus nihil ponere teneatur, sed Dominus noster Rex eas faciat, hoc saluo quod Episcopus C cum hominibus suis & gente sua in prædictis debeat esse ad expensas proprias ipsius Episcopi &c. Item fuit actum, quod Episcopus procuret quod Capitulum Ecclesiæ Vapincensis præsentem donationem & associationem ratificet; quam quidem medietatem Iurisdictionis & Consulatus & Regaliæ villæ de Asperijs, dedit Episcopus ad vitam donatione simplici inter viuos nobili viro Ioanni de Burlasio Militi Senescallo Regis, Principis & hæredum in Comitatibus Prouinciæ & Forcalquerij &c. Item voluit Episcopus & concessit dicto Senescallo præsenti & recipienti nomine quo supra, quod tam milites quàm D cæteri homines de Vapinco iurent fideles esse Regi, Principi & successoribus &c. Quam donationem Domin. Senescallus recepit saluo eo quod non intendit per hanc donationem derogare in aliquo iuri conuentionum inhabitarum inter Regem & Delfinum. Sed vult quod conuentio in aliquo non lædatur &c. Actum Sistarici præsentibus Domino Isnardo de Antrauenis Dom. de Agouto, Dom. Raymundo Russo B. Girando Præposito Craciacensi.

A 27. Gavfridvs de Lion- Lioncel.
cello ex Præposito Aptensis Ec-
clesiæ 1283. Episcopus sedebat 1297. 1297.
ex cartâ concambij inter ipsum &
Regem : confirmat conuentiones
initas 1297. 16. April. cùm Senescallo
Forcalquerij nomine Regis. Homi-
nium illi exhibuit Robertus Rex
Hierosolymitanus, cuius tenor è
regio tabulario Prouinciæ desum-
ptus sic habet: Anno ab Incar-
natione mcccix. 16. Decembris 1309.
indict. 8. Nouerint vniuersi, quòd
mortuo inclytæ memoriæ Carolo
ii. Dei gratiâ Ierusalem & Siciliæ
B Rege, cùm illustris Dom. Rober-
tus Dei gratiâ Ierusalem & Siciliæ
Rex, filius & hæres vniuersalis di-
cti Regis in Comitatibus Prouinciæ
& Forcalquerij, & succedens vt hæ-
res dicti Regis in Comitatibus Pro-
uinciæ & Forcalquerij, in mutatio-
ne huiusmodi Domini reciperentur
recognitiones & fidelitates à subdi-
tis suis, cúmque nobilis & potens
vir Hugo de Vicinis quasdam fe-
cissent conuentiones nomine dicti
Regis ex vnâ parte & R. Pater
Gavfridvs Episcopus Vapin-
censis ex alterâ super dominio Ci-
C uitatis & Terræ Ecclesiæ Vapin-
censis, & super quibusdam aliis idem
Dominus & Episcopus, in præsen-
tiâ domini Roberti constitutus no-
mine suo Ecclesiæ Vapincensi, &
successorum suorum eidem Regi
præsenti recipienti nomine suo, &
hæredum recognouit pro dicto do-
mino, & senhoriâ dicti Regis, Ci-
uitatem Vapinci, castrum de Laza-
ro & castrum vetus Talardi, cùm
villa Strictus, & castra Raibaudi &
Bastidæ veteris & Bastidæ nouæ, &
castra seu villas de Tornaforti, Mon-
tisdonerij, de Fara & de Poligna-
D co, & de Noerio & de Cigoyerio,
Mallipili cum eorum territoriis &
pertinentiis, & quidquid idem Epis-
copus nomine dictæ Ecclesiæ Va-
pincensis temporaliter tenet, vel
possidet in Comitatu Forcalquerij
& diœcesi Vapincensi tanquam pro
maiori Domino, excepto dominio
Castri de Redorterio, sito in diœ-
cesi Sistaricensi &c. Eidem Regi fi-
delitatis præstitit iuramentum, &
promisit omnia quæ in dictis con-
uentionibus continentur seruare
&c. Actum Aquis in Palatio præ-

» sentibus R R. in Christo Patribus I. A
» Dei gratiâ Foroiuliensi Episcopo,
» ac Regni Siciliæ Cancellario, Fran-
» cisco Episcopo Gaietano, Ray-
» mundo de Baucio domino Podij
» Ricardi, Dom. Ricauo de Alama-
» nono, Gaucherio domino Cezaristæ,
» Guigone Alamandi Dom. Valbo-
» nensi, Raynaldo de Lecto Senescal-
» lo Prouinciæ & Forcalquerij, &
» aliis.

GIBELLINI. 28. GVILLELMVS GIBELLINI v. ex Priore Cartusiæ Durbonis reperitur Episcopus 1318. in lib.
1318. prouisionum Vaticani; biennio post fundantur Dominicani apud Vapincum.

29. DRAGONETVS præfuit an. 1328. 10. Septemb. ex citatis Actis Vaticani: hominium iurauit Roberto Ierosolymorum & Siciliæ Regi, Prouinciæ Comiti, coram Ioanne de Aquablancâ milite Senescallo, tanquam maiori domino ciuitatis Vapincensis, de castro Lazaro & aliis: Sistarici in palatio Episcopali an. 1319. 24. Iulij: interfuit Synodo Prouinciali Auenionensi mense
1337. Decembri 1337.

POITIERS. 30. HENRICVS DE POITIERS ex Comitibus Valentinis, electus anno 1349. 8. Iulij, dein translatus ad Trecensem Ecclesiam an. 1354. vt indicant Acta Consistorialia.

1354. 31. GIBERTVS successit 1354. 6. Aprilis, memoratur delegatus cùm nobilibus, per Ludouicum & Ioannam Neapolitanam Reginam coniuges ad Carolum 4. Imperat. vt notat Cæsar Nostradamus in Historiâ Prouinciæ: translatus inde ad Lodouensem Ecclesiam in Occitaniâ.

32. IACOBVS I. ex Episcopo Montalbanensi, sedebat Vapinci an. 1359. & 1360.

33. IACOBVS II. successit Iacobo 1364. ex Præsule Tricastinensi, vt adnotant Acta Consistorialia.

STEPHANI. 34. GVILLELMVS STEPHANI VI. ex Canonico Cathedralis Foroiuliensis, cui reliquit pro anniuersario 40. Coronatos Cal. Nouembris ex Martyrologio: missus est Auenionem cùm Archiepiscopo Narbonensi nomine Regis Nauar- 1365.
ræ 1365. ex Actis Thesauri Regij Paris.

35. IOANNES DE SAINS ad SAINS. Meldensem Ecclesiam postea translatus.

36. ALEXIVS DE SIREGNIO SIREGNIO. Mediolanensis, Ordinis Fratrum Minorum, qui Episcopus Bobien- B sis declaratus, obtinuit sedem Vapincensem anno 1409. traductúsque ad Placentinam in Italiâ per 1409.
Ioannem 23. anno 1411. die 6. Septemb. per eiurationem Brandæ Castilionei Cardinalis Cremonæ: obiit anno 1448. 1. die Ianuarij, sepultus in Cathedrali Placentinâ, teste Vghello tomo 2. Italiæ Sacræ.

37. LEODEGARIVS III. dominus castri Deirargues, Iolandis Reginæ Siciliæ ac Ducissæ Andegauiæ à secretis Consiliis 1421. nominatur an. 1424. in Historiâ Prouin- 1424.
ciæ; sequenti anno priuatus est ca- C stro de Ayragis, quo fruebatur propter perduellionis crimen; & concessum est Carolo de Castilliono, ex veteri codice.

FORCALQVIER. 38. GAVCHERIVS DE FORCALQVIER ex nobilibus toparchis Cæsaristæ, egregius vir & nobilis inscribitur 5. Aprilis in Martyrologio Foroiuliensi, cuius Ecclesiæ Sacrista & Archidiaconus fuerat. Anno 1452. aut circa Delfinus Viennensis occupauit Vapincum, tuente vrbem Gaucherio, tanquam non certus de iure Regis Siciliæ D & Comitis Prouinciæ; quo postmodum comperto, cessit ciuitatem Regi & Episcopo, vt habent tabularia Aquensia. Subscripsit Concilio prouinciali Auenionensi 1457. 1457.
Petro Cardinali Fuxensi præside: idem anno 1480. 20. Iulij pro ciuitate Vapincensi, & castris Bastidæ nonæ, Bastidæ veteris, Rambandi, de Noerio, & de Lazaro, hominium præstat, excepto maiori dominio castri de Rodorterij, datum Aquis-Sextiis in viridario Regis extra muros, præsentibus Francisco domino de

de Luxemburgo, Oliuario Aquen- A si Archiepiscopo, & Honorato de Berrâ domino de Entrauenis.

Clermont.

39. GABRIEL DE CLERMONT Bernardini Vicecomitis de Talardo ex Annâ de Husson filius, Theodori Episcopi Senecensis germanus,
1539. sedebat anno 1539. is anno 1540. 27. Februarij hominium Francisco I. præstitit de omnibus feudis quæ recognouit tenere in Prouinciâ sub directo & maiori dominio Regis; præerat adhuc 28. Augusti 1550.

Paparin.

40. PETRVS DE PAPARIN, B de Calidomonte, Gabrielis successor, interfuit Cœtui Cleri Parisiensi 1573. & Synodo prouinciali A-
1585. quensi 1585. edidit Paraphrasim in 80. Psalmos Gallicè 1581.

De Serres. D'azur à vn cerf d'or au chef d'argent chargé de 3 roses de gueulle.

41. CAROLVS SALOMON DE SERRES interfuit Cœtui Cleri Parisiensi 1608. recepit Capucinos 20. Februarij 1613. obiit mense Maio an. 1637.

Lionne. De gueulle à vne colonne d'argent, au chef cousu d'azur chargé d'vn leopard d'or.

42. ARTVS DE LIONNE Abbas S. Petri Solemniacensis in Marchiâ, Delfinas, qui primò Senator C Gratianopolitanus, posteà sacris Ordinibus & sacerdotio inauguratus, inde à Ludouico XIII. Rege
1637. 1637. ad hanc Ecclesiam regendam vocatur: circa gregem suum sollicitus, parochorum ruralium stipendia collato proprio ære suppleuit; Cathedralem hæreticorum impietate dirutam optimâ sui parte restituit, diœcesis loca ad vnum lustrauit: mox per Ludouicum XIV. ad Ebredunensem Metropolim, Vapincensi sede gradu sublimiorem, & redditibus duplo pinguiorem destinatus, eâ tamen ille spretâ, suam D Vapincensem Ecclesiam dimittere noluit.

VASATENSES EPISCOPI.

COSSIO, Vasatum oppidum Ptolemæo, vrbs municipalis Ausonio Parental. 24. sita est in arenosâ parte Aquitaniæ maritimæ quam Landas vocitant, cuius situm celebrat Sidonius epistolâ ad Trigetium l. 2. ep. 12. Tantúmne te Vasatium « B ciuitas non cespiti imposita, sed « pulueri, tantum syrticus ager; ac « vagum solum, & volatiles ventis al- « tercantibus arenæ sibi possident; vt « te magnis flagitatum precibus, par- « uis superatum spatiis, multis expe- « ctatum diebus attrahere Burdiga- « lam, non potestates, non amicitiæ, « non opimata viuariis ostrea queant! « Idcircò arenosi Vasates memorantur Paulino ep. 3. Et Ammianus inter Nouempopulaniæ populos eos locat; vnde in Notitiâ Prouinciarum sub Metropoli antiquâ Elusâ prouinciæ Nouempopulaniæ, nunc Au- C sciorum suffragatur, à quâ distat 20. leucis versus Septentrionem, & 12. à Burdigalâ, in cuius est Parlamento. Gregorius Turon. l. 6. c. 16. Vasatensem vrbem appellat, quæ fuit quondam sub ditione Gothicâ. Cathedralis Ecclesia S. Ioannem Baptistam Patronum veneratur, habétque in suâ diœcesi Abbatias:

Bazas en Guyenne sur la Beuue.

BLASIMONTIS *Blasimont* O B.

S. FREMERII *S. Ferme* O B.

RIVETI *Riuet* O B.

FONTISGVILLELMI O C. *Fontguillem*.

Episcopi hoc ordine præfuerunt ex membranis Ecclesiæ, monumentisque & tabulariis nostris Vaticani collecti.

1. SEXTILIVS in Concilio Agathensi per Polemium Presbyterum subscripsit anno 506. præsens Synodo Aurelianensi I. 511. 506.

2. ORESTES interfuit Concilio «

585. Matisconensi 2. an. 585. Ordinator A Nicetij Aquensis in Nouempopulaniâ Antistitis, de quo idem Gregorius Tur. l. 7. c. 31. & l. 8. c. 20.

3. Gumbaldus Vasconiæ Dux, seu Princeps, Vuillelmi Ducis frater, Episcopus totius Vasconiæ, quo nomine comprehendebatur Sedes Vasatensis, & aliæ Vasconiæ Episcopales: ordinatus ante an. 977. restaurauit cùm fratre Vuillelmo Sancij Duce Vasconum, monasterium S. Petri de Regulâ ad Garumnam, dictum antiquitùs Squirs, sub dispositione monasterij Floriacen- B
977. sis, cartâ anni 977 indict. 5. in cartulario Regulatensi; iis testibus, inquit scheda, *Gumboldo Episcopo Vasconiæ, & totius Prouinciæ Duce, qui hanc donationem deuoti cordis instantiâ Deo Redemptori concessit, Sig. Vuillelmi Vasconiæ Ducis fratris eiusdem*: in bullâ Clementis Papæ datâ Laterani 14. Cal. Septembris Pontificatus 1. nuncupatur vt & in variis actis, Princeps Vasconiæ.

4. Hugo 1. Gumbaldi Ducis filius Cathedram Vasatensem per aliquot annos rexit, ex Oihenarto C in Notitiâ Vasconiæ.

5. Raimundus 1. Vetulus sedebat anno 1050, qui præter Vasatensem alios fermè Episcopatus Vasconiæ obtinuit, exceptâ, tantùm Metropoli: in Concilio Tolosano
1056. an. 1056.

6. Raimundus ii. superioris nepos 1070. & 1080. ex cartis Aquensibus primò Vasatensem, Aquensem, & Lapurdensem Ecclesias rexit, posteà verò tantùm Vasatensem & Lapurdensem, vnde ex D fragmento cartularij Lapurdensis in Historiâ Bearnensi sic fatur: *Ego Raimundus indignus & peccator, tamen Episcopus sanctæ Basatensis Ecclesiæ vocatus, necnon & Laburdensis, statui apud me cùm consilio Abbatum qui in nostrâ diœcesi sub normâ sanctæ religionis viuunt, & Canonicorum in Laburdensi castro Canonicè viuentium, & optimatum qui fideles sanctæ Ecclesiæ videntur esse, vt ea quæ corrigenda sunt, nostris in locis corrigant &c.* An-
1080. no 1080. adfuit Synodo Santonensi præside Amato, pro libertatibus quas Raimundus sibi vindicabat in Monasterio Regulæ, vt patet ex Pancartâ Nigrâ Regulatensi.

7. Stephanus de Sentes sedebat anno 1096. & 1103. ex tabulario Regulæ. Santen.

8. Fortis.

9. Garsias an. 1174. & 1179. interfuit Concilio Lateranensi. 1174.

10. Gualardus anno 1204. confirmat vnà cùm multis aliis Episcopis Hispaniæ, & Bernardo Baionensi Antistite 1240. die 8. Cal. Nouemb. donum Aldefonsi Regis Castellæ, Ecclesiæ Aquensi in Nouempopulaniâ.

11. Raimundus iii. an. 1249.

12. Guillelmus 1. 1270. instrumento dotalitij Beatricis Dalfinæ Viennensis, vxoris Gastonis Vicecomitis Bearnensis sigillum apposuit, in loco S. Georgij, Dominicâ in Ramis Palmarum 1273. eodem 1273. anno iurauit hominium 13. Martij Regi Angliæ pro manerio de Bolders, & clientelari scripto conquæstus est, quòd per Regem, siue Officiarios iustitiâ Vasatensi spoliaretur. Eius mentio adhuc in documentis 1276.

13. Hugo de Rupeforti, ii. annis 1277. 1279. 1283. & 1290. De Rupeforti.

14. Guillelmus Gaufridi ii. Abbas Bellæperticæ, Ordinis Cisterc. in diœcesi Montalbanensi, cuius notitiam eruit vetustus lapis sepulchralis è ruderibus Ecclesiæ effossus, qui iacebat ante primarium altare, sic autem habet: *Anno Domini 1293. ante Cineres obiit* 1293. *Guillelmus Gaufridi Petragoricensis diœcesis & castri de Goza, olim Abbas huius domus, postmodum Dei gratiâ factus Episcopus Vasatensis, cuius anima requiescat in pace, Amen.* Deest hic in vulgatis elenchis Episcoporum; at eius notitiam debemus Leoni Godefrido, Dionysij Regij Historici fratri, qui nobis scribentibus nonnulla documenta ex spicilegiis suis suppeditarunt. Gaufridi.

15. GVILLELMVS III. nominatur in schedâ an. 1309. contra Templarios, Pontifice Clement. v. quem frustra quæres in catalogis memoratis.

CASTELLIONE. 1312. 16. THEOBALDVS DE CASTELLIONE an. 1312. & 1317.

17. GVILLELMVS IV. renunciatur Præsul in Actis Consistorialibus Vaticani 1318.

18. PETRVS I. electus 1315. 8. Iulij.

MONTESQVIEV. 1334. 19. PICTAVINVS DE MONTESQVIEV Episcopus an. 1334. post Albiensis & Cardinalis; de quo consule Albienses.

20. GVALHARDVS electus anno 1334. ex tabulis prouisionum Prælatorum Vaticani; sedebat & 1340.

21. RAIMVNDVS IV. 1348. 9. Nouembris, vocatur electus Vasatensis in libris Obligationum.

DV PVY. 1359. 22. GIRALDVS DV PVY Cardinalis, Abbas Maiorismonasterij, Episcopus Vasatensis 1359. 6. Iunij vt habent Acta Consistorialia; postremò factus Cardinalis tit. S. Clementis per Papam Gregorium XI. decessit Auenione 15. Cal. Martij 1389.

23. GVILLELMVS V. vixit anno 1370.

24. IOANNES I. anno 1376.

1394. 25. GVILLELMVS VI. an. 1394. 8. Februarij.

26. PETRVS II. successit Guilelmo 1397. 17. Februarij, vt notant Acta Consistorialia, de quibus altum silentium in tabulis Vasatensibus.

DE PVCH. 27. ARNALDVS PVCHIVS anno 1400.

SALPINI. 28. PETRVS SALPINI, III. Ordinis Minorum Conuentus Tolosani, sedebat anno 1406.

CAVIER. 29. HENRICVS DE CAVIER, I.

A primus Abbas Commendatarius monasterij S. Crucis Burdigalensis, Episcopus 1433. 1433.

30. BERTRANDVS IVESTVS rexit anno 1446. IVESTO.

31. BERNARDVS DV ROSIER Referendarius Apostolicus Pontificum Eugenij IV. & Nicolai V. cui dicat antiquitates vrbis Tolosanæ Stephanus de Garuo Minorita; ex literâ originali Petrus de Castrouiridi Archidiaconus Maior Vasatensis, Vicarius generalis Bernardi E- ROSIER.

B piscopi recensetur 7. Aprilis 1450. in quodam rescripto, pro indicendo cœtu Prælatorum apud Carnotum, traductus inde ad Ecclesiam Montalbanensem 5. Idus Ianuarij 1450. & demum ad Metropolim Tolosanam 1452. 1450.

32. RAIMVNDVS V. an. 1455. 28. Ianuarij, litem mouit Bernardo de Rossergio, propter reparationes domus Episcopalis Vasatensis, vt obseruatur ex veteri codice: excessit è viuis 1457.

C 33. RAIMVNDVS VI. Ordinis Minorum, electus per obitum superioris, Raimundi, 1. Aprilis 1457. ex citatis Actis Consistorialibus.

34. PETRVS BONALDVS IV. Professor anteà Academiæ Tolosanæ, administrauit Ecclesiam anno 1459. BONALDVS. 1459.

35. RAIMVNDVS DV TREVIL VII. nominatur testamenti executor Annæ Armaniacensis viduæ Caroli domini de Lebreto 1471. necnon inquisitor sanctimoniæ Petri Ber- DV TREVIL.

D landi Archiepiscopi Burdigalensis, præerat adhuc 1478.

36. IOANNES GOVAL, II. anno 1488.

37. AMANEVS D'ALBRET Cardinalis, Ioannis Regis Nauarræ frater, Administrator Vasatensis circiter an. 1512. Episcopus Appamiensis & Pompelonis, Abbas Commendatarius Brantolmij, S. Amandi, & Azili Mansi. ALBRET. 1512.

38. SYMPHORIANVS BVLLIOVD BVLLIOVD.

ex Suessionensi Episcopatu huc traductus sedit an. 1520. 1527. & 1528.

BONNEVAL.

39. FVCALDVS DE BONNEVAL Caroli Episcopi Sarlatensis frater; permutationis gratiâ factus est Præsul Suessionensis è Vasaten-
1528. si anno 1528. posteà Petrogoricensis.

DE PLAS. D'argent à 3 barres de gueulle.

40. IOANNES DE PLAS III. ex Petrogoricensi an. 1532.

41. AIMETVS DE PLAS superioris frater, præfuit an. 1540.

ALEMANNI.

42. BAPTISTA ALEMANNI sedebat anno 1554. dein translatus
1554. ad Matisconensem Ecclesiam.

FOIX.

43. AMANEVVS DE FOIX II. anno 1559.

BALAGVIER.

44. FRANCISCVS DE BALAGVIER nobilis Cadurcensis ex Monsalesiâ domo, frater Ioannis Antistitis Cadurcorum, & Guillelmi Abbatis Exiensis, cuius loci Archimandrita factus ex monacho Benedictino, & Priore de la Ramiere: obiit longæuus Cleri & Ordinis sui amator, hæreticorum impugnator acerrimus.

PONTAC. De gueulle à vn pont à six arches, ou arcades d'argent, gardées de deux tours basties dessus iceluy, de mesme, vne riuiere coulant dessous.

45. ARNALDVS DE PONTAC ex clarâ stirpe Burdigalensi, quæ hodie primas in Senatu obtinet, Ioannis Pontaci Parlamenti Burdigalensis supremi Actuarij filius; sedebat Vasaris anno 1572. Comitiis Cleri Gallicani Blesis interfuit, cuius nomine grauissimis de rebus ad Regem delegatur; nempe 1579. à Melodunensi Cœtu omnium Ordinum nomine Henricum 3. publi-
1572. câ & luculentâ oratione affatus, pro collapsæ disciplinæ instauratione, & canonico Præsulum delectu, vti aduertit Henricus Spondanus in Ecclesiasticis Annalibus. Hebraicarum, Græcarúmque linguarum cognitione clarus, quam ingenij lucubrationibus & monumentis compluribus illustrauit, nimirum Commentariis in Abdiam Prophetam, & Notis in Eusebij Chronicon. Ei Gilbertus Genebrardus Chronologiam suam dedicat: videndus & Possevinus in Apparatu Sacro. Pro ma-

A ioris templi reparatione, supremis testamenti tabulis duodecies mille aureos in numerato reliquit, & anno 1605. 4. Februarij in castello 1605.
suo de Iaubertes mortuus est, vir æuo suo probitate vitæ, eruditione, ac sollicitudinis Pontificiæ laude præstans, cuius memoriæ inscriptum est hoc epitaphium:

Adsta viator, scire quod iuuet, lege
Paruum sepulchrum conspicis magni viri,
PONTACVS *est; ignotus ille nemini*
Emuslitata scripta qui luci dedit
B *Quèt pulueraust hæreticas offucias*
Logos fidustâ lamberant fecespitâ
Filsconum, adhamat dira quos discorditas
Scrupos reuulsit, senticetáque Eusebi.
Anthusa, Quadrurbis, Solymæ iactant suum
Eum se fata misit ad Quiritalum.
Nouem sororum turba zonatim ambiunt
Tumulum, gemúntque: Phœbus ipse lachrymat
Dolor capit cor, atque torperat manus
C *Burdigala ciuem, Cessio Episcopum suum,*
Gallia Senatorem, & columnam Ecclesia
Lugent peremptum, maximum sanctissimum,
Et mæstitudo torquet æternabilis.

Eius laudes hoc breue elogium sepulchrale etiam proloquitur:

Occidit Antistes Vasati PONTACVS *vnà*
Tres Pontes Parcæ, tres secuère neces:
Pons tribuit nomen, tribuit Pons stemmata gentis,
D *Præfuit officium nomina Pontificis.*
Hic quoque ter septem nonos exegerat annos,
O tanto nobis sors inimica viro.
Nunquid erit Stygias ad aquas pons vtilis vmbris?
Ponte Caron caret: ast vtitur ille rati.
Pons & aquis cœlis super illa natantibus aptus,
Profuit vt mundo, prosit & ille polo.
Voce gregem tenuit fortè ne naufragus vndis,
Nunc scriptis cassus lumine ad astra feret.

IAVBERT.
Comme cy deuant.

46. IOANNES IAVBERT IV. A
ex dominis de Barraut, Abbas So-
lemniacensis, Comes Consistoria-
nus, consecratur Romæ mense Au-
1612. gusto 1612. per Franciscum Cardi-
nalem de Rupefucaldi; interfuit
Comitiis Parisiensibus 1614. & an-
no 1620. Ludouicum XIII. è Bear-
nio redeuntem oratione habitâ ex-
cepit; Conuentum Capucinorum
construxit in vrbe; tandem euehi-
tur ad Archiepiscopatum Arelaten-
sem 1630.

GRILLIE'.

47. NICOLAVS GRILLIE' E-
piscopus an. 1631. post Vceticensis, B
vt dicemus suo loco.

LOSTOLFI.
Couppé d'or à vn Aigle e-ployé de sable. Au 2. d'azur à la bande d'argent, chargée de 3. roses de gueulle.

48. HENRICVS LOSTOLFI
MARONI Abbas S. Nicolai de
Nemore, Regis Eleemosynarius,
sacrum excipit Pisciaci in æde mo-
nialium Dominicanarum 8. Iunij
1624. à Leonorio d'Estampes Car-
notensi, sibi assistentibus Stephano
Puget Dardaniæ, & Nicolao De-
nets Aurelianensi Episcopis. Inter-
1634. fuit Comitiis Cleri Gallicani Me-
dontæ anno 1641. Seminarium in-
stituit in æde Episcopali, pro iis
qui ad sacros Ordines promouen- C
tur, zeli Pastoralis & probitatis
laude inclytus Præsul, viuere desiit
Tolosæ 18. Maij an. 1645. laudatus
funebri oratione ab Antonio Go-
deau Episcopo Grassensi, cùm
Cœtus generalis Cleri Gallicani
tum celebraretur Parisiis in æde
Augustinianorum.

MARTI-NEAV.

49. SAMVEL MARTINEAV
Parisiensis, Doctor Theologus; ex
Canonico Ecclesiæ Cathedralis B.
Mariæ nominatur mense Februa-
1646. rio anni 1646. Lutetiæ consecra-
tus die Dominicâ 17. Iunij in æde D
sacrâ monialium de Caluario, co-
ram Sedis Apostolicæ Nuntio.

VASIONENSES

EPISCOPI

VAISON au Comtat, sur la Louuere.

CIVITAS Vocotiorum antiquissima Vasio, de quâ Ptolemæus lib. 2. c. 10. Plinius l. 3. c. 4. Pomponius Mela de situ Orbis l. 2. c. 5. eam collocat in descriptione Galliæ Narbonensis, quamuis recentiores eam ponant in secundâ Galliæ Viennensis prouinciâ, prout Beda, & Vsuardus in Martyrologio XV. Cal. Maij. At Sidonius Apollinaris ep. 7. lib. 5. & ep. 4. l. 7. necnon idem Mela istam scribit inter primas & opulentissimas Galliæ Narbonensis vrbes sub his verbis; *Gallia Lemano Lacu & Gebennicis montibus in duo latera diuisa est. Vrbium quas habet, opulentissimæ sunt Vasio Vocontiorum, Vienna Allobrogum, Auenio Cauarum, Tolosa Tectosagum, Secundanorum Arausio, Sextanorum Arelate, Septimanorum Blytera*; vbi Vasio anteponitur Tolosâ, Auenione, Arelate, & cæteris nunc florentibus, & opulentis. Erat enim tunc temporis sita in planitie, & amplissimæ magnitudinis, prout ex ruinæ vestigiis, longè latéque vltra duo vel tria milliaria Italica vndequaque se extendentibus videre licet. Sed progressu temporis, & vt asseritur à Vandalis & Gothis diruta, & solo adæquata, hodie sub ditione Sedis Apostolicæ in Comitatu Venaisino; olim in Viennensi prouinciâ, nunc sub Metropoli Auenionensi posita est, in declino rupis, quam Ouidia fluuius interluit, naturâ loci munitissima; tam paruæ nihilominus continentiæ, vt trecentorum focorum numerum vix excedat. Extant in planitie præclara monumenta antiquæ vrbis, quæ à Sarracenis primò, & vsque ad Raimundum Faidiæ filium, Comitem Tolosanum, qui montis vertici arcem imposuit, sæpiùs vastata & combusta fuit, inter alia rudera est Ecclesia maior adhuc sarta, & tecta satis ampla, & sumptuosæ structuræ sub titulo B. Mariæ Virginis, in cuius solemnitatibus ad eandem

tanquam matricem Ecclesiam Clerus processionaliter Missam celebraturus accedit. Hanc à Carolo Magno ædificatam vulgò ferunt; coniecturâ, quia fabricata adinstar aliarum Ecclesiarum, quas Aueniopi construi fecit. Sunt & alia sacella adhuc integra, & salua extra ciuitatem, in quibus vnum celebratur sub vocabulo B. Mariæ Virginis de Campis, aliud sacrarium B. Quinidio Episcopo & Patrono Vasionensi, præter vestigia aliarum Ecclesiarum funditùs dirutarum, vna sub titulo S. Stephani propè Ecclesiam maiorem, altera sub titulo S. Laurentij, altera S. Verani, alia verò S. Martini, & S. Genesij, in quibus nihil visitur præter ruinas. Sedes Episcopalis antiquissima, quòd probatur per duo Concilia conuocata in ciuitate Vasionensi; creduntur enim duo fuisse tantùm Concilia, & pro Vasionensi, intelligi debere Vasatensi. In ciuitate autem Vasionensi, vnà cùm Papâ Episcopus habet distinctam iurisdictionem temporalem, quamuis antiquitùs omnimodam habuerit, scilicet medietatem quam olim iure Episcopali & Ecclesiæ possidet, & alteram quam habebat ex traditione Gaufridi Comitis, & Bertrandi eius fratris, confirmata litteris Apostolicis Paschalis Papæ 2 an. 1109. Sed cùm Alfonsus frater S. Ludouici Regis, Ioannam Raimondi Comitis Tolosæ filiam & hæredem vniuersalem, in vxorem duxisset, & magna exorta lis & quæstio inter eundem Alfonsum, ac Faraudum Episcopum Vasionensem, super possessione ac iurisdictione Vasionensi, necnon locorum & castrorum Cresteri, Rastelli, & Intercallis, tandem compromissum in quendam Guidonem Falcodium Iurisconsultum, Parisius commorantem, qui an. 1251. adiudicauit castrum Vasionense Comiti, diuisâ iurisdictione inter Comitem & Episcopum, distinctâ in ciuitatem per partes, quarum vna vocatur Breue Comitis, alterâ Breue Episcopi; & hoc quoad ius directi dominij, & causas criminales, cùm totalis alia iurisdictio contentiosa ciuilis, fuit adiudicata Episcopo per sententiam quæ vsque hodie remansit. Diœcesis Vasionensis ampla, longè lateque se extendit, tam in Comitatu Venaisino sub ditione summi Pontificis, quàm Delfinatu, ac etiam in Principatu Aurasiensi, habens sub se triginta sex aut septem tam vrbes, quàm alia loca, & pagos vbi iura animarum exercentur. In Ecclesiâ Cathedrali sunt quatuor Dignitates, siue Personatus, videlicet Præpositus, Arcbidiaconus, Sacrista, & Præcentor, & sex tantùm Canonici; quilibet habet præbendam Canonicatui annexam. Antiquitùs Canonici erant Regulares Ordinis S. Augustini, sed posteà authoritate Apostolicâ facti sunt Canonici seculares, vt creditur; nullum ad præsens in ciuitate Vasionensi sic angustâ monasterium. In diœcesi verò quinque, tria in oppido Valriaci, in Comitatu Venaisino, vnum Benedictinorum, Crucifatensium, Franciscanorum alterum & Capucinorum, tertiû Monialium S. Vrsulæ, quartum in oppido Buxij in Delfinatu Ordinis S. Dominici. Monasterium quoque Virginum Monialium nobilium olim Ordinis Cartusiensium, dictum S. Andreæ de Rameriis, nunc Episcopo Vasionensi & iurisdictioni eius subsunt, aliud sextum Cœnobium monialium Ordinis S. Benedicti, dependens à Monasterio religiosarum S. Cæsarij Arelatensis in loco de Nyons in Delphinatu, duobus milliaribus à ciuitate Vasionensi; sed dispersis monialibus ordo dissipatus, hæreticis dictum locum tenentibus, redactus demum in Prioratum. De Vasione, cuius diœcesis singularem chorographiam scripsit Episcopus Iosephus Maria Suares, sic fatur in opere suo Columbus: *Vasio diœcesis caput, non ampla, neque ædibus seu sacris, seu prophanis visenda est. E monte saxeo cui insidet, declinis resupinatur penè omnis versùs Ouidiam borealem fluuium. Fuit olim trans amnem amplissima: sed cùm à Raimundis Comitibus Tolosanis, Faidæ filio, nepotéque Episcoporum odio furentibus vastata, crematáque fuisset, castrum principio quod nunc etiam stat, in monte erectum est à Faidæ nepote; deinde sensim aliæ post alias aduersùs militum omnia diripientium incursus & latrocinia domus additæ, donec vniuersa ciuitas fluuio superato, se se ad castrum,*

in vrbem quam vidimus applicauit. De Ecclesiâ Vasionensi, quæ in clientelâ est Virginis Beatæ, diœcesi, & Episcopis, ex tabularij instrumentis veteribus, aliísque scripturis diligenter perscripsit Pater Columbus Manuascensis, Soc. Iesu, ex quo sequentem hanc seriem eruimus.

1. Dafnvs, seu Damas cùm Victore Exorcistâ de ciuitate Vasense, prouinciæ Viennensis, subscripsit Concilio Arelatensi anno
314. Christi 314. Eius successores per sæculum non potuêre inueniri.

2. Avspicivs ad discrimen Ariani Episcopi Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, an. 439. in Synodo Regensi: subscripsit & Arausicanæ 1.
441. an. 441. & Vasionensi an. 442. Eius meminit S. Leo Papa 1. epist. 106. an. 449.

3. Fonteivs anno 450. ad eum scribit Sidonius Apollinaris » epist. 7. l. 6. quâ eum familiæ suæ » validissimum in Christo patronum » reminiscitur, eiúsque se precibus » commendat: epist. 4. l. 7. etiam in» quit, *cùm fitis opinione magni, gradu maximi, non tamen esse vos ampliùs dignitate, quàm dignatione laudandos: prædicat, (Vindicianus) melleus, sanctas, & floridas, quæ procedunt de temperatâ communione blanditias; nec tamen ex hoc quicquam Pontificali deperire personæ, quòd Sacerdotij fastigium non frangitis comitate, sed flectitis.* Item B. Leo epist. 52. S. Hilarus Papa, Lucidus Presbyter, ipse Fonteius ad S. Leonem epistolam rescribit; de eius ordinatione idem
475. Leo ep. 109. an. 475.

4. Ethilivs, seu Sextilivs subscripsit Aurelianensi Concilio 1. anno 507.

5. Gemellvs anno 509. Epaonensi Concilio adfuit an. 517.

541. 6. Alethivs an. 541. in Aurelianensi Synodo 4.

7. S. Theodosivs. Legenda & Officium S. Quinidij & Kalendar. MS. eius natalitia celebrant 8. Cal. Nouemb.

8. S. Qvinidivs Vasione natus auctore anonymo eius vitæ, qui Theodosij in Episcopatus munere adiutor fuit: vocatur in bullâ Paschalis 2. Clinidius. subscripsit & Concilio Parisiensi 4. an. 573. de quo in Calendario ac Martyrologio Romano 15. Cal. Martij Legenda, & officium ipsius; in Diuorum numerum relatus Innocentio 3. summo Pontifice. 573.

9. S. Barthvs, seu Barsivs ex Breuiario MS. & ordine Officij, fertur successor Quinidij.

10. Artemivs subscripsit Canonibus Synodi Matisconensis 1. an. 581. Valentinæ 2. 584. item Matisconensi 2. per Missum anno 585. 581.

11. Petronivs in Concilio Cabilonensi an. 650. post quem longum fuit interpontificium propter Barbarorum excursiones, & cartarum excidium.

12. Simplicivs anno 853. ex veteri documento.

13. Helias in Mantalensi Concilio anno 879. 879.

14. Hvmbertvs præfuit anno 911. vti patet ex schedâ veteri.

15. Benedictvs 1. anno 996. ex membranis Abbatiæ Montismaioris.

16. Almeradvs viuebat anno 1003. quemadmodum prodnnt tabulæ Episcopales.

17. Petrvs 1. anno 1009. 1009.

18. Imbertvs an. 1026.

19. Petrvs 11. Ordinis religiosi alumnus, annis 1040. & 1043. in diplomate cœnobij S. Victoris Massiliensis de eo fit mentio, & in bullâ Paschalis 2. à Ruffio in Historiâ Massiliæ memoratâ; testis fuit 1044. in donatione Bertrandi Marchionis Prouinciæ, qui anno 1059. donauit Abbatiolam S. Victoris & S. Petri in loco Grasello, ex tabulis Massiliensibus.

20. Benedictvs ii. Raiambaldo Arelatensi Pontifici obedientiam profitetur, ex iuramento præstito in Ecclesiâ S. Stephani Arelatensis. A

Raiambaldvs. 21. Petrvs Raiambaldvs iii. ad annum 1060. vel circa locatur inter Episcopos huius Sedis Va-
1060. sionensis; nec ita pridem in claustro Cathedralis Ecclesiæ suæ, frustulo marmoreo incisum detexit vir doctus Iosephus Maria Suaresius, Episcopus qui hodie sedet, cuius etiam ms. schedis vsi sumus in hoc conficiendo catalogo, epitaphium breue: *die Kal. Sep. 6. obiit Petrus EPS. M. R. B.* B

22. Rostagnvs, ei bullam inscribit summus Pont. confirmans iurisdictionem & castra Episcopi Vasionensis, cuius rei documentum protulit Columbus in Historiâ, datum an. 1108. Pontificatus Paschalis Papæ an. 9. notatur in necronologio S. Andreæ secus Auenionem 5. Idus Nouembris 1109. donauit cœnobio Massiliensi 4. Cal.
1117. Iulij 1117. Ecclesias de Cormo, de Albaros, & S. Mariæ de Velzs, ex tabulario Victorino Massil. C

Mornassio. 23. Berengarivs de Mornassio i. regebat an. 1151. ex veteribus tabulis: interfuit translationi S. Trophimi è basilicâ D. Honorati in campis Elisiis intra ipsam vrbem Arelatensem: de eo fit mentio in actis anni 1152. & 1161. item 1173. præsens legitur in pactis Raimundi Arelatensis Præsulis, cùm Petri de Lambesco filiis, pro arce Saloniâ & Episcopalibus castris, quæ inuaserant. Memorandum au-
1160. tem est hîc sub annum sæculi 1160. huius sedis Antistitem à Raymundo Comite Tolosæ, filio Faidæ, Gilberti Prouinciæ Comitis natæ, Vasione & aliis Episcopalibus castris eiectum fuisse, fortassis, inquit Columbus, quia hanc medietatem dominij Episcopo contulerant Gaufridus & Bertramnus Prouinciæ Comites; quinimò Carpentoractensis Præsul durè admodum habitus est & pulsus etiam Episcopatu, ac spoliatus omni dominio, vt ex publicis documentis innotescit. D

24. Bertrandvs de Lambesc viuebat anno 1178. testis in diplomate Frederici Principis dato Arelatensi Præsuli pro immunitate Canonicorum Collegij, ab omni pensitatione municipali, seu vrbanâ; præsens fuit cùm Fulcone Massiliensi Episcopo pactis compositionis Guilielmi quondam Ebredunensis Archiepiscopi, de donatione Manuascæ, Hospitalariis confirmatâ per Guillelmum Forcalquerij Comitem, coram Henrico Albanensi Cardinali Legato in Prouinciâ 1180. Lambesc. 1178.

25. Berengarivs de Reillana ii. ex nobilibus Forcalqueriensis Comitatus, suffectus Bertrando, per Comitem Tolosanum Ecclesiasticâ dominatione item priuatus est; interim cùm Princeps iste quoddam munimentum erexisset in monte, vbi nunc sita est Vasio, Præsul Comitem anathemate percussit apud castrum de Entrechaux, eique adhærentes, quod adeò Raimundum commouit, vt ipsum Antistitem domo, ciuitate Vasionensi, & castris de Cresteto, & de Restello eiecerit; quemadmodum ex vetere instrumento compertum est, dato 1185. aut circa, cùm testes iurant in damna per Comites Tolosanos Ecclesiæ Vasionensi irrogata. Reillane. 1185.

26. Vvillelmvs de Lavdvno i. ex gente nobili inferioris Occitaniæ opibus & bello clarâ, anno 1191. iste omnem latè Episcopatum à Raimundo Tolosano recepit, & ad mortem vsque eum rexit; sed post eius obitum, cùm cadauer sepulchro mandaretur, ipsius iterum Præsulis domus occupata est. Laudun.

27. Raibaldvs, seu Raibavdvs Flotta genere ac dignitate inclytus, agnatus Guillelmi Reguli Forcalqueriensis, qui Vapincensi, Ebredunensi, Auennico, & pagis à Druentiâ ad Rhodanum cùm summo imperio dominabatur: Episcopus an. 1193. Synodo Vaurensi interfuit. Cùm autem Raimundus Tolosanus hæresi Albiensium esset infectus, Papa Innocentius consulens oppressioni Ecclesiæ Vasionensis, Raibaldo iudicem subdelegauit, Raimundum Veeticæ Episcopum Flotta. 1193.

copum Legatum in Gallias, de damnis illatis ab eodem Comite Tolosano; acta prolixiùs recensuit è litteris cartophilacij Episcopi Vasionensis, in suâ Historiâ Columbus; Raibaldus idem rexit Episcopatum annis 34. vel circa; notatur in actis conuentionis Præsulis Arelatensis cùm Abbate Montismaioris.

Flotti. 28. Ribertus Flotta è Præposito Canonicorum creatur Episcopus: sedebat an. 1220. ex cartis Valriacensibus, necnon 1227. ex schedis aliis pactorum cùm Hospitalariis. 1220.

29. Guido anno 1241. qui interfuit sacramentali Episcopi Albiensis exhibito Comiti Tolosæ.

30. Faraudus è Canonico Vasionensi Antistes deligitur, non tantùm cùm Comite Tolosano rebus gestis præclarus; quibus Vasionem, Rastellum, Crestetum, & Intercallem omnino asseruit Episcopatui; sed & cùm Canonicorum societate pacem amicè composuit. Is anno
1250. 1250. in Cathedrali Ecclesiâ B. Quinidio antecessori suo altare instituit: cùm Comite Tolosano Alphonso, agente Raimundo Ganscelino Venaissini Comitatus gubernatore, arbitro electo Guidone Fulcodij iudice dissidij, cùm Alfonso Principe conuenit amplissimis codicillis 3. Cal. Septembris 1251. fideiussoribus Episcopi Draconeto toparchâ Montisalbani, & Raimundo de Medullione, testibus Bernardo Præposito Vasionensi, & aliis Canonicis; postmodum Guidonis Fulcodij decretum, Ioannes de Arcisio successor Gauscelini in moderamine Comitatus Venaissinj rescidit, at paulò post sopitum est per delegatum dicti Alfonsi Comitis. Prætereà conuenit cùm Capitulo suo, arbitro Ioanne Aueniónensi Pontifice de Canonicorum numero, quem voluit tantùm esse decem, & aliis mi-
1258. nutioribus capitibus 1258 an. 1262. conuenit pariter cùm Valriacensibus monachis de quibusdam decimis.

De Libra. 31. Giraudus de Libra I. ex Canonico Episcopus anno 1271. paciscitur cùm Hospitalariis, qui habebant duas Præceptorias in diœcesi Vasionensi Malagardæ, & Villæ Dei: memoratur in actis emptionis nemoris Cresteti 1274. & inde in cartis annorum 1275. de conuentionibus cùm Podialmeratiis.

32. Bertrandus II. vixit anno 1280. vt patet ex diplomate Arelatensis Ecclesiæ. 1280.

33 Giraudus II. anno 1287. paciscitur cùm Richauo Petri Templario, Præceptore Roaissij an. 1290. de Ouidianæ aquæ excursu deducendo; inde ad annum vsque 1295. repetitur in tabulario Canonicorum.

34. Raimundus de Bellomonte anno 1296. Vasionenses ad professionem clientelæ aduocauit, vti testantur tabulæ publicæ 1296. 9. Ianuarij conscriptæ in cœmeterio Cathedralis Ecclesiæ B. Mariæ Vasionensis, coram eodem Raimundo de Bellomonte electo, confirmato Episcopo dictæ Ecclesiæ, & Ioanne de Moyiâ Præposito, aliisque. Anno 1300. cognouit iure Episcopali de hæresi Valdensium apud Valriacum; notatur & in actis Vasionensibus an. 1302. & 1306. necnon instrumento veteri cuiusdam emptionis nobilis dominij in agro Crestetensi: item in cartis anni 1330. Bellomonte. 1300.

35. Ioannes I. Aueníonensis Episcopus, hanc sedem regebat 1330. & anno 1335.

36. Ratherius præficitur anno 1336. quanquam Episcopale tabularium & nonnulli ex eo velint *Gothum de Bataglia* Præsulem Ariminensem, Purpurâ donatum an. 1337. ex Vasionensi Episcopatu translatum ad Ariminensem; quòd si verum, suus est illi locus inter Ioannem & Ratherium, qui anno 1337. 1337.
vendidit Humberto Delfino Viennensi, Duci Campisauri, Viennæ & Albonis Comiti, & Palatino, quartas partes Propiaci pagi apud Buxum, præsentibus Agouto de Baucio domino de Brantulis, & Guigone de Morgiis domino de Spinâ. Anno 1340. per Benedictum

Pseudopont. delegatus est cùm col. A legâ Roberto Patriarchâ Constantinopolitano ad Robertum Neapolis, & Petrum Siciliæ Reges componendæ inter eos pacis gratiâ, quemadmodum aduertit Fazellus de rebus Siculis Decade 1. l. 9. c. 4. Translatus est hic Raterius ad Ecclesiam Casinensem in Italiâ per Benedi-
1341. ctum XII. 6. Idus Octobris 1341. vt nos docuit Vaticanum regestum tomo 7. ep. 353. referente Vghello in Appendice, tomo 2. Sacræ Italiæ; excessit è viuis Tarenti 3. Cal. Martij anni 1343.

De Casa. 37. PETRVS DE CASA IV. Patriacha Hierosolymitanus, Ordinis Carmelitarum Prior generalis XIV. natus Lemonicæ in Aquitaniâ cùm sese addixisset Ordini Carmelitarum, post Ioannem de Alerio, Valencenis in Belgio Comitiorum generalium suffragiis ad Præfecturam Ordinis euectus est, deinde per Clementem VI. Pont. Max. creatur Episcopus huius sedis; fit postea Patriarcha Hierosolymitanus;
1348. decessit anno 1348. Vasione 3. Nonas Augusti, vt miraculis inclytus, C ita & libris doctissimis in Magistrum Sententiarum, & Aristotelis politica; sermones scripsit quoque de B. Virgine, de tempore, & Sanctis.

Beretto. 38. PETRVS DE BERETTO V. Ordinis eiusdem Carmelitani, Magister sacri Palatij, Clementi VI. à Confessionibus, patriâ Narbonensis, ex Episcopo Grassensi renuntiatur Vasionensis, sedebat an. 1348.
1350. & 1350. multa scripsit in Theologiâ, Canones, Deprecatorium manuale, & Repertorium ex Gesneri Bibliothecâ, & Carmelitanâ Ludouici D Iacob.

Albiac. 39. LAVRENTIVS D'ALBIAC anno 1356. vltimâ Octob. ex Actis Consist. Vaticani: reperitur & 1359. 1360. & 1361. in archiuio Episcopali.

Maurelli 40. IOANNES MAVRELLI, II. eligitur anno 1362. ex tabulis Episcopalibus; fuit inquisitor de sanctimoniâ & miraculis B. Dalfinæ Ariani Comitissæ, assumpto Ioanne Archiepiscopo Aquarum - Sextarum ex iussu Vrbani V. Papæ.

Boerius. 41. PETRVS BOERIVS V. Narbonensis diœcesis, è castro Minerbesio; monachus primùm Anianæ, tum Abbas Benedictinus S. Pontij Tomeriarum, Iuris Doctor; propter Canonum insignem cognitionem, ac vitæ probitatem ab Vrbano V. Ecclesiæ Vrbeuetanæ præficitur 1364. 17. Cal. Decembris, administrauit sedem inde ad annum 1370. quo transfertur Nonis Octobris ad Episcopatum Vasionesem, 1370. vt constat ex libro prouisionum Prælatorum Vaticani; notatur in tabulis Episcopalibus eodem anno, item B in actis damnationis quorumdam Rastellensium pro beneficio, & feralibus carminibus. Iterum reuersus est ad pristinam Ecclesiam Vrbeuetanam 1376. quam rexit ille laudabiliter admodum, variis ingenii monumentis relictis. Scripsit poëmata quædam in bibliothecâ Sublacensi, necnon commentarium in regulam S. Benedicti, precibus monachorum D. Scholasticæ; fautor tamen fuit Pseudopapæ Clementis 7. eapropter per legitimum Pontificem Vrbanum VI. Romam euocatus, quia venire contempserat, Episcopatus gradu priuatus est an. 1378. De eu- 1378. ius vitâ Vghellus tomo 1. Sacræ Italiæ in Præsulibus Vrbenetanis.

42. EBLO sedit anno 1372. ex tabulis Episcopalibus, in quibus memoratur annis 1376. & 1377.

43. RAIMVNDVS II. qui frater Raimundus Guillelmi in catalogo edito scribitur, administrabat Episcopatum anno 1380.

44. RADVLFVS annis 1397. & 1401. ex tabularis Capituli. 1401.

Pesseratto. 45. GVILLELMVS DE PESSERATO II. anno 1401. nominatur in cartophilacio Episcopali; & in Diario Benedicti XIII. Antipapæ ex scriniis Vaticani; memorat illum Monœci die 26. Iulij 1406. comitantibus solùm duobus Cardinalibus Flisco, & Pompelonensi in Consistorio promulgasse Vasionensem Præsulem dictum Guillelmum, qui tabulis datis an. 1410 Bernardonum de Serris toparcham Malaueenæ suscepit in protectorem Ecclesiæ Vasionensis.

THEYSIACO. 46. HVGO DE THEYSIACO, A siue THERIACO, patriâ Sabaudus anno 1412. fuit Episcopus Vasionensis, quo anno Pontifici iurauit professionem sacramentalem pro Vasione ciuitate, Cresteto, & aliis Episcopalibus castris; prætereà anno 1425. adsuit definitioni limitum Salonis inter Archiepiscopum Arelatensem & ciues: creatur executor institutionis Collegij Anneciaci Auenione, per Ioannem de Embroniaco Cardinalem Ostiensem 1428. Eidem Vasionensi, & Administratori in commendam Tricastinæ Ecclesiæ, Papa Eugenius B anno 1436. iussit diplomate suo restitui omnia bona mensarum Episcopalium alienata, seu distracta; eiusdem Hugonis intercessione apud summum Pontificem, Tricastina Sedes vnita fuit Vasionensi, vt declarat Pontificis registrum folio 288. varia bona dedit in emphitheusim, ac tandem moritur Cresteti anno 1445.

1412.

1445.

DE SADONE. 47. PONTIVS DE SADONE Præpositus Auenionensis & Vicesgerens, prædicti Hugonis Coadiutor, tum eo mortuo suffectus; re- C xit ad annum vsque 1469. præsens cùm aliis Episcopis compluribus reuelationi sacrorum corporum Arelate factæ, coram Renato Siciliæ Rege, Comite Prouinciæ, & Petro de Fuxo Cardinali: adfuit Concilio prouinciali Auenionensi 1457. anno sequenti reperitur Vicarius generalis Alani Cardinalis, Episcopi Auenionensis.

MONTMIRAIL. 48. IOANNES DE MONTEMIRABILI, III. Caluomontanus, Lingonensis diœcesis, Referendarius Papæ, & à Sixto IV. præfectus li- D bellis subsignandis, Episcopus anno 1473. in cuius fauorem idem Sixtus impertitur indulgentiarum priuilegia Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ, loci de Caluomonte, ex parochiali in Collegiatam institutæ, & in quâ sacro baptismatis fonte renatus fuit, cuius parentum corpora ibidem inhumata iacent, diplomate Pontificio dato Romæ 1475. die 6. Idus Februarij ibidem fato fungitur; codicillis testamenti ædes suas legauit B. Mariæ de Populo, in quâ basilicâ ædiculam S Ioanni construxerat; spectatur ibi sepulchrum & epitaphium illius his verbis: IOANNEM DE MONTEMIRABILI *hic sepultum, intelligentia Apostolicum Abbreuiatorem, fides Referendarium secretum, probitas Sixto quarto Pontifici maximo familiarem, religio Episcopum Vasionensem fecit, quibus perfunctus, septuagenarius obiit tertio Iunij anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Hæc si consideres, admonent.*

1473.

49. AMALRICVS electus anno 1479. confirmatur 1480. ex archiuis Vasionensibus, resignat anno 1482. in Actis Consistor. 1480.

OZIE. 50. ODO OZIE Abbas S. Polycarpi Ordinis S. Benedicti, Narbonensis diœcesis, electus 1482. 17. Iulij ex Actis Consistorialibus; de cuius cognomine & sequenti Præsule silet in catalogo suo Columbus.

51. ROLANDVS Episcopus ignotæ Ecclesiæ, transfertur ad Vasionensem per obitum Odonis 1483; 17. Octob. resignauit 1485. 28. Februarij, vt indicant Acta Consistor.

PAGANOTTIS. 52. BENEDICTVS DE PAGANOTTIS Florentinus, Ordinis Prædicatorum professus, ad hanc Ecclesiam assumitur anno 1485. obiit Florentiæ 1521 conditus apud Prædicatores suos. 1485.

SCLEDVS. 53. HIERONYMVS SCLEDVS Comes Caprearum, Vicentinus, Magister domus Clementis 7. & Nuntius ad pacem, Breuibus Pontificiis subscribendis præfectus, ac eidem Clementi à sacris Confessionibus; notatur in tabulariis Episcopatus ab anno 1523. ad 1533. sepulchrum habet Vicentiæ in Cathedrali cùm eâ epigraphe: HIERONYMO SCLEDO *Episcopo* VASIONENSI, *Clementis* VII. *Pontificis Maximi Domûs Magistro, in Hispaniam Legato ab eo ad Carolum* V. *Imperatorem misso, rebus supra omnium spem eius prudentiâ celeriter & ex voto confectis, affinitate etiam inter illos iuncta, Cæsare in Italiam adducto, cùm Venetis, cæterisque Italiæ Principibus fœdere inito, Duce Insu-* 1533.

brum Cæsari conciliato, in Belgis iterum apud eundem Legatione functo, Romæ in maiori de se expectatione sublato, Ioannes Petrus fratri optimo, ac innocentissimo P. vixit annos duos & quinquaginta, dies duos. Obiit quarto Nonas Ianuarij anno 1533.

Cortesivs. 54. Thomas Cortesivs Prati in Tusciâ natus est, ad hanc Ecclesiam promonetur anno 1533. qui
1551. inde ad an. circiter 1551. Episcopatui præpositus est.

Cortesivs. 55. Iacobvs Cortesivs Pratensis, Patriarcha Alexandrinus, B Thomæ filius legitimus ex vxore, ante adeptas infulas procreatus, successit 1551. Interest Concilio Tridentino, Ecclesiámque administrauit 18. annis, cùm anno 1560. curæ pastoralis Adiutorem sibi cooptasset sororis filium Rainerivm Cevli, Pisanum, titulo Episcopi
1570. Maioricensis, qui Cresteri anno 1570. auunculo præmoritur.

Cheisolmvs. 56. Gvillelmvs Cheisolmvs III. nobili familiâ Scotorum Cheisolmorum oriundus; ex Dumblanensi in Scotiâ, Antistite, ob C patriæ defectionem à religione Catholicâ Romam se conferens, à Papâ datus est Episcopus huic Ecclesiæ Vasionensi; post sexdecim annos eâ dignitate consensu Pontificis se abdicans, ad maiorem Cartusiam contendit, in quâ ordinem professus, annos aliquot humillimè, & magno suorum Cartusianorum exemplo vixit, Ordines conferens Fratribus, ac postmodum Lugdunensi & Romanæ Cartusiæ successiuè præfectus, à summo Pontifice ad Iacobum Regem.(quem è sacro fonte susceperat) Legatus, indéque D reuersus, pro Mariâ Scotorum Reginâ extra ordinem Orator in Curiâ commoratus est, & Romæ obiit Cartusianorum Prior, vbi sepelitur anno 1593. 26. Septembris.

Cheisolmvs. 57. Gvillelmvs Cheisolmvs IV. ex fratre nepos, Guillelmo Cartusianorum institutum profitente; Episcopatu donatus à Pon-
1584. tifice 1584. post Sacratum Præsulem Carpentoractensem, administrauit Comitatum Venaissinum; à Papâ missus Legatus ad Scotiæ Regem, edito libro aduersùs Caluinistas patriæ suæ, interiit 13. Decembris 1629.

58. Michael Dalmeras Balneolensis Occitanus, Coadiutor decessoris Guillelmi & Episcopus Philadelphiæ, successit an. 1629. è Decano Griniacensi: obiit 1633. 16. Aprilis in natali solo Balneolis in diœcesi Vceticensi, sepultus ibidem in Ecclesiâ Recollectorum extra vrbem. Dalmeras. 1629.

59. Iosephvs-Maria Svares Auenionensis, Iosephi filius; è Præposito Auenionensis Metropolitanæ, & Vicesgerente, necnon Vrbani 8. Pontif. Max. intimo Cubiculario, Romæ degens in comitatu Francisci Cardinalis Barberini, defuncto Michaele creatur Episcopus Vasionensis anno 1633. & die 31. Iulij consecratur Romæ in æde S. Siluestri in monte Cauallo, ab Episcopo Sidoniæ Scanarolâ, assistentibus Cæsio Ariminensi, & Rubiâ de Brettnoro Episcopis: vir Græcè & Latinè doctus, Antiquitatis sacræ & prophanæ studiosus multa in lucem edidit, quorum catalogum refert Allatius in Alpibus Vrbaniis. Multa in ciuitate suâ sapienter egit, B. Quinidio ædem restituit & diœcesi hodiéque sedet. Suares. D'azur à vne tour crenelée de 3. pieces d'or, maçonée de sable, & surmontée d'vn aigle eployé d'or, bequé, membré & couronné de mesme. 1633.

VAVRENSES EPISCOPI.

Castrvm nobilissimum & amplissimum Vaurum, super Acurum fluuium apud Petrum de Vallibus Historiæ Albigensis c. 49. & 52. & Innocentium 3. in agro Lauracensi, glasti & croci feracissimo, quod Isarnus Tolosæ Episcopus loci dominus dedit circa an. 1098. Flotardo Abbati S. Pontij Tomeriarum, cùm Ecclesiâ Elani secus littus Agoti fluuij, eâ lege, inquit vetus tabula, quam recitat Catellus, vt dirutа restauraretur iuxta castrum illud situm in allodio S. Elani, & in parochiâ eiusdem Ecclesiæ, in allo- Lavavr en haut Languedoc sur l'Agout.

dium perpetuum Tomeriensis cœnobij, vt ibi Prioratus institueretur; qui posteà per Ioannem 22. summum Pontificem in Episcopatum à Tolosâ auulsum erectus est 1318. 8. Cal. Martias, cuius Patronus habetur S. Alanus, sub Archiepiscopatu & Parlamento Tolosæ, à quâ quinque leucis distat. In Cathedrali sunt duodecim Canonici, è quibus tres Dignitatibus potiuntur; Præpositus à Capitulo eligendus & confirmandus per Episcopum, ad quem spectat collatio Archidiaconatus & Sacristæ. In diœcesi verò parochiæ numerantur circiter 69. cùm Abbatiâ:

SORICINII *Sorese* O B.

Præsulum catalogum conscripsit Guillelmus Catellus in Occitanicis Commentarijs, sed nostra series ex diuersis scripturis auctior luce donatur.

ARMAGNAC 1318. 1. ROGERIVS D'ARMAGNAC electus anno 1318. ex Actis Consistorialibus; nominatur testis cùm Regina Gui à Armaniaci Comitissâ testamentum edidit anno 1325 2. Idus Augusti, executor constituitus, vtpote cuius plurimùm industriâ & affectu vteretur.

DE FOIX. 2. ROBERTVS DE FOIX I. ex Comitibus Fuxi, Gastonis I. Vicecomitis Bearnensis, & Ioannæ de Artesio filius, successit an. 1338. I. Iulij, ex iisdem tabulariis: fuit toparcha Donesani: memoratur à Petro Vrbeuetano Antistite in glossâ MS. ad Guillelmum Bibliothecarium in vitis summorum Pontificum, vbi ab excellentiâ generis commendatur.

LAVTREC. 1355. 3. ARCHAMBALDVS DE LAVTREC creatus anno 1355. posteà Catalaunensis Episcopus.

4. ROBERTVS DE VIA II. nepos Papæ Ioannis 22.

AISCELIN. 5. ÆGIDIVS AISCELIN posteà Morinensis Cardinalis, tandem Episcopus Podiensis 1390. & Auenionensis.

6. GVIDO DE LA ROCHE electus anno 1391. 13. Ianuarij in libris prouisionum Prælatorum Vaticani. 1391.

7. BERNARDVS DE CASENEVVE I.

VISSAC. 8. PETRVS DE VISSAC I. idem S. Flori Administrator fuit.

MAVMONT 9. BERTRANDVS DE MAVMONT ex Episcopo Mirapicensi transfertur ad Vaurensem Ecclesiam anno 1405. ex bullâ Benedicti 13. Antipapæ 13. Cal. Octobris. 1405.

10. PETRVS NEPOTIS II. ex Vaurensi Albiensis Præsul an. 1412.

11. PETRVS D'AILLY III. Cardinalis Cameracensis, anteà Podiensis, & Cardinalis.

BELLI. 12. IOANNES BELLI, aliàs BELINVS I. Lemouix, Decretorum Doctor & Rotæ Auditor, interfuit Concilio Constantiensi nomine prouinciæ Tolosanæ sess. 9. habitâ 13. Maij 1415. electus Commissarius per Synodum ad audiendas causas per appellationem ei deuolutas; item sess. 10. ad citandum Ioannem 23. necnon ad intimandam eidem sententiam suspensionis à Concilio latam; à quo reuersus circa annum 1425. Nonis Septembris Ecclesiam Cartusiæ Castrensis consecrauit: mortuus describitur in Necrologio dictæ Cartusiæ 20. Septemb. 1449. 1415.

13. IOANNES BOVCHERIVS II. Lemouicensis, eius obitus annotatur in fastis dictæ Cartusiæ 1459. 5. Septembris. 1459.

GENTIAN. 14. IOANNES GENTIAN III. Parisinus, cuius cognominis familia Senatoria, regebat Episcopatum circa annum 1469.

15. IOANNES VIGER IV. confirmatus à Bernardo de Rosergio Archiepiscopo Tolosano Metropolitâ suo, per obitum Gentiani.

16. BERNARDVS II. memoratur in tabulis Cartusiæ Castrensis annis 1472. & 1479. deest in catalogo Catelli. 1472.

BOVRBON. 17. HECTOR DE BOVRBON Ionnis 2. Ducis Borbonij filius naturalis, posteà Archiepiscopus Tolosanus.

18. PETRVS DE ROSERGIO IV. Tolosas, ac Metropolitanæ ædis Præpositus.

BEAVSOLEIL. 19. SIMON DE BEAVSOLEIL Lemouix, Ioannem de Aurelianis Tolosanum Antistitem in solemni ingressu cùm aliis Præsulibus Suffraganeis comitatus est an. 1522. ex
1522. archiuis D. Stephani.

20. PETRVS DE BVXI IV. Tolosanus, Ecclesiæ Metropolitanæ Præpositus, decessit anno 1526.

DE SELVE. 21. GEORGIVS DE SELVE Parisiensis, filius Ioannis Senatus Principis, præerat anno 1529. Legatus Francisci I. ad Carolum V. Imperatorem eodem anno, & ad Rempublicam Venetam; de quo Raimundus Rufus in responsione ad Molinæum pro sacro Concilio Tridentino: multa scripsit Georgius, in Gallicam linguam octo vitas ex Plutarcho transtulit, & alia opuscula suo marte composuit, de quibus Antonius Verderius in Bibliothecâ. Petrus Bunellus vir doctus epistolâ scriptâ Petro Danesio an-
1541. no 1541. quo decessit Georgius, de „ eodem Seluâ sic loquitur: angebar mi Danesi, ereptum nobis Antistitem, in quo veterum Patrum sanctitatem illam minimè fucatam posses dignoscere: Primùm Senatus Venetus, deinde Romanus Pontifex, ad extremum Cæsar, ad quos eum Rex Franciscus I. de rebus maximis legauerat, eius excellentem virtutem, maximum rerum humanarum vsum, summámque in eis administrandis prudentiam sunt admirati. Et epistolâ ad Petrum Fabrum Supplicum Libellorum Magistrum: caue enim putes, probitate, eruditione, rerum administratione, prudentiâ, comitate, humanitate; caue inquam putes vllum hac nostrâ ætate, quem omni virtutum laude huic præferre queas. Sepultus est Vauri.

MAREVIL. 22. PETRVS DE MAREVIL V. Abbas Sancti Petri Cellensis apud Trecas, & Brantolmij in Petragoriis, quod cœnobium Congregationi Casalinæ iunxit; Episcopus huius sedis anno 1542. conditus 20. 1542
Martij 1556. in Abbatiâ Brantolmiensi. De eo Paradinus l. 3. Annal. Burgundicorum notat Eleemosynarij maioris dignitatem gessisse, Francisci I. Regis delegatus in comitatu Caroli V. Imperatoris, cùm per Gallias transiret.

23. PETRVS DANES VI. Parisinus, ex primo linguæ Græcæ Re- DANES.
gio Professore in Academiâ Parisiensi, Mecœnate Francisco Cardinali Turnonio, & Delfini Franciæ Præceptore, ad hanc Ecclesiam vocatus est. Francisci Regis Orator missus ad Concilium Tridentinum, vt erat doctissimus & facundiâ præpollens, in decus regni, Regnum, atque Ecclesiæ Gallicanæ laudem summam diserto sermone perorauit anno 1546. nondum Episcopus, vt auctor est Spondanus in Annalibus, quæ edita est Louanij inter acta eius Concilij anno 1567. Scæuola 1567.
Sammarthanus eius vitam paucis sed eleganti elogio contraxit quod hìc placet apponere: Nemo ex his, „ qui aureo Francisci primi sæculo bonis artibus in lucem reuocandis operam dedêre, maiores vtriúsque linguæ facultates cumulauit, quàm PETRVS DANESIVS claro inter suos loco Lutetiæ natus, & à summis præceptoribus Iano Lascare, Guilelmóque Budæo non vulgariter instructus. Neque enim in illâ doctorum penuriâ illustres adeò viri iuuenibus egregiis, & magna de se pollicentibus pium docendi officium interim præstare grauabantur. Huic autem vt eruditio maxima, sic vita longissima fuit. Iam tum enim vigebat, cùm publici Linguarum & scientiarum Interpretes Lutetiæ primùm à Rege creati sunt. Quorum in numero & ipse aliquandiu fuit, peruenítque ad Henrici tertij tempora, nec ita multò post eius è Poloniâ reditum ereptus est. Cúmque totum illud tempus in optimis literis intentissimè collocarit, neque præter aliquot Legationes tum liberas, tum Regum iussu de Reipublicæ Christia- „

» næ rebus in Italiâ fuſceptas, vlla A
» vnquam occupatio inſtitutum ſtu-
» diorum curſum retardarit, mirum
» eſt profectò nulla iam ſupereſſe tan-
» ti ingenij, támque diuturni laboris
» monumenta. Quanquam & multa
» è Græco tranſtuliſſe, & præter epi-
» ſtolas, orationéſque planè Latinas,
» erudiriſſima in Ariſtotelem ſcholia
» conſcripſiſſe dicitur; ſed, vt veriſi-
» mile eſt, ex eorum editione decus
» & exiſtimarionem quærere non ad-
» modum laborauit vir doctrinæ fa-
» mâ ſatis nobilis, atque ab ipsâ Ita-
» liâ meliorum ingeniorùm altrice, ob
» ſpectatam in celeberrimo Tridenti B
» Concilio facundiam ingenti cùm
» admirarione prædicatus. Certè eius
» commendatio tanta fuit, vt ab
» Henrico ſecundo potiſſimùm eli-
» geretur, qui Franciſci filij Gallia-
» rum Delphini pueritiam regerer,
» literarúmque præceptis informaret.
» Quo nomine honorificè in Regiam
» accitus, & Vaurenſi Epiſcopatu in-
» ſuper honeſtatus eſt, eíque dignita-
» ti ad ſupremam ſenectutem magno
» cùm totius ſacrati ordinis ornamen-
» to præfuit. Lutetiæ fato functum,
» & in æde ſuburbanâ D. Germani,
» qui Pratenſis appellatur; tumula- C
« tum Gilbertus Genebrardus He-
» braicæ linguæ Profeſſor, more ma-
» iorum in concione laudauit. Sepul-

tus ad S. Germanum 1577. 23. Aprilis anno ætatis 82. Eius cùm elogio meminêre idem Genebrardus in Chronologiâ, qui ei dicat librum
1575. de Trinitate 1575. Turnebus explicationem iocorum Ciceronis, & Thuanus in lib. Hiſtoriar. ſub annum 1577.

DV FAVR.

24. PETRVS DV FAVR VII. Tolosas, è gente nobili Fabrorum, Petri domini de Pibraco Præſidis D Toloſaoi filius, & frater natu maior Vidi Fabri Pibraci, Senatus Pariſienſis itidem Præſidis.

BIRAGVE. D'argent à 3. faſces de goeulle breteſſées à double de 5. pieces chacune chargée d'vne treſſe d'or.

25. HORATIVS DE BIRAGVE Salutienſis, conſanguineus Renari Cardinalis Biragi, Franciæ Cancellarij, filius Girolami Equitis S. Michaelis, & Ludouicæ Auogadræ ſecundæ vxoris, ex priore Margaritâ Terſagnâ orti ſunt Pompeius Abbas S. Vincentij Mediolanenſis, & Ludouicus Abbas Flauiniacenſis in Burgundiâ. Donatus eſt Epiſcopatu Vaurenſi in gratiam Cardinalis, & Synodo prouinciali Toloſanæ interfuit anno 1590. 1590.

DV VERGIER. D'azur à vne faſce d'or chargée d'vn lion paſſant de gueulle, vn ſoleil d'or en chef, & vne roſe d'argent en pointe.

26. CLAVDIVS DV VERGIER Biturigus, ex Toloſano Senatore conſecratur Pariſiis anno 1606. in Abbatiâ S. Germani de Pratis, per Leonardum Deſtrapes Auſcenſem Archiepiſcopum, aſtantibus Chriſtophoro de l'Eſtang Carcaſſonenſi & Ioanne Bertier Riuenſi Epiſcopis: eo ſedente Capucini conſtruuntur Vauri 1617. menſe Ianuario: adfuit Cœtui Cleri Pariſienſi 1626. obiit anno 1636. 1636.

ABRA. Au 1. & 4. d'azur à vne broſſa d'argent en faſce liée de gueulle. Au 2. & 3. d'azur au lion d'or langué de gueulle tenant en ſes pattes vn bourdon auſſi d'or poſé en pal. Sur le tout vn eſcuſſon écartelé au 1. & 4 d'azur à 6. annelets d'argent 3. 2. 1. au 2. & 3. d'azur, à vne broſſe d'argent comme cy deſſus.

27. CAROLVS-FRANCISCVS DABRA DE RACONIS Theologos Pariſienſis, Regis Concionator, nominatur anno 1637. in Capellâ Collegij Nauarrici Lutetiæ inauguratur 1639. die 22. Maij à Dominico Seguier Meldenſi Pontifice, præſentibus Biturigum & Turonum Archiepiſcopis, aliíſve Præſulibus Funebri oratione parentauit in æde Oratorij Domini Ieſu Chriſti Ludouico XIII. 1643. deceſſit in domo ſuâ de Raconis iuxta Monfortium Amaurici 16 Iulij 1646. ſepultus in Eccleſiâ D. Blaſij de Haulcu.

TVLLES. D'argent à vn pal de gueulle chargé de 3. papillons d'argent.

28. IOANNES-VINCENTIVS DE TVLLES Abbas B. Mariæ de Longis in Neuſtriâ, Baiocenſis, & S. Euſebij; Aptenſis diœceſis, nepos Ioannis Tullenſis Arauſicani Præſulis, cuius primò Adiutor conſecratus eſt Romæ titulo Epiſcopi Diocleani in baſilicâ S. Petri 2. die feſti Paſchalis anni 1637. Epiſcopatum cùm rexiſſet annis ſex, in cuius moderamine Nouatorum conatibus propulſandis obſtitit, demum tranſlatus eſt ad hanc Sedem 1646. 30. Octobris, cùm deſinente anno 1646 Ludouicæ-Mariæ Gonzagæ Poloniæ Reginæ comes delectus fuiſſet à Rege, dum in Sarmatiam proficiſceretur. 1646.

VCETIENSES EPISCOPI.

Vses au bas Languedoc sur l'Eyssent, pres du Gardon.

IN Notitiâ prouinciarum Galliæ, castrum Vcetiense reponitur sub Metropoli Narbonensi, quod & Vceticense, & Vcetica vrbs apud Gregorium Turonon. in Tolosano Parlamento, Ducatus titulo insignis ab an. 1566 quo nunc potitur nobilis gens Cruceola. Episcopus ciuitatis est Condominus cùm Rege; & memoratur in inscriptione c. 5. ad nostram de Confirmatione vtili, vel non vtili. Ecclesia Cathedralis Patronum veneratur S. Theodoricum Presbyterum & Martyrem Antiochenum: in cuius diœcesi reperitur Abbatia.

CAMPORVM BONORVM *Chambens.*

Episcopi autem è tabulario Vceticensi, aliisque diuersis manuscriptis eruti nunc primùm proferuntur; seriem verò completiorem futuram speramus eâ quam protulit Catellus in Historiâ Occitanâ, qui septem supra viginti Episcopos tantùm numerat.

451. 1. CONSTANTIVS præfuit anno 451. ex epistolâ Synodicâ Antistitum Franciæ ad Leonem Papam; in epist. 8. Hilari Pontificis ad Episcopos prouinciæ Viennensis, & diuersarum Galliæ anno 462. Primas vocatur, id est Præsulum prouinciæ antiquissimus, idque more Africano; cap. 1. inquit, » Ei qui nunc Ecclesiæ Narbonensi præsidere permittitur, ordinandorum Episcoporum ob hæc quæ prauè facta sunt, sustulimus potestatem, quam ita ad fratrem & Coepiscopum nostrum Constantium Vceticæ Ecclesiæ Antistitem, quia æuo honoris Primas esse dicitur, pertinere censuimus.

506. 2. PROBATIVS in Concilio Agathensi anno 506.

3. RORICIVS decessor Firmini ex peruetusto ipsius vitæ fragmento apud Bouchetum in probationibus de origine Domus Franciæ, quod sic habet: *In Galliâ Narbonensi erat vir quidam nomine Roricius Patriciæ dignitatis, & qui originem trahebat ex altâ parentum prosapiâ Senatoriæ stirpis. Pater eius nomine Ferreolus vir Præfectorius, auctoritate & diuitiis pollens, curauit eum à teneris annis litteris humanioribus imbui, interim Vzetiæ Ecclesia Pastore destituta, mortuo Probatio, Clerus & populus Episcopum eum nominarunt, & contra voluntatem suam in Episcopali sede posuerunt. Gregem suum diligentissimè rexit, alens eum Euangelico pabulo, & per prædicationes suas sapientiæ salutari liquore eum irrigando: cùm ille ad extremam senectutem peruenisset, subrogauit in functione suâ B. Firminum propinquum suum, quem educauerat in omni bonorum morum genere, & vitæ sanctitate, & paulò post migrauit ad Dominum.*

4. S. FIRMINVS Ferreoli filius ex natâ Regis Clodouei, Præsul sanctitate illustris, ex claro stemmate Præfectorum Prætorio Galliarum oriundus, & Aygulfi Episcopi Metensis frater, successit Roricio, fragmentum vitæ suæ MS. ita loquitur: « Erat vir quidam in ciuitate Narbonâ nobili germine ortus, cuius filius vocabatur Firminus: itaque ab vrbe Narbonâ egressus, itinere cepto ad ciuitatem quandam nobilissimam Vzetiam peruenit, ibíque Laurentium presbyterum reperit, cuius amicitiâ se iungens, venerunt ad Roricium Pontificem ac Patricium: Cùm autem Firminus annorum fuisset 20. ad honorem presbyterij peruenit; erat autem prædictus Roricius iam senex octoginta scilicet annorum, posuítque sub ditione suâ B. Firminum super omnes ciuitates prouinciæ; eodem anno subsequente Roricius vitâ functus est. Remansit vir religiosus Firminus Vcetiæ titulatus, & pastorali culmine sublimatus: Et post aliqua subiungit: *circa horam diei tertiam rogat se in Ecclesiam portari, & iussit sibi sacra ministeria celebrari, vt autem sanctum Domini corpus accepit signans se signo crucis migrauit in pace 5. Idus Octobris, perseuerauitque in Episcopatu*

Episcopatu 46. *annos*. Malè Fronti- A nus appellarur à nonnullis; nam in actis Conciliorum, Aurelianensi 4. 541. Firminus Præsul ciuitatis Vcecticæ subscribit; Aurelianensi 5. 549. & Parisiensi 2. 555. Laudarur ab Aratore Subdiacono Romanæ Ecclesiæ his versibus;

Sunt quia Pontifices in religione Magistri
Gallia quos multos dat studiosa bonos.
Est vbi Firminus venerabilis ille sacerdos,
Pascere qui populum dogmatis ore potest. B
Huius ad Italiæ tendit laudatio fines,
Atque vltra patriam gloria nomen habet.

5. FERREOLVS, Ansberti illius nobilissimi Senatoris, & Ducis in Austrasiâ filius ex Blitildi, cuius parens Clotarius 1. Rex, nepos Firmini, in eius locum subrogatur; vita eiusdem Firmini; *beatissimus*, inquit, *Firminus grauiter ex infirmitate grauatus, missis epistolis Episcopo Arelatensi, & Auenionensi, simulque Auracensi, monuit vt in loco Ferreolum Episcopum ordinarent, quod & factum fuit.* Ve- C tus eiusdem Præsulis vita, illius natales sic exhibet: *Sanctus Ferreolus natione Narbonensis à nobilissimis parentibus originem duxit, huius genitor Ansbertus ex magno Senatorum genere accepit & Clotharij Regis Francorum filiam vocabulo Blitild: migrante tandem ad cœlos B. Firmino, eligitur Angelicâ electione B. Ferreolus, qui terrena cœlestis vitæ amore postponens, culmen sancti officij in seipso suscepit, vnde huius sanctitatis & prædicationis fama longè latèque est diffusa. Propter sanctitatem vitæ beatus Ferreolus* D *à calumniatoribus accusatur, capitur, & trahitur, & Parisius in exilium mittitur. Quantò pro nomine Domini distabat à sæculo, tantò merebatur vicinior fieri cœlo. Inspirante sancti Spiritus gratia suæ Ecclesiæ ruinam mox sciuit, remittitur ad propria vir beatus, & immensis muneribus à Rege donatur. Ab exilio reuertenti omnis populus oc-*
581. *currit.* Defunctus anno Domini 581.

6. ALBINVS fauore Dinamij Rectoris Prouinciæ ad Episcopalem sedem assumitur. Gregorius Turon. l. 6. c. 7. Eo tempore, ait, Ferreo « lus Vceeensis Episcopus, magnæ « vir sanctitatis, obiit, plenus sapien- « tiâ & intellectu. Qui libros aliquos « Epistolarum, quasi Sidonium sequu- « tus, composuit. Post cuius obitum, « Albinus ex Præfecto per Dinamium « Rectorem Prouinciæ extra Regis « consilium suscepit Episcopatum. « Quo non amplius quàm tribus vtens « mensibus, cùm ad hoc causâ resti- « tisset, vt remoueretur, defunctus « est. Iouinus iterum, qui quondam « Prouinciæ Rector fuerat, regium « de Episcopatu præceptum accipit. « Sed præuenit eum Marcellus Dia- « conus, Felicis Senatoris filius. Qui « conuocatis Comprouincialibus, per « consilium Dinamij Episcppus ordi « natus est. Sed & ipse vi pulsus, « deinceps à Iouino, vt remoueretur, « conclusus in ciuitate, virtute se de- « fensare nitebatur, sed cùm non va- « leret, muneribus vicit. «

7. IOVINVS Rector anteà Prouinciæ, Rege annuente Episcopatus procurationem suscepit, sed eâ eiectus est.

8. MARCELLVS Diaconus, ex genere Senatorio, Felice parre natus, qui fauore Dinamij consecratus est, vt citato loco declarat Gregorius.

8. AVRELIANVS Eligium Nouiomensem Episcopum in Prouinciam aduentantem suscepit, auctore fragmento de rebus gestis Dagoberti 1. Regis Francorum.

10. AVDOENVS sedebat an. 660. 660.

11. POTENTINVS in Concilio 13. Toletano anno 683. per procuratorem Leopardum Abbatem.

12. SIGIPERTVS 1. à Nimbrisio Archiepiscopo Narbonensi anno 773. ordinatus est, ex archiuis, seu 773. breui Chronico S. Theodorici Vcecicensis: habuit ex gente suâ Eluanturim secundum Abbatem Psalmodij Nemausensis diœcesis. Edidit Sigipertus tractatum de gestis Regum Francorum ex eodem Chronico.

13. ARNAVDVS, siue ARMADVS in Concilio Narbonensi an. 788. 788.

14. ELEPHANTVS viuebat anno 800.

15 GERALDVS.

16. ARBALDVS, siue ARIBALDVS.

877. 17. VVALEFRIDVS adfuit coronationi Ludouici Caroli Calui filij an. 877. Concilio Tricassino 878. & Mantalensi 879. de quo mentio in ep. 121. Ioannis 8. Papæ.

18. ASAEL an. 885. ex vitâ S. Theodardi.

19. AMELIVS in Conciliis Nemausensi an. 886. & Magalonensi 894.

897. 20. SIGIPERTVS II. anno 897.

21. MANTICISVS.

22. ARIBALDVS anno 1024. & 1025. in Concilio Ansano.

1050. 23 HVGO adstitit consecrationi Ecclesiæ Magalonensis an. 1050.

POSQVIERES. 24. RAIMVNDVS DE POSQVERIIS I. filius domini Raimundi Decani, dynastæ Posqueriarum & Vcetiæ, viuebat anno 1130. cuius epitaphij hæc sunt verba: *Anno Domini* 1138. *mense Augusti, obiit Raimundus Decani dominus Posqueriarum & Vcetiæ, pater Episcoporum Raimundi Viuariensis, Raimundi Vcetiensis, Petri Lodouensis, & Alberti Nemausensis Episcoporum.* Hoc epitaphium scriptum est in muro Ecclesiæ monasterij Psalmodiensis propè portam ferream, iuxta quam sunt duo sepulchra lapidibus marmoreis facta, ad familiam Vicecomitalem Vcetiensem pertinentia, mirâ arte excisa & benè ornata.

1138.

1150. 25. EBRARDVS I. floruit anno 1144. mortuus 1150. vt constat ex epitaphio in fundamentis eiusdem Ecclesiæ Cathedralis Vcetiensis ab hæreticis funditùs bis dirutæ, & totidem restauratæ, hisce diebus reperto, cuius tenor sequitur: *Idibus Iulij obiit Ebrardus Episcopus:*

Ad bona non tardus Iesu Christi Præsul EBRARDVS
Vir quondam rectus, æquus, prudens, & honestus,
Corporis & mentis qui pauit oues alimentis.
Pauperibus etiam multos donauit amictus.
Hunc igitur virum denatum munere vitæ,
Credimus esse cælis magno decoratum honore,
Millenum centenum quinquagesimum annum.

BOMPARD. 26. RAIMVNDVS BOMPARDVS II. sedebat an. 1156. quo scilicet Philippus Rex Francorum instrumento publico concessit Cathedrali Vcetiensi Ecclesias, seu Abbatias multas, vt loquitur instrumentum, & loca plurima etiam castris munita. De eo mentio in actis regij cartophilacij Parisiensis 1169. adfuit Concilio Lateranensi an. 1179. 1179.

27. BERTRANDVS I. an. 1183. habet anniuersarium in cœnobio S. Andreæ secus Auenionem, ex Necrologio.

VENEIAN 28. GVILLELMVS DE VENEIAN I. anno 1203. posteà Episcopatu cessit. Cæterùm huius Præsulis notitiam quam Catellus in Historiâ Occitanâ, & alij indices ignorant, debemus tabulario MS. Cartusiæ Vallisbonæ, & Vceticensi nomen Raimundi de Posqueriis, Ebrardi, ac Raimundi Bompardi. 1203.

29. EBRARDVS II. sedebat anno 1203.

30. RAINARDVS circa an. 1209. cui scribit Innocentius 3. anno 1212. mentio huius fit in Historiâ Albigensium c. 43. & apud Mathæum Paridem, cùm agit de castro Murelli in Occitaniâ. 1209.

31. RAIMVNDVS III. Apostolicæ Sedis Legatus & Episcopus 1211. ei Ludouicus Rex confirmat donationes factas à patre suo Ecclesiæ 1211.

Vcetiensi : fit illius anniuersarium A in Abbatiâ S. Andreæ.

32. PONTIVS ex archiuis S. Theodorici viuebat an. 1240. depositio eius fastis obituariorum S. Andreæ iuxta Auenionem consignatur sub diem 16. Aprilis.

1257. 33. BERTRANDVS II. an. 1257. & 1270.

34. BREMVNDVS II. Ecclesiam hanc rexit an. 1272.

35 BERNARDVS I. enuntiatur B

1283. in cartis Regij tabularij Parisiensis 1283.

36. GVILLELMVS II. administrabat anno 1291.

37. PETRVS I. Vcetiensibus populis ius diuinum dixit an. Domini 1303.

FREDOL.

38. ANDREAS FREDOLI ex

1308. Canonico Magalonensi euectus ad hanc Sedem præerat an. 1308. inde translatus ad Magalonensem.

MANDAGOT.

39. GVILLELMVS DE MANDAGOT II. Nemausensis Archidiaconus, ex familiâ Mandagotâ diœcesis Lodouensis, è quâ item oriundus Guillelmus Archiepiscopus Ebredunensis ac Cardinalis: è Cathe-

1326. drâ Vcetiensi translatus ad Lodouensem. Anno 1326. Arnaudus de Verdelâ Decanus Ecclesiæ S. Pauli de Fenolhedosio Electensis diœcesis, Iuris vtriúsque Professor, delegatus à Sede Apostolicâ ad reformationem Ecclesiarum prouinciæ Narbonensis, plurima circa regularem obseruantiam Eccl. Vcetiensis statuit & ordinauit. D

S. IRIER.

40. HELIAS DE SANCTO HEREDIO, Abbas B. Florentij Salmuriensis ad Ligerim, Episcopus huius Ecclesiæ 1345. 23. Iunij, reperitur in libro Obligat. creatur Cardinalis per Innocentium 6. an. 1356. 23. Decembris adhuc Præsul Vceticæ, dein per Vrbanum 5. assumptus est ad Ecclesiam Ostiensem

1363. an. 1363. obiit Auenione 1367. 10. Maij, teste Vghello tomo 1. qui ex dictis libris Obligationum primus reiectâ opinione Ciaconij, hunc Heliam Cardinalem distinxit ab altero creato per Clementem 6. qui nuncupabatur non de S. Heredio, sed de Nubiliaco, fuitque Ordinis Franciscanorum, & Archiepiscopus Nicosiæ; de quibus in Historiâ Cardinalitiâ.

ARFEVILLE

41. PETRVS D'ARFEVILLE II. ex Claromontano Præsule, sedit anno 1357. sub eo Guillelmus de Grisaco fuit Vicarius & Officialis Vcetiensis, postea Vrbanus v. summus Pontifex. 1357.

42. PETRVS DE RVVERA III, nepos dicti Vrbani, præfuit ex tabulis Vcetiensibus anno 1370.

S. STEPHANO.

43. BERNARDVS DE SAINT ESTIENNE II. anno 1371. Iunij 24. ex cartis prouisionum Prælatorum Vaticani; de eo mentio fit in schedâ tabularij Massiliensis pro translatione corporis Vrbani 5. Papæ ad cœnobium S. Victoris Massiliæ. Anno 1373. bullâ Gregorij XI. sententia lata per Ioannem Cardina- 1371.

C lem S. Sabinæ, approbata est & confirmata, quâ potestas & iurisdictio dicti Episcopi, & Iordani Præpositi super Capitulum limitatur & terminatur ex archiuis Ecclesiæ Vcetiensis.

44. MARTIALIS viuebat circa an. 1381. ex vetere chirographo S. Stephani Tolosæ. 1381.

CADOVENE.

45. BERTRANDVS DE CADOVENE anteà Canonicus Albiensis, & S. Flori Episcopus; administrauit hanc Ecclesiam, & post Martialem stabilitus fuit Episcopus Vcetiensis, electio autem Petri Suiberti eadem bullâ annullata, qui Petrus ciuis Vcetiensis, posteà Episcopus B. Pauli creatus, scripsit librum de cultu vineæ Domini; vixit Bertrandus ad an. 1428.

SOIBERTI.

46. GVILLELMVS SOIBERTI III. qui & Guido, ex Episcopatu Vceticensi translatus ad Carpentoractensem 1446. mense Maio, ex libris prouisionum Prælatorum Vaticani. 1446.

Dv Chastel. Fascé d'or & de gueules de six pieces. 47. Oliverivs dv Chastel nobilis Armoricus, frater Tanegui di de Castro, Senescalli Bellicadri & Nemausi, Magni Franciæ Hipparchi, ac Maioris Domus Ducis Armoricæ, Ruscinonensis ac Ceritaniæ prouinciarum Proregis, qui occidit Ioannem Ducem Burgundiæ Monsterolij ad Ionam fluuium 1419. electus est eodem die & anno 1446. vt produnt tabulæ Vaticani.

Dv Chastel. 48. Gabriel dv Chastel eius nepos, in Episcopum electus
1456. præfuit an. 1456. ex carus Vcetiensibus: epitaphium illius conspicitur Romæ in basilicâ S. Praxedis, iuxta sacellum columnæ Domini: Gabrieli de Castro *Vcetiensi, origine Britone, consobrino clarißimo Alanus huius sacræ ædis Cardinalis Auenionensis benè merenti fecit. Obiit anno Christi 1463. mense Septemb. æt. suæ 34.*

1463. 49. Gvillelmvs reperitur Præsul an. 1463. ex archiuio Vcetiensi.

Marevil. 50. Ioannes de Marevil i. an. 1467. quem vocant de Mirabilibus tabulæ Capitulares.

Malgras. 51. Nicolavs Malgras i. ex Præposito Vceticæ Episcopus, iurat Carolo 8. Regi sacramentum fidelitatis pro temporali suo, anno 1486. 7. Augusti.

S. Gelais. Comme cy deuant. 52. Iacobvs de Saint Gelais Abbas S. Maxentij diœcesis Pictauiensis, Petri domini de Saint Aulaye, & de Monlieu, ex Philibertâ de Fontenay filius, viuebat
1553. anno 1553.

S. Gelais. 53. Ioannes de Saint Gelais ii. Abbas & Diui Maxentij, ex Iacobi præcedentis familiâ, anno 1563. hic Gasparis de Coloniaco Admiralis Castilionæi tempore, à fide Catholicâ deuius, ad Segregum partes defecit, & vxorem duxit Abbatissam, quem Præpositus illico excommunicauit; pœnitentiâ tamen motus posteà hæresim abiurauit. Sepultus in Munasterio dicti S. Maxentij.

Girard. 54. Robertvs de Girard ex Canonico Regulari Vcetiensi, è Vezenobrio natus, Episcopatum administrabat an. 1570. 1570.

De Vigne. 55. Lvdovicvs de Vigne ex Carmelitarum familiâ; quo sedente 1603. fundatur Conuentus Minimorum Pontis S. Spiritus, sepultus an. 1624. in cœnobio Ordinis sui Carmelitani Auenione.

Fay. De gueulle à vne bande d'argent chargée d'vne foy ne d'azur. 56. Pavlvs-Antonivs de Fay, Ioannis Baronis de Peralto & Vizenobrij, Equitis Torquati, ex Mariâ de Montmorency, Henrici Ducis Franciæ Conestabilis nothâ, ortus est: patruum habuit Ioannem Pictauorum Præsulem. consecratur mense Iulio 1614. Episcopus 1614. Leonopolis Coadiutor: quo anno interfuit Comitiis Cleri generalibus Parisiensibus, & mortuus an. 1632.

Grillis'. D'azur à vne fasce d'or surmontée d'vne fleur de lys d'argent en chef, & d'vne etoille d'or en pointe. 57. Nicolavs de Grillie' ii. ex Episcopo Vasatensi an. 1633. in exequiis Ludouici 13. Regis Christianissimi apud basilicam fratrum Eremitarum S. Augustini facundam orationem babuit, præsentibus quotquot aderant in vrbe Præsulibus; & alteram 1644. in Metropolitanâ basilicâ Parisiensi, in funere Ioannis Budes Comitis de Guebriant, Equitum Tribuni: adfuit Comitiis Cleri Gallicani Parisiensibus an. 1645. & anno 1656. di- 1645. ctam suam diœcesim Vcetiensem administrat.

VENCIENSES EPISCOPI.

Vaison au Comtat d'Auignon. Diœcesis Venciensis separatur à Nicienſi flumine Vari, à Grassensi amne Lupi, à Glandeuensi fluuio Storori, à Foroiuliensi, territorio Caillensi. Huius caput Ventium, seu Vencia, aut Venciensium in Notitiâ Prouinc. aliàs Vinsiciensium vrbs in Alpibus Maritimis & vltimâ parte Prouinciæ sita, sub Archiepiscopatu Ebredunensi & Parlamento Aquensi, Vidantiarum

Plinio l. 3. c. 5. media pars vrbis est A sub ditione Baronis de Venciâ, altera spectat ad Episcopum: Cathedralis Ecclesia patronam agnoscit Deiparam Virginem, in quâ religiosè asseruantur corpora Sanctorum Verani & Lamberti Venciensium Episcoporum. Capitulum constat Præposito, Archidiacono, Præcentore, Sacristâ, & pluribus Canonicis. Diœcesis verò constat viginti circiter parochiis, quarum tres Duci Sabaudiæ parent; nulla Abbatia nec conuentus virorum, seu mulierum reperitur. Episcoporum series studio & diligentiâ Iacobi Barcillon Canonici, sacræ Theologiæ Doctoris, & Episcopi Venciensis Vicarij Generalis è MS. primùm descripta luce donatur.

374. 1. S. Evsebivs, in codice perantiquo Sauaronis & cartario cœnobij Agaunensis expressus, præerat ad annum 374.

2. S. Ivvinivs circa an. 410. ex vitâ MS. S. Verani.

430. 3. Arcadivs an. 430. fortè idem est qui memoratur in epistolâ Cœlestini Papæ; & in Concilio Regensi.

4. S. Veranvs è Senatorio genere procreatus, fuit Eucherij Lugdunensis Archiepiscopi ex Gallâ filius, frater Salonij Antistitis: cùm quo Lerinum missus, primò sub Hilario religiosam vitam professus est, posteà Saluiano Presbytero Massiliensi, sacris litteris erudiendus traditus, mirum in modum profecit; ad quem Eucherius pater librum de spiritualibus formulis scripsit. Duæ præcipuè in Verano D floruêre virtutes; primò fuit obseruantissimus Sedis Apostolicæ, & strenuus defensor iurium Ecclesiæ: sepultus Venciæ in marmoreo sarcophago, quod adhuc visitur cùm reliquus eius sancti, capite argenteâ thecâ recluso, cuius festum colitur 10. Septembris. De eo in veteri Martyrologio Ecclesiæ suæ hæc leguntur: *Venciæ in prouinciâ Prouinciæ depositio B. Verani eiusdem ciuitatis Episcopi Confessoris, qui fuit monachus Lirinensis, discipulus beati Hilarij, posteà Arelatensis Episcopi. Qui beatus Veranus multis virtutibus & miraculis clarus, ac de nobili prosapiâ ortus, in pace quieuit.* De eius vitâ mentio prolixa in Chronologiâ Lerinensi; & non confundendus cùm Verano Lugdunensi, aut Cabilonensi, seu Cabellicensi.

5. Prosper...

6. Frminvs anno 517. secundùm quosdam. 517.

7. Devterivs in Concilio B Aurelianensi 4. 541. v. 549. & Matisconensi 2. 585. per Missum subscriptus reperitur.

8. Fronimivs, defuncto Deotherio subrogatur, patriâ Bituricus, qui Agarhensis Episcopus fuit, vti memorat Gregor. Turonensis l. 9. c. 24.

9. Avrelianvs in Concilio Cabilonensi an. 650. 650.

10. Livtadvs an. 835. extat epistola ipsius ad Vuenilonem Ar- C chiepiscopum Rotomagensem de Vulfado Diacono, quem olim ad ipsum miserat Ebo Archiepiscopus Remensis.

11. Vvaldenvs Diaconus, electus canonicè à Clero & populo Venciensi an. 877. de quo scribit Ioannes 8. Papa Ariberto Archiepiscopo Ebredunensi, eúmque reprehendit, quòd alium præter dictum Sacerdotem defuncto Venciensi Pontifice suo libitu tantùm ordinauerit: epist. 70. præcipit vt cùm à se consecrato, & Vualdeno Romam veniat. 877.

12. Vvifredvs à Ioanne 8. Papâ missarum celebratione priuatur, eo quòd cùm excommunicatis communicauerit epist 145. an. 879. Post quem plurimi desunt Episcopi. 879.

13. Dvrantvs ex Abbate monasterij S. Eusebij, diœcesis Aptensis, eligitur an. 1005. die 7. Idus Septembris: donauit Iure Episcopali Ecclesiam S. Mariæ Deauratæ, dictam cœnobium S. Verani, ac

confirmat Raimbaldo & Lamberto A
proceribus terræ eadem libertate,
quâ priùs eam statuerat esse immu-
nem Rex Carolus Magnus. Huius
Monasterij S. Verani donationem
fecit Pontius Abbas cùm consilio
Canonicorum suorum S. Honorato
Lerinensi an. 1050. ind. 2. ex Chro-
nologiâ Lerinensi; in quâ fertur ad-
huc sedisse an. 1055. interfuerat
1040. conuentui Præsulum Massi-
liæ habito in basilicâ S. Victoris, cui
Abbatiæ Ecclesiam quandam con-
1047. cessit Durandus in tabulario Victori-
no. Anno 1047. 15. indict. recensetur
in diplomate Stephani, Guillelmi, B
& Ingilranni fratrum ex Massiliensi
cartophilacio, & in schedâ Raimbal-
di Arelatensis Archipræsulis.

14. PETRVS I. ex Monacho Le-
1094. rinensi infulis induitur an. 1094.
suorum Canonicorum assensu tra-
didit Ecclesiæ Lerinensi altaria cun-
cta Monasterij S. Verani, teste Al-
deberto Præsule Antipolitano. Quæ
S. Verani basilica sita est in territo-
rio loci de Caignâ, diœcesis Ven-
ciensis secus fluuium Lupi, ac pro-
pè mare, & vnita fuit Capitulo
Venciensi circiter an. 1200.

15. S. LAMBERTVS Peloguinus,
loci de Baudunio Reiensis diœcesis;
ex monacho Lerinensi factus Epis-
copus, rexit Ecclesiam Venciensem
summâ cùm prudentiâ & sanctitate
quadraginta annis, clarúsque mira-
culis in vitâ & post mortem migra-
uit ad Dominum 26. Maij 1154.
1154. astantibus Petro Antipolitano, &
Arnaldo Niciensi Episcopis, sepul-
tus Venciæ in lapideo cœnotaphio,
cui litteris Gothicis insculptum est
huiusmodi epitaphium:

Discat qui nescit, quòd Episcopus hic requiescit
Nomine Lambertus, multâ bonitate refertus.
Quique quater denis huic sedi præfuit annis.
Non hunc erexit res blanda, nec aspera flexit.
Parcat peccatis illius fons pietatis,
Et lucescat ei lux perpetuæ requiei.

De eo plura in Chronologiâ Sanctorum Lerinensis Insulæ, auctore Barrali Salerno Monacho.

16. RAINALDVS magnæ sancti- 1155.
tatis vir regebat anno 1155.

17. GVILLELMVS GIRALDI, I. Giraldi.
an. 1179. mense Iulio habetur eius
memoria in documento Foroiulien-
sis Capituli: Concilio Lateranensi
sub Alexandro 3. interfuit, eiusdem
mentio fit in registro Ecclesiæ Fo-
roiuliensis an. 1280. & apud Guil-
lelmum Neubrigensem l. 3. c. 2. hist.

18. PETRVS II. an. 1193. die Aug.
22. probat testamentum Romei de
Villanouâ, Baronis Veociæ, & Con-
nestabilis Comitis Prouinciæ ex
originali: sedebat adhuc an. 1202. 1202.
mortuus in territorio de Besauduno.

19. GVILLELMVS RIBOTI II. Riboti.
ei Raimundus Berengarius Comes,
Marchio Prouinciæ anno 1229. de- 1229.
dit, successoribúsque suis omnia iu-
ra quæ habebat in castro de Besau-
duno, cùm obligatione quòd Epis-
copus & Sacerdotes qui ad veoe-
rabilem Synodum Venciæ accedent,
Missam celebrare teneantur vltimâ
die Synodi, in remissionem pecca-
torum dicti Berengarij, & paren-
C tum suorum.

20. PETRVS III. à Consiliis &
Eleemosynis Caroli Regis Ierusalem
& Siciliæ, Raimundus Berengarius
Comes Prouinciæ 1232. confirmat 1232.
illi dominium de Besauduno ex ta-
bulâ archiuij Venciensis. Transegit
de iurisdictione loci de Corsegolis
anno 1263. cùm dynastis de Villa-
nouâ, vt produnt acta Capitularia.

21. GVILLELMVS DE SESTA- Sestarico.
RICO III. anno 1270. impetrat à
Carolo Rege confirmationem do-
nationis castri de Besauduno: inter-
D est translationi reliquiarum an. 1281. 1281.
& Episcopatu se abdicat iuxta hæc
verba quæ leguntur in margine ve-
teris Martyrologij Venciensis: IV.
*Cal. Apriles obiit D. Guillelmus Epis-
copus, qui castrum de Besauduno &
de Oliuâ, & de Gatertis, Ecclesiæ
Venciensi acquisiuit, qui post cessionem
commorans in monasterio S. Victoris de
Massiliâ, in pace quieuit.*

22. PETRVS IV. Ordinis Domi-
nicanorum 1290, præfuit circiter
an. 10. ex cartis Capitularibus.

23. FVLCO I. anno 1308. bona complura Ecclesiæ Venciensi acquisiuit ex tabulariis.

1312. 24. PETRVS V. inauguratur 1312. cui an. 1315. Canonici, seu Capitulum dedit omne dominium, iurisdictionem & alia seruitia quæ habebat, tam in ciuitate Venciensi & eius territorio, quàm in castris de Turretis, de Maluanis, & de Bastidâ, eo tamen pacto, ne idem Episcopus, vel successores venderent, aut abalienarent in totum, vel in partem eas iurisdictiones, sine expressâ voluntate hominum præfatæ ciuitatis; hinc fit quòd cùm circiter annum 1572. dicta iurisdictio alienata fuisset à Ludouico de Boleo Episcopo Venciensi, in gratiam Claudij de Villanouâ Baronis & Condomini de Venciâ, reclamantibus, & non consentientibus hominibus illius ciuitatis, lites ortæ sunt in supremâ Parisiensi Curiâ, inter Guillelmum le Blanc successorem Ludouici, & Scipionem de Villanouâ, filium & hæredem Claudij memorati: sed tamen illa iurisdictio quam anteà habebat Præsul in ciuitate, vnita fuit mensæ Episcopali, agente Petro du Vair, Guillelmi Blanci successore.

1319. 25. RAIMVNDVS I. obiit 16. Cal. Octob. eiusdem anni 1319.

MALIRATI. 26. PETRVS MALIRATI, VI. Consiliarius Roberti Regis Siciliæ & Ierusalem, Comitis Prouinciæ, laudabilis vitæ Episcopus, fundauit Capellam S. Crucis extra muros in territorio de Nouis, ac reliquit Ecclesiæ centum florenos auri pro sacello construendo: decessit 8. Idus
1326. Septembres 1326.

27. FVLCO II. ex Ordine religioso assumitur ad Episcopatum 1326. 16. Octobris è libro prouisionum Prælatorum Vaticani: Capitulo suo legauit mithram pretiosam margaritis ornatam.

28. RAIMVNDVS II. Ordinis Minorum, Apostolicus Pœnitentiarius, per Ioannem XXII. summum Pontificem adlectus est Episcopus Albintimiliensis in Liguriâ 6. Cal. Decemb. 1310. traductus inde ad 1328.
Ecclesiam Venciensem an 1328. Id. Septembris ex regesto Vaticano; cuius meminit Vghellus tomo 4. Italiæ Sacræ: hominium exhibuit Roberto Regi Siciliæ ex cartophilacio Aquensi.

BARCILLON. 29. ARNALDVS BARCILLON natione Hispanus, è prouinciâ Catalauniæ, qui & Amaldus dictus, Episcopus anno 1335. inter quem & Capitulum ex vnâ parte, homines seu Syudicos ciuitatis Venciensis ex alterâ, ad requisitionem Hugonis Glandeuensis Episcopi, facta fuit transactio circa an. 1345. pro solu- 1345.
tione quotæ decimæ quæ ad hunc vsque diem seruatur. Interfuit Concilio Auenionensi 1337. & statuta plurima laudabiliter edixit: vitam cùm morte commutauit an. 1346.

DIGNA. 30. GVILLELMVS DIGNA IV. ad hanc sedem promotus circa annum 1347 emit à Fulcone de Agouto Prouinciæ magno Senescallo, imperium, seu ius quod habebat in homines ciuitatis Venciensis anno 1358. pretio mille ducentorum florenorum auri: Renatus Chopinus Politiæ Sacræ l. 3. tit. 5. 6. & 7. scribit ei dinenditum an. 1358. Maij 30. 1358.
merum vrbis dominium à Ludouico Rege, Ioannæ Siciliæ Reginæ secundo marito.

DIGNA. 31. STEPHANVS DIGNA frater Guillelmi an. 1361. interfuit Synodo prouinciali Aptensi.

ABRAHARDI. 32. IOANNES ABRAHARDI I. Ordinis Prædicatorum, vulgò cognominatus Episcopus Blancus, floruit circiter an. 1388. iurium Ec- 1388.
clesiæ suæ propugnator: donauit 20. libras Capitulo, eâ lege, vt in Ecclesiâ Venciensi solemniter celebraretur festum B. Thomæ Aquinatis ex tabulario Venciensi. A communitate vrbis Niciensis castrum Episcopale de Gatheriis recepit, vbi & defunctus circa an. 1395. sepelitur in Cathedrali.

DE PVTEO. 33. BONIFACIVS DE PVTEO Niciensis, sedit an. 1396. triennio 1396.
post schismaticus declaratur à summo Pontifice; cúmque hoc ipsi re,

renunciatum esset, castrum de Gatheriis Consulibus Niciæ oppignerauit, eisque mobilia omnia diuendidit, ex archiuis publicis.

34. Raphael, i. viuebat anno 1404.

De Cario. 35. Pavlvs de Cario, posteà Episcopus Glandeuensis, qui anno
1415. 1415. obtinuit à Ludouico Rege Siciliæ & Comite Prouinciæ, necnon à Ioannâ vxore diploma quo rata habetur distractio ciuitatis Venciensis, quam fecerat Fulco d'Agoult in fauorem Episcoporum Venciensium. Complures habuit controuersias cùm dynastis de Villanouâ, Venciæ Coodominis.

Glandeves. Comme cy dessus. 36. Lvdovicvs de Glandeves i. ex antiquâ & nobili prosapiâ Glandeuensi, ortus ex ramo dominorum de Faucon in Prouinciâ, parentibus Helione toparchâ S. Mauricij, & Philippâ de Glandeues de Chasteauneuf, germanus Raimundi in Hispaniâ & Româ Legati, necnon Reipublicæ Genuensis Generalis. Is è Glandatensi Præsule Venciensis an. 1420. fundator Archidiaconatus Ecclesiæ suæ Ven-
1428. ciensis circa an. 1428. cui legauit pro suâ præbendâ, nonnullas possessiones & prædia in loco S. Laurentij de Varo, & alia in ciuitate ac Comitatu Niciensi. A summo Pontifice expetiit vnionem Episcopatus Venciensis cùm Senecensi, propter penuriam redditum Cathedræ suæ: & quidem an. 1430. bullâ Eugenij Papæ datâ 16. Iulij Senescensis Ecclesia annexa fuit Venciensi: at non sortita est effectum prædicta vnio, nam translato ad Massiliensem Ecclesiam eodem Ludouico de Glandeues circa 1434. cùm in vim rescripti Eugenij Capitulum Venciense Episcopum nominasset Ioannem Antistitem Senescensem, nunquam possessionem adeptus est, nec vicissim Ludouicus;
1441. excessit enim è viuis 1441. sicque eligitur Episcopus sequens, vt tradunt Acta Capitularia.

Salvanhi. 37. Antonivs Salvanhi ex Monacho Lerinensi ac Priore Monasterij, fit Canonicus Venciensis 1440. annuente Ludouico Abbate Lerinæ; post huius Sedis creatur Antistes ad an. 1441. reclamat cùm suo Capitulo de fundatione dicti Archidiaconatus Venciensis ad Alanum Cardinalem, in Galliâ Legatum à Latere pro sanctâ Sede, petiuitque suppressionem ipsius ob inopiam Episcopatus, ac Capituli. Extat bulla dicti Cardinalis in archiuis Capitularibus data Auenione 9. Septemb. 1457. quâ causæ cognitio ad extinctionem præfatæ dignitatis delegatur Abbati Insulæ Lerinensis, & Ludouico Grenooi ac Petro Gilli, Cathedralis Grassensis Canonicis. Moritur Antonius an. 1463. 1457.

Monso. 38. Raphael Monso ii. Hispanus de Barcinonâ, Ordinis S. Augustini, & Renato Regi Siciliæ, Comiti Prouinciæ à Confessionibus sacris, suæque Ecclesiæ benefactor. Episcopus deligitur an. 1463. hic suo sumptu Capitulum vno Clericatu ampliauit, pretiosisque ornamentis Ecclesiam locupletauit, Prioratúsque Sanctorum Petri & Ioannis de Gandâ, & de Pugetono vniuit Capitulo; eius mandato sepulchrum D. Lamberti apertum fuit anno 1468. cuius caput argenteâ thecâ inclusum, cætera membra in sepulchro relicta: dedit anno 1485. habitationem loci S. Laurentij de Varo triginta hominibus, eâ lege, quòd hi, & eorum successores teneantur propriis sumptibus habere nauiculam, ad vehendum de ripâ ad ripam Vari fluuij, amore Dei, absque vllâ solutione, homines, animalia & res quascunque, vt legitur in ipsis originalibus tabulis, confectis anno supradicto. Interfuit per legatum suum Comitiis Aquisextiensibus an. 1487. & interiit Venciæ 1491. 6. Nonas Octobris, tumulatus in Cathedrali, cuius organa confecit; in illius gratiam Capitulum singulis annis proprio sumptu celebrationem anniuersarij ordinauit. 1463. 1487.

De Vesc. 39. Ioannes de Vesc, ii. rexit eandem Ecclesiam anno 1491. 1491.

40. Aimarivs de Vesc frater superioris an. 1497. denatus 1507.

41

FARNESE. 41. ALEXANDER FARNESE Cardinalis Diaconus tit. S. Eustachij, vocatur in bullis & aliis rescriptis Episcopus Commendatarius Ecclesiæ Venciensis anno 1508. cuius 12. die Septembris congregatum est Capitulum pro regimine sui Episcopatus. Reliquias ex sacratissimis basilicarum principalium Romanæ Vrbis Capitulo misit, vt legitur in epistolâ eiusdem Cardinalis ad Capitulum Venciense 10. Maij anno
1509. 1509. posteà Episcopus Ostiensis, Cardinalium Decanus, demum summus Pontifex Paulus III. vocatus.

BONIOANNIS. 42. BAPTISTA BONIOANNIS Romanus, ex resignatione Alexandri anno 1511. Romæ vt plurimùm commorabatur; inter quem & Capitulum lites terminatæ sunt an. 1517. transactione, quâ constat Episcopum Venciensem habere collationem omnium beneficiorum diœcesis suæ; electionem autem, nominationem & præsentationem Dignitatum Canonicalium & Præbendarum, Beneficiatorum & Vicariarum pertinere ad Capitulum, cuius diplomata asseruantur in archiuis Capitularibus. Vitam cùm morte commutauit an. 1523. & sepultus Cagnæ.
1523.

CENALIS. 43. ROBERTVS CENALIS Theologus Parisiensis, in vim Concordatorum factus Episcopus à Francisco I. 1523. celebrauit Capitulum generale in suâ Cathedrali 1527. Augusti 27. inde traductus ad Reiensem Episcopatum schedâ Regiâ an.
1530. 1530. 7. Maij: de quo vide in Abrincensibus.

IARENTE. 44. BALTAZAR IARENTE ex Baronibus de Montclar an. 1531.
1331. hic transegit cùm Venciæ Barone pro iurisdictione: Episcopus Sancti Flori, Archiepiscopus Ebredunensis, & in supremâ Galloprouinciæ Rationum ac Vectigalium Curiâ Protopræses.

IARENTE. 45. NICOLAVS IARENTE fratris Coadiutor ac Vicarius generalis, per eius resignationem Episco-
1541. pus anno 1541. iurium Ecclesiæ strenuus defensor, transegit cùm Antonio de Villanouâ Condomino & Barone de Venciâ, & hominibus dictæ ciuitatis super iurisdictione & seruitiis: extinctus Heinæ 2. die Octobris anni 1555.

SIMIANE. 46. IOANNES BAPTISTA DE SIMIANE II. ex dominis de Gordes anno 1555. sedebat Venciæ, posteà Episcopus Aptensis. Commecy dessus. 1555.

GRIMALDI. 47. LVDOVICVS GRIMALDI aliàs DE BVEIL filius Renati Baronis Bolei in Comitatu Niciensi, & Vallis Massæ domini, ex Thomassinâ Lascaris è condominis Briguæ; Abbas S. Pontij, maior Eleemosynarius Ducis Sabaudiæ, Ordinis Annunciatæ Cancellarius, Ecclesiæ Sanctorum Mauricij & Lazari magnus Prior, ad Regem Henricum 3. Ducis Sabaudiæ Orator; præerat anno 1560. adfuit Colloquio Piscia- 1560.
censi, & Tridentinæ Synodo: Niciæ autem senio confectus ac diuturno Episcopatu defecit circa ann. 1612.

GARIDELLI. 48. AVDINVS GARIDELLI priùs Canonicus Venciensis; ex resignatione Ludouici, cuius erat Vicarius generalis; factus Episcopus possessionem iniit 8. Decemb. 1576. mortuus in villâ S. Pauli 23. Aprilis 1588.
1588. vbi sepelitur.

LE BLANC. 49. GVILELMVS LE BLANC IV. Albiensis, Sixti V. Pontificis Max. Camerarius, postmodum Præsul Venciensis ac Grassensis creatus, in cuius fauorem hi duo Episcopatus anno 1592. vniti fuerunt; disiuncti verò Arresto Consilij regij an. 1601. Erat Guillelmus poëta eximius, qui Parenæsim versibus heroicis ad Henricum 4. multáque epigrammata in eius honorem Romæ typis edidit 1595. item carmina in laudem S. 1595.
Hiacynthi: in suis operibus nuncupatur Guillelmus Blancus iunior, quòd eodem tempore illius patruus cognominis Antistes esset Tolonensis. Hic verò Venciensis obiit 1601. die 29. Nouembris, quem funebri oratione laudauit Carolus à Sancto Sixto Pontifex Reiensis.

DV VAIR. 50. PETRVS DV VAIR VII. Parisinus, frater Guillelmi Franciæ Pro- Commecy dessus.

cancellarij, & Pontificis Lexouiensis, filius Ioannis Libellorum Supplicum Magistri, Episcopatum adi-
1601. piscitur an. 1601. multa in Ecclesiæ Venciensis commodum præstitit, nam domum Episcopalem bellorum miseriâ dirutam restituit, iurisdictiones locorum de Venciâ, de Broco, & de Besaudûno alienatas recuperauit, & alias Ecclesiæ suæ acquisiuit: oblatos sæpè honores & sacerdotia maioris reditus, & in his Massiliensem Episcopatum accipere re-
» cusauit, dicens: sibi sufficere pri-
» mam vxorem quamuis pauperem,
» nec ad secundas nuptias quocun- B
» que prætextu conuolare velle. Constitutiones Synodales ad Cleri reformationem fecit an. 1603. obiit verò meritis ac senio grauis ieiun-
1638. te anno 1638 die 28. Iunij, sepultúsque est in Cathedrali. Coadiutorem habuerat Iacobum Ribier ex sorore pronepotem, non consecratum.

Godeav. Potte de... à vn cheuron sousstenu d'vn ancre. 51. Antonivs Godeav Venciensis Episcopus, anteà Grassensis, à Rege nominatus 1636. bullísq; ab Vrbano 8. Pontifice acceptis eodem C anno, mense Decembri consecratur Lutetiæ in Ecclesiâ Patrum Congregationis Oratorij S Maglorij, à Leonorio d'Estampes Episcopo Carnotensi, posteà Remensi Archipræsule, assistentibus Stephano Puget Dardaniæ, posteà Massiliæ, & Beroardo Despruetz S. Papuli Antistite. Cùm sedem suam adijsset, Synodos coegit, & Sacerdotes optimis documentis instruxit, disciplinæ Ecclesiasticæ, necnon eloquentiæ in concionibus, libris, & factis varia exhibuit monimenta. Ecclesiam Antipolitanam quæ à trans D latione Sedis Episcopalis in Grassensem, nullius diœcesis dicebatur, Grassensi vniuit, iure patronatus quem Rex sibi competere asserebat, à Ludouico XIII. sibi, suísque successoribus concesso; quo facto Ecclesiastica disciplina quæ in vrbe Antipolitanâ penitùs collapsa erat, fœliciter restituta est. Duobus Comitijs Cleri Gallicani Lutetiæ inter-
1645. fuit annis 1645. & 1655. Bullas vnionis Episcopatus Venciensis cùm Grassensi obtinuerat sub Innocentio x. Pontifice, tamen sine Regis A conceßione, prout anteà vniti fuerant per Clementem 8. in gratiam prædecessoris Guillelmi le Blanc, iure vtriq; Ecclesiæ in omnibus saluo. Cùm nihilominus ordinem Ecclesiasticum & secularem Venciæ, huic vnioni multùm repugnare sensisset Antonios, quæ tamen legitimis rationibus nitebatur, tùm quòd vtriúsque Episcopatus redditus esset modicus, & vix decem mille libras superaret, tùm etiam ob exiguum parochiarum numerum, qui ad triginta tres in vtróque Episcopatu tantùm peruenit, denique ob vrbium Episcopalium vicinitatem, quæ tribus tantùm leucis à se inuicem distant, cessit iuri suo potiùs, ne extra diœcesim litibus vacare cogeretur; Venciensem autem elegit, quòd eius fructos percepisset tempore contentionis, vnde abesse ipsi necesse fuerat. Nec tamen interim otio vacauit, vir enim laboris improbi, multa opera publici iuris fecit totius Ecclesiæ commodo, quæ styli elegantiâ, & doctrinæ puritate passim experuntur; scripsit patrio sermone Paraphrases in omnes D. Pauli Epistolas, septem canonicas, ac Psalmos Dauidis. Orationes funebres Regis Ludouici XIII. Henrici Lostolfi Maroni Vasatensis, Ioannis Petri Camus Episcopi Bellicensis, & Mathæi Molé Franciæ Procancellarij. Historiam Ecclesiæ quatuor prima sæcula complectentem; duos libros Christianæ poeseos; institutionem Principis pro Ludouico XIV. vitas Sanctorum Pauli & Augustini; Constitutiones Synodales, & alia plura in lucem edidit, maioráque in dies parat.

VENETENSES EPISCOPI.

EST in Armoricâ Venetorum ciuitas, seu Venetum, & Ciantum in Notitiâ Imperij Occid. & in Not. Prouinciarum Galliæ, sub Metropoli Turonensi, in Parlamento Redonensi, vnde abest in Occidentem hibernum 24. m. p. Gallico- Vennes en Bretagne.

rum; in eâ habitum Concilium inde Veneticum, seu Venetense dictum; fuit parens S. Albini Andegauensis Episcopi, & B. Melanij Redonum Præsulis, & genitrix Venetiarum in Italiâ florentissimarum, vt testantur inter alios Strabo l. 4. Plinius l. 4. c. 18. & Gobelinus l. 3. Commentar. de rebus Pij 2. vbi hanc vrbem donatam fuisse scribit Scholâ publicâ ab eodem Pio Pontifice Maximo. Quo tamen in loco Strabonis legendum est Celtas, pro Belgas, vt principi Geographorum conueniat, cùm cæteris Venetos in Celticâ, non in Belgicâ reponentibus; in quorum laudem non abs re fuerit adferre Cæsaris verba l. 3. c. 1. *Huius ciuitatis est longè amplissima auctoritas, omnis oræ maritimæ regionum earum, quòd & naues habeant Veneti plurimas, quibus in Britanniam nauigare consueuerunt, & scientiâ, atque vsu nauticarum rerum cæteros antecedunt, & in magno impetu maris, atque aperto paucis portubus interiectis, quos tenent ipsi, omnes ferè qui eodem mari vti consueuerunt, habent vectigales.* Ciuitas hæc duabus leucis à mari dissita, quondam fuit Ducum domicilium, quod sedem Parlamenti sui in eâ statuêre. At Ecclesia Cathedralis patronum venerans S. Petrum Senatus Apostolici Principem, complectitur in suâ diœcesi 120. parochias, Capitulum constat Archidiacono, Thesaurario, Cantore, Scolastico, Pœnitentiario, Canonicis quatuordecim Archipresbyteris quatuor, aliisve Ecclesiasticis. Recensentur autem sub hoc Episcopatu Abbatiæ.

S. SALVATORIS DE ROTONIO.

S. Sauueur de Redon O B.

S. GILDASII RVIENSIS O B.

S. Gildas de Rhuys.

GAVDII *fœmin.* O C.

La Ioye N. D. près Henebont.

DE PRECIBVS *Prieres* O C.

Episcopi hoc ordine sederunt, quos ex Historicis & tabulariis Britanniæ descripsimus.

A 1. S. PATERNVS Concilio Venetico subscripsit anno 465. quod celebratum est pro eius ordinatione, à Perpetuo Metropolitano. 465.

2. CLEMENS.

3. AMANS.

4. MODESTVS Concilio Aurelianensi 1. subscripsit an. 511. 511.

5. MACLIAVVS frater Chanaonis Comitis Britonum, sicut loquitur Gregorius Turon. lib. 4. c. 4. « B Chanao Britannorum Comes tres « fratres suos interfecit. Volens autem adhuc Macliauum interficere, « comprehensum, atque catenis onera tum in carcere retinebat. Qui per « Felicem Namneticum Episcopum à « morte liberatus est. Post hæc iura « uit fratri suo, vt ei fidelis esset; sed « nescio quo casu sacramentum in- « rumpere voluit. Quod Chanao sen- « tiens, iterum eum persequebatur. « At ille, cùm se euadere non posse « videret, post alium Comitem re- « gionis illius fugit, nomine Chono- « murem. Is cùm sentiret persequu- « C tores eius adpropinquare, sub ter- « râ eum loculo abscondit, compo- « nens desuper ex more tumulum, « paruúmque ei spiraculum reseruans, « vnde halitum resumere posset. Ad- « uenientibus autem persequutoribus « eius, dixeruut: *Ecce hic Macliauus* « *mortuus atque sepultus iacet.* Quod il- « li audientes, atque gaudentes, & « super tumulum illum bibentes, re- « nunciauerunt fratri, eum mortuum « esse. Quod ille audiens, regnum « eius integrum accepit. Nam sem- « per Britanni sub Francorum pote- « state post obitum Regis Clodouei « D fuerunt, & Comites, non Reges « appellati sunt. Macliauus autem de « sub terrâ consurgens, Veneticam « vrbem expetiit, ibique tonsoratus, « & Episcopus ordinatus est. Mortuo « autem Chanaone, hic apostatauit, « & demissis capillis, vxorem, quam « post Clericatum reliquerat, cùm « regno fratris simul accepit. Sed ab « Episcopis excommunicatus est. De « eius interitu refert ista c. 16. l. 5. *Macliauus quondam & Bodicus Britannorum Comites, sacramentum inter se dederant, vt qui ex eis superuixeret,*

filios partis alterius tanquam proprios defensaret. Mortuus autem Bodicus reliquit filium Theodoricum nomine. Quo, Maclianus oblitus sacramenti, expulso à patriâ, Regnum patris eius accepit. Hic verò multo tempore profugus vagúsque fuit. Qui tandem miserante Deo, collectis secum à Britanniâ viris, se super Maclianum obiecit, eúmque cùm filio eius Iacob gladio interemit; partémque Regni, quam quondam pater eius tenuerat, in suâ potestate restituit. Partem verò aliam Vuarocus Macliani filius vindicauit.

6. EVNIVS, vel EONIVS successit ex coniecturâ Macliauo, de quo idem Gregorius lib. 5. c. 27. loquens de Varocho filio quondam Macliaui; *qui obliuiscens*, ait, *promissionis suæ, voléns que inrumpere quod fecerat, Eunium Episcopum Veneticæ vrbis ad Chilpericum Regem dirigit. At ille irâ commotus, obiurgatum eum exilio damnari præcepit.* Et posteà subiungit c. 30. *de exilio reductus Andegauo ad pascendum delegatur, nec ad ciuitatem suam Veneticam redire permittitur*; vide eundem Gregorium cap. 41.

590. 7. REGALIS Venetensem Ecclesiam rexit anno 590. vt auctor est Turon. l. 10. hist. c. 9. agens de pace initâ inter Varochum, atque Ebracharium Ducem. Episcopi sequentes valde videntur confusi, ac solùm proferuntur ex fide manuscriptorum S. Crucis Kemperlegiensis.

8. S. GVINNINVS, cuius mentio habetur in Proprio Sanctorum Venetensi 19 Augusti.

9. S. IGNOROCVS.

10. RAINALDVS.

11. SVSANNVS I.

12. IVNKEHELVS.

13. IVDOCVS, qui & BVDOCVS ex cartâ Venetensi.

14. S. HINGVETHENVS.

15. S. MERIADECVS, de quo consule Proprium Sanctorum dioecesis Venetensis, vbi fertur ipsum obdormisse in Domino 7. Idus Iunij.

16. S. MELDEOCVS.

17. HAMON.

18. MABON.

19. S. CHOMEANVS.

20. DILES.

21. KENMONOCVS.

22. S. IVSTOCVS.

23. IAGVTVS.

24. CALGONVS.

25. LVETVARTHIVS.

26. BILIVS I.

27. CVNADANVS.

28. BLINLIVETVS ex tabulario Kemperlegiensi.

29. AVRISCANDVS I.

30. MORVANNVS I. circa annum 689. 689.

31. AGO rexit Episcopatum tempore Caroli Magni.

32. ISAAC anno 814.

33. KERMARICVS memoratur in vetustâ membranâ Rotonensi anno 818. quæ agit de fundatione huius monasterij, tom. 2. Historic. 818. Franciæ Scriptorum.

34. VVIELOCHVS anno 819.

35. RAGENARIVS anno 838.

36. SVSANNVS II. fuit eiectus à Sede per Britonum infestationes, ex epistolâ Synodi Suessionensis 3. 866. ad Nicolaum Papam an. 866.

37. COVRANTGENVS.

38. IERENNAS, siue HEREN-

NAS, tempore Salomonis Regis A
3. & Hadriani 2. Papæ quem inuisit.

882. 39. CENNEMOCVS anno 882. ei scribit Ioannes 8. Papa his verbis: *Miror minùs doctam scientiam tuam, sacerdotem putare post perpetratum homicidium, posse in sacerdotio ministrare: immò quod est peius, nobis suadere velle, vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum.*

40. BILIVS 2. qui fortè idem cùm superiore eiusdem nominis, nam pleráque hîc confusa, sed sequentia erunt clariora.

B

41. AVRISCANDVS II. confirmat suis literis anni 1002. fundationem Prioratus B. Mariæ de Guerquelen, S. Melanio Redonensi factam per Henricum Vicecomitem de Rohano, Solimani filium, ex quo stirps nobilissima, æquè ac vetustissima toparcharum de Rohano in Armoricâ, progenita est.
1002.

BRETAGNE. 42. IVDICAEL DE BRETAGNE filius Conani Ducis ex Ermengardi Andegauensi; eius mentio fit in tabulario S. Gildasij: obiit Idibus Iunij 1037. ex Martyrologio Venetensi.

C

43. BVDOCVS, de quo acta reperiuntur in cartophilacio Kemperlegiensi; decessit anno 1065.
1065.

PORHOET. 44. MAENGIVS DE PORHOET filius Ioscelini Comitis Porrhoëti ex primariâ nobilitate Britannicâ; quædam legauit cœnobio Kemperlegiensi.

45. MORVANNVS II. ex iisdem cartis Kemperlegiensibus, Episcopatum administrauit, testisque in D donatione Comitissæ Porrhoëti decimarum Prioratui S. Crucis de Ioscelino, coram eodem Moruano,
1088. ac Benedicto S. Maclouij Præsule: extinctus fertur anno 1088.

46. IACOBVS I. obiit an. 1132.

1143. 47. EVENVS defunctus est 1143.

48. RVAVDVS ex monacho Ordinis Cisterciensis, de quo Menologium Cisterciense, Fasciculus Sanctorum Cistercij l. 2. dist. 10. c. 26. sublatus è vitâ die 22. Octob. 1177. 1177.
ex Roberto de Monte in Appendice ad Sigebertum: Necrologium Vennetense: 6. Cal. Iulij obiit Rotaldus, qui Canonicis Ecclesiæ suæ medietatem S. Paterni Ecclesiæ liberè & absolutè donauit.

49. GVIHENOCHVS ex Archidiacono Redonensi creatur anno 1182. ex præfato Roberto Montensi: cùm Abbate Rotonensi habuit graues controuersias; & decessit an. 1217. de eo leguntur hæc verba 1217.
in necrologio Venetensi: 3. *Calend. Maij obiit Guenhenocus qui dedit Canonicis Trevalsin, Erdenen, Guenon, & multa alia bona & 20. solid. de quo habemus litteras confirmatorias à Ioanne Venetensi Episcopo.*

50. GVILLELMVS I. anno 1218. fato fungitur an. 1223.

51 ROBERTVS I. interest dedicationi Abbatiæ de Villanouâ 1225. 1236.
obiit anno 1136.

52. CADIOCVS, an. 1254. diem postremum expleuit: is donauit Capitulo Venetensi Ecclesiam S. Maioli, & quosdam reditus pro anniuersario.

53. GVILLELMVS II. mense Iunio 1254. sedebat ex cartulario Cathedralis.

54. GVIDO Ecclesiam S. Francisci in vrbe dedicauit 1265. 1265.

55 GVIDOMARVS anno 1270. 12. Cal. Nouemb. annuos redditus pro anniuersario constituit, vti liquet ex cartis Ecclesiæ.

56. HENRICVS BLOC, I. de quo tabularium Venetense sic loqui- BLOC.
tur: XI. *Cal. April.* 1286. *obiit Henricus dictus Bloc, homo miræ simplicitatis, qui dedit Canonicis 20. solidos super terrâ de Keraer.* Iacet in Cathedrali. 1286.

57. HENRICVS TORS, II. ex TORS.
Thesaurario Venetensi, dein Cantore Briocensi, Guillelmi & Adeliciæ filius: reparauit castrum Episcopale de Motâ, & quædam vltimæ

voluntatis codicillis legat suo Capitulo Nominatur annis 1295. & 1305. in cartulario Venetensi.
1295.

58. Gavfridvs de Rochefort, I. anno 1316. obiit 1328.

Parisi. 59. Ioannes Parisi, I. frater Siluestri Archidiaconi, plurima Ecclesiæ suæ acquisiuit, de quo hæc notantur in Martyrologio Venetensi: *Ianuarij 20. die 1334. obiit Ioannes Parisi Episcopus Venetensis, qui dedit pro anniuersario 40. solidos annui reditus, assignatos per Siluestrum Parisi Archidiaconum fratrem super Marcherio Rogerij, sito in feudo Capituli.* Coadiutorem habuit Henricum Camus Canonicum Venetensem, ex cartâ anni 1333.
1334.

60. Gavfridvs II. recensetur anno 1337. die 26. Februarij in registro Vaticani.
1337.

Saint Pere. 61. Galtervs de Saint Pere anno 1347. die 27. Februarij reperitur Episcopus in libro prouisionum Prælatorum Vaticani: & an. 1350. in schedâ Abbatiæ Villænouæ.

62. Gvillelmvs III. sedebat annis 1350. & 1357.

1362. 63. Gavfridvs III. an. 1362. & 1363. fundator Capellæ sanctissimi Sacramenti.

Monstrelaix. 64. Ioannes de Monstrelaix II. ex dominis Montisrelaxi an. 1368. posteà Nannetensis Præsul.

Le Barbv. 65. Henricvs le Barbv, III. Abbas de Precibus, è nobili familiâ de Quilio, probitatis potissimùm & eruditionis laude præstans, anno 1383. in possessionem missus per Thomam Archiepiscopum Neapolitanum, & Legatum summi Pontificis in Armoricâ: fuit Ioannis Ducis Cancellarius: de quo in Nannetensibus vide.
1383.

Stoqver. 66 Hvgo Stoqver, aliàs de Lestreqver ex Trecorensi Antistite huc traducitur, postulatus per Capitulum, Ordinis priùs Dominicanorũ. Obiit 10. Octob. 1408.

La Motte. 67. Amalricvs de la Motte, successit an. 1408. præstat hominium Duci Bethfordiæ Regenti Franciæ pro Anglo 1427. quo sedente 1418 5. Aprilis S. Vincentius de Ferrariis Dominicanus, in hac vrbe ad meliorem vitam euolauit. Transfertur inde ad Sedem Macloviensem. 1432.

Valydire. 68. Ioannes Valydire III. diœcesis Corisopitensis, Ordinis Prædicatorum, ex Leonensi Venetensis 1433. Cathedralis suæ ex parte instaurator, sacelli nempe in honorem S. Leonis, loci capitularis, & fornicis Capellæ B. Mariæ retrò chorum vbi quiescit, sub tumulo excelso intra absidem muri à parte Euangelij; quasdam Missas & anniuersaria dotauit in Cathedrali, quam singulari munificentiâ cumulauit: & debitum naturæ persoluit 1444. 1444.

Pontsal. 69. Ivo de Pontsal diœcesis Venetensis, Ordinis Prædicatorum, è Kemperlegio, stirpe nobilis, ex Thesaurario Venetensi renunciatur Episcopus 1444. admittit Franciscanos apud Blauetum 1446. sacra peregit in Pontificalibus defuncto Francisco I. Duce apud Rotonium sepulto: interfuitque eleuationi corporis S. Vincentij de Ferrariis an. 1456. per Alanum Cardinalem de Coetiuy celebratæ; recepit quoque Franciscanos apud Pontiuium & in insulâ Ruyensi. Tandem fato suo fungitur 1475. 7. Ianuarij, iacet in capellâ S. Vincentij Martyris in Cathedrali. Sede autem vacante, Episcopus Sinopensis in partibus infidelium, Ecclesiam Cathedralem consecrauit. 1475.

De Foix. 70. Petrvs de Foix Cardinalis, Abbas S. Melanij Redonensis, & Lesati diœcesis Tolosanæ, ex Adurensi electus Venetensis die 17. Maij 1475. possessionem iniit per Episcopum Conseranensem. At *Robertus le Borgne*, ex Canonico Cantore Nannetensi, & Cameræ Rationum Primo Præside, postulatus est ad hanc Ecclesiam per obitum Petri: sed eius nominatio ab Innocentio 8. irrita declaratur. 1476.

Cibo. 71. Lavrentivs Cibo, I.

Genuensis, Cardinalis Albanus, dein Prænestinus, nepos Pontific. Max. Innocentij 8. à quo Purpurâ exornatur, promulgatus Ecclesiæ Venetensis Administrator per Pontificem 1490. Nouemb. 15. sequenti possessionem adiit per Ludouicum des Allemans Magnum Vicarium:
1503. in rescriptis Romæ datis 1503. sese vulgò nuncupabat, *miseratione diuinâ Albanensem, & concessione ac dispensatione Apostolicâ Venetensem Episcopum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Archiepiscopum Cardinalem Beneuentanum.* Mortuus Romæ 1503. 22. Decemb. tumulatur ad S. Mariam de Populo, vbi marmoreo sepulchro appositum tale epitaphium: LAVRENTIVS CIBO *Genuensis Episcopus Prænestinus, S. Marci Cardinalis Beneuentan. Innocentij* VIII. *Pont. Max. nepos, religionis cultor, sua inter viuos constantiss. gessit, vt amplissimæ dignitatis memor, à iustitiâ, fide & pietate nunquam desciuerit; qui tertium & quinquagesimum agens annum, sanctissimè, vt vixit, moritur. Reuerendiss. executores G. Portuen. A. Prænestin. Episcopi, & N. de Flisco Presbyteri Cardinales pientiss. poss. anno salutis Christianæ* MDIII.

BEAVNE. 72. IACOBVS DE BEAVNE, II. frater Martini Turonensis Archiepiscopi, Iacobo patre toparchâ de Samblancay, Ærarij Galliarum Præfecto, matre Ioannâ Ruzæâ progenitus: ex Archidiacono Porrhoëti in Ecclesiâ Maclouiensi, necnon Thesaurario Venetensi fit Episcopus bullâ Iulij 2. Pont. pridie Idus Octob. 1504. excessit an. 1511.

GVIBE'. 73. ROBERTVS GVIBE', II. Trecorensis Episcopus, Redonensis, ac Nannetensis, huius autem Ecclesiæ Administrator perpetuus renunciatur in gratiam Annæ Francorum Reginæ & Britonum Ducissæ.

HAMON. 74. ANDREAS HAMON frater Francisci Præsulis Nannetensis, Canonicus Redonensis, & Abbas S. Gildasij Ruyensis, electus ad laborante Francisco 1. & gratiâ vxoris Claudiæ à Franciâ; bullas im-
1514. petrat an. 1514.

75. ALEXANDER Cardinalis Diaconus tit. Sancti Eustachij post Andream Administrator Venetensis.

76. LAVRENTIVS PVCCIVS II. Florentinus, Cardinalis Episcopus Albanus ac Prænestinus, & aliarum Ecclesiarum Commendatarius fuit, anteà Protonotarius Apostolicus, Cameræ Apostolicæ Clericus & Datarius, necnon Pistoriensis Coadiutor datus Nicolao Pandulfino; qui ab eodem Papâ Legatus ad Florentinos Lateranensi Concilio interfuit, à Leone x. Purpurâ honestatus, & titulo Sanctorum Quatuor Coronatorum; amplissimis muneribus etiam sub Hadriano & Clemente 7. defunctus, hanc Venetensem Ecclesiam absens rexit per Vicarios annis 1515. & 1529. decessit Romæ anno ætatis 73. Christi 1531. 6. Calend. Octobris, conditus ad Sanctam Mariam supra Mineruam, ad pedes Leonis x. hoc epitaphio: DEO OPT. MAX. LAVRENTIO PVCCIO *Episcopo Prænestino Cardinali Sanctorum Quatuor, maiori Pœnitentiario, singularis probitatis, ac amabilitatis, & in Apostolicis negotiis experto, qui vixit annos* LXXIII. *mensem vnum, dies* IX. *iuxta Leonis Papæ decimi (vt mandauerat) sepulchrum Robertus Puccius Cardinalis Sanctorum Quatuor, maior Pœnitentiarius fratri optimo, ac benemerenti faciendum curauit. Mortem obiit anno* MDXXXI. De eo fusè Ciaconius in vitis Cardinalium, Vghellus in Episcopis Pistoriensibus; laudatur à Stephano Ioanninensi in Mediceâ Monarchiâ, Sadoleto, & Bembo Cardinalibus. PVCCI. 1515.

77. ANTONIVS PVCCI, Romanæ Ecclesiæ maior Pœnitentiarius, Cardinalis Sabinensis, nepos Laurentij ex fratre Alexandro; qui primùm Cathedralis Florentinæ Canonicus, & Romæ à Leone Papâ inter Apostolicæ Cameræ Clericos cooptatus, ab ipso arcanis Ecclesiæ negotiis adhibetur: Episcopus inde Pistoriensis anno 1518. 5. Nouembris, varia obiuit munia pro sanctâ Sede in Insubriâ, Mutinensi territorio, & Parmâ, sub Hadria- PVCCI.

no VI. item & Clemente 7. à quo io Gallias missus Francisci I. beneficio Episcopatus Veneteosis procurationem excepit, abdicante 1336. auunculo, quem regebat anno 1536. demum sub Paulo 3. etiam floruit in Curiâ; nec interim vacabat à scriptione librorum quæ complura edidit; Sabioensis Episcopus animam tandem exhalauit 1544. conditus propè Cardinalem Laurentium hac inscriptione: D. O. M. ANTONIO PVCCIO *Episcopo Sabino, Cardinali Sanctorum Quatuor. Maiori Pœnitentiario, moribus & religione, ac in omnes probos liberalitate singularissimo, qui vixit annos LX. dies IV. Robertus Puccius Cardinalis Sanctorum Quatuor, maior Pœnitentiarius, fratris filio iuxta Clementem Papam 7. à quo Purpuram acceperat, sepulchrum faciendum curauit; mortem obiit anno* 1544. Fusè de eo idem Vghellus io Pistoriconsibus Episcopis.

Pvcci. 78. LAVRENTIVS PVCCI, III. Florentinus, Aotonij Cardinalis nepos ex fratre, electus Coadiutor 1541. cùm futurâ successione 1541. 10. Iunij ætatis suæ anno 18. vt nos docent libri prouisionum Vaticani.

Marillac. 79. CAROLVS DE MARILLAC I. Regi à Sanctioribus Consiliis, & Supplicibus Libellis, huius Ecclesiæ Antistes 1551. Vicario vsus in spiritualibus Bertrando de Marillac fratre, postmodum Redonensi Præsule. Carolus posteà promouetur ad Viennensem Metropolim, vbi de ipso vide.

Avbespine. 80. SEBASTIANVS DE L'AVBESPINE anno 1558. Pootificatum 1558. suscepit regendum, quem dimisit anno 1559.

Dv Bec. 81. PHILIPPVS DV BEC sancti Mauricij Andegauensis Decanus, Caroli domini de Bourry, & Margaritæ de Beauuilliers filius, prioris resignatione suffectus, adiit possessionem anno 1559. Synodo Tridentinæ adfuit, Nannetensis demum, ac tandem Remensis Archipræsul euasit.

Le Fevre. 82. IOANNES LE FEVRE I. Veneteosis, Canonicus & Cantor S. Petri, cessione Philippi bullas impetrat datas ao. 1565. Idib. Martij: 1565. diem clausit postremum ao. 1570.

83. IOANNES DE LA HAYE II. La Haye. Vasco, Theologus, & Ordinis Benedictini monachus; ac præcedentis Episcopi Vicarius generalis, possessionem adiit an. 1574. circa festum Pentecostes, mense Augusto insequenti fato suo concessit, tumulatus in Capellâ Nostræ Dominæ retrò chorum.

84. LVDOVICVS DE LA HAYE La Haye. superioris germanus, quo sedente 1575. fundatur Collegium Venetense; obiit anno 1588. & iacet in dictâ 1575. Capellâ B. Virginis.

85. GEORGIVS D'ARADON ex Aradon. toparchis nobilibus de Aradone De sable à 7. macles d'argent. propè Venetas, Renati filius & Claudiæ Qucho: nascitur 1562. ex Senatore Redonensi Episcopus creatus Romæ 1592. 6. Idus Martij, anno prædicto consecratus Lutetiæ in Capellâ Collegij Nauarræi per Philippum S. Onuphrij Cardinalem, Episcopum Placentinum, sibi assistentibus Dauide Bethonio Archiepiscopo Glascuensi in Scotiâ, & Guillelmo Rose Siluanectensi: mortuus 1. Iunij 1596. sepelitur in choro Capellæ D. Ioannis. 1596.

86. IACOBVS MARTIN III. Martin. D'azur à vne tour crenelée d'argent. Burdigalensis, nominatus an. 1599. per obitum Georgij 6. Idus Decembris, & à Papâ Clemente 8. prouisus possessionem adeptus 1600. 4. Ianuarij; quo fidem clientelarem præstitit Henrico 4. coram Reginaldo Archipræsule Bituricensi. Eo sedente construuntur Capucini 25. Iulij 1615. Porrò permuta- 1615. tionis gratiâ cùm Sebastiano, pro Abbatiâ Panispontí, abdicauit, & mortuus est Lutetiæ 1624. funeratur in basilicâ Cælestinorum propè Capellam Aurelianensem, cùm epitaphio quod refert Ioãnes le Laboureur in tumulis illustrium Personarum: *D. O. M. Hic iacet Reuerendus in Christo pater dominus* IACOBVS MARTIN *de Belle-Assise* VENETENSIS *Episcopus, insignis dum viueret pietate vir, qui relictis intra diœcesis*

cessis illius fines, vlteriúsque suæ virtutis insignibus, vt cultui diuino commodiùs inseruiret, orationique vacaret, Episcopalem dignitatem deposuit: sed dum hoc anno Romam inter facere loca sacra inuisendi gratiâ denuo meditabatur, immaturâ morte præreptus decessit, ibique sepultus, fundationibus perpetuis testamento suo ordinatis, post mortem præclaræ religiosæ vitæ vestigia, fœlicisque obitus ab omnibus imitanda reliquit; obiit 12. die mensis Ianuarij an. 1624. Requiescat in pace.

ROSMADEC. 87. SEBASTIANVS DE ROSMADEC Abbas Panisponti, Comes Consistorianus; ex vetustâ nobilique familiâ de Rosmadeco in Armoricâ, patre Ioanne domino du Plessis, & Margaritâ Iego matre oriundus; Iacobi cessione 1622. creatur Episcopus, & in Abbatiâ S. Germani de Pratis Parisiensis inauguratus Dominicâ 11. Februarij
1624. an. 1624. per Bertrandum Deschaux Archiepiscopum Turonensem, astantibus Episcopis Andegauensi & Redonensi, vrbem solemni pompâ inuehitur 30. Martij in peruigilio Dominicæ Passionis. Sub eius Præsulatu dotantur in vrbe Capucini, Carmelitæ Excalceati 1628. Collegium Iesuitarum, Conuentus Prædicatorum; ex Sanctimonialibus autem Vrsulinæ, Hospitalariæ, moniales Visitationis: in diœcesi suâ construitur apud Hennebontem domus Capucinorum, & Vrsulinarum; apud Pontiuium Vrsulinarum, apud Malestrictum ædes Augustinensium; Rotonium verò moniales de Caluario, & Abbatia Benedictinorum S. Saluatoris, Congregationis S. Mauri reformatur, & instauratur. Demum S. Annæ Aurayensis veneratio legitur miraculis sub eius Pontificatu in vico Ker-Annâ suæ diœceseos manifestata, reuelatione sacræ imaginis è terrâ erutæ, quæ Sebastiani auctoritate collocatur in Ecclesiam ex eleemosynis peregrinorum constructam, iuxta oppidum de Auraio, per Carmelitani Ordinis Patres administrandam: in quo etiam stabiliuntur cœnobia Capucinorum, & Religiosarum Ordinis S. Francisci. Interfuerat anno 1614. Comitiis Regni generalibus Parisiensibus pro Clero Britanniæ, necnon prouincialibus nomine totius cœtus ad Ludouicum XIII. delegatus est annis 1629. & 1640. Proprium Sanctorum Ecclesiæ suæ typis mandari curauit, ac vitam produxit vsque ad 29. Iulij anni 1646. sepultus in Cathedralis sacello D. Vincentij de Ferrariis, Ordinis Dominicani, in quo sacra lypsana asseruantur; cœnotaphium eius excelsum intra apsidem muri Capellæ ad latus sinistrum positum est. 1629.

ROSMADEC. 88. CAROLVS DE ROSMADEC Sebastiani consanguineus, Mathurini Baronis de Saint Iouan & de Gael, domini de Comper, & Ioannæ de Trogo filius, ex Abbate B. Mariæ de Troncheto Ordinis Benedictini, diœcesis Dolensis, renunciatus Episcopus, Lutetiæ sacrâ vnctione initiatur in Ecclesiâ Sancti Ludouici Patrum Societatis Iesu, 11. Octobris 1648. à Renato de Rieux Leonensi Antistite, Anthymo Dionysio Cohon Dolensi, & Dionysio de la Barde S. Brioci. In Comitiis Britanniæ Venetensibus 1649. pro sacro Ordine legationem obiuit ad Regem, ac Cœtui generali Cleri Parisiensi anno 1655. interfuit. 1648.

Pallé d'argent & d'azur de six pieces.

VIRDVNENSES EPISCOPI.

VIRDVNI multiplex denominatio est, Verodunum, vel Vereduna vrbs Fortunato, Virodunum Greg. Tur. l. 3. apud Ptolemæum, & Antonini Itinerarium, quæ & Verodunensium in prouinciâ Belgicâ primâ, in finibus Lotharingiæ sub Metropoli Treuerorum, duodecim millibus passuum à Meti in Occidentem hibernum à Tullo septem in Corum distat, ad Mosam sita; Ecclesiis & Monasteriis egregiè adornata. Olim erat in circulo quinto Imperij Germanici, vnde Episcopus dicitur Comes loci, ac Princeps Romani Imperij. At ab anno 1552. Henrico 2. Rege in ditionem Francorum redacta est; cuius Ecclesia Cathedralis B. Mariæ Virgini consecrata. In diœcesi sunt Abbatiæ.

VERDVN sur la Meuse.

HHHhhhh

S. AGERICI O B.

S. Airy de Verdun.

S. VITONI O B.

S. Venne de Verdun.

S. PAVLI *S. Paul de Verdun* O P.

S. MAVRI *in vrbe fem.*

S. Maur O B.

BELLILOCI *Beaulieu* O B.

S. MICHAELIS *S. Miel* O B.

CASTELLIONIS O C.

Chastillon.

Porrò Antistites huic Cathedræ insederunt, ex opere Gallici idiomatis Ricardi Vuasseburgi Archidiaconi eiusdem Ecclesiæ, Alberici Chronico variisque historicis collecti.

1. S. SANCTINVS.

2. S. MAVRVS obiit die 8. Nouembris.

3. S. SALVINVS.

4. S ARATOR: post quem reperitur interpontificium 200. ferè annorum.

5 S. PVLCHRONIVS, B. Lupi Trecensis discipulus apud Surium 29. Iulij, in vitâ ipsius Lupi. Transtulit Sedem Episcopalem ab æde suburbanâ Sanctorum Apostolorum
470. Petri & Pauli, in Ecclesiam B. Mariæ. Obiit circa an. 470.

6. S. POSSESSOR eligitur an. 470 sepultus in basilicâ B. Apostolorum.

7. S. FIRMINVS, Tullensis oppidi indigena floruit regnante Clodoueo I. sicut indicat vita D. Maximini Confessoris: mortuus eo tempore quo ciuitas Clodoueo dedita est.

8. S. VITONVS, Virdunensis origine, qui habet monasterium in suâ vrbe caput reformationis Benedictinæ in Lotharingiâ; cuius festum notatur Nouemb. die 9. in Additionibus Molani ad Vsuardum; fuit A miraculorum virtute insignis, de quo plura in Historiâ Vuasseburgi.

9. DESIDERATVS regnante Theodorico Rege præfuit, in diptychis vulgaris Episcoporum è nobili genere Alemannorum procreatus, cuius liberalitatis indicium hoc refert Gregorius Turon. de Gestis Francorum l. 3. c. 34 quòd cùm à Theodorico Rege bonis omnibus spoliatus esset, & ciues Virdunenses ad summam inopiam redacti essent, ille à Theodeberto successore B Theodorici septem millia aureorum mutuo acceperit, eáque inter ciues erogarit, Gregorij verba sunt: *Desideratus Viridunensis Episcopus, cui Theodoricus Rex multas intrigauit iniurias, cùm post multa exitiâ, damna, atque ærumnas, ad libertatem propriam iam Domino iubente rediisset, & Episcopatu, vt diximus, apud Virdunensem vrbem potiretur, videns habitatores eius valde pauperes atque destitutos, dolebat super eis. Et cùm ipse per Theodoricum de rebus suis remansisset extraneus, nec haberes de proprio* C *qualiter eos consolaretur, bonitatem & clementiam circa omnes Theodeberti Regis cernens, misit ad eum Legationem dicens: fama bonitatis tuæ in vniuersam terram vulgatur, cùm tanta sit tua largitas, vt etiam non petentibus opem præstes, Rogo si pietas tua habet aliquid de pecuniâ nobis commodes, quâ ciues nostros releuare valeamus.* Cùmque hi negotium exercentes, sponsionem in ciuitate nostrâ sicut reliquæ habent, præstiterint, pecuniam tuam cùm vsuris legitimis reddemus. Tunc ille pietate commotus, septem ei millia aureorum præstitit. Quæ ille accipiens, per ciues suos D erogauit. Primus in sanctæ Mariæ templo sepultus.

10. S. AGERICVS ciuis Virdunensis, defuncto Desiderato ad Episcopalem Cathedram assumitur teste Gregorio Tur. lib. 3. Childebertum Regem è sacro baptismatis fonte suscepit, Greg. lib. 9. c. 8. qui de eo agit c. 10 & 12. mœrore interiit ob necem Bosoni clienti illatam, quam Turon. c. 23. eiusdem libri ita significat. *Agericus verò Virdunensis Episcopus, cùm ex illo diuturnæ amaritudinis felle grauiter ægro-*

taret, pro eò quòd Guntchramnus Boso, pro quo fideiussor extiterat, interfectus esset; vel etiam additâ amaritudine, quòd Berthefredus intra Oratorium domus Ecclesiasticæ fuerat interfectus, & præsertim cùm ipsos Guncchramni filios secum retinens, quotidie fleret dicens: In meo vos odio orphani relicti estis. His accensus, vt diximus, causis, fellis amaritudine adgrauatus, & maximè inediâ consumptus, diem obiit, adpositúsque est in sepulchro: Buccioualdus quoque Abba eius pro Episcopatu cucurrit, sed nihil obtinuit. Illius doctrinam, & virtutes eximias prædicat Fortunatus Presbyter l. 3. poëmatum c. 27. & 28.

587. 11. CHARIMERES ex Referendario Regio Episcopus anno 587. Greg. idem l. 9. c. 23. *Charimerem Referendarium cùm consensu ciuium regalis decreuit auctoritas fieri Sacerdotem; Buccioualdo Abbate postposito. Ferebant enim hunc esse superbum & ob hoc à nonnullis Buccus validus vocitabatur.* Iacet in Cathedrali Virdunensi.

621. 12. ERMENFREDVS ex Monacho Luxouiensi, decessit an. 621. 8. Decemb. apud Ferrarium.

13. S. PAVLVS frater D. Germani Parisiensis ex Abbate Stabuleij diœcesis Treuirensis, qui habet Ecclesiam Abbatialem extra vrbem, olim Ordinis Benedictini, nunc Præmonstratensis.

630. 14. GODO in Concilio Remensi anno 630.

15. GISLOALDVS religiosus anteà Ordinis Benedictini, dotator Ecclesiæ Collegiatæ S. Saturnini Virdunensis.

665. 16. GEREBERTVS eligitur anno 665.

17. ARMONIVS an. 701.

708. 18. AGREBERTVS, ex Archidiacono Virdunensi, decessoris nepos, creatus anno 701. obiit 708.

19. BERTOLAMIVS, erat anteà monachus Benedictinus.

20. ABBO vetulus, è cœnobitico grege vocatus ad curam Pastoralem an. 715. 715.

21. PEPO præfuit anno 716. Ecclesiam Virdunensem compluribus prædiis locupletauit, mortuus anno 722.

22. VOLCHISVS ex cartulario Virdunensi suffectus an. 722. natione Germanus, deuixit an. 729. 729.

23. AGRONIVS circa an. 729. ex Canonico Ecclesiæ Virdunensis, vitam morte commutauit an. 732.

24. S. MAGDALVEVS an. 735.

25. AMALBERTVS rexit sub an. 761. 762.

26. PETRVS natione Italus an. 774. fatis functus an. 799.

27. AVSTRANNVS an. 799. viuere desiit an. 804. humatus in æde S. Vitoni.

28. HERILANDVS an. 805. animam reddidit an. 809. conditus ad S. Vitonum iuxta decessorem.

29. HILDVINVS an. 835. in restitutione Ludouici Pij; de quo Hincmarus ep. 3. c. 15. nominatur in cartulario Ferrariensi: interiit an. 850. in Octauis Epiphaniæ. 835.

30. ATTO ex Religioso S. Germani Autissiodorensis ad Episcopalem Cathedram euocatur; de eo Synodus Tullensis ad Saponarias an. 859. ait can. 7. *Mota est quæstio de Actone Viridunensium Episcopo, quòd oblatione regulari, vnde petitio ibidem est præsentata, in monasterio S. Germani Autissiodorensium extiteric, & contra regulas Ecclesiasticas inde discedens, minùs prouisè, quàm sacra auctoritas doceat, ad ordinem Episcopalem peruenerit.* In Concilio Præsulum Aquisgranensis palatij an. 860. ex libello Hincmari Archiep. Remensis. Legatione Regis Lotharij defunctus est apud Nicolaum Papam eodem anno cùm Teutgaudo Treuirensi Archiepiscopo, tum Synodo Tusiacensi adfuit an. 860. Aquisgra- 860.

nensi 3. an. 862. denique coronationi Caroli Regis Metis an. 869. ex actis Conciliorum : plura sedis suæ bona abalienata recuperauit; de quo Laurentius Leodiensis in Collectaneis Virdunensibus agit. Mortuus est an. 870. & iacet in basilicâ S. Vitoni.

31. Berardvs, nobilis Austra-
876. sius præfuit an. 872. in Concilio Pontigonensi an. 876.

32. Dado Berhardi discipulus, & in scholâ S. Vitoni auditor ei suffectus, sub quo mensæ Capitularis ab Episcopali, facta est partitio: adest Concilio Metensi an. 888. & Triburiensi 895. ipse scribit Ratbodo Archiepiscopo Treuirensi an. 907. indict. 9. Idibus Maij, in exemplo Formatæ apud Iuonem parte sextâ Decreti cap. 435. & in diplomate Caroli Simplicis 8. Calend. Septemb. 915. Eius autem rogatu Bercharius Presbyter collegit res gestas Pontificum Virdunensium.
923. Obiit anno 923. De eo sic vetus cartularium Virdunense apud Vassebourgium in Commentariis Antiquit. Belgic. *Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi* DCCCXCIII. *regnante verò domino Arnulfo gloriosissimo Rege, anno quinto, nostræ autem ordinationis 13. indictione 9. Ego Dado Virdunensis Ecclesiæ Episcopus, cœpi tractare in animo meo varios præsentis sæculi casus, & priorum Pontificum facta ad memoriam reducere, & eorum à nostra Ecclesiæ fidelibus sedulò ac salubriter inuestigare. Dominus igitur Hatto antecessor noster fuit temporibus Lotharij Imperatoris, & item Lotharij filij eius, & peruenit vsque ad annum primum Caroli Regis, qui Pontifex venerandus multa memoriâ digna contulit Ecclesiæ : de quibus pauca stylo commendare commodum duximus. Obtinuit námque apud Regem Lotharium res per multa loca iacentes, id est in Comitatu Virdunensi, Alberauillam &c. Idem etiam venerabilis Episcopus istam nouam basilicam inchoauit: sed à successore eius, auunculo videlicet nostro domino Berhardo Episcopo, honorificè perfecta est. Qui etiam temporibus Caroli regimen istius Ecclesiæ suscepit: & vsque ad tempus Ludouici Germanici Regis eam fæliciter gubernauit. Iste inclytus pastor dominus Berhardus auunculus videlicet noster, in Ecclesiasticis disciplinis vltra quàm credi, vel fieri possit, feruentissimus extitit, & Episcopale ministerium, & religiosam vitam admodum diligens, quamplurima isti Ecclesiæ contulit, quæ nunc zelo eius æternaliter testimonium perhibent. In basilicâ S. Petri & S. Vitoni posuit Canonicos octo, & dedit illis res quæ ad ipsam Ecclesiam pertinent, sicut eas tunc in suo dominatu habebat: decimam quoque arietum qui ad nostrum opus ex Brasensi centena congruis temporibus accipiuntur. Dedit etiam ad ipsum altare, vnum sacerdotale vestimentum auro ornatum. Nos etiam qui diuinâ dispositione eius successor & ipsi domini Lodouici Regis post auunculum nostrum istam Ecclesiam gubernandam suscepimus, & post mortem eiusdem dominum Carolum fratrem ipsius Imperatorem suscepimus, & vsque ad tempus domini Arnulfi gloriosissimi Regis, nepotis scilicet eorum, iam peruenimus, quicquid mihi commissæ Ecclesiæ in rebus & familiis, in omnibus ornamentis Ecclesiasticis, Domino adiuuante, addere potui, huic operi addere saluberrimum duxi. Hæc omnia solemni more supradictæ Ecclesiæ dominus Carolus Imperator delegauit, atque ad habendum perenniter concessit, Arnulfus quoque gloriosissimus Rex dedit in proprium per auctoritatis suæ præceptum supradictæ Ecclesiæ Abbatiam, quæ vocatur Montisfalconis, quæ est in honore S. Germani constructa, & in Comitatu Dolmensi est sita, tùm omnibus & sibi pertinentibus.*

33. Hvgo I. sacratur an. 923. Chronicon Flodoardi. *Dado Virdunensium Episcopus obiit, & Episcopatus eius Hugoni ab Rodulfo Rege conceditur, quique Presbyter Remis ab Seulfo Archiepiscopo consecratur.* Eiectus fuit à Sede Virdunensi, & de- 926.
cessit an. 926.

34. Bernvinvs subrogatus expulso Hugone an. 925. idem Flodoardi Chronicon : Henricus Ber- «
nuino Dadonis Episcopi nepoti E- «
piscopium Virdunense concedit. «
Qui & expulso Hugone Presbyte- «
ro, cui Rodulfus illud dederat, ibi- «
dem ordinatur Episcopus. Debi- «

tum mortalitati persoluit anno 939.

35. BERENGARIVS patriâ Saxo, inauguratus ab Artaldo Remensi Pontifice an. 940. id Flodoardus eodem Chronico indicat: dotauit monasterium S. Vitoni, in eóque monachos pro Clericis collocauit an. 960. ex chronico Alberici: præ-
948. sens Synodo Engelenheimensi an. 948.

36. VVICFRIDVS natione Noricus, ex Principibus Bauariæ creatur an. 975. Cancellarius Imperij ad vicem Brunonis Archicancellarij: auxit quibusdam reditibus Abbatiam B. Vitoni, Ordinator Hugonis Episcopi Remensis: monachos posuit in æde S. Pauli, quæ priùs S. Saturnini vocitabatur: de eo Bertharius in libro gestorum Pontificum: quiescit apud S. Paulum propè maius altare.

37. HVGO II. prosapiâ clarus, fauore Cæsaris Cathedram consequu-
984. tus, rexit anno 984. Chronicon Alberici: *apud ciuitatem Virdunum Hugo Clericus quidam in Episcopum electus, videns ibi paucas & minùs sufficientes sibi expensas, resignauit, & electus est pro eo filius Friderici.*

LORRAINE 38. ADALBERO DE LORRAINE I. Friderici Ducis Mosellanorum, id est Nanceij, ex Beatrice, Regis Hugonis Capeti sorore filius, vir sciens & nobilis apud Chronicon Alberici: sedit an. 984. postmodum electus Metensis Antistes.

VERDVN. 39. ADALBERO DE VERDVN II. Gotofridi Comitis Virdunensis filius ex Mathilde Saxonâ, patruus Stephani 9. Papæ, sedem iniit an.
984. 984. Chronicon Alberici: *Et factus Virdunensis Episcopus alter Adalbero filius Comitis Godefridi, de quo præmittitur, quòd ipse erat Comes Virdunensis, & ante ipsum Godefridum fuit Comes Virdunensis quidam dictus Sigebertus.* Vide Gerberti epistolas 41. 53. & 54. decessit Salerni in Italiâ, corpus relatum Virduni sepelitur.

40. HAYMO, discipulus Notgeri Leodiensis Episcopi, & Henrico Duci Bauariæ à consiliis, successit Adalberoni, sicuti Albericus refert in Chronico ad an. 988. *apud Virdunum post mortem Episcopi Alberonis filij Comitis Godefridi, qui tribus annis & dimidio præfuit, factus est Haymo* 988.
per 36. annos natione Teutonicus. Solemni pompâ vrbem ingressus honestè exceptura Friderico Comite: dein verò studium suum addixit instaurandis ac sarciendis templis Nostræ Dominæ, & D. Vitoni Virdunensis, pro cuius commodo plura dominia commutauit, quòd patet ex tabulis cœnobij, in quarum vnâ subscriptus legitur an. 995. confirmationi donationis Comitatus Virdunensis, auctore Vuasseburgio. Memoratur in chronico Cameracensi l. 3. c. 9. & 35. & in diploma-
te Henrici Imperatoris 1004. con- 1004.
struxit S. Magdalenæ monasterium teste Anselmo in Historiâ Leodiensium Præsulum c. 56. « Ecclesiam D. Ioannis in prospectu ciuitatis sitam, in quâ S. Confessores Maurus, Saluinus, Arator quiescunt, restaurauit, vbi Congregationem Sanctimonialium sub dispositione Ricardi instituit, & matrem eis consilio eiusdem prouidit Adelbergam; sub ipso Amicus Præpositus Ecclesiam B. Crucis exstruxit. Dudo Præpositu ram S. Laurentij, Ermenfredus Virdunensis Canonicus Ecclesiam S. Magdalenæ, & in eâ Canonicorum turmam aggreganit; venerabilis Ricardus monasterium S. Petri & Pauli & B. Vitoni Confessoris à fundamentis exstructum renouauit », ex Hugo. Flauiniacensi Sedit Haymo
annis 36. interiit 11. Cal. Maij 1024. 1024.
iacet in Ecclesiâ S. Mauri.

41. RAYMBERTVS an. 1024. interest Concilio Triburiensi anno 1030. dum Hierosolymam proficisceretur, apud Belgradam Hungarici regni oppidum decessit 1038. Pontificatus sui anno 14. postmodum tempore Ricardi successoris sui Virdunum relatus, humatur in Monasterio S. Agerici, quod construxerat.

42. RICARDVS I. Hildradi Comitis filius, creatur Antistes anno
1038. ex Chronico Alberici Hugo 1038.
Flauiniacensis: « Post mortem, inquit, Ramberti, Henricus Imperator

„ primo regni sui anno, viro Dei Ricardo Abbati Episcopium Virdunense concessit. Sed vir mitissimus hoc rennit, & Ricardum suum in baptismate filiolum, Hildradi Comitis filium intronisari fecit. Defunctus 8. Idus Nouemb. cuius corpus, subdit Flauiniacensis, cùm parentes iuxta corpus viri Dei Ricardi Abbatis apud S. Vitonem sepeliri mandassent, à Canonicis vi retentum, in Ecclesiâ S. Mariæ Maioris sepultum est.

43. THEODORICVS cognomento Magnus, natione Teutonicus, Vizelonis Comitis filius successit
1047. an. 1049. cuius primo benedictionis anno templum S. Mariæ à Duce Godefrido & Balduino incensum est; vasa sacra ablata, ciuitásque destructa 8. Calend. Nouemb. teste Hugone Flauiniac. Præsens in Concilio Remensi an. 1049. & eodem anno dedicationi Ecclesiæ S. Arnulfi Metensis. Recensetur à Sigeberto & Greg. 7. lib. 1. epist. 81. ad Odonem Archiepiscopum Treuirensem an. 1073 & in vitâ Leonis IX. l. 2. c. 2. Quo sedente 1050. Leo IX. rediens à Synodo Remensi dedicat Virduni Ecclesiam S. Magdalenæ 7. Idus Octobris, ad Ermenfredi Archidiaconi supplicationem, ibidem posteà sepulti 9. Cal. Octob. 1071. Theodoricus autem inter viuos esse desiit anno 1090.

DE BRIE. 44. RICHERVS DE BRIE ex Decano Metensi an. 1090. Chronicon Alberici: electus est in Episcopum Virdunensem Decanus Metensis Richerus per annos sexdecim, frater Alberti de Brie, Bezelini, & Ioannis: humatus an. 1107. in basi-
1107. licâ S. Vitoni, è regione altaris S. Laurentij, per Ricardum Albanensem Pontificem.

GRAND-PRE'. Burelé d'or & de gueule de dix pieces. 45. RICARDVS DE GRANDPRE' II. ex genere Comitum de Grandiprato, Hermanni filius, & Virdunensis Archidiaconus, de quo sic Albericus ad an. 1108. *Ricardus Virdunensis Archidiaconus Comitatum Virdunensem regebat, qui ante Geruasium de Retest electus fuerat in Archiepiscopum Remensem, sed recusauit; electus est in Virdunensem, ubi multa mala fecit, & fuit de parte schismatici per annos septem.* Donatus autem fuerat Episcopatu fauente Henrico Augusto, faustâque gratulatione Cleri & populi excipitur; postmodum à Paschali summo Pontifice in Synodo Remensi anathemate mulctatur: de cuius vitâ fusiùs in Historiâ Vassebourgij: obiit in monte Cassino in magnâ contritione, ibíque humatus. 1114.

DE BLOIS. 46 HENRICVS DE BLOIS I. Blesarum Comitis filius ex Adelâ sorore Henrici Regis Angliæ, Abbas Glastoniensis, & Episcopus Vintoniensis, de suâ promotione scribens Albericus in Chronico anno 1114. *Sedes Virdunensis per quatuor annos vacabat, Henricus Vintoniensis, factus est Virdunensis Episcopus, postquam malus Ricardus Virdunensis electus obiit in Apuliâ:* Et sub annum 1118. *in Concilio Remensi Henricus in Episcopum Virdunensem confirmatur, sed à Virdunensibus non recipitur; ille ad gratiam Comitis Rainaldi se inflexit, & cùm eo vrbem cepit violenter, Comes ad suum votum ciues cepit, & ad redemptionem pecuniarum coëgit.* 1118. Vitam illius prolixè refert Franciscus Goduuinus Episcopus Landauensis in Commentario de Præsulibus Angliæ, & Vasseburgius: cui scribit S. Bernardus ep. 62. videnda etiam epistola 48. interest coronationi Lotharij Imp. 1125. mense Septembri; Aquisgrani apud Anselmum Gemblacensem: depositus ab Episcopatu per Mathæum Cardinalem Albanensem anno 1129 Albericus in Chronico: *Mathæus Albanensis Legatus Concilium tenuit apud Catalaunum in Purificatione beatæ Virginis, vbi de consilio B. Bernardi Abbatis, Henricus Virdunensis Episcopus Episcopatum dimisit, & factus est Episcopus per biennium quidam Abbas S. Dionysii Remensis.* 1125.

47. VRSIO Abbas anteà D. Dionysij Remorum, per abdicationem Henrici an. 1129. electus est. quo Episcopatui cedente post annum 1130. subsignat fundationem Abbatiæ Igniacensis, & in Monte S. Eligij Attrebatensis diœcesis reliquum vitæ exegir, ibíque tumulatus 26. Cal. Februarij 1149. 1149.

Chiny. 48. B. Albero de Chiny III. Arnulfi & Adelæ Rociacensis filius, ad hanc dignitatem promo-
1131. tus est cedente Vrsione an. 1131. „ Albericus inquit, in Chronico, a„ pud Virdunum factus est Episcopus „ Albero de Chisneio, frater Comi„ tis Ottonis, non tamen vterinus fi„ lius Comitis Arnulfi, qui turrim „ quam Comes Barri in Virduno ere„ xerat, deiecit. Comes Otto de Chis„ neio frater eius iam discesserat, cu„ ius erat filius Comes Albertus, de „ Alayde sorore Comitis Godefridi „ Namurcensis. Consecratus est die Paschatis per Innocentium Pontif. Max. Anno 1136. Ecclesiam S. Pauli iuxta vrbem amotis Benedictinis, Præmonstratensibus fratribus donat, instituto Abbate Rogero. Cessit Episcopatum an. 1156. factus Canonicus ad S. Paulum Virdunensem, vbi priùs religionem vouerat; pro quo Missam celebrans B. Bernardus, Collectam defunctorum mutasse dicitur in Collectam Confesso-
1158. rum, cùm is obdormiisset in Domino an. 1158.

Marcy. 49. Albertus de Marcy I. Primicerius Virdunensis, ex demissione Alberonis 1156. impetrat confirmationem Comitatus Virdunensis Ecclesiæ suæ, codicillis Friderici Augusti datis an. 1156. die 16. Cal. Septemb. inuisit S. Hildegardem in monte B. Roberti iussu summi Pontificis; abdicato Episcopatu fit monachus apud S. Vitonum, vbi
1162. iacet, mortuus an. 1162. conditus ante altare D. Laurentij.

De Crissa. 50. Ricardus de Crissa III. ex Archidiacono Laudunensi, gentilis toparcharum de Grandiprato, post ipsum electus fuit: defunctus in expeditione Hierosolymitanâ an. 1171.

Chiny. 51. Arnulfus de Chiny, ex Thesaurario Ecclesiæ anno 1171. occisus anno 1181 Augusti 14. apud Sanctam Manehildem in oppugnatione castri sepelitur in medio chori suæ Cathedralis, hoc adiecto epitaphio:

Quisquis es, sta & lachryma, dum cernis Arnulphi, Virodunensium Præsulis vigilantissimi rubentia moesto tegi lapide: hic enim apud sanctam Manechildem, gregis Dominici sceleratum hostem Albertum Pichot fortis persequens obsidione, aduersà è propugnaculis sagittà percussus, infœlici, præmaturóque funere cecidit. Anno MCXCI. *& 14. Augusti. Pugili benemerenti fratres posuère.*

Castres. 52. Henricus de Castres II. ex Archidiacono D. Lamberti Leodiensis Episcopus an. 1181. qui in 1181. tabulariis Aureæuallis inter Friderici Augusti Consiliarios adlectus fertur: nuntium mittens Episcopatui suo, Leodium migrauit.

De Hirgis. 53. Albertus de Hirgis II. nepos Arnulfi, Thesaurarius Virdunensis, postulatur parte Capituli in eum consentiente, cùm esset vir probus, aliis Canonicis eligentibus Robertum, dynastis de Grandiprato consanguinitate iunctum; orta ergo inter vtrúmque grauis contentio in Curiâ Pontificiâ & Friderici Augusti, Albertus tandem causâ vicit; Chronicon Alberici sub an. 1187. *eodem anno Henricus de Ca-* 1187.
stris hac occasione à Virdunensi Episcopatu se deposuit, & Leodium veniens in Ecclesiâ B. Lamberti sepultus fuit, & factus est Virdunensis Episcopus Albertus de Hirgis nepos ex sorore Episcopi Arnulfi, & Comitis de Cisneio, Ludouici & Theoderi de Martheriis: fratrem quoque habuit Albertus hic Episcopus Ludouicum Abbatem S. Vitoni Virdunensis: trucidatur an. 1208. 1208.
ex his verbis Alberici; *apud Virdunum inter Clericos & laicos graue vertitur discordiæ scandalum, pro quo & Episcopus eorum Albertus de Hirges letaliter vulneratus occubuit.* Sepultus in veteri choro basilicæ, vbi spectatur tumulus opere mosaico, cùm hoc epitaphio:

Ecce pater populi, patriæ decus, anchora Cleri,
Ecclesiæ lampas, vitæ speculum, schola veri,
Pro patriâ cecidit supremum passus agonem,
Luce minùs nonâ, te Phoebe tenente Leonem.

Grandpré. 54. Robertus de Grandpré ex Primicerio Virdunensi, iu-

uenis postulatur Episcopus, qui priùs in Curiâ Othonis Imperatoris educatus fuerat, subrogatur autem Al-
» berto 1208 patruus, ait Albericus,
» Comitis de Grandiprato, post mul-
» tas altercationes siue iustè siue in-
» iustè succedit. obiit anno 1217. Ro-
1217. mâ reuersus.

ASPREMONT. De gueulle à la croix pleine d'argent. 55. IOANNES D'ASPREMONT I. Gofrido I. Barone Asperomontij in Lotharingiâ, & Elisabethâ de Dampetrâ parentibus nascitur; ex Canonico Virdunensi ac Metensi, virtutum merito postulatur Antistes, per Pontificem Maximum dispensatus super defectu ætatis: at
1224 posteà fuit traductus anno 1224. ad Ecclesiam Metensem.

TOROTE. 56. RADVLFVS DE TOROTE superioris consobrinus, ex Præcentore Laudunensi, frater Roberti Episcopi Lingonensis, & Leodiensis, eiusdem cessione ad Episcopatum subuectus, vniuit Capitulo suo officium Thesaurariæ Virdunensis, co-
1226. dicillis anni 1226. mense Aprili: decessit anno 1245. mense Maio, humatus in veteri choro S. Mariæ propè Albertum: in cuius funere Robertus Leodiensis Præsul dotauit Capellanum pro celebratione Eucharistici sacrificij

TRAINEL. 57. GVIDO DE TRAINEL I. ex nobilibus de Triangulo in Campaniâ, ad hanc sedem destinatur per obitum Radulfi, diem clausit postremum apud fortalitium Ha-
1245. thonis castri anno 1245. cùm ingressum pararet in Cathedrali, vbi carnis sarcinam deposuit.

DE MELLO 58. GVIDO DE MELLO II. ex toparchis de Melloto in Burgundiâ, & Decano Autissiodorensi prouisus an. 1245. per Innocentium Papam: graues controuersias habuit cùm ciuibus suis pro iurisdictione Pontificiâ, de quibus fusè Annales Aurexuallis, & Vasseburgius. Postmodum translatus fuit ad Sedem Autissiodorensem, vt supra diximus.

D'AIX. 59. IOANNES D'AIX II. Aquisgranensis, ex Canonico & Primicerio Virdunensi, suffragiis Canonicorum sublectus: paciscitur cùm

A ciuibus suis publico instrumento 1247. in tabulario Episcopali, ac decreta quædam ordinauit an. 1248. fundauit obituarium suum in Cathedrali. Demum Virduni exemptus est è viuis anno 1252. 1252.

PANTALEON. 60. IACOBVS PANTALEON Trecis obscuro loco natus, Parisiensis Theologus; ex Archidiacono Laudunensi ac Leodiensi, ad hanc sedem ascendit, & ad Patriarchatum Ierosolymitanum: anno 1255. 1255.
quædam erogauit Capitulo: tandem fit summus Pontifex Vrbani 4.
B nomine, quod ipse significat bullâ Viterbij datâ 8. Calend. Octobris Pontificatus I. cuius initium est: *Episcopo & dilectis filiis de Capitulo Virdunensi salutem. Pro gratiâ dilectionis & gratiæ vestram prosequi delectamur Ecclesiam, quia & ipsa in honorem gloriosæ Mariæ Virginis constructa esse dinoscitur. Et nos, qui olim pastorali officio fungebamur, ibidem de ipsâ primò ad Patriarchatus Ierosolymitani curam, & subsequenter licet immeriti, ad Apostolicæ dignitatis fastigium, prout pietati diuinæ placuit, sumus.* Videndus Ciaconius, Onu-
C phrius, Quercetanus, & alij de Pontificibus Romanis.

MILAN. 61. ROBERTVS DE MILAN Lombardus, à loco originis Mediolanensis dictus; per Alexandrum Papam Pontificatu donatus anno 1257. Romæ interiit anno 1271. sepultus die 7. Septemb. in sacello D. Martini, cùm epitaphio. 1257.

SARNAY. 62. VLRICVS DE SARNAY Canonicus Virdunensis, & Præpositus B. Mariæ Magdalenes Virdunensis, suffectus anno 1271. Ecclesiam
D suam bonis & opibus ditauit, Clerum verò saluberrimis decretis informauit; in vigiliâ S. Mathæi 1273. animam exhalauit, fundato anniuersario, funeratus in eodem sacello D. Martini ad latus sinistrum cùm huiusmodi epigraphe: 1273.

Vir magnæ laudis & purus crimine fraudis,
Hic iacet Vlricus, humilis, pius, atque pudicus,
Votis accitus est Cleri, mitrâ redimitus,

Et

Et Præsul factus dum vigilauit in actus,
Et Regem cæli dilexit mente fideli,
Tum pater insignis meritis & nomine dignus,
Transijt Ecclesiæ sublatus nocte Mathiæ,
Anno milleno bis centeno duodeno,
Sex vicibus primo, tumuli requieuit in imo.

GRANDSON. 63. GERARDVS DE GRANDSON maioris Ecclesiæ Virdunensis Præpositus; ex nobilibus dynastis de Grandisono in Sequanis: electus
1277. anno 1277. postquam sedes aliquot annis vacasset.

GRANDSON. Pallé d'or & d'azur de 6 pieces à la cottice de gueulle chargée de 3. coquilles d'argent. 64. HENRICVS DE GRANDSON III. Gerardi germanus, successit anno 1278. obiit 1286. in Abbatiâ Castellionis, Ordinis Cisterciensis, diœcesis Virdunensis sepelitur cùm fratre, Gerardus quidem à parte dextrâ Chori, hic autem à
1278. sinistrâ maioris aræ, istis versibus tumulo adscriptis.

Hic pater Henricus de Grandisono requiescens
Cunctis viuificè declaras carne putrescens,
Spernere terrena mundi bona, sic & amœna,
Nam citò mundana fugiunt quasi visio vana,
Præsul eras diues, nunc de putredine liues,
Non ita quis fortis, quis soluat debita mortis.

REVIGNY. 65. IACOBVS DE REVIGNY II. à loco patriæ Reuigniaco in Barrensi pago sic nuncupatus; ad hanc
1292. Cathedram ascendit anno 1292. cùm fuisset Interpontificium quadriennij tempore ab obitu Henrici de Grandisono: ex Auditore Rotæ Romanæ, ac Iuris Ciuilis & Canonici peritissimo Interprete, varia scripsit, & laudatur à Bartholo: Florentiæ decessit Romam tendens, motâ graui controuersiâ inter ipsum & ciues, ibique humatus an. 1296.

RICHERICOVRT. 66. IOANNES DE RICHERICOVRT aliàs DE ASPEROMONTE, III. vir nobilis ac probus, ex dominis de Richericurte, per matrem verò oriundus ex Asperomontis proceribus, quod cognomen nonnunquam assumebat: ex Canonico Virdunensi an. 1296. quædam confirmauit Capitulo Cathedralis; qui postquam laudabiliter præfuisset, interiit anno 1302. desinente 1302.
Martio: nonnulla bona pro anniuersario legauit Ecclesiæ maiori. conditus in Capellâ S. Petri de claustro propè Guillelmum germanum suum quondam Præpositum B. Mariæ Magdalenæ, hoc epitaphio:

Inclyta progenies ASPERMONS quâ decoratur,
Vt sub nube dies, hic Præsul Io: tumulatur.
Per famam gratus suscepit Pontificatus
A Papâ Sedem, modicam qui nunc habet ædem.
Exemplar morum fuit, & tutela bonorum,
Et pacis cultor, edij, vitijque sepultor,
Hic acquisiuit, benè soluit, vt verè sciuit
Cùm magnis magnus, cùm paruis mitis & agnus.
Annis M. C. ter cùm vinis arduus æther.
Hunc sublimauit, & Sanctis associauit.
Vltima lux Martis, suscepit in ædibus arctis
Membra Ioannis, vbi iungitur & sibi frater.

67. THOMAS DE BLAMMONT Primicerius Virdunensis; ex Comitibus de Blammont in Lotharingiâ, frater Henrici I. Comitis; electus anno 1302. vir magnæ apud suos auctoritatis, fato corripitur in peruigilio D. Ioannis Baptistæ an. 1305. 1305.
iacet in Capellâ S. Martini sub tumbâ excelsâ, cui prostat epitaphium à Vasseburgio relatum. BLAMMONT.

68. NICOLAVS DE NEVFVILLE, I. ex toparchis de Villanouâ super Ornam, creatus anno 1305. sub quo instituitur Virduni conuentus Augustinensium; propter litigia cùm ciuibus suis, annuente Clero, Episcopatum dimisit in fauorem Henrici. NEVFVILLE.

69. HENRICVS D'ASPREMONT IV. Gofridi 3. Asperomontis topar- ASPREMONT.

chæ ex Elisabethâ de Kieuurain filius, qui Gofridus auum habuit Gobertum fratrem Ioannis Præsulis Virdunensis: eligitur post Nicolaum,& adiit Ecclesiæ possessionem
1312. an. 1312. confestim ciues interpellat pro restituendo Vicecomitatu, quem in grauamen Ecclesiæ detinebant, quod posteà complures rixas excitauit, tandem ad concordiam dissensio reuocatur: elegit Philippum Valesium successorésque Reges Franciæ in protectores ac defensores Ecclesiæ, ac ciuitatis Virdunensis, publico instrumento regij cartophilacij Parisiensis. Condito te-
1348. stamento 2 Martij anni 1348. quo sepeliri mandauit in Capellâ Sanctorum Apostolorum suæ Ecclesiæ, migrauit longæuus à sæculo 5. Ianuarij anni 1349. Post quem HENRICVS DE GERMINY nobilis Lotharingus, Archidiaconus Virdunensis postulatur ad Episcopatum, sed reiectâ eius nominatione, nec adeptâ confirmatione per Pontif. Max. successit.

POITIERS. D'azur à 6. besâs d'argent 3. 2. 1. au chef d'or.

70. OTHO DE POITIERS ex Comitibus Valentinensibus prognatus, Aimaro quarto, & Sibyllâ de Baucio parentibus: erat frater Guillelmi Lingonensis & Henrici Trecensis Episcoporum: toparcha erat Montilmeyrani, Abbas S. Petri Catalaunensis, & in aulâ Clementis 6. Auenione in Rotâ munus gerens; cùm verò sedes vacaret ab obitu Asperomontij, adipiscitur possessionem 1350. post annum resignauit Hugoni Barrensi, extinctus
1352. anno 1352. de eo Andreas Quercetanus in Historiâ Comitum Valentinorum.

DE BAR.

71. HVGO DE BAR Petri domini Perræfortis filius, è genere Comitum Barri, cedente Othone substitutus est anno 1352. confirmationem impetrat priuilegiorum a Friderico Augusto; de quo vide Vassseburgium, nominatur in diplomate
1357. te Caroli 4. Imperatoris Metis 1357. vir animi dotibus clarus, decessit in peregrinatione Ierosolymitanâ ad montem Sinai.

BOVRBON.

72. IOANNES DE BOVRBON IV. Decanus Eduensis, electus à Capitulo 1362. fauore Beatricis de Borbonio Reginæ Bohemiæ; de illo acta reperiuntur in tabulario Episcopali; propter inopiam sui Episcopatus quædam dominia diuendit; mortuus anno 1371. 1371.

DAMPIERRE. De gueulle à deux leopards d'or.

73. IOANNES DE DAMPIERRE V. ex dominis S. Desiderij in diœcesi Catalaunensi, Gofridi filius ex dominâ de Rochâ, nepos Mariæ Asperomontiæ, Henrici Præsulis antecessoris germanæ, successit anno 1371. de quo vide Vassseburgium; desiit esse Episcopus anno 1375. 1375.

ROYE.

74. GVIDO DE ROYE III. Canonicus olim Nouiomensis, consecratus in Capellâ Clementis 7. tum Cardinalis Gebennensis Auenione, ac promotus per Gregorium XI. 6. Maij 1376. postmodum Archiepiscopus Remensis, vbi de ipso plura vide. 1376.

CVSANCE. D'or à l'aigle de gueulle.

75. LEOBALDVS DE CVSANCE nobilis Burgundio Sequanus, ex Religioso Abbatiæ Luxouiensis Ordinis Benedictini,& Priore Claritmontis, ac Pseudopapæ Clementi gratus, successit scrutinio Canonicorum an. 1378. ex demissione Guidonis; competitorem habuit nobilem virum Rolinum de Rodemachiâ, consanguineum Venceslai Romanorum Regis, qui ab Episcopatus procuratione excidit; vide Vassseburgium, apud quem dicitur multa bona fecisse, redimendo terras Ecclesiæ: obiit anno 1403. 10. Maij, 1403.
& sepultus ante altare B. Virginis secus odæum Ecclesiæ, cùm vetere epitaphio.

SAREBRVCHE.

76. IOANNES DE SAREBRVCHE VI. ex dominis de Commerceyo anno 1403. posteà Catalaunensis Episcopus.

DE BAR. Comme cy dessus.

77. LVDOVICVS DE BAR I. Cardinalis Portuensis & S. Rufinæ, Dux Barri, Administrator perpetuus Pictauensis Ecclesiæ; cùm esset Lingonensis Episcopus ei à Benedicto 13. Pseudopapâ Purpuræ honos delatus est anno 1397. Legationem obiuit in Germaniâ & Galliâ; ex Ecclesiâ Lingonensi ad Ca-

talaunensem, & vltimò ad hanc Virdunensem promotus; præstat hominium pro multis terris Duci Betfordiæ Regenti, tempore Henrici Angliæ, & vt falsò dicebatur Franciæ Regis 1425. Cathedralem Virdunensem multis pecuniis, fundationibus & ornamentis locupletauit: tandem in oppido Varenarum viuere desiit 1430. in vigiliâ S. Ioannis Baptistæ, eodem anno testamentum perscripserat; sepulturæ illatus in Cathedralis sacello Diuæ Elisabethæ cùm huiusmodi epitaphio:

1425.

Hic situs est fulgens LVDOVICVS *laude perenni,*
Quem BARRI *genuit gens generosa Ducum.*
Filia Regis erat genitrix, de culmine summo
Francorum, & cunctæ nobilitatis apex.
Hunc decus, & mores quondam celebrare solebant,
Dum Portuensi Cardine dignus erat:
Egregius pariter præsentis pastor ouilis,
Ac Virdunensis Pontificalis honos.
Hic certa ambiguis præponens tuta timendis,
Spreuit opes orbis, religione fruens.
At quia non moritur virtus, quid Parca tulisti?
Clara per æternos, stat tibi fama dies.
Mille quatercentum terdenos iunxerat annos
Delius, & Iulij tempora mensis erant.
Nunc matris precibus æternæ dona quietis
Illi pro meritis, det Deus Omnipotens.

HARAVCOVR. D'argent au lion de sable.

78. LVDOVICVS DE HARAVCOVR II. ex equestri Lotharingorum stirpe editus, patre Ioanne de Haraucuriâ Bailliuo S. Michaelis: è Canonico & Cantore Virduonensi electus 1430. mense Iunio, Prorex totius Lotharingiæ constitutus per Renatum Ducem, dum Siculum ac Neapolitanum regnum adiret 1438. posteà Tullensis Episcopus.

FILLATRE.

79. GVILLELMVS FILLATRE I. Abbas S. Theodorici diœcesis Remensis, & D. Bertini, prouisus de Episcopatu 1437. postmodum fuit Tullensis ac Tornacensis, nepos Guillelmi Cardinalis Præsulis Cenomannensis. 1437.

HARAVCOVR.

80. LVDOVICVS DE HARAVCOVR ad hanc sedem iterum regendam assumptus ex Tullensi an. 1449. de cuius vitâ fusè in Commentariis Vasseburgi decessit aon. 1456. 4. Octobris, & iacet in medio nauis suæ Cathedralis. 1456.

HARAVCOVR.

81. GVILLELMVS DE HARAVCOVR II. Ludouici nepos ex fratre Gerardo, Haraucuriæ toparchâ, Equite ac Senescallo Barrensi, totiúsque prouinciæ Præfecto, creatur 16. Octobris anni 1456. ex Canonico & Præposito Montisfalconis in Ecclesiâ Virdunensi, Canonicis parte aliâ postulantibus Olricum de Blammont eiusdem basilicæ Canonicum, qui posteà fuit Pontifex Tullensis, sed Guillelmus causâ vicit, ac possessionem Episcopatus adeptus est: fuitque insuper à consiliis Ioaonis Andegauensis Ducis Calabriæ, & omnium negotiorum eius administer. Cùm Baluâ Cardinali aduersâ vsus fortunâ, diro ac tetro mancipatus est carceri sub Ludouico XI. quemadmodum videre est àpud Comineum in Commentariis suis: de ipsius dissidio cùm Ioanne de Nicolinis pro Episcopatu Virdunensi lege Vasseburgium: obiit senex 20. Februarij 1500. humatur in templo D. Mauri Hathonis castri, cuius loci Canonicatus auxerat. 1500.

DOMPMARTIN.

82. VVARINVS DE DOMPMARTIN nobilis Lotharingus, è Barrensi prouinciâ ac toparchis Domni Martioi ortus. primò S. Apri Tullensis monachus, tum Prior D. Nicolai de Varengeuillâ, de Chastehoio, & de Domnâ Mariâ eiusdem diœcesis, post Abbas Gorziensis, denique Episcopus euasit fauore Renati Ducis Lotharingiæ & Barri, nunquam consecratus, viuere desiit 7. Iulij 1508. iacet in Abbatiâ Gorziensi. 1508.

LORRAINE.

83. LVDOVICVS DE LORRAINE III. filius Renati Ducis & Philippæ Gueldriæ, Abbas S. Michae-

lis, designatus Virdunensis à Capi- A
tulo 1508. 12. Iulij. fuit & Meten-
sis Præsul, sed vtróque Episcopatu
abdicato factus Comes Vaudemon-
tij, paulòpost occiditur in Neapo-
litanâ expeditione 1528. ibíque in
sanctâ Clarâ sepultus; moriens val-
de doluit se statum Ecclesiasticum
deseruisse.

LORRAINE 84. IOANNES DE LORRAINE
VII. Cardinalis tituli S. Onuphrij,
per resignationem Ludouici fratris
natu tamen minoris, ex Metensi
Episcopo ac Tullensi fit Virdunen-
1523. sis 1523. posteà Narbonensis, Re-
mensis, Lugdunensis, atque aliis B
Sacerdotiis opulentissimis donatur,
vt alibi dictum est.

LORRAINE 85. NICOLAVS DE LORRAI-
NE I. filius Antonij Ducis ex Re-
natâ Borboniâ, per resignationem
1544. superioris anno 1544. cùm faculta-
te regressus, Abbas Gorziensis, &
S. Vitoni, post dimisso Episcopatu
fit Comes Vaudemontij, nec dum
ordinatus secularem togam induit.

PSAVLME. 86. NICOLAVS PSAVLME II.
S. Pauli Virdunensis Abbas, cessio-
ne Cardinalis Lotharingi ad hanc C
Cathedram ascendit an. 1548. Iuris
Canonici Doctor, studiosorum a-
mator, & zelo animarum flagrans,
Concilio Tridentino interfuit ac
Treuirensi; extruxit Collegium So-
cietatis Iesu Patribus 1565. eodem
sedente monasterium S. Pauli su-
burbanum intra mœnia transfertur,
Carolo Lotharingo Abbate. Scripsit
Gallicè veram imaginem Ecclesiæ:
1575. obiit anno 1575. sepultus in Capel-
lâ S. Sacramenti ad maiorem basili-
cam, cor autem in basilicâ Patrum
Societatis Iesu. Epitaphij titulus hic
est: NICOLAVS PSALMÆVS *è Cal-* D
*uomonte ad fluuium Erram humilibus
quidem, sed piis natus parentibus. Priùs
S. Pauli ad Virduni mœnia Abbas,
posteà ad Episcopatum Virdunensem
vocatus, sanctè & religiosè de futurâ
resurrectione cogitans, sepulchrum hoc
cùm adhuc in viuis ageret, sibi extruendũ*
1572. *curauit* A. D. M. D. LXXII. *in eo verò
mortui corpus Clerus populúsque Virdu-
nensis mœstiss. pos.* anno MDLXXV. *de-
cimâ die Augusti mensis.*

BOVSMARD 87. NICOLAVS BOVSMARD
III. ex Canonico & Archidiacono
Argonæ in Ecclesiâ Virdunensi,
Præposito Montisfalconis ac Deca-
no Collegiatæ S. Magdalenæ, ad E-
piscopatum euehitur: mortuus an-
no 1584. 10. Aprilis, quiescit apud 1584.
Minimos, quos hæredes reliquerat,
hoc epitaphio, quod Pater Francis-
cus Lanouius in suo Chronico ge-
nerali Ordinis Minorum refert:
DEO OPT. MAX. *Reuerendissimi
in Christo patris Episcopi* VIRDV-
NENSIS NICOLAI BOVSMAR-
DI *omni elegantiâ & doctrinâ exculti,
antiquitatis imprimis & veteris memo-
riæ periti, multis & magnis virtutibus
ornati, atque iis artibus primùm ad
amplissima Sacerdotia, & Ecclesiasti-
cos honores, dein post multos labores &
legationes pro Reipublicæ libertate,
Ecclesiæque dignitate fideliter susceptas,
& gestas, ad huius ciuitatis Episcopa-
tum & Principatum bonorum omnium
applausu euecti, vitâ denique multis
curis & vigiliis exercitâ functi, memo-
riæ; Nicolaus Bousmardus Archidia-
conus de Argonâ; Ioannes Bousmar-
dus serenissimi Lotharingiæ & Barri
Ducis in supremâ Sanmieli Curiâ Con-
siliarius fratris filij, hac in æde sacrâ,
quam & viuens patruus vnicè dilexit,
piéque coluit, & moriendo bonorum
suorum triennio donauit, atque adeò
sepulturæ locum elegit, tabulam hanc
Dominicæ Cœnæ historiam referentem
è lapide candido, & vario marmore
sculpi & erigi curarunt, vixit annos*
LXXII. *obiit* X. *Aprilis* MDLXXXIV.

88. CAROLVS DE LORRAINE LORRAINE
I. Cardinalis de Vaudemont, filius
Nicolai quondam Electi Virdunen-
sis, post Ducis Mercorij & Comitis
de Vaudemonte, natus 2. Aprilis
1561 obiit anno 1587. de eo plura 1587.
Petramellarius, Ciaconius, & alij.

89. NICOLAVS BOVCHER IV. BOVCHER.
ex Canonico Remensi, decessit an-
no 1593. die 19. Aprilis & sepultus
in Cathedrali.

90. ERICVS DE LORRAINE LORRAINE
Nicolai Vaudemontij Comitis &
Catharinæ Lotharingæ Aumaliæ
filius, nascitur 1576. Maij 14. sacra-
mentum clientelare Henrico Ma- 1610.
gno exhibuit 1601. ac posteà cessit
Carolo nepoti 1610. vidè Iacobum

Fuligati in vitâ Roberti Cardinalis Bellarmini c. 7.

LORRAINE 91. CAROLVS DE LORRAINE II. filius Henrici Comitis de Chaligny & Claudiæ de Moy, Comes Chaligniaci, natus in loco de Keures apud Barrenses 18. Iulij 1591. creatur Virdunensis an. 1610. ingressum primum celebrat anno 1613. consecratus Episcopus in basilicâ S. Georgij de Nanceio, men-
1617. se Ianuario 1617. ab Erico de Lorraine suo decessore & patruo, Abbate S. Apri Episcopo Tripolitano, & Suffraganeo Episcopatus Argentinensis: hic pietatem non vulgarem summæ nobilitati coniungens, licet maximâ cùm laude præesset & prodesset, pacatioris tamen, tranquilliorisque vitæ amans, Episcopatui libens renunciauit, & Religiosis Patribus Societatis Iesu sese addixit, Gregorio XV. Pontif. Max. consentiente, vt patet ex breui Apostolico dato Romæ apud S. Petrum die 22. Aprilis 1622. desinente Iunio eiusdem anni, Romæ Societatem ingressus vota emisit
1631. 1624. mortuus Tolosæ 28. Aprilis anni 1631.

LORRAINE 92. FRANCISCVS DE LORRAINE Episcopus & Comes Virdunensis, maior Præpositus ac Decanus Ecclesiarum Coloniensis & Argentinensis, Abbas Mediani monasterij & Belliloci in Argonâ, ad
1623. hanc sedem promouetur 1623. per cessionem Caroli fratris; natus erat Fulgeriis in Armoricâ 13. Ianuarij 1599. Lutetiæ 12. Martij anni 1651. Ludouico 14. hominium præstitit virtute Tractatus pacis Monasterij Vuestphalorum initi 24. Octobris 1648.

VIVARIENSES EPISCOPI ET COMITES.

EPISCOPI Viuarienses quondam dicebantur Albenses: illud nomen habent à Viuario principe dioeceseos ciuitate; hoc duxerant ab Albâ vetusto oppido Heluiorum, omnem eam regionem tenentium, quæ à Gebennâ monte ad Rhodanum vsque fluuium protenditur; Heluij autem Cæsari l. 7. & Straboni l. 4. noti sunt, Alba Augusta Heluiorum Ptolemæo memorata l. 2. c. 10. in descriptione Narbonensis Galliæ, & Plinio l. 3. c. 4. Sidonio l. 5. epist. 1. & 6. ep. 12. scilicet principiò quidem sedebant Albæ Pontifices, posteà verò Viuarij sedem fixêre: vt in istam ciuitatem venirent, fecit illius euersio per Crocum Vuandalorum Ducem anno vndecimo, aut duodecimo post quadringentesimum à Christo nato, auctore Sigeberto; in dirutæ ruderibus, pagus nomine Alpia, vulgò Aps, seu sanctus Petrus de Alpibus repositus est, literâ b. mutatâ in p. ex more quem iam olim familiarem fuisse Gallis tradit Strabo l. 4. his verbis: *Alpia prioribus seculis vocabatur Albia, & Alpes ipsas Albium nominant.* Aduerte autem ne Albensem vrbem, parum exactè interpreteris Albigensem in Aquitaniâ, seu Albenacum, vti asserunt Orontius Finæus, Cenalis, Marlianus, & alij. Quis verò primus Albam induxerit fidem Christianam nos latet. Sanctus Andeolus à B. Policarpo missus in Gallias Gentibo cæsus est pro Christo circa an. 190. Seuero Imperatore, ex Adone in Martyrologio; Gentibus autem, posteà Burgogiates, nunc est oppidum non ignobile, à clarissimo Martyre appellatur Burgum S. Andeoli, conflatum est de tribus vicis Burgogiate superiore, Burgogiate inferiore & Gentibo, quam vocabant terram S. Andeoli, inter vtrúmque Burgogiatem medio: fortassè igitur à discipulis dicti Mar-

Viuiers en Viuares, porte de France.

tyris religio Christiana Albam regionis caput deportata est, an potiùs Heluiornm princeps oppidum eam ante Gentibum acceperat, à Christianis tum antè adeuntibus vrbes, quàm vicos. Vt hoc se habeat, deletâ per Vuandalos Albâ, seu Albensi in Notitiâ Prouinciarum, quæ Metropoli Viennensi suffragatur, Viuarium translata est se-
430. des Episcopalis circiter annum 430. fortassis quòd magnâ parte rupi imposita sit. Antiquam esse vrbem, imò etiam Viennæ seu Valentiæ supparem quidam autumant. Comitatui primùm, dein regioni nomen indidit; imposita Rhodano fluuio, magnæ amplitudinis complectebatur tres parochias Sancti Ioannis, Sancti Laurentij, & B. Mariæ de Rhodano. Quondam fuêre intra vrbem hæ basilicæ; extra autem omnino ad sex erectæ sunt, prima S. Auli Episcopi de Viuario, secunda S. Martini, tertia S. Victoris, quarta D. Albani, quinta B. Victoreti, sexta D. Iuliani, demum visitur xenodochium D. Mariæ Magdalenæ. Ecclesia primaria S. Vincentium veneratur patronum, cuius Collegium aliàs constabat Canonicis 40 & in iis Præpositus, Archidiaconus, Præcentor, Sacrista, Archipresbyter, Vicarius. Episcopatus & Ecclesia, latifundiis, villis & castris in Diensi, Valentino, Arelatensi pago latè dominatur, dotata per Carolum Magnum, confirmata per Carolum Caluum, à Regibus deinde nostris, Principibus, & Imperatoribus diuitiis, fundis ac pagis potissimùm locupletata. Præsul cùm suo Comitatu Viuariensi possidet etiam Principatum Dunseræ & Castrinoui de Rhodano, quod nuncupant castrum Montispensierij, Argenteriam, burgum S. Andeoli, multáque loca, ditiones & hominia nobilium vassallorum. In cuius diœcesi iuxta ripam Rhodani dextram, circiter viginti leucas extensâ, hæ reperiuntur Abbatiæ:

CRVDATII *Cruas* O B.

CAMPORVM BONORVM O C. *Chambons.*

MANSIADÆ *Masan* O C.

A Præsulum catalogum quem damus, mutuati sumus ex opere Ioannis Columbi Soc. Iesu, qui de rebus gestis Episcoporum Viuariensium libros quatuor luce donauit.

1. S. IANVARIVS primus Albæ Episcopus fuit ex diptychis Ecclesiasticis Viuarij; quo autem tempore, omnino incompertum habemus; eo mortuo successit.

2. S. SEPTIMIVS.

B 3. S. MASPICIANVS vt docent antiquissimæ tabulæ Viuarienses, quæ ab ipsis vocantur carta vetus. Thomas Episcopus Viuariensis eas de vetustissimis, sicut loquitur, cartulis confecit, quas inuenerat in archiuio S. Vincentij.

4. S. MELANVS I. ex iisdem tabulis incerto post B. Maspicianum tempore sedit Albæ, ac proinde, vt nobis quidem videtur plures alij, omniúmque vltimus.

5. B. AVXONIVS regebat Præsulatum Albensem, cùm ciuitas
C euersa est per Crocum Vandalum: is enim cùm metu pergeret, látere in sylnâ iussus à Deo est, si fides tabulis S. Vincentij, adire Viuarium vrbem, & in ipsâ sedem suam constituere: beatus vir paruit mandatis cœlestibus, & desiderio tamen ciuitatis suæ, Viuarium, Albaricum appellari voluit, auctore Thoma Episcopo; Albámque postremas syllabas longitudinis tædio detercentibus populis diu dixêre. Gregorius 7. anno 1077. etiam vocauit Albam, Viuarium: & post S. Auxonium Episcopi ipsi sese appel-
D litauerunt nunc Albenses, nunc Viuarienses. Cantinus Archidiaconus suum Antistitem Melanium dixit Albensem in Synodo Aurelianensi 5. quamuis S. Venantius se in Aruernicâ vocasset Viuariensem tredecim ante annis. Porrò series Episcoporum qui per aliquot centenos post Auxonium annos sederunt Viuarij, malè certa est.

6. IOANNES I.

7. MELANVS II.

8. LVCIANVS.

9. S. VALERIVS, ex Martyrologio Viuarienſi fuit Alarico Rege Epiſcopus, quem Clodoueus occidit anno Chriſti quingenteſimo ſeptimo : depoſitio illius ibidem annotatur 4. Cal. Februarij.

10. S. VENANTIVS I. filius Sigiſmundi Burgundiæ Regis fuit, vt produnt geſta Epiſcoporum, id enim rantùm ex martyrologio Viuarienſi audemus affirmare : poſt B. Valerium præfuit annis 27. adfuitque
517. Synodo Epaonenſi an. 517. & Aruernenſi an. 535. de hoc Sancto audi Breuiarium Viuarienſe : *poſt obitum ſanctiſsimi Valerij Viuarienſis Eccleſiæ Epiſcopi, filij eiuſdem ſanctæ matris Eccleſiæ, conuenientes in vnum vnanimiter ac pari conſenſu glorioſiſſimum Venantium elegerunt ſibi Antiſtitem. Quo facto patrem ſuum Sigiſmundum adeunt &c. Conſtructa ergo Viuarienſi ciuitate iam honorificè, vt dictum eſt, & Eccleſiis Sanctorum ſplendidè ac mirificè compoſitis, pſallentiúmque choris præordinatis, Eccleſiam Viuarienſem 27. annis reuoluentibus fœlici gubernatione rexit, quibus tranſactis, plenus ſanctitate, atque dignus omnium laude, Nonis menſis Auguſti animam Deo reddidit.* Duo præterea referuntur de beato viro, ex Martyrologio Viuarienſi vbi habentur ſequentia : *B. Venantius filius Sigiſmundi Regis Burgundiæ Monaſterium ſub regula B. Benedicti in Albanico in ſupercilio montis ad Rhodanum ædificatum adiit, vbi monachus factus ob vitæ ſanctitatem defuncto B. Valerio in Epiſcopum eligitur.* Sit ne verum illud, quódque famâ vulgari affertur, ſuper eius ſancti vitâ, fusè Columbus in ſuâ diſquiſitione conſulendus, aſſerens Subdionenſes monachas Valentiam declinando, hæreticorum furore deductas, habere in æde ſuâ ſacrâ partem reliquiarum S. Venantij Epiſcopi Viuarienſis : & ſeruaſſe Subdione totum corpus, quod Sectarij impio auſu combuſsêre.

11. FIRMINVS.

12. EVMACHIVS I.

13. AGRIPIVS.

14. MELANIVS III. pro ſe miſit Cautinum Archidiaconum ad Synodum Aurelianenſem 5. an. 549. 549.

15. ARDVLFVS ex ſcriniis dotationis Eccleſiæ Viuarienſis memoria eius fuit eruta.

16. VENANTIVS II.

17. LONGINVS.

18. S. LVCIANVS ex vetuſtô Martyrologio.

19. S. VENANTIVS III.

20. S. RVSTICVS.

21. S. MELANVS III.

22. S. FIRMINVS II. de quo in Martyrologio Viuarienſi.

23. S. EVCHERIVS floruit ex vitâ S. Auli & citato Martyrologio.

24. S. AVLVS miraculis conſpicuus auctori anonymo ipſius vitæ, venit Viuarium ex ignota patriâ, & cùm à B. Firmino Epiſcopo in Clerum adſcitus fuiſſet, mortuo Eucherio poſt ipſum Antiſtite, electus eſt in Præſulem. Idem antiquiſſimus Scriptor vitæ, cuius acta ſeruantur Gothicis litteris perſcripta in cartophilacio Viuarienſium Canonicorum, omnem in Epiſcopatu ætatem, paucis quidem, ſed appoſitis verbis comprehendit : *poſt obitum*, inquit, *S. Eucherij, accepit Epiſcopatum Eccleſiæ Viuarienſis S. Firminus, qui non poſt multos dies tradit Sacerdotium beatiſſimo filio ſuo Aulo : docuit ſemper virtutes priſcorum patrum, quotidie ieiunans, affligebat temporale corpus, vt mereretur accipere ſempiternum paradiſi habitaculum. Captiuis fuit redemptor, & valde innumeros abſoluit à iugo ſeruitutis. Eccleſiæ moenia multiplicauit & auxit. Pauperibus curam, viduis & orphanis egit tutelam, ſuſceptor peregrinorum, hoſpitium aduenis, blandus, mellifluus, miſericordiæ plenus, benignus, doctor.* Et poſt aliqua addit: *ſepulto autem eo, multæ hîc apparent virtutes ad ſepulchrum eius: multi cæci lumen conſequuntur, & dæmones ab obſeſsis corporibus deiiciuntur, non ſolùm autem hîc, ſed in quacunque villâ,*

in eo loco vbi lectus eius fuit, homo febribus laborans venit, statim sanus abscedit.

25. EVMACHIVS II. successit Aulo, vir magnus, & amator plebis sanctæ, ex eadem vitâ.

26. S. LONGINVS II. sedisse putatur post Eumachium; eius tamen memoria fit in Martyrologio Viuariensi.

27. ERIBALDVS reperitur in autographo infeudationis quorumdam bonorum Ecclesiæ Viuariensis, quod caret epochâ annorum.

B

28. S. ARCONTIVS, cuius sedis tempora omnino obscura sunt, résque etiam ab eo gestæ à nullo scriptore memorantur, Martyrem facit antiquissima, & sibi certissima Ecclesiæ Viuariensis traditio: lege Martyrologium ipsius: *6. Idus Ianuarij B. Arcontij Martyris Episcopi Ecclesiæ Viuariensis, qui pro libertate Ecclesiæ inimicos confundens, ab incolis Viuariensibus in portâ de trabe variis verberibus & ignominiosis iniuriis afflictus, tandem ab illis decollatus est.* C *Cuius corpus ex integro habetur, & honoratur vsque in præsentem diem, clausum in capsâ ferreâ, ad latus sacelli S. Martini intra Ecclesiam nostram Viuariensem.* Qui incolæ Viuarienses Episcopum suum peremerint, fusè tradidit Columbus l. 2. de Episcopis Viuariensibus num. 22. & sequentibus.

29. THOMAS Ludouico Pio Imperante erat Episcopus, résque Ecclesiæ suæ Viuariensis ab omni iudiciariâ potestate eximi impetrat codicillis an. 816. quorum is tenor D
» ab archiuis depromptus: IN NO-
» MINE Domini & Saluatoris nostri
» Iesu Christi. Ludouicus diuinæ or-
» dinatione prouidentiæ Imperator
» Augustus. Comperiat omnium fide-
» lium nostrorum, præsentium scilicet
» & futurorum industria, quia vir ve-
» nerabilis Thomas Episcopus Alben-
» sium, seu Viuariensium, veniens ad
» nos deprecatus est celsitudinem no-
» stram, vt pro nostræ mercedis aug-
» mento, prædictam sedem cùm fra-
» tribus ibidem Domino seruientibus

A sub nostrâ defensione & immunita- «
te reciperemus, cuius petitioni as- «
sensum præbentes, per hoc nostræ «
auctoritatis præceptum confirmare «
studuimus. Præcipientes ergo iube- «
mus, vt nullus iudex publicus, ne- «
que quislibet ex iudiciariâ potestate, «
seu aliquis ex fidelibus sanctæ Dei «
Ecclesiæ, ac nostris, in Ecclesias, «
aut loca, vel agros, seu reliquas «
possessiones quas moderno tempo- «
re iustè & rationabiliter possidere «
videtur in quibuslibet pagis & ter- «
ritoriis, vel quidquid & iam dein- «
ceps propter diuinum amorem ibi- «
dem collatum fuerit, ad causas au- «
diendas, vel freda exigenda, aut «
mansiones, aut paratas faciendas, «
aut fideiussores tollendos, aut ho- «
mines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos, «
quàm seruos iniustè distringendos, «
siue vllas redibitiones vel illicitas «
occasiones requirendas vllo vnquam «
tempore ingredi audeat, vel ea quæ «
sunt supra memorata exactare præ- «
sumat; sed liceat seruis Domini ibi- «
dem consistentibus sub nostrâ de- «
fensione, & immunitionis tuitione «
perpetuo tempore quietè residere, «
& pro nobis, ac coniuge, proléque «
nostrâ, seu pro stabilitate totius im- «
perij nostri à Domino nobis collati, «
& eius clementissimâ miseratione iu- «
giter conseruandi Domini misericor- «
diam exorare, &c. Sig. D. Ludoui- «
ci serenissimi Imperatoris; datum «
17. Cal. Iulij anno 11. Imperij D. «
Ludouici Augusti, indict. 8. actum «
Aquisgrani Palatio regio in Dei no- «
mine fœliciter. Amen. «

30. TENGRINVS subscripsit priuilegio S. Remigij Senonensis in Synodo apud Vormatiam anno 833. 833.

31. ARMANNVS sub quo dotata fuit Ecclesia S. Symphoriani in valle Vinariâ anno 840. ex tabulâ originali.

32. CELSVS Armanno subrogatur, qui accipit à Lothario Ludouici Pij filio tabulas huiusmodi, ex cartulario Viuariensi excerptas. IN NOMINE *Domini nostri Iesu Christi. Lotharius diuinæ ordinatione prouidentiæ Imperator Augustus &c. vir venerabilis Celsus Episcopus Albensium, seu Viuariensium, veniens ad nos, quandam nostris*

A *nostris obtulit obtutibus auctoritatem domini & genitoris nostri Ludouici piissimi Augusti, quâ idem genitor noster sub immunitatis tuitione posuerit, & ab infestantium molestiâ, quietam eius Ecclesiam posuerit, deprecans idem Celsus nostram similiter eidem sanctæ Sedi scilicet auctoritatem, per quam deinceps sub nostrâ, & successorum nostrorum defensione memorata consistat Ecclesia. Ostendit etiam quandam conscriptionem rerum suarum similiter roboratam, Canonicisque eiusdem Episcopatus publicè contraditam, quam nostrâ ex[...]tu simul cùm reliquis rebus à personis nobilium virorum illis delegatis,* B *aut etiam delegandis corroborari præceptione, quatenus sibi datas res memoratus Pontifex Celsus vnà cùm Canonicis suis, absque cuiusque substractione retinere quiuisset; cuius petitioni assensum præbentes, per hoc nostræ auctoritatis præceptum concedimus, & confirmamus eidem sanctæ sedi B. Vincentij gloriosissimi Martyris Abbatiam quæ vocatur Dozera, cùm cellulis suis, consistentem in Comitatu Aurasico super fluuium Rhodani sitam; insulam quoque Formicariam secundùm antiquam integritatem, sicuti ad Comitatum tenebatur. Omnia, & ex omnibus præfa-* C *tæ Ecclesiæ & Rectoribus eius Episcopis concedimus, & confirmamus per hanc nostram auctoritatem, vt ab hodierno die & deinceps, tàm Celsus Episcopus qui nunc præfatæ Ecclesiæ præest, quàm successores eius voluentibus temporibus habeant, faciántque sicut de aliis rebus suæ sedis absque vllius contradictione, quidquid iustè & legaliter voluerint. Præcipimus ergo & iubemus &c. Signum Lotharij serenissimi Imperatoris, Daniel Notarius ad vicem Halduini. Datum 15. Cal. Nouemb. anno Christo propitio, imperij domini Lotharij Pij Imperatoris in Franciâ decimo, &* D
850. *in Italiâ 30. indict. 13. Actum Gondulphi villâ Regiâ in Dei nomine fœliciter. Amen.*

33. BERNOINVS sedebat anno 858. vt fidem facit MS. miraculorum S. A[.]deoli, cuius corpus à Deo monitus reperit, ita antiquissimus codex docet, & huius inuentionis meminit
865. Ado in Chronico anno 865. Ei donauit Formicariam insulam Carolus Rex diplomate cartularij Viuariensis in hæc verba. IN NOMINE Do-

A mini nostri Iesu Christi Dei æterni. Carolus diuinâ ordinante prouidentiâ Rex, Lotharij quondam piissimi Augusti & inclyti filius. Gerardus illustris Comes ac magister noster, nostram humiliter poposcit clementiam, quatenus ad animæ & parentum nostrorum remedium, res quasdam S. Vincentij Viuariensis Ecclesiæ ad Comitatum pertinentes, propter inopiam rerum Episcopalium ad Episcopatum redderemus, ac largitatem istius exhibitionis, quatenus perpetualiter inconuulsè eas tenere posset, certo concessu eas Ec- B clesiæ, præcepto auctoritatis nostræ confirmaremus. Cuius postulationi, vt præfertur rationali aurem mansuetudinis nostræ assensibiliter inclinantes, hoc magnitudinis nostræ decretum fieri censuimus, per quod statuentes donamus ipsas res, hoc tenementi ad insulam quæ Formicaria vocatur, secùndum antiquam integritatem cùm suis contiguis, sicut ad Comitatum tenebatur, præfatis Ecclesiæ & successoribus eius Episcopis, & constituimus quatenus per hanc nostram auctoritatem, ab hodiernâ die ac deinceps, tam Bernoi- C nus Episcopus qui nunc præfatæ præest Ecclesiæ, quàm successores eius aduenientibus temporibus habeant, quemadmodum de aliis rebus suæ sedis, absque vllius contradictione, vel renunciatione, quidquid iustè & legaliter voluerint potestatem faciendi. Signum Caroli Regis, Gerardus Cancellarius, Datum 11. Cal. Ianuarij anno 7. regni D. nostri Caroli gloriosissimi Regis, indict. 11. Actum Hieltauilla in Dei nomine fœliciter. Amen.

34. EVCHERIVS post Bernoi- D num Episcopus eligitur, sedebat is
anno 873. qui etiam à Carolo Cal- 873.
uo litteras Puleti, vt vocitant, impetrauit, eo contextu in archetypis Capituli: IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus eiusdem Dei omnipotentis misericordiâ Imperator Augustus. Si actis, locisque diuinis cultibus mancipatis emolumentum Imperialis celsitudinis exhibemus, seruorúmque Dei vtilitatibus opem ferendo contulimus, profuturum nobis ad æternæ remunerationis præmium faci

„ liùs obtinendum , & præsentem A
„ vitam faciliùs transiendam fore
„ nullo modo dubitamus. Quapro-
„ pter nouerint omnium sanctæ Dei
„ Ecclesiæ fidelium nostrorúmq; præ-
„ sentium & futurorum, quomodo
„ nos ob amorem Dei & S. Vincen-
„ tij Martyris venerationem, necnon
„ & Bosonis carissimi Ducis nostri de-
„ precationem, concedimus Viuarien-
„ si matri Ecclesiæ, quæ edita est in
„ honore S. Vincentij Martyris, cui
„ præest Eucherius venerabilis Epis-
„ copus, res quæ quondam fuerunt
„ in iure eiusdem Ecclesiæ, id est Pu-
„ letum, & quidquid S. Vincentij in B
„ eodem Comitatu Valentinensi, cùm
„ dimidiâ Ecclesiâ S. Rumani Eccle-
„ siæ dignoscitur. concedimus & con-
„ firmamus Abbatiam quæ vocatur
„ Dozera consistentem in Comitatu
„ Aurasico, fundatam super flumen
„ Rhodani cùm cellulis & pertinen-
„ tiis suis, districtum quoque ex bur-
„ guitate, & portum ex vtraque par-
„ te, Melatem quoque vsque ad a-
„ quæductum cùm exemplatorio, syl-
„ uis & insulis, & manso Godobro
„ qui est de fisco nostro; insulam
„ etiam Argentariam iuxta S. Andeo-
„ lum, & Ecclesias duas S. Iusti & S. C
„ Marcelli, & Bernas mansum; nec-
„ non Borestatis, & Ecclesiam S. Re-
„ migij, & in Corconensi Ecclesias
„ duas S. Martinum & S. Stephanum
„ cùm suis beneficiis, destructam quo-
„ que Ecclesiam S. Victoris super
„ Rhodanum vsque Scotadium. Hæc
„ autem omnia supradicta, suísque
„ Rectoribus confirmamus Ecclesiæ,
„ & confirmando perpetualiter dele-
„ gamus, eo videlicet modo, vt nul-
„ lâ seculari potestate à gremio dictæ
„ Ecclesiæ queant separari, sed liceat
„ Rectoribus præfatæ Ecclesiæ eas-
„ dem res quietè tenere, & pro libi- D
„ to suo, vt Ecclesiastica postulaue-
„ rit vtilitas, ordinare. Vt autem hoc
„ nostræ auctoritatis præceptum ple-
„ niorem firmitatis obtineat in Dei
„ nomine vigorem, manu nostrâ istud
„ firmauimus, & annulo nostro iussi-
„ mus sigillari. Datum 3. Idus Augu-
„ sti indict. 10. anno 38. regni Caroli
„ Imperatoris in Franciâ, & Imperij
„ eius 2. Actum Vesontio ciuitate. Ha-
ctenus Imperator. has ipsius litteras fusè exponit Columbus l. 2. num. 21. & sequentibus: cùm in iis legis res quæ quondam fuerunt in iure Viuariensis Ecclesiæ id est Puletum, intellige dotationem Ecclesiæ Viuariensis, quæ habetur in Canonicorum cartulario istis verbis: Dom- «
nvs Ioannes dotauit promotus E- «
piscopus S. Vincentij villas duas, «
Clariaco, Cassania, Melanus ibi Ar- «
nacenum & Cassanense; dotauit «
Lucianus Episcopus Ameliaco villâ, «
Bladamisco; Occiaco, iste omnia «
dereliquit Deo & S. Vincentio. Do- «
tauit domnus Valerius villâ Coref- «
se, Seudio, Muo, dereliquit Deo «
& S. Vincentio. Dotauit S. Firmi- «
nus cùm vxore suâ Aulâ Ladamusâ, «
Meteratis cùm Ecclesiâ S. Andreæ «
Damate, Tornicate, Medu, Saco- «
naco, Vocerno: ista omnia dereli- «
quit Deo & S. Vincentio. Dotauit «
domnus Eumachius Deciate cùm «
Ecclesiâ, Saduaco, Caucolomno, «
Cartenaco, Luguilano. Ego Secun- «
dus cùm vxore meâ Primâ condo- «
nauimus Deo & S. Vincentio de «
propriis nostris, de mancipiorum «
& peculiarium, in primis in Viua- «
riense, quod ante Albense vocaba- «
tur, Ecclesiam in honore S. Victo- «
ris, quæ est in vertice montis iuxta «
fluuium Rhodani, de Scotadio vs- «
que ad Albis, concedimus Eccle- «
siam S. Victoris super Rhodanum «
vsque Scotadium, & vsque ad sum- «
mum montis Conati, & vsque ad «
exemplatorium, & in alio loco ca- «
put montis cùm calonicis 60. Et in «
Burgundiâ in Comitatu Viuariense «
Tortiliano dimidio, vnà cùm suis «
appenditiis, & in alio loco qui di- «
citur Vienscio totum & ad inte- «
grum tradimus; & in Valentinense «
propè Rhodanum fluuium villa quæ «
dicitur Cupertus cùm seruis suis; in «
Arelatense in Vgio, salinas areas «
octo, per singulos annos exemi soli- «
di trecenti. Ista omnia derelinqui- «
mus Deo & S. Vincentio. Ego Leo «
& vxor mea Ostiliana condonaui- «
mus aliquid de nostris rebus, quæ «
sunt in Viuariense, in arce Samso- «
nense de villâ quæ dicitur Quicia- «
co, cùm seruis suis vsque ad flumen «
Bessina & Roserias. Totum sunt ca- «
lonicas 50. tradidimus Deo & S. «
Vincentio. Ego Marius ædificaui «
Ecclesiam in honorem S. Mauritij, «
quæ est super Henticam flumen, «
dotaui eam calonicis 30. vnà cùm «

» seruis suis, tradidi eam Deo, & S. A
» Viocentio. Ego Bellus qui fui na-
» tus in Viennense, & nutritus in Vi-
» uariense, in infirmitate meâ fui an-
» nos 30. ædificaui Ecclesias super
» Henticam flumen in honore S. Pe-
» tri, S. Pauli, S. Eulaliæ, & S. Roma-
» ni. Dotaui eas de meis propriis in
» loco ipso calonicas 80. vnà cùm
» seruis suis, tradidi eas Deo & S.
» Vincentio. Ego Ebbo & vxor mea
» Berta donamus S. Vincentio de pro-
» priis meis Ecclesiam in honore S.
» Symphoriani quæ est in Valle Vina-
» riâ cùm calonicis 10. & in monte
» Bergo calonicas 10. Ego Marcellus... B
» Borana Deo sacrata condonaui de
» propriis meis, vel mancipiis in mon-
» te Bergo, vbi dicitur Turnustus ca-
» lonicas 10. & in monte Cenoto ca-
» lonicas 20. Ego Fredegundis Deo
» sacrata ædificaui in Melotis mona-
» sterium puellarum in honore S. Ste-
» phani, & S. Saturnini, hîc vixi an-
» nis 9. hîc diffiniui. Ego Ardulphus
» Episcopus sedis Viuariensis dotaui
» Deo & S. Vincentio Mixano, Vi-
» cano dimidio, Canauarro, Farâ
» cùm Sculis S. Laurentij, & Cruda-
» tis curte cùm villis tres, Pociolis,
» Caligo, ex Ofipo totum. Ego Al- C
» binus dotaui S. Auli foras ciuitatis,
» Causoneni, Nargatis, Congo, Scon-
» dolatis, & Anomatis, & Brandatij,
» & Pallagione. Ego Bobo & vxor
» mea Eulalia, & frater meus Rufinus
» ædificauimus Ecclesiam in Aruema-
» tense, in honore S. Petri super flu-
» uium Liger. dotaui eam de propriis
» meis calonicas 6. & super Henri-
» cam fluuium villa quæ vocatur V-
» tiaco, & ista omnia tradimus Deo
» & S. Vincentio. Ego Aspasia dona-
» ui S. Vincentio in Caxonâ Lauda-
» tis, & in Milicianense Seruationo,
» totum vsque Inno, Volenceta, Vi- D
» tem, & Pruinis, totum vsque in
» fluuium Cicei. Ego Sconbertus do-
» taui S. Romano foras portas, in
» Diense villam Oisiano vsque in rio
» montis, in Valuinariâ modia terui-
» ginti, & vineas tres, pratis 2. &
» Castria totum vsque in summitate
» montis. Ego Venantius sedis Viua-
» riensis Episcopus dotaui Ecclesiam
» in Luciatense, in honore S. Mariæ,
» & S. Martini Bessiaco, dotaui eas
» calonicas 70. & cùm seruis suis, &
» dimisi eas Deo & S. Vincentio. Ego

Yteria fœmina fui sine viro sexagin- «
ta annos, ædificaui Ecclesias in ver- «
tice montis in honore S. Thomæ «
& S. Sebastiani, dotaui eas vsque «
in fluuium Scotadij, & villam quæ «
dicitur Cacerdis, & tradidi eas Deo «
& S. Vincentio. Ego Antherius Pa
tricius prouinciarum, & vxor mea «
Sulpitia, dotaui S. Vincentio de pro «
priis nostris Albemiate, & palatium «
nostrum quod est constructum se- «
cus Henticam fluuium cùm Eccle- «
sias duas, vna S. Saturnini & alia S. «
Lupi, Botellicus villam Ragiatis, «
villam Aicaiutis Qabides calonicas «
4. Oraches villam Canonicas, vil- «
lam in Bocerâ, Ecclesia S. Ioannis «
& S. Mauritij, sunt calonicas 80. «
cùm seruis suis, ista donamus Deo «
& S. Vincentio. Ego Longinus E- «
piscopus ædificaui Ecclesiam in ho- «
norem S. Stephani in monte Co- «
nato, quæ dicitur ad Scans, dotaui «
calonicas 20. & Ecclesiam S. Lau- «
rentij dotaui calonicas 15. & ego «
indignus & peccator consecraui & «
dereliqui Deo & S. Viocentio, & «
Ciluatense medio cùm 120. colo- «
nicis, vnà cùm seruis suis. Ego Gom- «
bertus ædificaui Ecclesiam in hono- «
re S. Vincentij in villâ quæ dicitur «
Crasco, dotaui eam in primis villæ, «
cùm 30. colonicis, pratos 4. de vi- «
neis vnde exire possunt modij 180. «
Ego Alcinius & vxor mea Mace- «
donia quæ fuit soror S. Auli, dota- «
uimus S. Vincentio de Cuisiniano «
quod est constructum super flumen «
Rhodani vsque ad Bauarias, & vs- «
que ad riuum Osonem, & Bello di- «
midium, & in Tricastensis insulâ «
quæ vocatur Argentarias, quæ est «
ad Burgogiates superiorem, ista om- «
nia tradimus Deo & S. Vincentio. «
Ego Rodulfus dotaui Ecclesiam S. «
Petri de Rumpone monte, & in «
Valentinense ædificaui Ecclesiam in «
honore S. Albani, dotaui Deo & «
S. Vincentio. Et in Valentinense æ- «
dificaui Ecclesias duas in honore S. «
Proiecti & S. Stephani: dotaui eas: «
ista omnia tradidi Deo & S. Viocen- «
tio. Omnia ista dotauerunt ad S. «
Vincentium, vel ad ipsa corpora «
Sanctorum quæ in circuitu requiesc «
cunt anno 7. regnante domino no- «
stro Galdeberto, & etiam domino «
Cheuberto Rege indict. 11. Ego An- «
ginus vir illustris, & vxor mea Pe- «

„ tronilla dotauimus de propriis no„ stris S. Vincentium in castro Viua„ rij situm, quod de genitore meo „ Aprimiculo iustissimè aduenit, hoc „ est Valligorgia cùm Ecclesiâ S. Mar„ tini, cùm suis appendentiis, Alpes „ duas quæ nuncupant Taranicus ibi„ dem adhærentes vsque ad Borma, „ & vsque ad Nitrense, siue vsque in „ valle Contronicâ, & vsque ad Lin„ na quæ vergitur in Linna, & in alio „ loco in ipso Comitatu vbi dicitur „ salua plantata Ecclesiam in honore „ S. Petri, cùm colonicis 11. sunt in „ summâ colonicæ 180. cùm seruis „ suis tradimus Deo & S. Vincentio. Huic donationi Ecclesiæ Viuariensis ante nongentos annos scriptæ, placet subiungere antiquissimum Breue de obedientiis Canonicorum Viuariensium, à Thomâ Episcopo insertum suo politico anno 1153. cuius initium est: Archimbaldus tenet „ Ecclesiam S. Ostiani & S. Martini „ cùm mansis 11. cùm territorio de „ Langaone, & in Larnatis Ecclesiæ „ S. Petri, & in Vecausco mansos 5. „ cùm insulâ, & campos quæ sunt „ circa Viuario cùm mansis duobus, „ & vineâ apud Condamina, & in „ Vincolis mansum vnum, & in Vil„ lanouâ mansum vnum. Galbertus „ tenet Ecclesias sitas in Cornatico „ cùm vineâ & campo, cùm Capellâ „ S. Victoris, Ecclesias duas S. Era„ clij & S. Emilij. Ionas tenet Eccle„ siam S. Ioannis cùm terrâ de Mala„ pratâ. Girmaldus Ecclesiam S. Ma„ riæ, & in Macronatiis mansos 2. in „ Cadusto mansum 1. in Cosoneman„ sos 2. propè fluuium Rhodani, ter„ ra quæ est in Calmaitanitas curte „ dominicâ, Ecclesiam S. Albani in „ Casserius mansos 8. insula Gargana, „ indaricata terra, excepto mansos 2. „ in Dardano Capella S. Arcontij „ cùm mansis 30. quæ ibi pertinent, „ ad fonte Bellone curte dominicâ „ cùm Ecclesiâ S. Petri, in Targena„ tensis Ecclesiâ S. Iusti cum territo„ rio, Mellannatis cum Capellâ S. „ Mariæ cum mansis 8. insula Formi„ carias quam Golfaldus tenuit. De„ son Guitardi Ecclesiam S. Vincen„ tij cum Ecclesiâ S. Thomæ & S. Mi„ chaelis cum mansis 16. Arnulfus „ presbyter Ecclesiam S. Saluatoris „ cum mansis 4. Imneo Ecclesiam S. „ Symphoriani cum mansis 3. in Valibio. Arnulfus tenet Ecclesiam S. « Marcelli cum mansis 15. Iterius Præ- « positus S. Andeoli Ecclesiam, S. Ste- « phani & S. Leodegarij, & in Pinto « manso 1. & Musentico manso 1. in « Carciano & in Vendiano Mancel- « lo, & in Bergogiatis Capellas. Iul- « lerandus, & Circuranus Ecclesias « duas S. Stephani & S. Marcelli, & « in Arbitero vineam. Gerardus Ec- « clesiam S. Auli & mansos 2. portum « Viuarij. Asterius Ecclesiam S. Ma- « riæ cum Capellâ S. Andeoli, & S. « Genesij dimidij, & mansos 23. Vol- « uerardus in Vliuolâ Capellam S. « Stephani & mansos 16. Garnerius « Ecclesias tres, S. Stephani, S. An- « dreæ & S. Ioannis & mansos 11. En- « nus tenet in Siluatense Ecclesiam « S. Martini. in Curtio mansos 30. « Vincentius in Montefelgo Eccle- « siam S. Martini. Guetardus presby- « ter tenet Ecclesiam S. Andreæ in « Filinis. Bartholaicus Ecclesias tres S. « Mariæ & S. Martini & S. Nazarij, « & mansos 17. Asterius tenet Eccle- « siam S. Andreæ & Moniartis, Ec- « clesiam Dinadiante, & mansos 28. « Arnulfus mansos 7. Varnalphus « mansos 7. & vinea. Odo Ecclesiam « S. Philippi & pecias de vineâ. Al- « debertus Ecclesiam S. Mariæ in Ge- « nestellâ, & S. Stephani in Consisas, « & mansos 27. Gallo tenet Eccle- « siam S. Saturnini & mansos 12. & « S. Mariæ in Pradas, & mansos 12. « & Capellam S. Petri. Amalricus te- « net Ecclesiam S. Michaelis cum « mansis 7. Efrem Ecclesiam S. Priua- « ti. Gothofredus Ecclesias S. Proie- « cti & S. Iuliani cum mansis 5 Ro- « stagnus Collatis mansos 8. & in « Blarbauo clauzo indominicato. Hactenus Breue, quod cum dotatione Ecclesiæ Viuariensis superius recitatâ, fusè exponit Columbus lib. 1. Episcoporum: nunc tantùm aduerte calonicum, seu colonicum huius esse omnino idem cum mansoillius, & mansum capere hobas tres, seu bunnuaria iugera duodecim, vt ostenditur loco citato. Id autem obseruamus, vt videas quàm amplæ fuerint ante Carolum Caluum opes Episcopi & Canonicorum Viuariensium, si antiqui auctores benè mansum & colonicum dimensi sunt.

35. Ætherivs interfuit Con-

cilio Pontigonensi an. 876. Comitiis Ticinensibus 877. & Mantalensi Synodo 879.
876.

36. ROSTAGNVS sedebat anno 884. ex documento donationis Ecclesiæ S. Philippi apud Lusignatum in Valleuinariâ. Post quem altum est silentium de Præsulibus in diptychis Viuariensis Ecclesiæ

993. 37. PETRVS I. anno 993. chirographum apposuit actis fundationis cœnobij S. Petri de Podio.

38. HERMANNVS, seu HARMANNVS adest consecrationi Ecclesiæ S. Victoris anno 1015. & an. 1051. Comitiis Lugdunensibus.

39. GERALDVS I. an. 1037. obsignauit restitutionem plurium vinearum Abbatiæ S. Petri Viennensis ab Ermengarde viduâ Henrici 2. Imp.

40. GEBONARDVS Episcopus fuit post Geraldum vt patet ex causâ 7. q. 2. c. in tuis litteris. Sedebat
1061. sub Alexandro 2. qui ab anno 1061. fuit Pontifex vsque ad an. 1073.

41. GERALDVS II. anno 1070. dedit Ecclesias S. Laurentij & S. Pontij, Petro de Chauanon fundatori & primo Præposito Pebracensis Monasterij in Aruerniâ.

42. IOANNES II. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis an 1073. adlegit sibi in Suffraganeum Oliuarium De-
1106. canum Ebredunensem &. an. 1106. adiutor fuit Paschali 2. benedicenti basilicam Viuariensem, ex vetusto codice Rituali, qui liber Magistri Chori nuncupatur.

43. LEODEGARIVS Legatus Sedis Apostolicæ, ad hanc sedem conscendit, qui ex cartulario S. Benigni Diuionensis an. 1106. 14. Cal. Martij, cùm Roberto Lingonensi, Norgaudo Eduensi, & aliis Præsulibus, adfuit quando Paschalis Papa Diuionensem consecrauit Ecclesiam. Donauit anno 1108. Canonicis Sanrufensibus Prioratum Burgi S. Andeoli: anno sequente Priori Liugoniæ Ecclesiam S. Laurentij de Balneis. anno 1110. Abbati S. Theofredi Ecclesiam S. Geruasij: anno insequenti Prioratum de Rionis & Ecclesiam de Rogeriis an. 1112. Priori de Rompone Ecclesias S. Mariæ de Exobredio, S. Stephani de Lacu, & alias: item Religiosis S. Fidis de Conquis, Ecclesias Sanctorum Christophori, Mauritij, & Ioannis de Fabrias. Interfuit autem Concilio Trenorchiano an. 1117. recensetúrque in bullâ Callisti Pont. Max. datâ Cluniaci 1119. Cathedralis Viuariensis parietes qui macerie erant attriti, in melius instaurare aggressus est, caput illius euertendo, in quo loculum reperit sacrarum relliquiarum, quas, inquit vetus carta Canonicorum Viuariensium, prædecessores sui de diuersis partibus mundi, ad Ecclesiam istam contulerunt. 1110.

44. HATO Episcopatum rexit ad an. 1119. quem testatur Ordericus l. 12. mirâ eruditione præ aliis omnibus Episcopis quæstiones subtiliter discussisse, & responsa vbertim protulisse in Concilio Remensi. 1119.

45. PETRVS II. natione Burgundio, Nemausensis Episcopi affinis, vir vitæ venerabilis, simplex ac timens Deum, vt de eo fatur Guillelmus Tyrius l. 15. c. 15. ex monasterio Cluniacensi ad Episcopatum assumptus fuit: huius mentio apud Petrum Venerabilem epist. 4. agens de querelâ Nemausensis Præsulis cùm Abbate Casædej pro cœnobio S. Baudilij. Ex sede Viuariensi traductus ad Metropolim Lugduoensem: post aliquot annos Episcopatus, *de Viuariensium colle*, ait Petrus Venerabilis l. 2. ep. 2. *ad Lugdunensem montem*. Alludit quippe ad situm Episcopij Viuariensis in colle, & antiquum Lugdunensis in monte.

46. IAVCERANVS Petrosuffectus est, præsens absolutioni Gulgonis Delphini per Hugonem Rotomagensem Archipræsulem anno 1134. dedit Abbati Casædei plures Ecclesias an. 1157. mense Octobri coram Lamberto Ecclesiæ suæ Præposito, Stephano Sacristâ, Lancelino Magistro & aliis fratribus suis. Episcopus erat etiam an. 1146. ex 1134.

tabulis confirmationis priuilegio. A rum Ecclesiæ Viennensis.

47. GVILLELMVS I. Conrado 2. Imperatori consanguinitate proximus, à quo accepit dono Viuarium vrbem, codicillis datis anno
1147. 1147. qui inseruntur tabulario Episcopali.

48. THOMAS II. dignus sanè laude perpetuâ, vt qui antecessorum suorum nomina posteritati scriptis mandarit, quorum memoria fuisset obliterata penitùs, nisi ipse confecisset politicum suum, quod B Carolus Caluus Rex vocat Puletum ex quo Episcoporum Albensium, seu Viuariensium nomenclatura qui ante annum Christi millesimum vixêre, eruita est, sic autem præfatur: *Ego Thomas Episcopus exemplaui istud Politicum de aliis vetustissimis cartulis, quas inueni in cartulario S. Vincentij, & nec tertiam partem potui exemplare, propter nimiam vetustatem quâ sunt consumptæ, anno 14. regnante domino Conrado Rege.* Sedebat autem
1153. in Cathedrâ Viuariensi an. 1153.

49. GVILLELMVS II. eodem C anno post Thomam Episcopus interfuit conuentionibus Præsulis Aniciensis cùm Vicecomite de Polignaco, & sequente anno 1154. dedit nonnullas Ecclesias Abbatissæ S. Andreæ Viennensis.

1158. 50. RAIMVNDVS I. anno 1158. accepit à Guillelmo Archiepiscopo Ebredunensi villam vallis Vinariæ, cùm suis Ecclesiis, apud Diam in monasterio D. Marcelli, & secundo post anno Vssellum, à Bernardo de Vssello sub hominio clientelari.

ALBA. 51. ROTBERTVS ALBA anno 1171. dedit Priori S. Medardi Ecclesiam D. Montani, & S. Mariæ in eodem vico.

1177. 52. NICOLAVS anno 1177. accepit litteras à Friderico I. libertatis nonnullorum iurium: is verò Comitem Tolosanum expertus aduersarium anno 1193. mense Maio, tandem venit in pacta cùm Nicolao Episcopo, & acceptis Goroperæ, & Aiqueziæ castris, centúm-que marcis argenti, cessit omni in Viuarium iure: idem Nicolaus an. 1198. conuenit de Argentariâ & eius fodinis cùm Raimundo Comite Tolosano, Aimaro Pictauiensi, & Bermundo Andusiano.

53. BERNO, seu BVRNO anno 1206. accepit homagium Guidonis 1206.
de Castronouo; tertio post anno castrum Rupis Mauræ à Geraldo Ademari anno 1210. castrum Maler à Raimundo de Charlas, & Balmam à Guillelmo de Balmâ; conuenit cùm Bermundis de Salue anno 1212. & 1213. de pluribus castris cùm Aimaro Pictauiensi; tabulas demum accepit à Friderico 2. quibus Imperator anno 1214. confirmat eas Friderici 1. datas Raimundo.

54. GVILLELMVS III. an. 1220. accepit Cornilonum pagum ab Alazaide Cornilonâ.

55. BERNARDVS D'ANDVSE ex proceribus Andusianis, Bernardi Andusiensis toparchæ natus, nonnunquam in cartis de Voutâ Bermundus, sed nullatenus Bertrandus dictus, sedebat anno 1222. ex rituali Viuariensium Canonicorum, & 1223. ex institutione minoris præbendæ à Canonicis: eodem anno delectus fuit arbiter pro controuersiâ oppidi Alestensis, de quo acta publica Nemausensia: idem an. 1232. pacificitur cùm Rege pro iuribus suis dictæ vrbis Alesti.

ANDVSE. D'argent au lion de gueulle. 1222.

56. BERNOINVS II. anno 1235. accepit portorium, seu pedagium iam olim concessum, terrâ & aquâ per Duzeram & burgum S. Andeoli, & similiter per Viuarium & ca-
D strum de Tilio, anno 1238. probauit constitutionem Canonicorum de dicendo B. Virginis officio in maiore Choro, singulis Sabathis, ab octauâ Pentecostes vsque ad Aduentum, & ab octauâ Epiphaniæ vsque ad Carnisprium. 1238.

57. SEBASTIANVS anno 1241. donauit quædam Bertrando Baroni Albensi, Petro Ricardo Tabellione hâc rem in acta publica exscribente.

58. ARNAVDVS anno 1248. re- 1248.

cipit hominium Gnigonis de Ioyo-
sâ nobilis dynastæ; eodem anno in-
terest Synodo Valentinæ, ...ce-
pit Sacramentale Baronis Albensis
1250. 1250. sedebat secundo post anno
ex quibusdam tabulis.

59. AYMARVS I. eodem anno
1252. admisit fidem clientelæ domi-
ni Rupis Columbæ, cuius acta in
cartophilacio Viuariensi; testis &
in tabulis regij Thesauri anno 1256.

60. AYMO anno 1260. cùm cæ-
1260. teris Episcopis prouinciæ Viennen-
sis scribit ad Alexandrum Pontifi-
cem de canonisatione S. Stephani
Episcopi Diensis: altero post anno
regebat Viuarium ex donatione per
ipsum factâ Baroni Albensi.

LA TOVR. 61. HVGO DE LA TOVR anno
1263. cum auxiliaribus ab Aymaro
Geneuensi Episcopo Diensi copiis,
soluit obsidionem Castronoui Rho-
danensis, seu castri Monspenserij,
quam Ademarus Pictauiensis Co-
mes Valentinus vrgebat, qui cum
Hugône disceptabat. Anno 1264.
emit pedagium eiusdem Castronoui
à Guidone Castronouensi, & Lau-
râ ipsius matre; transegit an. 1265.
cum Canonicis suis de nonnullis ca-
pitibus, præsertim verò iurisdictio-
nè Viuarij, & burgi S. Andeoli: se-
1268. debat adhuc an. 1268. vt liquet ex
actis fundationis maioris, vt loquun-
tur, præbendæ in Ecclesiâ S. Vin-
centij: anno dein 1289. conuenit
cum Canonicis de iurisdictione, &
emit pedagium burgi S. Andeoli;
denique adfuit Concilio Viennen-
si 1289.

FALGARIÔ 62. RAIMVNDVS DE FALGA-
RIO II. vir scientificus & genero-
1296. sus, aiunt veteres tabulæ, an. 1296.
emit pedagium Dunzeræ à Guido-
ne de Castronouò, & castrum eius-
dem Dunzeræ à Guillelmo de Dun-
zerâ.

PAYRE. D'or à l'aigle d'azur armé & langué de gueulle. 63. ADELBERTVS DE PEYRE
Guillelmi Episcopi Mimatensis ne-
pos, è Baronibus de Petrâ, domi-
nus Marcastelli, & Bellirespectus,
vir nobilis ac potens genere appel-
latur in tabulis Viuariensibus: pri-
mò paciscitur cùm Philippo Pul-
chro an. 1300. cui erat à Conci- 1300.
liis; post 1305. conuenit cùm eo-
dem Rege de terrâ & torâ tempo-
ralitate Episcopi ac Capituli, vt fu-
sè traditur in tabulis confectis Vi-
uarij, quarum summa hæc est: *Reco-
gnoscimus D. Episcopum, Capitulum,
Ecclesiam, & ciuitatem Viuariensem,
terram & totam temporalitatem Epis-
copi, Capituli, ac subditorum suorum
in Rhodano & circa Rhodanum exi-
stentes, Regi & eius regno esse subiectos
quoad superioritatem attinet tempora-
lem. Episcopus & successores sui Viua-
rienses Episcopi, qui pro tempore fue-
rint, iurare debebunt se esse fideles de
personis & terris suis Regi & successo-
ribus suis Regibus Franc. licet terram
suam à nemine teneant, sed allodialem
habeant. Non poterit Rex deinceps a-
liquid de nouo acquirere in terrâ Epis-
copi vel Capituli in quâ omnimodam
habent iustitiam, non in feudo, vel re-
trofeudo eorum, sine consensu Episcopi
& Capituli, non aduersationes nouas,
vel noua gandargia recipere. Portare
debebit Episcopus deinceps arma regia
& eis vti in vexillis. Donauit Rex E-
piscopo quidquid de iure vel de facto
acquisiuit in villâ S. Iusti Viuariensis,
eiusque territorio & districtu. Vacante
sede Viuariensi non impedient gentes
nostræ quominus custodiam terræ & be-
neficiorum Episcopi habeat Capitulum,
prout ad ipsum de iure, vel consuetudi-
ne noscitur pertinere.* Baroniam de
Maurocastro emit à domino de Pe-
trâ fratre suo, & testamentum con-
dens an. 1303. 15. Iulij sepulturam 1303.
delegit in æde Cathedrali S. Vin-
centij, si contigeret eum decede-
re in diœcesi vel vrbe Gabalitauâ
Mimatensi, vult humari in basilicâ
D. Pontij Tomeriarum iuxta pro-
auos suos: bibliothecam, capellam
& ornamenta Pontificia donat Epis-
copis Viuarij: item pro animâ Ar-
mandi de Petrâ genitoris sui, Guil-
lelmi Mimatensis Præsulis & Adel-
berti patruorum; hæredem nomi-
nat Adelbertum nepotem in sacris
ordinibus constitutum: eandem por-
rò Baroniam secundogenitis mas-
culis familiæ de Petrâ legauit, &
eorum vnicuique certam possessio-
nem ad vitam contulit, eâ condi-
tione vt Clericus fieret: hinc factum
est, vt deinceps quisque domus de
Petrâ filius, Aldeberti nomen &

Clericatus dignitatem sortitus sit. Quibus id semper solemne fuit, vt eâ simplicis Clericatus, vel Canonicatus gradu contenti viuerent, donec primogeniti fratres sui, masculâ in legitimo matrimonio prole donarentur, & tunc demũ sacris initiabuntur: Quidam volunt *Consaluum Faliquerium* Ordinis Franciscani, ac Lectorem sacri Palatij, rexisse Ecclesiam Vinariensem, quod si verum est, sedisse debuit ante Adelbertum, de quo alij viderint.

Poitiers. 64. LVDOVICVS DE POITIERS anno 1306. vocatur electus Viuariensis in documento pactionis Guillelmi de Castronouo cum Petro Marroano. Anno 1307. venit in pacta cum Philippo Pulchro Rege Francorum, quæ ad hoc vsque tempus seruantur. Præfuit & an. 1317. ex conuentionibus Capituli cum Præcentore. Eius nomus reperitur parte vnâ insculptus sic, Ludouicus Episcopus, alterâ, Viuariensis, cum stemmate liliato.

1307.

Flavacovr. 65. GVILLELMVS DE FLAVACOVR, IV. Cancellarius Principis Caroli Comitis Marchiæ, filij Regis Philippi Pulchri, eligitur 1319. die 14. Nouemb. vt docent codices Vaticani. Bulla prouisionis ipsius per Ioannem XXII. summum Pontificem in archiuo regio Parisiensi, refert ipsum nobili prosapiâ ortum, probis moribus ac eruditione insignem: fuit posteà Archiepiscopus Auxitanus.

1319.

Mortemar. 66. PETRVS DE MORTEMAR III. Cardinalis Sabinensis & Episcopus Autissiodorensis, ita dictus ab oppido Mortuimaris apud Lemouicenses, non quia natales repeteret ab illustri gente Rupiscauardi Vicecomitum. Episcopus an. 1320. & 1322. die 1. Iulij in libris prouisionum Prælatorum Vaticani; sedebat item an. 1325. ex testamento Guillelmi de Samsone; hoc eodem anno subscriptus memoratur instrumento pacis vltimâ Maij inter Reges Franciæ & Angliæ, cum Alfonso de Hispaniâ, Ioanne de Britanniâ Comite Richemundi, & Ioanne de Cherchemont Franciæ Cancellario. Iacet in oppido Mortuimaris.

1325.

67. AYMARIVS II. sedem iniit an. 1326. 3. Decemb. ex lib. prouisionum Vaticani: legitur & 1328. in tabulis matrimonialibus scriptis à Guillelmo Bastidono, & an. 1330. ex procuratione Capituli super conuentionibus ipsius cùm Præcentore. 1330.

Villars. Commecy devant. 68. HENRICVS DE VILLARS ex Canonico & Camerario Lugdunensi, recensetur electus an. 1331. 15. Maij in codice Obligationem: anno 1333. plura cepit homagia de nobilibus totâ regione viris, videlicet Bernardo de Ioyosâ, Petro de Mirabello, Pontio de Montelauro, Giraudo Ademari: deinde an. 1333. instrumentum edidit ordinationis Capituli, de numero Canonicorum minuendo, quemadmodum fidem faciunt cartæ Ecclesiæ. Fit posteà Valentinus & Lugdunensis Archipræsul.

La Voute. 69. AYMARVS DE LA VOVTE III. Bermundo Voutæ domino patre natus, Fleuriâ de Blacas de Beaudisnar matre: ex Valentino ac Dien. si fit Viuariensis Antistes an. 1336. Huius nomine plures extant schedæ obsignatæ in tabulario Vinariensi & domus de Voutâ, an. 1338. facta est vnio Ecclesiæ Salauatij cum Sacristiâ Vinariensi; item hominium Prioris Albensis 1342. inde sedit vsque ad an. 1365. in archiuio autem cartarum familiæ Andusiensis reperies autographum testamenti huius Aymari datum an. 1338. sed longè posteà superuixit Episcopus; continet hæc capita; nominatim designat patrem Bermundum & Fleuriam matrem, germanum suum Bermundum hæredem nominauit, cui suffecit Guillelmum Giraudum fratrem; sepulturam ordinat in basilicâ Viuariensi, ac præfati testamenti curatores sibi adlegit dynastam de Petragorđâ, & Abbatem S. Rufi de Valentiâ: mortuus est anno 1365. liber ritualis magistri Chori Viuariensis: *Aymarus d'Andusia & Vouta*, inquit, *vir magnificus & potens, & de diœcesi Viuariensi, qui etiam contra Reges non verebatur iura defendere, & qui 29. annis fuit Episcopus dictæ Ecclesiæ, obiit anno Domini 1365. & dedit Capitulo* 4000. *florenos.*

1338.

1365.

Sarcenas

70. Petrvs de Sarcenas iv. Cardinalis Sabinensis tit. S. Laurentij in Lucinâ, cognominatus de Sarracenaco, aut Sorcenaco: ex Auditore Rotæ Romanæ Episcopus
1366. an. 1366. paulò mox adiit Archiepiscopatum Ebredunensem, & à Pseudoclemente 7. factus Cardinalis decessit an. 1390. de quo in Ebredunensibus plura.

Castro-novo.

71. Bertrandvs de Castronovo, seu de Chalanconio sedebat an. 1366. ex tabulis quibus Franciscus Ægidius acceptam nescio quam pecuniæ summam
1373. retulit creditori: & anno 1373. ex cartis quibus Castronouensis Dunzeræ profitetur se domum habere à Capitulo in feudum nobile.

72. Beraldvs eodem anno 1373. Episcopus se dixit clientem Regis.

73. Petrvs v. præfuit anno 1373. 1. Decemb. ex libris prouisionum Episcoporum in Vaticano.

Arpevile.

74. Bernardvs d'Arpeville Prior S. Martini de Campis Parisiensis, electus anno 1375. 26. Februarij, ex eodem libro, admittit homagium Raimundi de Fabtegol 1376. & anno post altero toparchæ
1379. Bazalucij; anno autem 1379. recognitionem Sacristiæ Viuariensis.

75. Gvillelmvs v. sedebat anno 1379. ex libris Petri Guigonis Scribæ, de recognitionibus Sacristiæ Viuariensis.

Embro-niaco.

76. Ioannes de Embroniaco iii. Cardinalis Ostiensis, & Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, vir doctrinâ eximius, fuit Episcopus Viuariensis anno 1380. de quo Acta Consistorialia 1382. 4. Augusti; Anticardinalis an. 1385. atque etiam Arelatensis Archiepiscopus. Is verorum Cardinalium albo inscriptus est post varia præclarè pro Ecclesiâ gesta; demum præfuit Concilio Constantiensi, & in eo auctor creationis Martini 5. in Pontificem Romanum fuit. Episcopus Viuariensis
1384. recensetur anno 1384. quo Prioratus Dunzeræ vnitus est Episcopatui; de quo in Arelatensibus supra.

Martre-vil.

77. Olivarivs de Martrevil i. nobilis Picto, ex Canonico Episcopus anno 1385. 21. Octobris, vti indicant libri Obligationum: sedebat & 1386. posteà translatus ad Episcopatum Cabilonensem.

De Prata.

78. Pilevs de Prata Forojuliensis, Concordiæ natus, ex Comitibus Pratæ, primò Episcopus Taruisinus, posteà Patauinus 1359. demúmque ad Archiepiscopatum Rauennatensem anno 1370. per Vrbanum 6. renunciatus est Cardinalis S. Praxedis 1378. & Legatus missus ad Venceslaum Bohemiæ Regem: fuit bellicosi animi Præsul Pileus, qui varias fortunæ vices expertus, cùm Rauennensi Archiepiscopatu Legationem obiit in Italiâ, Romani Pontificis in temporalibus Vicarius: post excessum Vrbani rediit in gratiam cùm Pontifice Bonifacio 9. dictus Cardinalis Tusculanus an. 1391. & Legatione Piceni, Vmbriæ, atque Emiliæ cohonestatus: quemadmodum legere est apud Vghellum in Archiepiscopis Rauennatensibus. Huius porrò Ecclesiæ Viuariensis administrationem obtinebat
anno 1387. ex instrumento Opera- 1387.
rij Ecclesiæ Viuariensis; decessit anno 1401. Patauij vbi Collegium erexit Pratense nuncupatum: conditus in eâ Cathedrali sepulchro marmoreo cùm huiusmodi inscriptione:

Stirpe Comes Pratæ præclarus origine, multis
Dotibus insignis seclo celeberrimus, vrbe
Defunctus statuit sua sic suprema voluntas,
Hac Cardinalis Pileus tumulatur in vrnâ.

79. Ioannes iv. anno 1388. ex
recognitione Petri Amardi Capi- 1388.
tulo.

D'Ailly.

80. Petrvs d'Ailly vi. Theologicarum rerum peritissimus, & quod honori ducebat, discipulus Ioannis Gersonis, fuit Episcopus Anicij, posteà Cameraci, & à Ioanne Papâ 22. annumeratus est Cardi-

nalibus; sedit autem Viuarij anno A incerto.

Poitiers. 81. GVILLELMVS DE POITIERS VI. anno 1392. legitur Episcopatui præpositus, cùm Petrus Vrsus se
1407. dixit ipsius clientem, & an. 1407. cùm Iacobus de Croso emit domum à Petro Genettâ; notatur & in instrumento quodam inquisitionis Guillelmi Abbatis Crudacensis.

Liniers. D'argent à vne fasce de gueulle. 82. IOANNES DE LINIERS V. stirpe nobilis, Godemari de Liniers domini de Menetou & Ioannæ de Brosse filius, nepos Ioannis le B Maingre de Boucicault Franciæ Marescalli: successit Guillelmo 1407. 12. Nouembris, ex Actis Consistorialibus: hoc eodem anno 28. Iulij codicillorum testamenti sui auunculi, in Prouinciâ conditi executor fuit designatus: Nominatur anno 1409. in recognitionibus emphyteuticis Viuarij; pactionem fecit cùm Canonicis de Chorariorum admissione 1417. prætereà an. 1421. notatur in actis conuentionis Capituli cùm Vniuersitate; item in fide clientelari Prioris S. Petri Albensis
1433. 1433. & 1443. cùm Petrus Marcoy- C rol faciebat homagium Baroni Albensi.

Poitiers. 83. OLIVARIVS DE POITIERS II. eodem anno 1443. admisit ad sacramentum clientelare Bertrandum de Faim.

Poitiers. 84. GVILLELMVS DE POITIERS VII. anno 1447. sedebat ex conuentionibus Capituli cùm ciuibus Viuarij, & anno post secundo ex schedâ vnionis Capellæ de Gaudeberto:
1454. diem suum obiit anno 1454. 1. Augusti ex cartulario Obituariorum. D

Pompadovr. 85. ELIAS DE POMPADOVR Electensis Præsul in Occitaniâ sub Metropoli Narbonensi, huc translatus per obitum Guillelmi de Pictauiâ 1454. 3. Cal. Decemb. vt docent libri Obligationum; altero post anno in Aruerniâ baptisauit Carolum Amedei & Iolandis Ducum
1463. Sabaudiæ primogenitum: an. 1463. missus est in Sabaudiam ad componendam controuersiam cùm Duce Borbonij; viuebat adhuc an. 1475.

ex autographo fundationis Capellæ in Ecclesiâ parochiali B. Mariæ de Sableriis, per Antonium de Bornâ Præcentorem Viuariensem; & an. 1478. ex archiuis Viuariensibus.

Montchenv. 86. IOANNES DE MONTCHENV, VI. ex nobilibus de Montecanuto ortus, Episcopatum tenuit 1479. & peruenit vsque ad annum 1497. ex variis Scribarum cartis a- 1497.
pud Columbum, inter quas refertur ea, quâ Episcopus dem cùm Abbate Crudatensi Ioanne controuersiam dirimit super iurisdictione an. 1484.

Tovrnon. Comme cy deuant. 87. CLAVDIVS DE TOVRNON Guillelmi Turnonij dynastæ nothus, ex Canonico & Præposito Cathedralis, Francisci Cardinalis patruus, Præsul inter Viuarienses laudatissimus, suam Ecclesiam variis muneribus ditauit, quam rexit annis 44. sedebat hic anno 1498. ex fundatione Capellaniæ de Albignatio; anno 1510. asseruit Episcopatui por- 1550.
torium, seu pedagium Viuariense; donauit templo S. Vincentij aulæum ex auro, argento & serico contextum, de vitâ patroni tutelaris; prætereà ædes struxit Dunzeræ, & burgi S. Andeoli, munimentum Argentariæ, atque odeum Cathedralis, quam instruxit organis, omnique genere vestium sacrarum. Adest exequiis Annæ Britannicæ Reginæ 1513. moritur anno 1542. Dunzeræ, corpus inde elatum ad basilicam suam Viuariensem, honestâ pompâ septem Episcoporum & vniuersi Viuariensis Cleri funeratum est; sepulchro autem quod sibi viuens parauerat in medio odeo, ex candido marmore adscripta sunt hæc carmina:

...... sponsam locupletem fecit & auxit
Veste, sacris, reditu, vase, ministerio.
Organa magna dedit, templum hoc renouauit & ædes
Struxit eas, quæ te Dozera nobilitant.
Oppida, fana, domos, fundos meliora relinquit
Sponsæ.......
Sæpè potestati laicæ sine iure prementi
Aut sponsam, aut Clerum, restitit intrepidus.

TOVRNON. 88. CAROLVS DE TOVRNON Abbas Casædei; ex Archipresbytero & Præposito Viuariensi, per Claudium electus est Adiutor Episcopalis functionis anno 1536. qui etiam Episcopus Præposituræ munus retinuit; nepos erat Francisci Cardinalis, cuius parens Iustus toparcha Turnoni, mater Ioanna de Vissac: mortuo Claudio Episcopale solium adipiscitur, is quædam suæ Cathedrali ad sacrum ministerium legauit ornamenta; præfuit
1552. vsque ad annum 1552.

MAILLE'. 89. SIMON DE MAILLE' Abbas Oratorij, ex dynastis Mallij Brezæi in Turonibus, ad nominationem Henrici 2. Regis suffectus est Carolo Turnonio, post aliquot annos Episcopatum Viuariensem mutauit Archiepiscopatu Turonensi, vt diximus tomo 1.

SALA. 90. IACOBVS MARIA SALA Bononiensis Italus, Prolegatus Auenionensis, post Simonem Antistes 1556. Auenione fuit pro Pontifice Romano Vicelegarus ab anno
1560. 1554. ad 1560. ab eo priuilegiorum confirmarionem imperrant ciues Viuarienses, & cùm iuisset ad Concilium Tridentinum, in eo morralitatem expleuit: vide Franciscum Belcarium l. 28. num. 60.

FARNESE. 91. ALEXANDER FARNESE Cardinalis, Salæ successir quidem, sed nondum adeptâ possessione Episcopatus, se abdicauit in gratiam Eucherij.

S. VITAL. 92. EVCHERIVS DE S. VITALI affinis Cardinalis Farnesij, Episcopatum adiit an. 1565. 3. Cal. Iulij flagrante Caluinisticâ clade abfuit ab Ecclesiâ suâ, mortuus est Auenio-
1571. ne an. 1571. die 5. mensis Ianuarij, sepultúsque in Ecclesiâ parochiali S. Agricoli cùm eo epitaphio:

Iudicij memor esto mei dilecte viator,
Nam sic iudicium mox erit inde tuum.
EVCHERIVS *quondam* SANCTI VITALIS *habebar,*
Et Comes & Præsul Viuariensis eram.
Lux æterna mihi caros extinxit ocellos,
Forsitan extinguet, lux hodierna tuos.
Nil tibi promittas igitur de luce futurâ,
Nam te mors sequitur, corpus vt vmbra tuum,
Exorato Deum pro te, pro méque vicissim,
Vt requiescamus semper in arce poli. Amen.

D'VRRE. 93. PETRVS D'VRRE Francisci de Balmâ Comitis Susæ consanguineus, cuius gratiâ Episcopatum consequutus est à Rege Carolo IX. successit Eucherio & sedit annum vnum, defunctus an. 1572. 1572.

L'HOSTEL. 94. IOANNES DE L'HOSTEL VII. ab anno 1573. ad 1621. quo decessit 6. Aprilis, cùm peruenisset ad annum ætatis 94. ipsius impensis ac Capituli, curante Francisco Monerio Præcentore, anno 1599. restituta est basilica San-Vincentiana.

LA BAVME SVSE. 95. LVDOVICVS FRANCISCVS DE LA BAVME DE SVSE Episcopus ac Comes Viuariensis, Princeps Dunzeræ, & Castrinoui ad Rhodanum, Baro Argenteriæ, Sanctique Andeoli toparcha, Abbas Orbisterij in Pictonibus: ex vetustâ nobilique stirpe de Balmâ, Rostagno Comite de Susâ, & Magdalenâ de Medullione de Bressieux parentibus satus; qui primò Episcopus Pompeiopolitanus, & Coadiutor Ioannis de l'Hostel renunciatus anno 1618. die 14. mensis Maij, post eo defuncto, Episcopatus adiit possessionem die 6. Aprilis 1621. Hic Patres Recollectos admisit Argentariæ, & Dominicanas sorores Viuarij: interfuit Comitiis Cleri Parisiensibus annis 1635. & 1650. 1618.

D'or à 3. cheurons de sable, au chef d'azur chargé d'vn lion naissant d'argent, armé, couronné & lampassé de gueulle qui est DE LA BAVME SVSE.

VORMACIENSES
EPISCOPI

Vermes au bas Palatinat, sur le Rhin.

CIVITAS Vormacia ad Rhenum in Palatinatu sita est, Borbetomagnus Vangionum Ptolemæo l. 2. c. 9. Bormitomagus Antonino, peruetustum Vangionum oppidum, de quo Sigebertus; olim subditum Treuerensibus, posteà Romanis, donec ab Attilâ Hunnorum Rege excisum fuit, hodie inter Germaniæ vrbes celebre nomen obtinet, à Moguntiâ suâ Metropoli distans in Austrum supra sex millia passuum Germanicorum, cui addita fuit iure Suffraganeæ sedis anno circiter 751. vt patet ex epistolâ Zachariæ Papæ ad Bonifacium Archiepiscopum. Cuius ciuitatis S. Petrum Tutclarem colentis, Episcopus memoratur cap. 2. de Treugâ. Vrbs verò ita describitur in Ligurini lib. 1. vbi agitur de Friderico 1. Imperatore.

Vormatiam petiit medio quæ gurgite Rheni,
Gallica Germanis opponit rura colonis,
Vtráque vinetis exuberat, vtráque pomis,
Piscibus atque feris, & cunctis rebus edendis.

» Et Otho Frisingensis, Imperator » proximum natale Domini Vormatiæ celebrauit. Ea námque regio, » quam Rhenus nobilissimus fluuius » interfecat, ex vnâ ripâ Galliæ, ex » alterâ, Germaniæ limes frumento, » vino optima est, venationibus, & » piscationibus copiosa. Habet autem ex parte Galliæ vicinum Vosagum, & Ardennam, ex parte Germaniæ syluas non mediocres. Series Episcoporum hæc est, prout colligi potuit, sed imperfecta.

346. 1. VICTOR in Concilio Agrippinensi Vangionum Episcopus interfuit an. 346.

2. AMANDVS I.

3. CAROLVS.

4. S. GROTALDVS.

5. S. RVPERTVS posteà primus Iuuauiensis, seu Salsburgensis Episcopus: cuius vita habetur tomo 6. Antiq. Lection. Canisij. Sepultus in Ecclesiâ S. Petri: vide Metropolim Salsburgensem tomo 1. Monachi editam an. 1620.

6. S. AMANDVS II. habet templum parochiale in suburbio.

7. GEROLDVS.

8. GERVILIO.

9. FOLEVINVS sedebat sub Carolo Magno, sepelitur ad S. Andream.

10. EBREMBECHIVS an. 798. ex diplomate Caroli Magni. 798.

11. BERNHARDVS cùm Adelardo Abbate Corbeiensi Romam ad Leonem Papam missus pro definiendâ quæstione processionis Spiritus Sancti, quæ ventilata fuerat in Synodo Aquilgranensi; de eo Eginhardus in Annalibus sub annum 809. 809.

12. FVLCRO anno 835. de quo Rabanus epigrammate 48.

13. SAMVEL interfuit Concilio Moguntino anno 838. ad quem dicti Rabani extant plura epigrammata; obiit 10. Februarij an. 856. sepultus in monasterio Laurissensi, cuius fuerat Abbas & fundator. Sub eo monasterium S. Mariæ in vrbe fundatur an. 840. celebrata est autem Synodus Vormaciensis prouincialis an. 868. 838.

14. GVNESO anno 872. 872.

15. ADELMVS obiit 873. die 7. Ianuarij.

16. DIERLACVS, vel THEODELAVS in Concilio Triburiensi 895. circiter annum 890. indicta fuerat in vrbe Synodus pro causâ Hermanni Coloniensis & Adalgarij Hamburgensis Episcoporum. 890.

17. RICHOO, vel RICHOVO in Synodo Confluentinâ 912. nominatur in Capitularibus 926. & in

diplomate Othonis Imp. 947. adfuit Synodo Engelenheimensi 948. apud Flodoardum: moritur anno
950. 950. 10. Octobris.

18. ANNO Abbas S. Maximini Treuirensis, in Synodo Augustanâ 952. desiit viuere 974.

19. HILDEBALDVS superioris frater & Othonis Cæsaris Cancel-
997. larius an. 997. qui memoratur in vitâ S. Aleidis Imperatricis.

20. FRANCO.

21. HERPHO.

22. RAZO tantùm sedit 14. dies.

23. BVRCHARDVS Conradi Salici Cancellarius, cuius institutor fuit, eique in primis carus; consecraturâ Viligisi Metropolitâ. meminit sui ipsius anno 1012. l. 2. c. 227. quod habetur c. 1. dist. 73. Interest
1012. Concilio Salegunstadiensi 1022. Aribone Archiepiscopo, in Chronicon Hirsaugiensi: legendus Sigebertus de viris illustribus c. 142. Trithemius, Bellarminus, Possevinus, & Baronius pluribus locis. Obiit anno 1025. die Augusti 20. Collector libri Canonum qui passim extat; sepultus est in æde primariâ, hoc epitaphio:

Robora Burchardus, ex nomine denotat artis,
Et quod nomen habet, maximè facta probant.
Vangio nam per eum fossas, & mœnia, turres,
Ædificat rursus, depopulata priùs.

24. HAZECHO Comes Anaxouianus, Conrado Imperatori & Giselæ carissimus; inauguratur 5.
1044. Decembris an. 1025. decessit 1044. 7. Ianuarij.

25. ADALGERO Cancellarius Imperij & supremus Consiliarius Bruschin, præfuit tantùm quinque mensibus.

26. ARNOLFVS successor Adalgeronis seu Adelgeri, Lamberto Schafnaburgensi in Historiâ Germanorum; quo sedente Vormaciam venit Leo IX. Papâ, ibique Natalitia Domini celebrauit; obiit an. 1065. 1. Iunij. 1065.

27. ADELHERO filius Cononis Rinfeldiæ Comitis ex Ichâ, suffectus est anno 1065. idem Lambertus Schafnab. de eo sic: *Arnolfus Vuormatiæ Episcopus, vir Pontificalis modestiæ & sanctitatis migrauit ad Dominum, successitque ei Adelhero monachus ex monasterio S. Galli, frater Rudolphi Ducis, uno pede omnino debilis, vir per omnia dignus spectaculo. Erat enim fortitudinis magnæ, edacitatis nimiæ, crassitudinis tantæ, quæ aspicientibus horrorem magis incuteret, quàm admirationem.* Obiit an. 1070. 1070.
Augusti 6. propriâ, vt fertur, crassitudine præfocatus, Schafnaburgensi.

28. ADALBERTVS an. 1070. de quo Paulus Bernriedensis in vitâ Gregorij. 7. defecit anno 1108. 6. Iulij.

29. DICTMARVS an. 1109. 1109.

30. EBBO mortuus anno 1115.

31. BVCCO consecratus ab Adelberto Metropolitâ, nominatur anno 1139. subscriptus diplomati Conradi 3. Imperat. ædificauit Schonnuiense Cisterciensis instituti cœnobium, in quo sepeliri voluit anno 1151.

32. CONRADVS I. in diplomate Friderici Imperatoris pro monasterio Salmensi dato Vormaciæ 1151.
3. Idus Iunij; è viuis abiit an. 1163. 1163.

33. CONRADVS II. testis in priuilegio Friderici Augusti quod concessit Philippo Coloniensi Archipræsuli pro inuestiturâ Ducatus Vestphaliæ: animam emisit die 18. Ianuarij 1187.

34. HENRICVS I. 1193. mentio huius apud Godefridum monachum
S. Pantaleonis; obiit 23. Decemb. 1196.
1196.

35. LVPOLDVS memoratur à Ruperto Tuitiensi Abbate in vitâ S. Heriberti Archiepiscopi Coloniensis, ex regesto Innocentij 3.

anno 1201. apparet Canonicis Moguntinis Pontificem scripsisse, vt loco Conradi Archiepiscopi & Sabinensis Pontificis, L. Episcopum Vormaciæ à maiore parte Collegij Canonicorum postulatum, Prænestino Pontifici præsentarent confirmandum; hæc ex Vghello in Sabinensibus Episcopis, sed longè post fatis cessit non adeptâ sede Metro-
1217. politanâ 17. Februarij 1217.

Sarbruch 36. Henricus de Sarbruch ii. ex Comitibus Saræpontis, fundauit monasterium Monialium Ordinis Cisterciensis, non procul ab
1223. vrbe, & recensetur 1223. tradidit in feudum Ludouico Comiti Palatino Rheni castrum Hidelbergense; obiit 1234. Septembris die 12.

37. Landvlfvs confirmatur à Sigifrido Metropolitâ, denatus anno 1247. 8. Iunij.

38. Conradvs iii. ex Decano Moguntinæ Ecclesiæ, eodem anno mortuus quo electus 1247.

39. Richardvs obiit an. 1257.

Hirsutus. 40. Eberardvs Hirsvtvs i. fato functus 1277. iacet in mona-
1277. sterio Ottemburgo Ordinis Cisterciensis.

41. Fridericvs superioris frater, obiit anno 1283. die 20. Maij.

Schonenk 42. Simon Schonenk ii. Religiosorum omnium vulgò Speculum appellatus, decessit 21. No-
1291. uembris 1291. iacet in monasterio Franchenstalij.

Strademberg. 43. Eberardvs de Strademberg ii. moritur 1291. ac sepelitur in cœnobio Schonouiensi.

44. Envcho confirmatur à Gerardo Metropolitâ 1293. sepultus
1299. veste monasticâ in Cathedralis Choro 1299.

45. Ebernvinvs obiit 10. Maij 1303.

Schonek. 46. Emericvs de Schonek
1318. obiit 10. Februarij 1318.

47. Henricvs iii. octauâ Iunij anni 1319. decessit.

48. Cvyno de Schonek 25. Iunij 1329. Schonek.

49. Gerlacvs 18. Ianuarij 1331. 1331.

50. Salomannvs, animam exhalauit an. 1349.

51. Theodoricvs sedit in Episcopatu annis 16.

52. Ioannes Schadlandvs i. Ordinis Prædicatorum 1366. sepultus apud Prædicatores Constan- Schadlandus.
tiæ 1373. 1373.

53. Echardvs de Dersche decessit anno 1498. 14. Maij.

54. Mathævs Cracoviensis ortu Polonus, Academiæ Parisiensis olim Rector & Cancellarius, atque Orator Imperatoris Ruperti, Magister in Theologiâ, Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, à Gregorio xii. creatus 1408. plura scripsit, de quibus Ciaconius in vitis Cardinalium: obiit Vormaciæ 5. Maij anno 1410. sepultúsque in medio Chori basilicæ; eius scripta asseruantur in Frankentalensi cœnobio. Cracoviensis. 1410.

55. Ioannes ii. in Concilio Constantiensi anno 1414. mortuus 18. Maij 1426. 1426.

56. Fridericvs ii. obiit Cal. Augusti 1445.

57. Lvdovicvs Astensis patriâ Subalpinas 1446. electus modestè recusauit. Astensis. 1446.

58. Rainaldvs de Sickingen obiit 21. Iulij 1483.

59. Ioannes de Dalberg iii. discipulus Rodolphi Agricolæ cui dicauit librum de Scriptoribus Ecclesiasticis, siue illustribus viris, Ioannes à Trithem Abbas Spanhemensis; epistolâ autem præliminari sic loquitur: *Cùm multa cogitatio mihi succreuisset, cui eandem lucubratiunculam considerem gratiorem, se multi obtulêre vacillanti, de quorum doctrinâ* Dalberg.

& beneuolentiâ spes non modica promissa vigebat; inter quos, tu mihi, Pater reuerendissime, potior, eminentior, doctiòrque occurristi, qui omnes doctrinâ vincis, & eruditione superas vniuersos. In te nobilitas generis alti relucet, Episcopalis authoritas eminet, honestas morum conspicitur, bonarum artium omnimoda scientia collaudatur. Num talem poterimus virum præter te vsquam inuenire, in quo hæc omnia simul concurrant. Inter Alemanos neminem tibi, pater reuerendissime, noui æqualem, in quo genus, dignitas & eruditio tanta refulgeant. Non loquor ad aurem, testis adest Omnipotens, nec B *blandus capto laudator, quem Germania omnis te virum vndecumque peritissimum non ignorat. Te colunt docti, te nobiles ac Principes obseruant, tu nobis quod Plato narratur fuisse Antimacho, tuo comprobatus eloquio, doctus meritò iudicatur. Publicâ famâ quæ non mentitur, agnouimus, quàm profunda scientia in sacris literis tibi abundet, quàm perspicax interpretatio iuris, quanta denique suauitas, dulcedo, lepórque dicendi, ac perorandi, vt doctissimis viris, quorum in catalogo mentionem fecimus, te conferendum non dubitemus. Testantur hoc lucidissimæ oratio-* C *nes quas habuisse diceris, testantur epistolæ, testantur epigrammata plura. Siquidem clarissima nominis tui fama, non solùm nostris Germanis, sed & Italis & Gallis cùm laude innotuit. Hinc subiit animum, vt tanto tibi Pontifici subiectum opus de Scriptoribus Ecclesiasticis inscriberem, dicarémque tuo nomini, quatenus sub vmbrâ Pontificalis culminis quiescerem securus. Sed dum intueor corusci luminis in te splendorem, reuerberor, retrahor, totúsque formidine tantæ maiestatis tuæ concutior, ne fortè tibi Patri sublimi atque doctissi-* D *mo scientiâ, merito & dignitate prorsus inferior, inde displiceam, vnde placere præsumebam. Scio enim occupationes tuas plurimas, & sacrata studia non ignoro, quibus molestus esse meis* A *næniis non debueram. Sed animat me doctrina tua, quam benignitas & humanitas tua cunctis reddit amabilem, quippe quæ litteras nullius abhorret, neminémque indignum suo censet alloquio.* Eius Præsulis extat oratio in promotione Innocentij 8. cui scribit Sadoletus librum de consolatione Philosophicâ 1502. excessit è vi- 1503.
tâ 27. Iunij 1503.

60. RAINARDVS A RICPVRG RIEBVRG.
obiit anno 1533.

61. HENRICVS DE BAVIERE BAVIERE.
IV. Philippi Palatini Rheni & Electoris filius ex Margaritâ, Ludouici Bauariæ Ducis filiâ: è Canonico fit Episcopus Spirensis 1523. anno sequente Vltraiectinus, & tandem Frisingensis; decessit anno 1552. 3. 1552.
Iunij.

62. PHILIPPVS I. ex Episcopo Frisingensi ad Vormaciensem sedem euchitur.

63. GEORGIVS DE SCHONEMBVRG I. SCHONEMBVRG.
Ioannis Archiepiscopi Treuerensis frater: primò Canonicus Moguntinus 1553. tum Præpositus Vormaciæ 1557. deinde Episcopus 1580. 22. Martij, ac tandem Præpositus Moguntinus & D. Albani: sedit Vormaciæ annis 15. mensibus 4. diebus 21. mortuus Spiræ, vbi Rodulfi 2. Imperatoris vices agebat in Comitiis 11. Augusti 1595. anno ætatis 65. Vormaciæ in sacello S. Georgij sepelitur.

64. PHILIPPVS CRATZ DE SCHARFFENSTEIN, II. SCHARFFENSTEIN.
ex Præposito Ecclesiæ Moguntinæ electus Vormaciensis an. 1604. die 4. Maij. 1604.

65. GEORGIVS FRIDERICVS DE GRIFFENCLAVV II. GRIFFENCLAV.
Præpositus Moguntinus an. 1614. & tandem Archiepiscopus huius sedis Electoralis an. 1626. obiit an. 1628. 1626.

FINIS.

INDEX
ALPHABETICVS
NOMINVM EPISCOPORVM,
QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR.

A

ABbo Niuernensis paginâ 794
Abbo Suessionensis. 1046
Adalbero de Luxembourg Metensis. 715
S. Adalongus Massiliensis. 647
Adam de Chambly Siluanectensis. 1020
Adam de Nemoso Siluanectensis. 1021
Adamus de Hurteloup Mimatensis. 737
Adamus de Voldoy Meldensis. 701
Adelardus Suessionensis. 1047
Adelbero de Lorraine Metensis. 714
Adelbertus de Galberto Reiensis. 938
Adelbertus de Peyre Viuariensis. 1183
Ademarus de Monteil Podieosis. 914
Ademarus de Monteil Metensis. 721
Ademarus de la Voute Valentinensis. 1116
Ademarus de la Vonte Massiliensis 663
Ademarus Massiliensis. 662
Ademarus Petrogoricensis. 859
Adolphus de Nassau Spirensis. 1039
Adrianos de Riedmarten Sedunensis. 1008. 1009. 1010
Aduentius Metensis. 713
Æconius Maurianensis. 691
Ægidius de Bellemere Podiensis. 919
Ægidius de les Cours Nemausensis. 781
Ægidius Aiscelin Vaoreosis. 1141
Ægidius de Lorris Nouiomensis. 813
Ægidius de Manclatio Niuernensis. 803
Ægidius de Septres Tolonensis. 1066
Ægidius de Sorcy Tullensis. 1100
Ægidius Spifame Niuernensis. 807
S. Agericus Virdunensis. 1161
Agricola Sedunensis. 1003
Aigulfus Metensis. 710
Aimarus Carbonelli Santonensis. 785
Aimarus Henocquiu Redonensis. 932
Aimarus de la Voute Viuariensis. 1184
Aimericus de Rochechouard Sistaric. 1035
Aimericus de Rupemorello Mooralban. 752
Aimerus de Plas Vasatensis. 1132
Ainardus de Montredoo Nemauseosis. 778
Alanus de Chasteaugiron Redonensis. 919

Alanos Hælory Trecorensis. 1092
Alanus de Leshardrieu Trecorensis. 1091
Alanus de Biuc Trecorensis. 1091
Alanus Sistaricensis. 1033
Albero de Chiny Virdunensis. 1167
Albertus Acciaioli Niuernensis. 804
Albertus de Hirgis Virdunensis. 1167
Albertus Lordet Mimatensis. 732
Albertus de Marcy Virduoensis. 1·67
Alboinus Massiliensis. 649
Albuioos Pictauiensis. 887
Albinus de Rochechooard Sistaric. 1035
Aldebertus 1. de Peire Mimatensis. 727. 2. 729. 3. 733. 4. 734
Aldebertus de Tournel Mimateosis. 729
Aldebertus d'Vzez Nemausensis. 778
Aldebertus Senecensis. 1013
Alexander de Bardis S. Papoli. 844
Alexander Farnese Venciensis. 1153
Alexius de Siregnio Vapincensis. 1128
Almaricus Siluanectensis. 1018
Almarios d'Acigné Nannetensis. 770
Alreus Sedunensis. 1004
Amalricus Meldensis. 701
Amalricus de la More Venet. 1158
Amalricus Nemausensis. 779
Amaneuus d'Albret Oloronensis. 831
Amaneuus d'Albret Vasaten. 1131
Amaneuus de Foix Vasatens. 1132
S. Amantius Rutenensis. 955
Amatus Oloronensis. 828
S. Amatus Sedunensis. 1003
Amedeus de Foix Matiscon. 688
Amedeus de Geneue Tollensis. 1100
Amedeus de Montemaiori Maurian. 692
Amedeus de Roussillon Valentinensis. 1114
Amedeus de Saluces Valentinensis. 1118
Amedeus de Sauoye Maurianensis. 692
Amelinus Senecensis. 1012
Andoinos Alberti Magalonensis. 606
Aodreas de Crecy Nouiomensis. 821
Andreas Cruesen Ruremondensis. 952
Andreas Fredoli Magalonensis. 601
Andreas Ghini Tornacensis. 1071
Andreas de Gualdo Sedunensis. 1007

Aodreas Hamon Venetensis. 1159
Andreas de Placenda Sistaricensis. 1034
Andreas d'Oraison Reiensis. 942
Andreas du Saussay Tullensis. 1102
Annas d'Escars Metensis. 724
Annas de Muruieil Montalbanensis. 756
S. Apollinaris Valentinensis. 1109
Ansculfus de Pierrefons Suessionensis. 1059
Ansegisus Trecensis. 1070
Ansellus Meldensis. 699
Anselmus de Chantemerle Redon. 930
S. Ansericus Suessionensis. 1043
Ansoaldus Pictauiensis. 875
Antelmus de Clairmont Maurianensis. 692
Anthymus-Dionysius Cohon Nemans. 783
Antonius d'Arbaut Sistaricensis. 1036
Antonius de Balsac Valentinensis. 1119
Antonios Barberin Pictauiensis. 904
Antonius Caracciol Trecensis. 1086
Antonius de Castelnau Tarbensis. 1059
Antonius de Chabanes Podiensis. 920
Antonius Clementis Niciensis. 789
Antonius de Creqny Nannetensis. 771
Antonius du Gros Tricastinensis. 853
Antonius de Cnppis Sistaricensis. 1036
Antonius Doriole Montalbaoensis. 754
Antonins du Four Massiliensis. 665
Antonius Gaume Tricastioensis. 852
Antonius Godean Venciensis. 1154
Antonius de Grignaux Trecotensis. 1093
Antonius Hauet Namurcensis. 758
Antooins Lascaris de Tende Reien. 940. 941
Antonius de Leuis Tricastinensis. 852
Antonius Lobensis Riuensis. 948
Antonius de Louiet Magalonensis. 611
Antonius de Narbone Matisconensis. 687
Antoniotus Pallauicini Tornacensis. 1073
Antonius de Neuchastel Tullensis. 1101
Antonius de Panusiâ Mimatensis. 735
Antonius Peregrinns Tullensis. 1101
Antonins du Prat Meldensis. 705
Antonius Pucci Venetensis. 1159
Autonius Rose Siluanectensis. 1023
Antonius Saluanbi Venciensis. 1152
Antonius de Senneterre Podiensis. 921
Antonius de Subiet Monspeliensis. 626
Antonius de la Tour Torellensis. 1104
Autonius Triuulce Toloonensis. 1065
Antonius de Vesc Valentinensis. 1120
Antonius-Maria Saluiati S. Papuli. 843
Antonius-Petrus de Narbonne Vabr. 1107
Aostentius de S. Colombe Sarlatensis. 591
Archambaldus de Lautrec Vaurensis. 1041
S. Arcontius Viuariensis. 1176
Aregius Nemausensis. 774
Argemirus Magalonensis. 557
S. Ardius Vapineensis. 1124
Armandus Vapincensis. 1124
Armandus de Vernouo Nemausensis. 780
Armandus de Gonrand Sarlatensis. 994
Armandus de Polignac Podiensis. 916
Arnaldus Barcillon Venciensis. 1151
Arnaldus de Claromonte Turellensis. 1102
Arnaldus d'Aux Pictauiensis. 895
Arnaldus Dossat Redonensis. 932
Arnaldus Frederus Riuensis. 948
Arnaldus Ifeste Oloronensis. 827
Arnaldus Maytie Olotonensis. 833
Arnaldus de Milsents Tarbensis. 1058
Arnaldus Montalbanensis. 749
Arnaldus Nemaosensis. 778
Arnaldus de Pontac Vasatensis. 1131
Arnaldus Pucbios Vasatensis. 1131
Arnaldus Ramiat Sarlatensis. 990
Arnaldus Sorbin Niuernensis. 807
Arnaldus de la Tremoille Mirapicensis. 739
Arnaldus Valensun Oloronensis. 831
Arnaldus de Verdale Magalonensis. 602
Arnaldus de Villario Mirapicensis. 739
Arnaldus de Vitabre Petragoricensis. 856
Arnaldus Guillelmus Osonus Tarb. 1057
Arnaldus Guillelmus de Biran Tarb. 1057
Arnaldus Raimundi de Coarrase Tarb. 1058
Aroaldus Raimundi d'Espagne Oloron. 831
Arnaldus Raimundus de Palatz Tarb. 1059
S. Arnulfus de Pamele Suessionensis. 1047
Arnulfus de Chiny Virdunensis. 1167
S. Arnulfus Metensis. 710
Arnulfus Sanctonensis. 979
Arnulfus Sistaricensis. 1028
Artus d'Espinsy Massiliensis. 667
Artus de Lionne Vapincensis. 1129
Artnrus Filloo Siluanectensis. 1012
Astorgius Amaric Tricastinensis. 851
Audinus Gandelli Venciensis. 1153
Audoinus Petragoricensis. 862
Augustinus Ferreri Niciensis. 789
Augustinus de Fourbin Tolonensis. 1066
Augostious Triunlce Tolonensis. 1065
S. Aulus Viuanensis. 1175
Aymardus de Prouino Suessionensis. 1052
Aymarus de Peyraro Pictauiensis. 890
Aymarius Adhemar Tricastinensis. 847
Aymarius de Vesc Venciensis. 1152
Aymericus Guirardi Nemausensis. 780
Aymericus de Mons Pictauiensis. 896
Ayminus Tolonensis. 1061
Aymo de Castellione Sedunensis. 1006
Aymo de Chissy Niciensis. 789
Aymo Gerbasius Maurianensis. 692
Aymo de Miolans Maurianensis. 692
Aymo de Turre Sedunensis. 1006
Aytardus Maurianensis. 692

B

Baldericus Nouiomensis. 816
Baldninus Nouiomensis. 815. 818
Balduinus de Bologne Nouiomensis. 818
Balduinus de Luxembourg Spirensis. 1039
Baltasar Grangier Trecorensis. 1094
Baltasar Iarente Venciensis. 1153
Baptista Alamanni Vasatensis. 1132
Baptista Bonioannis Venciensis. 1153
Baptista le Gras Trecorensis. 1093
Bartholomæus Chiecsi Niciensis. 789
Bartholomæus de Plancy Trecensis. 1082
Bartholomæus de Racoli Massiliensis. 664
Bartholomæus Supersaxo Seduoensis. 1010
S. Bassus Niciensis. 786
Bego Nemausensis. 776
Benedictus Massiliensis. 661. 663
Benedictus de Aligniaco Massiliensis. 661
Benedictus de Bretagne Nannetensis. 768
Benedictus de Pagsnouis Vasionensis. 1139
Benno Metensis. 714

Berardus Matiſconenſis. 681
Berengarius Maſſilienſis. 650
Berengarius de Euringen Spirenſ. 1038
Berengarius Fredoli Magalonenſis. 593
Berengarius de Mornaſſio Vaſionenſis. 1136
Berengarius Petrogoricenſis. 862
Berengarius de Reillane Vaſionenſis. 1136
Bermundus d'Anduſe Siſtaricenſis. 1031
Bernardus Oloronenſis. 829
Bernardus Santonenſis. 981
Bernardus Siſtaricenſis. 1031
Bernardus Tarbenſis. 1059
Bernardus d'Alby Rutenenſis. 9 7
Bernardus d'Anduſe Nemauſenſis. 777. Viuarienſis. 1182
Bernardus Blanchi Vabrenſis. 1107
Bernardinus Bochetel Redonenſis. 931
Bernardus de Bonnauar Nemauſenſis. 781
Bernardus le Brun Nouiomenſis. 822
Bernardus Bruni Podienſis. 9.8
Bernardus de Caſeneuue Vaurenſis. 1141
Bernardus de Caſtaneto Podienſis. 917
Bernardus de Caſtelnau S. Papuli. 841
Bernardus de Cheuennn Santonenſis. 985
Bernardus de Corneillan Rutenenſis. 950
Bernardus Delhette Nemauſenſis. 782
Bernardus Deſprnetz S. Papuli. 844
Bernardus Ieraſcus Tarbenſis. 1057
Bernardus de S. Martial S. Papuli. 841
Bernardus de Meſuâ Magalonenſis. 584
Bernardus de Monaſterio Rutenenſis. 9 6
Bernardus de Montagu Podienſis. 916
Bernardus Lobatus de Monteſquieu Tarbenſis. 1057
Bernardus de Morlane Oloronenſis. 830
Bernardus de la Roche Montalbanenſis. 752
Bernardus de Roſergio Montalbaue nſi 751
Bernardus du Roſier Vaſatenſis. 1131
Bernaldus de Saltu Santonenſis. 9 5
Bernardus Saloiati S. Papuli. 843
Bernardus de S. Sauge Niuernenſis. 8 1
Bernardus de la Tour S. Papuli. 837
Bernardus de Ventadour Podienſis. 915
Beroldus Sueſſionenſis. 1047
Bertaudus Siſtaricenſis. 10,4
Bartoldus de Bucheck Spirenſis. 10,9
Bertrandus 1. Magalonenſis. 561. 2. 614
Bertrandus Maſſilienſis. 656
Bertrandus Valentinenſia. 1114
Bertrandus Bere ger Sarlatenſis. 990
Bertraudus Botinand Turellenſis. 1103
Bertrandus de Cadoene Vcetienſis. 1147
Bertrandus de Cardaillac Montalbanenſis. 749
Bertrandus de Cardaillac Rutenenſis. 958
Bertrandus de Chalancon Podienſis. 9 5
Bertrandus de Chalancon Rutenenſis. 959
Bertrandus de Clanſayes Tricaſtinenſis. 849
Bertrandus de Coſnac Tutellenſis. 1103
Bertrandus de la Cropte Sarlatenſis. 991
Bertrandus de Deux Nemauſenſis. 780
Bertrandus de Fumello Niuernenſis. 804
Bertrandus Garſini Reienſis. 9 8
Bertrandus Iueſto Vaſatenſis. 1131
Bertrandus de Lambeſc Vaſionenſis. 11.6
Bertrandus de Languiſel Nemauſenſis. 780
Bertrandus de Luſtrac Riuenſis. 948
Bertrandus de Marillac Redonenſis. 931
Bertrandus de Malomonte Mirapic. 739
Bertrandus de Maumont Pictauienſis. 898
Bertrandus de Maumont Tutellenſis. 1103
Bertrandus de Maumont Vaurenſis. 1141
Bertrandus du Patron Nannetenſis. 770
Bertrandus du Patron Trecorenſis. 1092
Bertrandus de Pebrac Vabrenſis. 1107
Bertrandus de Pierrelatte Tricaſtin. 848
Bertrandus de Podio Montalbanenſis. 748
Bertrandus de Polignac Rutenenſis. 959
Bertrandus Raffin Rutenenſis. 958
Bertrandus Robert Montalbanenſis. 751
Bertrandus de Roffignac Sarlatenſis. 992
Bertrandus de S. Sauge Niuernenſis. 803
Bertrandus de Segureto Senecensis. 1013
Bertrandus de la Tour Podiensis. 9 8
Bertrandus de la Tour Tullensis. 1100
Bertrandus Vaſeo Niuernensis. 804
Bertrannus Saxo Metensis. 718
Betolenus Sueſſionensis. 1043
Boetius Magalonensis. 556
Bonabius de Rochefort Nannetensis. 770
Bonifacius de Chalant Sedunensis. 1005
Bonifacius Ferreri Nicienſis. 789
Bonifacius de Puteo Veneiensis. 1152
Bonifacius de Sauoye Valentinensis. 1113
Boſo Santonensis. 980
Boſo de Granges Sedunensis. 1005
Brandeliſius de Trottis Maurianensis. 694
Briccius Nannetensis. 768
S. Bruno de Daſburg Tullensis. 1096
Burhardus d'Aueſnes Metensis. 720
Buchardus Meldensis. 698
Burchardus Metensis. 715

C

S. Camillianus Trecensis. 1077
S. Carolus de Balſac Nouiomensis. 825
Carolus de Bar S. Papuli. 842
Carolus de Blanchefort Siluanect. 1022
Carolus Bobba Mantuan. 654
Carolus de Boneual Sarlatenſ. 997
Carolus de Bourbon Niuernenſ. 807
Carolus de Bourbon Santonenſ. 987
Carolus Bourlon Sueſſion. 1055
Carolus de Bourgneuf Nannet. 772
Clemens de Brillac S. Papuli. 842
Carolus Chriſtianus de Gournoy Tull. 1102
Carolus de Croy Tornacen. 1074
Carolus Franc. d'Abra Vauren. 1143
Carolus d'Eſcars de Peruſe Pictauien. 902
Carolus de Gelas de Leberon Valent. 1121
Carolus Iacob. de Gelas de Leberon Valentinensis. ibid.
Carolus de Hacqueuille Sueſſion. 1055
Carolus de Hautbois Tornac. 1074
Carolus de Hangeſt Nouiomenſ. 824
Claudius de Hanſſonuille Siſtaricenſ. 1035
Claudius de Huſſon Pictauienſ. 901
Carolus Hemard Matiſconenſ. 687
Carolus de Lorraine Metenſ. 724
Carolus de Lorraine Tullenſ. 1101
Carolus de Lorraine Virdunenſ. 11 2
Carolus de Lorraine Chaligoy Virdun. 1175
Carolus de Marillac Venet. 1160

Carolus de Noailles Rutenensis. 960
Carolus de Pisseleu Mimatensis. 736
Carolus de Rosmadec Venetensis. 1161
Carolus de Roucy Suessionensis. 1055
Carolus Rousseau Mimatensis. 737
Carolus Salomon de Serres Vapincen. 1129
Carolus de S. Sixt Reiensis. 943
Carterius Petrogoricensis. 855
Celsus Viuariensis. 1176
Claudius d'Angennes Nouiomensis. 824
Claudius de Baufremont Trecensis. 1086
Claudius de S. Bonnet de Toiras Nemausensis. 783
Clemens de Brillac Tutellensis. 1104
Claudius Dodieu Redonensis. 951
Claudius de la Griche Mirapicensis. 742
Claudius Hosson Saiensis. 972
Claudius de Longuy Matisconensis. 687
Claudius de Longuy Petrogoricensis. 864
Claudius de Longuy Pictauiensis. 902
Claudius de Louuain Sistaricensis. 1035
Claudius Mallier Tarbensis. 1060
Claudius du Prat Mimatensis. 736
Claudius de Morenne Saiensis. 975
Claudius Regin Oloronensis. 835
Claudius de Seyssel Massiliensis. 665
Claudius du Vergier Vaurensis. 1143
Chalo Pictauiensis. 889
S. Clodulfus Metensis. 710
Christianus Nemausensis. 775
Christianus de Hauterive Trecor. 1092
Christophorus du Chastel Trecor. ibid.
Christophorus de la Vallee Tullensis. 1101
S. Chrodegangus Metensis. 711
Clarembaldus Siluanectensis. 1018
Clemens de Chasteaubriant Nannet. 769
Clemens de la Rouere Mimatensis. 735
Compainhus Oloronensis. 831
Conradus Bayer Metensis. 722
Conradus de Erbestein Spirensis. 1038
Conradus de Scarfeneck Metensis. 718
Conradus de Scarfeneck Spirensis. 1038
Conradus de Thain Spirensis. ibid.
Conradus de Tubinge Tullensis. 1100
Constantius Vcetiensis. 1144
Contumeliosus Reiensis. 936
Cosmus Pacius Oloronensis. 831
Crispinus de Bnchanteau Siluanect. 1025
Cyrus de Villers la Faye Petrogor. 865

D

S. Dalmatius Rutenensis. 953
Daniel de Cosnac Valentinensis. 1122
Daniel de la Mothe du Plessis Mimatensis. 737
Daniel Viger Nannetensis. 769
Dauid Bethoo Mirapicensis. 740
Deodatus Magalonensis. 608
Deodatus Tolonensis. 1061
Deodatus d'Estaing Tricastinensis. 850
Desiderius Virdunensis. 1162
Desiderius de Pailletis Niciensis. 791
Dido Pictauiensis. 874
Dionysius de Bar S. Papuli. 842
Dionysius de Bar Tutellensis. 1103
Dionysius Briçonnet Tolonensis. 1164
Dionysius le Grand Siluanectensis. 1021
Dionysius Sanguin Siluanectensis. 1017
Dominicus de Florence S. Pontij Tomer. 922
Dominicus Seguier Meldensis. 707
Draconetus Vapincensis. 1128
Dragonetus de Montealbano Tricastinensis. 849
S. Drausius Suessionensis. 1043
Droctigisilus Suessionensis. 1042
Drogo Matisconensis. 680
Drogo Metensis. 712
Drogo d'Aniou Podiensis. 913
Durandus des Chapelles Magalonensis. 606
Durandus de S. Pourçain Podiensis. 918
Durandus de S. Pourçain Meldensis. 702
Durantus Massiliensis. 661
Durantus de Trois-Emines Massiliensis. 662

E

Eberardus de Dienhein Spirensis. 1040
Eberhardus Sedunensis. 1004
Ebrardus Vcetiensis. 1146
S. Ebregisilus Meldensis. 696
Ebroinus Pictauiensis. 876
Eduardus de Sauoye Sedunensis. 1006
Einardus de Catzenelebogen Spirensis. 1037
Eleazarus de Glandeues Tolonensis. 1063
Egidius de Laual Saiensis. 972
Electrannus Redonensis. 925
Elias de Bordeille Petrogoricensis. 863
Elias de Lestrange Podiensis. 919
Elias de Rastelis Reiensis. 942
Elias Seruen Petrogoricensis. 862
S. Eligius Nouiomensis. 811
Elzisrius de Villeneuue Senecensis. 1014
Emenus Santonensis. 977
Emmenus Niuernensis. 794
S. Emmerannus Pictauiensis. 874
Emyco de Leyningen Spirensis. 1039
Engelbertus des Bois Namurcensis. 759
Eraclius de Miremont Mimatensis. 734
Erbertus Redonensis. 928
Ericus de Lorraine Virdunensis. 1172
Erigius de Clariani Senecensis. 1013
Euenus Begagnon Trecorensis. 1092
Euerardus d'Auesnes Tornacensis. 1069
Eumenus Nannetensis. 760
Eusebius Santonensis. 976
Eustachius de Chery Niuernensis. 808
Eustachius Gault Massiliensis. 668
Eustachius de Leuis Mirapicensis. 740
Eustachius du Lys Niuernensis. 808
S. Eustachius Massiliensis. 645

F

Falco Valentinensis. 1112
Faraudus Vasionensis. 1137
S. Faro Meldensis. 695
Faustus Reiensis. 935
Fayditus de Agrifolio Rutenensis. 958
Federicus Ragueneau Massiliensis. 667
Felix Nannetensis. 761
Feraldus Vapincensis. 1124
Ferrandus Dalmeida Niuernensis. 806
S. Ferreolus Vcetiensis. 1144
S. Firminus Vcetiensis. 1145

Firminus Cocquerel Nouiomensis. 812
S. Florentinus Maðsconensis. 677
Florentius de la Boissiere Nouiomensf. 821
Florardus de Genoillac Tutellensis. 1104
Fortius d'Aux Pictauiensis. 896
Fortunatus Pictauiensis. 873
Franciscus de Balaguier Vasatensis. 1132
Franciscus de la Beraudiere Petrogoric. 865
Franciscus de Beaucaire Metensis. 724
Fucaldus de Bonneual Suessionensis. 1054
Franciscus de Bordeille Petrogoricensis. 864
Franciscus du Bourg Riuensis. 949
Franciscus Buisseret Namurcensis. 759
Franciscus de Clermont Valentinensis. 1119
Franciscus Guillelmus de Clermont S. Pontij Tomer. 922
Franciscus de Clugny Tornacensis. 1073
Franciscus de Cornelleu Rutenensis. 960
Franciscus de Dinguille Reiensis. 941
Franciscus de Dinteuille Sistaricensis. 1035
Franciscus de Donadieu S. Papuli. 844
Franciscus d'Estaing Rutenensis. 959
Franciscus de Faucon Maðsconensis. 688
Franciscus de Faucon Tutellensis. 1104
Franciscus de Gaud de Villain Tornac. 1075
Franciscus Hamon Nannetensis. 771
Franciscus Lachiuer Redonensis. 933
Franciscus Lambert Niciensis. 790
Franciscus de Leuis Turellensis. 1104
Franciscus de Loomenie Massiliensis. 668
Franciscus de Lorraine Virdunensis. 1173
Franciscus de Lupis de la Fare Reien. 944
Franciscus de Luxembourg S. Poncij Tomer. 923
Franciscus Malliet Trecensis. 1088
Franciscus Rosinus Martinengue Nicien. 790
Franciscus Adhemar de Monteil de Grignan Tricastinensis. 853
Franciscus de la Rochefoucaud Siluanectensis. 1014
Franciscus Rossolin Reiensis. 939
Franciscus de la Rouere Mimatensis. 736
Franciscus de Rouxel Saiensis. 974
Franciscus de Salignac Sarlatensis. 999
Franciscus de Sarcus Podiensis. 910
Franciscus de Senatro Senecensis. 1014
Franciscus de Seneterre Sarlatensis. 998
Franciscus Soderin Santonensis. 986
Franciscus de la Tour Trecorensis. 1093
Franciscus de la Valette Cornusson Vabrensis. 1108
Franciscus à Vuallonchapelle Namurc. 758
Franco Niuernensis. 755
Fredolus d'Anduse Podiensis. 913
Fredolus de S. Bonet Podiensis. 917
Fridebertus Pictauiensis. 876
Fridericus de Bolandeu Spirensis. 1039
Fridericus de Pluyose Metensis. 717
Fridericus de S. Seuerin Malleacensis. 636
Frogerius Saiensis. 970
Fromundus Niuernensis. 801
Froterius Petrogoricensis. 856
Froterius Pictauiensis. 877
Froterius d'Anduse Nemausensis 777
Fucaldus de Bonneual Vasatensis. 1132
Fulcaudus de Rochechouard Nouiom. 822
Fulcarius Nouiomensis. 814
Fulco Massiliensis. 659
Fulco Suessionensis. 1047
Fulco de Bonneual Petrogoricensis. 864
Fulco Cailla Reiensis. 938
Fulcricus Trecensis. 1079

G

G. de Morat Podiensis. 916
G. Gabriel de Beauuau Nanoet. 772
Gabriel de Bleigny Nouiomensis. 825
Gabriel du Chastel Vceoensis. 1138
Gabriel de Clermont Vapincensis. 1129
Gabriel de Gramont Pictauiensis. 902
Gabriel de Gramont Tarbensis. 1059
Gabriel du Mas Mirapicensis. 740
Gabriel du Mas Petrogoricensis. 865
Gailhardus Saumate Magalonensis. 600
Galindo Trecensis. 1078
Gaillardus Tarbensis. 1059
Gaillardus de Ladux Oloroensis. 831
Gaillardus de Palayrac Sarlatensis. 991
Gaillardus du Puy Santonensis. 985
Gaillardus Saumate Reiensis. 939
Galterius Gaufridi Tolonensis. 1062
Galterus Magalonensis. 567
Galterus de Bruges Pictauiensis. 893
Galterus de Chambly Siluanectensis. 1021
Galterus de Chambly Meldensis. 697
Galterus de la Guerche Redonensis. 925
Galterus Saueyr Meldensis. 697
Garnerius de Trainel Trecensis. 1082
Gaspar Dinet Mauscouensis. 689
Gaspar de Tournon Valentinensis. 1119
Gasto Corneus Rutenensis. 956
Gaubertus du Val Massiliensis. 662
Gaucelinus de Deux Magalonensis. 609
Gaucelinus de Deux Nemausensis. 780
Gaucelinus de la Garde Magalon. 599
Gaucherius de Forcalquier Vapinc. 1118
Gaufredus de Cauze Petrogor. 858
Gaufredus Loys Trecorensf. 1071
Gaufredus de Maer Saiensf. 971
Gaufredus Rabety Reiensf. 939
Gaufredus Tournemine Trecor. 1091
Gaufridus Siluanect. 1019
Gaufridus d'Archiac Santon. 984
Gaufridus de Basilhac Riuensf. 948
Gaufridus de S. Briant Santon. 984
Gaufridus Floreau Nemausensf. 781
Gaufridus de Lioncel Vapinc. 1127
Gaufridus de Peruse Santon. 985
Gauf. de Pompadour S. Ponrij Tomer. 912
Gaufridus Pouurelle Malleac. 635
Gaufridus de Tressiaco Meldensf. 700
Genesius Magalon. 556
Gentianus Belin Tarben. 1059
Georgius d'Amboise Montalban. 753
Georgius d'Armagnac Rutenensf. 959. Vabrensf. 1108
Georgius de Baden Metensf. 723
Georgius de Bauiere Spirensf. 1040
Georgius Daradon Venet. 1160
Georgius de Selue Vaurensf. 1142
S. Geraldus Mauscouensf. 679
Geraldus Reiensis. 937
Geraldus Tornacensis. 1069
Geraldus Sistaricensis. 1033
Geraldus Chabrerius Sistaricensis. 1026

Geraldus Dulcetus Tarbensis. 1058
Geraldus Gourdon Petragoricensis. 856
S. Gerardus Tullensis. 1096
Gerardus de Basoches Nouiomensis. 818
Gerardus de Courtoune Suessionensis. 1053
Gerardus de Crussol Valentinensis. 1118
Gerardus de Eremberg Spirensis. 1039
Gerardus de Granson Virdunensis. 1169
Gerardus de Montagu Pictauiensis. 899
Gerardus de Montcornet Suessionensis. 1053
Gerardus de Relange Metensis. 720
Gerardus le Roux Oloronensis. 832
Gerardus de Vaudemour Tullensis. 1099
Gerondus Valentinensis. 1113
Geruasius de Belleau Saiensis. 971
Geruasius de Chasteauneuf Niuernensis. 802
Gilbertus Nemausensis. 775
Gilbertus Nouiomensis. 812
Gilbertus Vapincensis. 1128
Gilbertus de Cantabrio Rutenensis. 957
Gilo de Castello Niuernensis. 803
Gilo de Castrorainaudi Niuernensis. ibid.
Giraldus d'Anduse Nemausensis. 777
Giraldus du [illegible]y Vasatensis. 1131
Girardus 1. Saiensis. 964. 2. 969
Goffridus de S. Amour Matisconensis. 686
Gislebertus Pictauiensis. 878
Gislebertus de la Porrée Pictauiensis. 886
Godefridus de S. Belin Pictauiensis. 902
Godefridus d'Estissac Malleacensis. 637
Godefridus de Pompadour Petrogoricensis. 863. 864
Godefridus de Pons Malleacensis. 636
S. Godegrandus Saiensis. 962
Goderannus Santonensis. 980
Godofredus de Pompadour Podiensis. 920
S. Goericus Metensis. 710
Goffridus Berengarius d'Arpaion Petrogoricensis. 863
Goslenus Marisconensis. 679
Goscelinus Tornacensis. 1070
Gotescalcus Podiensis. 910
Gregorius Vapincensis. 1125
Gregorius Langlois Saiensis. 971
Grimoardus Pictauiensis. 886
Gualardus Vasatensis. 1130
S. Guerinus Sedunensis. 1005
Guibertus d'Ogutes Tornacensis. 1074
Guichardus Trecensis. 1083
Guichardus de Germole Matisconensis. 685
Guido d'Amiens Suessionensis. 1047
Guido d'Aniou Podiensis. 910
Guido d'Auuergne Tornacensis. 1071
Guido d'Aydie Sarlatensis. 997
Guido Bentiuoglio Reiensis. 944
Guido Bonus Siluanectensis. 1017
Guido Bouchard Petrogoricensis. 864
Guido de Castelnao Petrogoricensis. 863
Guido Champion Trecorensis. 1093
Guido de Charitate Suessionensis. 1053
Guido de Chasteauporcean Suessionensis. 1052
Guido de Comborn Nouiomensis. 822
Guido Falcodi Podiensis. 917
Guido de Malesec Pictauiensis. 897
Guido de Mello Virdunensis. 1168
Guido du Montlor Valentinensis. 1114
Guido de Neufuille Podiensis. 917
Guido de Trainel Virdunensis. 1168
Guido de Paunsiâ Mimatensis. 715
Guido de Plaliaco Siluanectensis. 1021
Guido des Prez Nouiomensis. 821
Guido de Rochechouard Santonensis. 985
Guido de Rochefort Matisconensis. 686
Guido de Roye Virdunensis: 1170
Guido de Rupe Vaurensis. 1141
Guido de Ventadour Vabrensis. 1107
Guimildus Magalonensis. 556
Guillelmus Nemausensis. 778
Guillelmus Tarbensis. 1058
Guillelmus Trecorensis. 1095
Guillelmus Tricastinensis. 847
Guillelmus Vapincensis. 1125
Guillelmus Adelelmi Pictauiensis. 885
Guillelmus Adhemar Tricastinensis. 851
Guillelmus de Albenano Tricastinensis. 849
Guillelmus Alleaume Reiensis. 945
Guillelmus de Altiniaco Magalonensis. 577
Guillelmus Amesini Niciensis. 758
Guillelmus Arnaldus Oloronensis. 832
Guillelmus Assaius Oloronensis. 831
Guillelmus d'Auberoche Petrogoricensis. 857
Guillelmus de Bastidos Vabrensis. 1107
Guillelmus Beaufils Niuernensis. 803
Guillelmus de Beronne Siluanectensis. 1021
Guillelmus Bertrand Nouiomensis. 822
Guillelmus Bertrand Suessionensis. 1053
Guillelmus le Blanc Tolonensis. 1066
Guillelmus le Blanc Venciensis. 1153
Guillelmus Boisratier Mimatensis. 734
Gaucelinus du Bousquet Riuensis. 948
Guillelmus Bragose Vabrensis. 1107
Guillelmus Briçonnet Meldensis. 705
Guillelmus Briçonnet Nemausensis. 782
Guillelmus Billet Redonensis. 910
Guillelmus de Bris Redonensis. 930
Guillelmus de Brosse Podiensis. 702
Guillelmus de Brosse Meldensis. 918
Guillelmus de Cardaillac Montalbanensis. 749
Guillelmus de Cardaillac S. Papuli 40
Guillelmus de Chalancon Podiensis. 8919
Guillelmus de Champeaux Nemausensis. 781
Guillelmus de Chanac Mimatensis. 733
Guillelmus Chersolmus Vasionensis. 1140
Guillelmus de Clugny Pictauiensis. 901
Guillelmus Christophori Magalonensis. 592
Guillelmus Cornu Niuernensis. 803
Guillelmus Digna Venciensis. 1151
Guillelmus de Dormans Meldensis. 703
Guillelmus 1. Duranti Mimatensis. 730. 2. 731
Guillelmus d'Estampes Montalbanensis. 753
Guillelmus d'Estouteuille Maurianensis 693
Guillelmus d'Estouteuille Nemausensis. 781
Guillelmus Fabri Reiensis. 940
Guillelmus Forestis Magalonensis. 613
Guillelmus Fillatre Tornacensis. 1073

Guillelmus Fillatre Tullensis. 1101
Guillelmus Fillatre Virduuensis. 1171
Guillelmus de Flexio Magalonensis. 575
Guillelmus Gaufridi Vasatensis. 1130
Guillelmus Gueguen Nennetensis. 771
Guillelmus Gibellini Vapincensis. 1128
Guillelmus Gislebert de Ragiole Pictauiensis. 885
Guillelmus Gouge Pictauiensis. 900
Guillelmus de Grandpuy Niuernensis. 803
Guillelmus Guadradi Santonensis. 981
Guillelmus Guitard Tricastinensis. 849
Guillelmus de Halgoet Trecorensis. 1092
Guillelmus de Haraucour Virdunensis. 1171
Guillelmus de Hotot Siluanectensis. 1022
Guillelmus Hunaldi Tarbensis. 1058
Guillelmus de Languisel Nemausensis. 778
Guillelmus de S. Lazare Niuernensis. 802
Guillelmus Lindanus Ruremondensis. 952
Guillelmus de Malestroit Nannetensis. 770
Guillelmus de Mandagot Vceciensis. 1147
Guillelmus Marafin Nouiomensis. 824
Guillelmus Mauger Saiensis. 972
Guillelmus Maurianensis. 692
Guillelmus Mechin Trecensis. 1083
Guillelmus Mimatensis. 1. 727. 2. 729
Guillelmus Mirapicensis. 740
Guillelmus de Monberon Petrogoricensis 857
Guillelmus de Montioye S. Papuli. 841
Guillelmus de Montpellier Magalonensis. 575
Guillelmus de Nauclard Petrogoricensis. 857
Guillelmus de Nemours Meldensis. 700
Guillelmus Nicolai Tolonensis. 1064
Guillelmus d'Olhergues Rutenensis. 958
Guillelmus Ouuroing Redonensis. 929
Guillelmus Parui Siluanectensis. 1023
Guillelmus Parui Trecensis. 1085
Guillelmus de Peire Mimatens. 729
Guillelmus Pellicier Magalon. 617
Guillelmus Pellicier Monspeliens. 618
Guillelmus de Pesseraro Vasionen. 1138
Guillelmus Preuost Pictauiens. 892
Guillelmus du Puy Mirapicen. 739
Guillelmus de Rauce Saiens. 971
Guillelmus de Raronia Sedunensis. 1006. 1007
Guitardus de Rate Monspelien. 627
Guillelmus Ribori Venciens. 1150
Guillelmus de la Roche Santonens. 985
Guillelmus de la Rochetanguy Redonens. 929
Guillelmus Rose Siluanectens. 1023
Guillelmus de la Rouë Podiens. 917
Guillelmus de Roussillon. Valentinensis. 1116
Guillelmus de Salione Sedunens. 1005
Guillelmus Sambuti Malleacens. 636
Guillelmus de Sauoye Valentin. 1113
Guillelmus de Sclapouo Vapincen. 1126
Guillelmus de Sandreus Sarlatens. 990
Guillelmus de Sestarico Venciens. 1150
Guillelmus Soiberti Vceciens. 1147
Guillelmus Stephani Vapincens. 1128
Guillelmus Sudré Massiliens. 662

Guillelmus Temperij Pictauiens. 890
Guillelmus le Tort Massiliens. 663
Guillelmus de la Tour Rutenens. 959
Guillelmus de Trainel Metens. 719
Guillelmus de Veneian Vceciens. 1145
Guillelmus de Ventadour Tornacens. 1071
Guillelmus de Vern Nannetens. 769
Guillelmus de la Voute Valentinensis. 1117
Guiscardus Tauelli de Granges Sedunensis. 1006
Gumbaldus Vasatensis. 1130
Gunhardus Nannetensis. 764
Guntarius Magalonensis. 558
Guntherus de Leyningen Spirensis. 1038

H

HAdrianus d'Amboise Trecorensis. 1093
Hadulfus Nouiomensis, 814
Hameliuus Redonensis. 927
Hardoinus de Croy Nouiomensis. 815
Hardoinus de Perefixe Rutenensis. 960
Hato Trecensis. 1081
Haymo Matisconensis. 684
Hecfridus Pictauiensis. 877
Hector d'Ailly Tullensis. 1102
Hector de Bourbon Vaurensis. 1142
Hector Douurier Nemausensis. 783
Hedo Suessionensis. 1047
Helias de Berangiis Santonensis. 985
Helias de Fors Santonensis. 984
Helias de S. Irier Vceciensis. 1147
Helias Palensis Petrogoricensis. 861
Helias de Salignac Sarlatensis. 991
Helias de Ventadour Tornacensis. 1071
Henricus Siluanectensis. 1019
Henricus Spirensis. 1037
Henricus Tullensis. 1097
Henricus d'Aspremont Virdunensis. 1169
Henricus de Baradat Nouiomensis. 825
Henricus le Barbu Nannetensis. 770
Henricus le Barbu Venetensis. 1158
Henricus de Bethune Malleacensis. 638
Henricus de Blanches Sedunensis. 1006
Henricus Bloc Venetensis. 1157
Henricus de Bourbon Metensis. 725
Henricus Calenus Ruremondensis. 952
Henricus de Calestriâ Nannetensis. 769
Henricus de Carinthie Trecensis. 1081
Henricus de Castres Virdunensis. 1167
Henricus de Cauer Vasatensis. 1131
Henricus Ludouicus Chasteigner Pictauiensis. 903
Henricus Cuik Ruremondensis. 952
Henricus Dauphin Metensis. 721
Henricus Descoubleau Malleacensis. 637
Henricus de Granson Virdunensis. 1169
Henricus de Leyningen Spirensis. 1038
Henricus de Lorraine Metensis. 723
Henricus Lostolfi Vasatensis. 1133
Henricus de Maupas Podiensis. 921
Henricus de la Motte Houdencour Redonensis. 933
Henricus de Poitiers Trecensis. 1084
Henricus de Poitiers Vapincensis. 1128
Henricus des Prez Montalbanensis. 756
Henricus de Raronia Sedunensis. 1005

Henricus Esperlin de Raronià Sedunensis. 1007
Henricus de Senery Rutenensis. 958
Henricus de Suse Sistaricensis. 1032
Henricus Tors Venetensis. 1157
Henricus de Villars Valentinensis. 1117
Henricus de Ville Sur-Yron Tullensis. 1100
Herimannus Niuernensis. 792
Herimannus Saxo Metensis. 715
Hermenfredus Sedunensis. 1005
Hieronymus de Capiteferreo Niciensis. 790
Hieronymus de Azarguis Niciensis. 789
Hieronymus de Fuxo Riuensis. 948
Hieronymus Hennequin Suessionensis. 1055
Hetueus Trecensis. 1082
S. Hilarius Mimatensis. 727
Hieronymus de la Rouere Tolonensis. 1065
Hieronymus Scledus Vasionensis. 1139
S. Hilarius Pictauiensis. 867
Hildebaldus Matisconensis. 678
Hildegarius Meldensis. 696
S. Hildeuertus Meldensis. 696
Hilgotus Suessionensis. 1048
Hiltebrandus Iodocus Sedunensis. 1009
S. Honoratus Massiliensis. 644
S. Honoratus de Marseille Massiliensis. 650
Honoratus de Villeneune Reiensis. 942
Horatius de Birague Vaurensis. 1143
Hugo Niuernensis. 797
Hugo Aimery Tricastinensis. 849
Hugo d'Aubusson Tutellensis. 1105
Hugo de Bar Virdunensis. 1170
Hugo de Chamfleury Suessionensis. 1051
Hugo de Chasteauroux Pictauiensis. 895
Hugo de Combatel Pictau. 899
Hyppolitus d'Est Maurianensis. 694
Hyppolitus d'Est Trecorensis. 1093
Hugo de Keronlay Trecorensis. 1091
Hugo de Fontaines Matisconensis. 685
Hugo des Hazards Tullensis. 1101
Hugo de Roquet Venet. 1158. Trecor. 1092
Hugo de Montlor Reiensis. 938
Hugo de Monstrelaix Trecorensis. 1092
Hugo de Neufuille Sanctonensis. 984
Hugo de Pardaillan Tarbensis. 1058
Hugo de Pierrefons Suessionensis. 1049
Hugo Raimundi Reiensis. 938
Hugo de Rhodez Rutenensis. 955
Hugo Roger Tutellensis. 1105
Hugo de Rouffignac Riuensis. 948
Hugo de Rupeforti Vasatensis. 1130
Hugo de Theysiaco Tricastinensis. 850
Hugo de Theysiaco Vasionensis. 1139
Hubertus Syluanectensis. 1018
Hucbertus Meldensis. 696
Hucbertus Nemausensis. 776
Humbertus Podiensis. 915
Humbertus d'Albon Valentinensis. 1111
Humbertus de Billiens Sedunensis. 1006
B. Humbertus de Mirabello Valentinensis. 1113

I

IAcobus Tolonensis. 1063
Iacobus Athemar de Monteil Tricastinensis. 853
Iacobus d'Albret Niuernensis. 807
Iacobus Amelin Tutellensis. 1104
Iacobus de Basoches Suessionensis. 1052
Iacobus de Batarnay Valentinensis. 1118
Iacobus de Beaune Venetensis. 1159
Iacobus Blasæus Namurcensis. 759
Iacobus Camus Saiensis. 974
Iacobus de Castelnau Petrogoricensis. 863
Iacobus de Castelnau S. Pontij Tomer. 925
Iacobus à Castro Ruremondensis. 952
Iacobus de Corneillan Rutenensis. 959
Iacobus de Corneillan Vabrensis. 1108
Iacobus Cortesius Vasionensis. 1140
Iacobus Danes Tolonensis. 1066
Iacobus Delbiest Nannetensis. 770
Iacobus de Deux Nemausensis. 780
Iacobus Descoubleau Malleacensis. 637
Iacobus d'Espinay Redonensis. 930
Iacobus Fournier Mirapicensis. 738
Iacobus Gantelmi Sistaricensis. 1033
Iacobus de S. Gelais Vcetiensis. 1148
Iacobus de Lorraine Metensis. 718
Iacobus Martin Senecensis. 1015
Iacobus Martin Venetensis. 1160
Iacobus Pautaleo Virdunensis. 1168
Iacobus de Ponte Sistaricensis. 1034
Iacobus des Prez Montalbanensis. 735
Iacobus Raguier Trecensis. 1085
Iacobus Raoul Malleacensis. 638
Iacobus Raoul Rupellanus. 951. 987
Iacobus de Renigny Virdunensis. 1169
Iacobus de Serres Podiensis. 925
Iacobus de Sillnon Sedunensis. 1007
Iacobus de Silly Saiensis. 972
Iacobus Spifame Niuernensis. 807
Iacobus Suarez Saiensis. 973
Iacobus de Tournon Valentinensis. 1120
Iacobus Turricela Massiliensis. 667
Iacobus Inuenal des Vrsins Pictauiensis. 900.
Imbertus de Loye Tricastinensis. 850
Immo Nouiomensis. 813
Innocentius Rutenensis. 954
Iocerannus Matisconensis. 681
Ioannes Magalonensis. 557
Ioannes Saiensis. 966
Ioannes Sistaricensis. 1028
S. Ioannes Valentinensis. 1118
Ioannes Abrahardi Venciensis. 1151
Ioannes d'Aix Virduuensis. 1168
Ioannes Baptista Alamanni Matisconensis. 688
Ioannes Alardel Massiliensis. 665
Ioannes d'Amboise Malleacensis. 636
Ioannes Amici Sarlatensis. 991
Ioannes d'Amoncourt Pictauiensis. 902
Ioannes d'Anghien Tornacensis. 1070
Ioannes de Arceis Mimatensis. 732
Ioannes d'Armagnac Mimatensis. 734
Ioannes d'Armagnac Rutenensis. 958
Ioannes Arnaldi Sarlatensis. 995
Ioannes d'Arziliers Tullensis. 1100
Ioannes d'Aspremont Metensis. 718
Ioannes d'Aspremont Virdunensis. 1168
Ioannes d'Asside Petrogoricensis. 858
Ioannes d'Aubigny Trecensis. 1083

Ioannes Autiens Petrogor. 863
Ioannes d'Auxois Trecensis. 1083.1084
Ioannes Barle Niciensis. 789
Ioannes Baussan Tolonensis. 1062
Ioannes du Bellay Pictauiensis. 900
Ioannes de Belleaue Meldensis. 707
Ioannes de Bellemains Pictauiensis. 889
Ioannes Belli Vaurensis. 1141
Ioannes de Bernieres Saiensis. 971
Ioannes Bertaud Saiensis. 973
Ioannes Bertier Riuensis. 949
Ioannes Ludouicus Bertier Riuensis. 950
Ioannes de Blandiac Nemausensis. 780
Ioannes Bohier Niuernensis. 806
Ioannes de Boissy Matisconensis. 686
Ioannes Bonal Magalonensis. 615
Ioannes Bouchet Vaurensis. 1141
Ioannes Ludouicus de Boulliers Reiensis. 941
Ioannes de Bourbon Podiensis. 920
Ioannes de Bourbon Virdunens. 1170
Ioan. Baptista du Bourg Riuensis. 949
Ioannes le Boutsier Santonensis. 985
Ioannes Braque Trecensis. 1084
Ioannes de Briou Meldensis. 703
Ioannes de Brue Trecorensis. 1092
Ioannes Bruc Trecorensis. ibid.
Ioannes de Buchel Tornacensis. 1070
Ioannes Burle S. Papuli. 842
Ioannes de Buiz Meldensis. 705
Ioannes Calloet Trecorensis. 1093
Ioannes de Callucault Siluanectens. 1022
Ioannes Cannin Siluanectensis. ibid.
Ioannes de Castro Nemausensis. 781
Iacobus de Caulers Nemausensis. 782
Ioannes de Chamdotat Podiensis. 918
Ioannes de Chasteaugiron Nanneten. 770
Ioannes Cheutot Tornacensis. 1072
Ioannes Christini Matisconensis. 686
Innocentius Cibo Massiliensis. 666
Ioannes Bapt. Cibo Massiliensis. 667
Ioannes Clausse Senecensis. 1015
Ioannes de Cluys Tutellensis. 1103
Ioannes de Coetquis Redonensis. 926
Ioannes de Coetquis Trecorens. 1092
Ioannes de Coiordano Mirapicens. 739
Ioannes de Cominges Magalon. 600
Ioannes de Corbie Mimatensis. 714
Ioannes de Costâ Mimaten. ibid.
Ioannes Coti Tricastinensis. 849
Ioannes de Cumenis Podiensis. 917
Ioannes de Damas Matisconens. 685
Ioannes de Dampierre Virdunensis. 1170
Ioannes Daué Namurcensis. 758
Ioannes Dauuin Namurcensis. 759
Ioannes Dodieu Siluanectens. 1021
Ioannes Doriole Montalbanens. 754
Ioannes du Drac Meldensis. 704
Ioannes d'Espinay Mirapicensis. 740
Ioannes d'Espinay Nannetensis. 771
Ioannes d'Espinay Valentinens. 1119
Ioannes Esquaoardi Sistaricens. 1034
Ioannes l'Esquisé Trecensis. 1085
Ioannes d'Estampes Niuernensis. 805
Ioannes d'Estrades Petrogoricensis. 865
Ioannes Fabri Tutellensis. 1103
Ioannes Faccy Reiensis. 940
Ioannes de Fay Pictauiensis. 902

Ioannes le Febure Venetensis. 1160
Ioannes de Flandres Metensis. 720
Ioan. Iacobus de Fleires S. Pontij Tomeriarum. 923
Ioannes de Foix Oloronensis. 832
Ioannes de Fonseque Tutellensis. 1104
Ioannes Foquerel Siluanectensis. 1021
Ioannes Gase Nemausensis. 780
Ioannes Gasquy Massiliensis. 662
Ioannes Baptista Gault Massiliens. 670
Ioannes de S. Gelais Vcetiensis. 1148
Ioannes de Geneue Valentinensis. 1116
Ioannes de Genoillac Tutellensis. 1105
Ioannes Gentien Vaurensis. 1141
Ioannes Germain Niuernensis. 805
Ioannes Giquel Redonensis. 928
Ioannes Goual Vasatensis. 1131
Ioannes Granier Monspeliensis. 628
Ioannes Gumbaudi Tolonensis. 1064
Ioannes de Hangest Nouiomens. 824
Ioannes de Harcour Tornacensis. 1072
Ioannes de la Haye Venetensis. 1160
Ioannes de Heu Tullensis. 1100
Ioannes Nix de Hoheneck Spirensis. 1039
Ioannes l'Huillier Meldensis. 704
Ioannes Iaubert Vasatensis. 1133
Ioannes le Ieune Matisconensis. 686
Ioannes Iofeuri Podiensis. 918
Ioannes Iofeury Valentinensis. 1117
Ioannes de Ioly Tricastinens. 852
Ioannes Iordan Sedunensis. 1008
Isnardus de Iuliano Senecensis. 1013
Ioannes de Labatut Montalbanens. 753
Iacobus de Larmandie Sarlatensis. 998
Ioannes de Lettes Montalbanens. 755
Ioannes de Leuis Meldensis. 706
Ioannes de Leuis Mirapicensis. 740
Ioannes de Lingendes Matisconens. 689
Ioannes de Lingendes Sarlatensis. 1000
Ioannes de Lorraine Metensis. 723
Ioannes de Lorraine Nannetens. 771
Ioannes de Lorraine Tullensis. 1101
Ioannes de Lorraine Valentinensis. 1119
Ioannes de Lorraine Virdunens. 1172
Ioannes de Lustrac Petrogoricens. 864
Ioannes Macet Matisconensis. 686
Ioannes de Maillac Reiensis. 940
Ioannes de Mailly Nouiomensis. 823
Ioannes Malabaila Maurianensis. 692
Ioannes de Mandeuilain Niuernens. 804
Ioannes Monissart Tornacensis. 1073
Iacominus Marengus Niciensis. 796
Ioannes Martin Petrogoricensis. 864
Ioannes de Mareuil Vcetiensis. 1148
Ioannes de Masle Malleacensis. 636
Ioannes de Melun Pictauiensis. 892
Ioannes Menierolles Meldensis. 702
Ioannes de Meulant Meldensis. 703
Ioannes de Meulan Nouiomens. 823
Ioannes le Meusnier Meldensis. 704
Ioannes Meusnier Nouiomensis. 825
Ioannes Milet Suessionensis. 1054
Ioannes de Miossans Oloronensis. 833
Ioannes Mixonius Tolonensis. 1064
Ioannes de Monluc Valentinensis. 1120
Ioannes de Monstrelaix Nannet. 772
Ioannes de Monstrelaix Venetensis. 1158
Ioannes de Montalambert Montalban. 753

Ioannes de Monte Mirabili Vasionens. 1139
Ioannes de Montlaur Magalon. 1. 572. 2. 586
Ioannes Maurelli Vasionensis. 1158
Ioannes le Moyne Meldensis. 701
Ioannes de Murol Tricastinensis. 850
Ioannes de Nanteuil Trecensis. 1085
Ioannes de Neufchastel Niuernensis. 804
Ioannes de Neufchastel Tullensis. 1100
Ioannes Neueu Siluanectensis. 1022
Ioan. Baptista d'Ornison Senecensis. 1014
Ioannes de l'Oriol Niciensis. 789
Ioan. Ludouicus Pallauicini Niciens. 790
Ioannes de Pardailhan Oloronensis. 831
Ioannes Parisi Venetensis. 1158
Ioannes de Peruse Saiensis. 972
Ioannes Petitdé Mimatensis. 735
Ioannes Petri Vabrensis. 1107
Ioannes de Pierrepont Meldensis. 704
Ioannes du Pin Riensis. 948
Ioannes de Plas Petrogoricensis. 8.4
Ioannes de Plas Vasatensis. 1132
Imbertus de la Platiere Niuernens. 806
Ioannes de Plouec Trecorensis. 1092
Ioannes de Poitiers Valentinensis. 1118
Ioannes Porcelet Tullensis. 1101
Ioannes de la Porte S. Papuli. 842
Ioannes des Prez Montalbanensis. 754
Ioannes des Prés Tornacensis. 1071
Ioannes de Prains Mirapicensis. 739
Ioan. Baptista Prouana Niciensis. 790
Ioannes Raphael Siluanectensis. 1022
Ioannes de Rauillone Sarlatensis. 991
Ioannes Raymond S. Papuli. 844
Ioannes de Richericourt Virdunensis. 1169
Ioannes Rigaud Trecorensis. 1091
Ioannes de Rillac Sarlatensis. 997
Ioãnes de Rochechouard S. Põtij Tomer. 922
Ioannes de la Rochefoucaud Mimatens. 736
Ioannes de Roquetaillade S. Papuli. 841
Ioannes Rouhier Meldensis. 703
Ioannes de Sains Vapincensis. 1128
Ioannes de Sains Meldensis. 703
Ioannes de Salagny Matisconensis. 685
Ioannes Saluiati Oloronensis. 832
Ioannes Saluiati S. Papuli. 843
Ioannes de Sarebruche Virdunensis. 1170
Ioannes de Sauigny Niuernensis. 803
Ioao. Ludouicus de Sauoye Maurianens. 693
Ioannes de Segnbiâ Maurianensis. ibid.
Ioannes de Seillons Senecensis. 1013
Ioannes de Semois Redonensis. 929
Ioannes de Sierck Tullensis. 1100
Ioannes Siluester Tolonensis. 1063
Ioannes Sirat Tricastinensis. 851
Iulianus Soderin Santonensis. 986
Ioseph Maria Suarez Vasionensis. 1140
Ioannes Suauius Mirapicensis. 741
Ioannes de Texenderia Riuensis. 947
Ioannes de Thouy Tornacensis. 1072
Ioannes du Tillet Meldensis. 706
Ioannes de Torna-forti Niciensis. 788
Ioannes Touchart Meldensis. 706
Ioannes de la Tremoille Pictauiensis. 901
Ioao. Vincentius de Tulles Vaurens. 1143
Ioannes de Vaelhendonck Namurcens. 759
Ioannes Validire Venetensis. 1158
Ioannes de Vassoigne Tornacensis. 1071
Ioannes de Vesse Venciensis. 1152
Ioannes de Vendeuille Tornacens. 1074
Ioannes de Vienne Metensis. 721
Ioannes de Vieuxpont Meldensis. 706
Ioannes Viger Vabrensis. 1141
Ioannes de Viridisco Magalonensis. 601
Ioannes de Visandon Tutellensis. 1105
Ioannes Viuien Niuernensis. 805
Ioannes d'Vzes Nemausensis. 781
Ioannes Baptista de Simiane Venciens. 1155
Ioan. Iuuenal des Vrsins Trecorensis. 1093
Iordanus d'Antre Mirapicensis. 740
Iosfenus de Vierzi Suessionensis. 1050
Iosselinus de Montauban Redonens. 928
Isarnus Barriere Magalonensis. 616
Isembertus Pictauiensis. 1. 878. 2. 879
Islo Santonensis. 979
Iterius de Mareuil Engolismensis. 919
Iudicael de Bretagne Venetensis. 1157
Iohannes de la Rouere Mimatensis. 733
Iulius Masariny Metensis. 725
Iuo de Bellesme Saiensis. 962
Iuo de Boisbossel Trecorensis. 1091
Iuo Hirgouet Trecorensis. 1092
Iuo Mayeue Redonensis. 931
Iuo Ouinon Trecorensis. 1098
Iuo de Pontsal Venetensis. 1158
Iuo de Rosmadec Redonensis. 929
Iustus de Serres Podiensis. 928

L

Lambertus Nouiomensis. 817
S. Lambertus Venciensis. 1150
Lancelotus de Carles Regensis. 542
Landricus Matisconensis. 680
Landricus Meldensis. 696
Laodicus Sedunensis. 1005
Laurentius Metensis. 710
Laurentius Pictauiensis. 889
Laurentius d'Albiac Vasionensis. 1138
Laurentius de Biars Tutellensis. 1103
Laurentius Bureau Sistaricensis. 1035
Laurentius Cibo Venetensis. 1158
Laurentius Pucci Venetensis. 1159
Ledbaldus Matisconensis. 679
Leo Guetinet Pictauiensis. 900
Leobaldus de Cusance Virdunensis. 1170
Leodegarius Vapinc. 1. 1124. 2. 1123. 3. 1128
Leodegarius Viuariensis. 1181
Leodegarius Saporis Magalonens. 615
Leonardus de Delphinis Nemausens. 781
Leudemundus Sedunensis. 1003
Lindulfus de Vermandois Nouiomens. 814
Lisiardus de Crespi Suessionensis. 1049
Lotharius Fredericus de Metternick Spirens. 1040
Ludouicus d'Acigné Nannetensis. 771
Lucas Alamanni Matisconensis. 688
B. Ludouicus Aleman Magalonensis. 613
Ludouicus Doni d'Attichy Regensis. 545
Ludouicus d'Aubusson Tutellensis. 1105
Ludouicus de Bar Pictauiensis. 899
Ludouicus de Bar Virdunensis. 1170
Ludouicus Bardan Niciensis. 789
Ludouicus de Barlaymont Tornacens. 1075
Ludouicus de Bassompierre Oloronens. 833
Ludouicus de Bassompierre Santonens. 988
Ludouicus de Bourbon Trecorensis. 1093
Ludouicus de Brezé Meldensis. 706

Ludouicus de Bueil Vencienſis. 1153
Ludouicus de Caſtelnau Tarbenſis. 1059
Ludouicus du Chaine Senecenſis. 1015
Ludouicus Chantereau Matiſconenſ. 687
Ludouicus de Claret S. Papuli. 844
Ludouicus Dinet Matiſcouenſis. 689
Ludouicus de Genoillac Tutelenſis. 1104
Ludouicus de Glandeues Maſſilienſis. 665
Ludouicus de Glandeues Vencienſis. 1152
Ludouicus de Gorreuod Maurianenſis. 693
Ludouicus Guillard Siluanectenſis. 1013
Ludouicus Guillart Tornacenſis. 1074
Ludouicus de Haraucourt Tullenſis. 1100
Ludouicus de Haraucoor Virdunenſis. 1171
Ludouicus de la Haye Venetenſis. 1160
Ludouicus de Helmſtad Spirenſis. 1039
Ludouicus de l'Hoſpital Meldenſis. 706
Ludouicus de Huſſon Pictauienſis. 902
Ludouicus de Lorraine Metenſis. 724
Ludouicus de Lorraine Trecenſis. 1086
Ludouicus de Lorraine Virdunenſis. 1171
Ludouicus de Melun Meldenſis. 704
Ludouicus du Moliuet Saienſis. 973
Ludouicus de Narbonne Vabrenſis. 1107
Ludouicus de Nogaret Mirapicenſis. 744
Ludouicus d'Orleans Pictauienſis. 898
Ludouicus de la Palu Maurianenſis. 693
Ludouicus Pinelle Meldenſis. 705
Ludouicus de Poitiers Metenſis. 721
Ludouicus de Poitiers Valentinenſis. 1128
Ludouicus Raguier Trecenſis. 1085
Ludouicus de Rechigneuoiſin Tutelenſis. 1105
Ludouicus de Rochechouard Santonenſ. 985
Ludouicus Rouhaut Malleacenſis. 636
Ludouicus de Salignac Sarlatenſis. 999
Ludouicus de la Tremoille Tornacenſ. 1072
Ludouicus de Trottis Maurianenſ. 694
Ludouicus de Vigne Vcetienſis. 1148
Ludouicus de Villars Valentinenſis. 1117
S. Lupus Trecenſis. 1076

M

Maclianus Venetenſis. 1155
Maengius de Porhoet Venetenſ. 1157
Malulfus Siluanectenſis. 1016
Manaſſes Meldenſis. 698
Manaſſes d'Arceis Trecenſis. 1080
Manaſſes de Pougy Trecenſis. 1081
Manaſſes de Seiſſons Sueſſionenſ. 1049
Marbodus Redonenſis. 916
Marcardus de Hanſteim Spirenſ. 1040
Marcus Laſcaris de Tende Reienſis. 940
Maroneus Pictauienſis. 871
Martinus Trecorenſis. 1091
Martinus de Beaune Podienſis. 920
Martinus de la Marche Petrogoricenſ. 856
Mathæus Reienſis. 939
Mathæus de Lorraine Tullenſis. 1097
Mathæus de Longueioue Sueſſionenſ. 1054
Mathæus Roedere Trecorenſis. 1092
Mathæus Schiner Sedunenſis. 1008
Mathias Raningben Spirenſis. 1039
Mauricius de Blaſon Nanuetenſis. 768
Mauricius de Blaſon Pictauienſis. 891
Mauricius de Colanges Niuernenſ. 805
Mauricius Treziguidi Redonenſis. 929
S. Mauruntus Maſſilienſis. 647
Maurus de Valleuilla Magalonenſis. 614
S. Maxentius Pictauienſis. 869
Maximilianus de Gand Tornacenſ. 1075
Maximilianus Morillon Tornacenſ. 1074
S. Maximus Reienſis. 935
Maximus Valentinenſis. 1109
S. Medardus Nouiomenſis. 810
S. Medardus Tornacenſis. 1069
S. Melanius Redonenſis. 914
Menaldus Daure Tarbenſis. 1059
Menaldus de Martory Tarbenſis. ibid.
Michael d'Almeras Vaſionenſis. 1140
Michael d'Arandia Tricaſtinenſis. 852
Michael de Boulliers Reienſis. 940
Michael Briçonnet Nemauſenſis. 782
Michael d'Eſne Tornacenſis. 1075
Michael Guibé Redonenſis. 931
Michael Raoul Santonenſis. 987
Michael de Sauoye Siſtaricenſis. 1035
Michael Tubeuf S. Pontij Tomer. 923
Michael de Vuarenghen Tornacenſ. 1070
Milo de Baſoches Sueſſionenſis. 1052
Milo de Caſtello Niuernenſis. 803
S. Moderandus Redonenſis. 924
Mutius Gaſtinelli Siſtaricenſis. 1034

N

Natalis des Landes Trecorenſis. 1094
Nicolaus Trecenſis. 1083
Nicolaus d'Angu Saienſis. 973
N. Balue S. Pontij Tomeriarum. 912
Nicolaus de Barro Matiſconenſis. 685
Nicolaus Bouſmard Virdunenſis. 1172
Nicolaus de Brancas Maſſilienſis. 665
Nicolaus de Chaalons Meldenſis. 702
Nicolaus Coeffeteau Maſſilienſis. 668
Nicolaus le Cornu Santonenſis. 987
Nicolaus Dangu Mimatenſis. 736
Nicolaus de Fieſque Senecenſis. 1014
Nicolaus de Fieſque Tolonenſis. 1064
Nicolaus de Gadis Sarlatenſis. 998
Nicolaus Graiberti Sueſſionenſis. 1054
Nicolaus Grillié Vaſatenſis. 1133
Nicolaus Grillié Vcetienſis. 1148
Nicolaus Habert Nemauſenſis. 781
Nicolaus Iarente Vencienſis. 1153
Nicolaus de Lorraine Metenſis. 713
Nicolaus-Franc. de Lorraine Tullenſ. 1102
Nicolaus de Lorraine Virdunenſis. 1172
Nicolaus Malgras Vcetienſis. 1148
Nicolaus de Neuuille Virdunenſis. 1169
Nicolaus Pſaulme Virdunenſis. 1172
Nicolaus de Roye Nouiomenſis. 819
Nicolaus de Sains Siluanectenſis. 1012
Nicolaus Sanguin Siluanectenſis. 1017
Nicolaus Schiner Sedunenſis. 1008
Nicolaus Seuin Sarlatenſis. 1000
Nicolaus de Vallauoire Reienſis. 946
Nicolaus de Villeneuue Senecenſis. 1014
Niuelo de Baſoches Sueſſionenſ. 1052
Niuelo de Cheriſy Sueſſionenſis. 1051
Norbertus de Poitiers Podienſis. 910

O

Odardus Hennequin Siluanectenſ. 1013
Odardus Hennequin Trecenſis. 1086

Odilo de Mercueur Mimatens. 730
Odilo de Mercœur Podiensis. 915
Odilo de Tournel Mimatensis. 730
Odo Siluanectensis. 1017
Odo Tullensis. 1099
Odo Valentinensis. 1112
Odo de Benac Oloronensis. 829
Odo de Grandson Tullensis. 1100
Odo Ozie Vasionensis. 1139
Odo de Rochechouard Pictauiensis. 875
Odo de Vaudemont Tullensis. 1097
Ogerius d'Auglure Massiliensis. 665
Ogerius de Conflerto Maurianensis. 693
Oliuarius du Chastel Vcetiensis. 1148
Oliuarius de Martreuil Viuariensis. 1185
Oliuarius de Poitiers Viuariensis. 1186
Oliuarius de Salahadin Nannetensis. 769
Olricus de Blammont Tullensis. 1101
Orilbertus Valentinensis. 1112
Otho Vapincensis. 1126
Otho de Columnâ Tullensis. 1100
Otho de Henneberg Spirensis. 1038
Otho de Poitiers Virdunensis. 1170

P

S. PAlladius Santonensis. 977
Pascentius Pictauiensis. 870
Paschasius de Vaux Meldensis. 704
S. Paulus Tricastinensis. 845
Paulus de Cario Veuciensis. 1152
Paulus de Deux Nemausensis. 780
Paulus Anton. du Fay Vcetiensis. 1148
Paulus de Fiesque Tullensis. 1102
Paulus Milliet Maurianensis. 694
Paulus de Sado Massiliensis. 663
Paulus Straui Ruremondensis. 952
Petrus Magalonensis. 560
Petrus Massiliensis. 657
Petrus Meldensis. 699
Petrus Pictauiensis. 880
Petrus Podiensis. 915
Petrus Siluanectensis. 1018
Petrus Sistaricensis. 1029
Petrus d'Abezac Riuensis. 948
Petrus Accolti Malleacensis. 636
Petrus Ademar Magalonensis. 612
Petrus d'Ailly Podiensis. 919
Petrus d'Alamanon Sistaricensis. 1033
Petrus d'Ailly Vaurensis. 1141.1181
Petrus d'Amboise Pictauiensis. 901
Petrus André Nouiomensis. 822
Petrus de Arceis Trecensis. 1084
Petrus d'Arseuille Vabrensis. 1107
Petrus d'Arfeuille Vcetiensis. 1147
Petrus Arnaudi S. Pontij Tomer. 922
Petrus de S. Astier Petrogoricensis. 861
Petrus Auogadri Sistaricensis. 1034
Petrus d'Auxi Tornacensis. 1072
Petrus de Barriere Tullensis. 1100
Petrus de Beaublé Saiensis. 972
Petrus de Belleisle Trecorensis. 1091
Petrus Berenger Sarlatensis. 990
Petrus de Beretto Vasionensis. 1138
Petrus de Berone Siluanectensis. 1021
Petrus de Bertier Montalbanensis. 757
Petrus Bertrand Niuernensis. 803
Petrus Boëtius Vasionensis. 1138
Petrus Bonaldi Sarlatensis. 992
Petrus Bonaldus Vasatensis. 1131
Petrus de Brixeio Tullensis. 1097
Petrus de Buxi Vaurensis. 1142
Petrus Cailleu Siluanectensis. 1021
Petrus de Capis Suessionensis. 1053
Petrus de Casâ Vasionensis. 1138
Petrus de Castrolucij Valentinensis. 1117
Petrus de Castronouo Rutenensis. 957
Petrus de Chaffaut Nannetensis. 770
Petrus de Chalais Montalbanensis. 749
Petrus de Chanac Podiensis. 918
Petrus Charlot Nouiomensis. 819
Petrus du Castel Matisconensis. 688
Petrus du Chastel Tutellensis. 1104
Petrus du Chastelet Tullensis. 1101
Petrus Cheualier Siluanectensis. 1053
Petrus de Claperiis Tolonensis. 1064
Petrus de Colombier Niuernensis. 804
Petrus de Confolent Santonensis. 981
Petrus de Conques Magalonensis. 590
Petrus Cornullier Redonensis. 1093
Petrus de Cosnac Tutellensis. 1103
Petrus du Cros S. Papuli. 841
Petrus de Cros Siluanectensis. 1025
Petrus de Cuissy Meldensis. 701
Petrus Danés Vaurensis. 1142
Petrus de Duian Redonensis. 918
Petrus de Dinteuille Niuernensis. 805
Petrus de Donnaud Mirapic. 1. 741. 2. 743
Petrus de Duresort Petrogoricensis. 862
Petrus Ermengaudi Nemausensis. 778
Petrus Esquironos Oloronensis. 831
Petrus Fabri Massiliensis. 662
Petrus Fabri Reiensis. 940
Petrus Fabri Riuensis. 948
Petrus du Faur Vaurensis. 1143
Petrus Fenoillet Monspeliensis. 629
Petrus de Ferrieres Nouiomensis. 821
Petrus Filholi Sistaricensis. 1035
Petrus de Fleires S. Pontij Tomer. 923
Petrus de Foix Tarbensis. 1059
Petrus de Foix Venetensis. 1158
Petrus de Fontenay Niuernensis. 806
Petrus de la Forest Tornacensis. 1072
Petrus de Fougeres Redonensis. 928
Petrus Fournier Petrogoricensis. 864
Petrus Fresnel Meldensis. 703
Petrus Fresnel Nouiomensis. 825
Petrus Gaucelio Nemausensis. 779
Petrus Gantelmi Reiensis. 939
Petrus de Gassion Oloronensis. 833
Petrus Andreas de Gelas de Lebeton Valentinensis. 1121
Petrus Geraldi Reiensis. 938
Petrus Gerardi Mimatensis. 735
Petrus Girard Podiensis. 918
Petrus Girardi Sistaricensis. 1035
Petrus Gougeul Podiensis. 918
Petrus de Guemené Redonensis. 929
Petrus Henrici Rutenensis. 956
Petrus de la Iaisse Matisconensis. 685
Petrus Ioannes Meldensis. 702
Petrus Isnardi Tolonensis. 1065
Petrus Iterij Sarlatensis. 990
Petrus de Iuys Matisconensis. 686
Petrus Lambert Maurianensis. 694
Petrus de Laual Redonensis. 929

Petrus Laudis Santonensis. 984
Petrus de Leuis Magalonensis. 600
Beatus Petrus de Luxembourg Metensis. 722
Petrus Franciscus Malet Niciensis. 790
Petrus Malirati Venciensis. 1151
Petrus de Marauilla Tolonensis. 1063
Petrus de S. Martial Riuensis. 948
Petrus de Marueil Vaurensis. 1142
Petrus de Mercœur Podiensis. 914
Petrus de Millia Reiensis. 939
Petrus Minetis Petrogoricensis. 859
Petrus Raimund. de Monbrun Tarbens. 1058
Petrus de Montamani Reiensis. 939
Petrus de Montlaur Massiliensis. 661
Petrus Morel Trecorensis. 1092
Petrus de Mortemar Viuariensis. 1184
Petrus de Narbonne Rutenensis. 955
Petrus Nepos Vaurensis. 1141
Petrus de Olargio Vabrensis. 1107
Petrus de Otens Sedunensis. 1005
Petrus de Paparin Vapincensis. 1129
Petrus Piedru Trecorensis. 1092
Petrus Pious Petrogoricensis. 862
Petrus Pintaflour Tornacensis. 1074
Petrus de Pireto Mirapicensis. 739
Petrus de Plana Cassagna Rutenensis. 956
Petrus de Plaoul Siluanectensis. 1021
Petrus de Pontleuoy Malleacensis 637
Petrus Porquery Sarlatensis. 990
Petrus de Pougne Niuernensis. 805
Petrus des Prez Reiensis. 939
Petrus de Prouetuille Siluanectensis. 1021
Petrus Quicque Tornacensis. 1074
Petrus Quiquetau Senecensis. 1014
Petrus Rabanus S. Pontij Tomer. 922
Petrus Ragueneau Massiliensis. 667
Petrus Raiambaldus Vasionensis. 1136
Petrus Raimond Massiliensis. 660
Petrus Riatius Mimatensis. 735
Petrus de Rochechouard Santonensis. 985
Petrus de Rosergio Vaurensis. 1142
Petrus de Ruuera Vcetiensis. 1147
Petrus de Sabran Sistaricensis. 1031
Petrus Salpini Vasatensis. 1131
Petrus de Saluces Mimatensis. 734
Petrus de Soobise Santonensis. 981
Petrus Soybert S. Papuli. 842
Petrus de Triuiaco Siluanectensis. 1022
Petrus Trousseau Pictauiensis. 899
Petrus de Turey Malleacens. 636
Petrus du Vair Venciensis. 1153
Petros du Val Saiens. 973
Petrus de Valernod Nemausens. 782
Petrus de Vercellis Meldens. 704
Petrus de Vernobs Magalonens. 610
Petrus de Villars Mirapicens. 741
Petrus de Villiers Niuernens. 804
Petrus de Villiers Trecens. 1084
Petrus de Vissac Vaurens. 1141
Petrus Ludouicus de Voltan Riuens. 949
Philas Rouerella Tolonens. 1064
Philibertus Brandòn Petrogoricens. 865
Philibertus Hugonet Matisconens. 687
Philibertus Millier Maurianens. 694
Philibertus de Challes Maurianens. 693
Philippus Pictauiens. 892
Philippus Redonens. 928
Philippus d'Arbois Nouiomens. 822
Philippus d'Arbois Tornacens. 1072
Philippus du Bec Nannetens. 772
Philippus du Bec Venetens. 1160
Philippus le Boulenger Saiens. 975
Philippus de Cleues Niuernens. 806
Philippus Cospean Nannetens. 772
Philippus Cratz Vormaciens. 1191
Philippus de S. Croix Matisconens. 686
Philippus de Flersheym Spirens. 1040
Philippus de Florenges Metens. 719
Philippus Froment Niuernens. 805
Philippus de Gasconiâ Sedunens. 1006
Philippus Gastoni Niciens. 788
Philippus de Leuis Mirapicens. 740
Philippus de Luxembourg Malleacens. 637
Philippus de Moulins Nouiomens. 813
Philippus Mousxe Tornacens. 1070
Philippus de Plateâ Sedunens. 1008
Philippus de Ponts Trecens. 1080
Philippus de Sauoye Valentinens. 1113
Philip. Christophorus de Sœtern Spirens. 1040
Philippus de Ville Sur-Yroo Tullens. 1100
Philippus de Vitry Meldens. 703
Philippus de Vossemberg Spirens. 1039
Pibo Tullènsis. 1097
Pictauinus de Montesquieu Vasatens. 1131
Pictauinus de Montesquieu Magalonensis. 602
S. Pientius Pictauiens. 870
Pileus Prata Viuariens. 1185
Pilus fortis de Rabastens Riuens 947
Placidus Pictauiens. 873
Plato Pictauiensis. 872
Pompar Virgili Mimatens. 734
S. Pontius Niciensis. 786
Pontius Tarbensis. 1057
Pontius de Gardâ Mimatens. 734
Pontius de Marseille Massi. 1. 652. 2. 654
Petrus Mauricius de Montboissier Podiens. 915
Pontius de Pons Santonens. 984
Pontius de Rochebaron Matisconens. 681
Pontius de Sadone Vasionens. 1139
Pontius de Salignac Sarlatens. 993
Pontius de Thoire Matisconens. 683
Pontius de Tournon Podiens. 915
Pontius de Valentinois Valentinens. 1111
Poppo Metensis. 716
S. Principius Suessionens. 1042
S. Priuatus Mimatens. 726
Proculus Massiliens. 641
S. Prosper Reiens. 934

Q

QViriacus de Bretagne Nannetens 768

R

RAbanus de Helmstad Spirens. 1039
Radulfus Podiens. 915
Radulfus de Beauuais Niuernens. 802
Radulfus de Coucy Metens. 722
Radulfus de Coucy Nouiomensis. 823
Radulfus de Coudun Suessionens. 1052
Radulfus de Lastours Petrogoricens. 860
Radulfus Roland Trecorens. 1092

Radulfus de Torote Virdunens. 1168
Radulfus de Treal Redonensis. 929
Ragamundus Mimatensis. 1. 727. 2. 733
Ragenfridus Meldensis. 696
Raginelmus Nouiomensis. 813
Ragnegisilus Trecensis. 1077
Raibaldus Flotta Vasionensis. 1136
Raimundus Magalonensis. 568
Raimundus Massiliens. 1. 656. 2. 657. 3. 659
Raimundus Nemausensis. 779
Raimundus Vapincensis. 1125
Raimundus de Agrifolio Rutenens. 958
Raimundus d'Angoulesme Santonens. 985
Raimundus Athonis Mirapicensis. 738
Raimundus d'Aubetoche Petrogoricensis. 861
Raimundus de Barro Montalbanens. 751
Raimundus de Bellomonte Vasionens. 1137
Raimund. Arnaldi Beon Oloronensis. 832
Raimundus Bernardi Tarbensis. 1059
Raimundus Bompardus Vcetiensis. 1146
Raimundus de Bretenous Sarlatens. 991
Raimundus de Calmont Rutenensis. 956
Raimundus de Castelnau Petrogoricensis. 862
Raimundus Caualesi Nemausens. 782
Raimundus Arnaldi de Coarrasa Tarbensis. 1058
Raimundus de Falgario Viuarien. 1183
Raimundus de saint Ial Tolonensis. 1062
Raimundus Lobatiensis Petrogoricens. 863
Raimundus de Lupalto S. Papuli. 842
Raimundus de Maiolio Petrogoricens. 858
Raimundus de Marseille Massiliensis. 656
Raimundus Mayrosi S. Papuli. 842
Raimundus de Nismes Massiliensis. 661
Raimundus de Moscuetolis S. Papuli. 840
Raimundus de Olargio Vabrensis. 1107
Raimundus Perauld Santonensis. 985
Raimundus de Pous Petrogoricens. 861
Raimundus de Posquieres Vcetiensis. 1146
Raimundus de Ruquecor Sarlatens. 989
Raimundus Rostagnus Tolonens. 1063
Raimundus du Treuil Vasatensis. 1131
Raimundus Vasatensis. 1130
Rainaldus Carsalius Santonensis. 981
Rainaldus d'Est Monspeliensis. 630
Rainaldus de Chartres Mimatensis. 735
Rainaldus de Niuernis Niuernens. 802
Rainaldus de Tyuiers Petrogoricens. 857
Rainaldus de Vergy Matisconensis. 683
Rainerius Massiliensis. 660
Rainulfus de Monturuco Sistaricensis. 1034
Rambaudus Sistaricensis. 1031
Ranimirus Nemausensis. 775
Ranulfus de Petuse Mimatensis. 734
Ranulfus de Barbesieus Santonensis. 980
Ranulfus Carelli Santonensis. 584
Raphael Monso Venciensis. 1152
Ratbertus Valentinensis. 1110
Ratbodus Nouiomensis. 1. 814. 2. 816
Raterius Vasionensis. 1137
Raubertus Nouiomensis. 813
Rauracus Niuernensis. 792
Raynerius Magalonensis. 589
Raynerius Ceuli Vasionensis. 1140
Reginaldus de Bar Metensis. 720
Reginaldus de Beaune Mimatensis. 737
Reginaldus de Funtanis Suessionens. 1054
Reginaldus de Martigny Vabrensis. 1108
Reginaldus de Molinis Niuernensis. 803
Reginaldus de Senlis Tullensis. 1098
Reinardus Nemausensis. 776
Remegarius Valentinensis. 1110. 1111
Renatus de Breslay Trecensis. 1086
Renatus le Roullié Siluanectensis. 1023
S. Restitutus Tricastinensis. 846
Reynardus de Helmstad Spirensis. 1039
Ricardus de Crissâ Virdunensis. 1167
Ricardus du Perrier Trecorensis. 1092
Ricardus de Sentilly Saiensis. 971
Ricuinus Magalonensis. 1. 557. 2. 559
Riguinus de Commercy Tullensis. 1097
Ripertus Flotta Vasionensis. 1157
Robertus Metensis. 715
Robertus Nannetensis. 768
Robertus Vapincensis. 1126
Robertus Cenalis Reiensis. 941
Robertus Cenalis Venciensis. 1154
Robertus de Cornegrue Saiensis. 972
Robertus Cornu Niuernensis. 803
Robertus de Cressonsart Siluanectens. 1020
Robertus de Daugeul Niuernensis. 805
Robertus d'Espinay Nannetensis. 771
Robertus de Foix Vaurensis. 1141
Robertus de Furno Sistaricensis. 1134
Robertus de Girard Vcetiensis. 1148
Robertus de Giresme Meldensis. 703
Robertus de Grandpré Virdunens. 1167
Robertus Guibé Nannetensis. 771
Robertus Guibé Redonensis. 931
Robertus Guibé Trecorensis. 1093
Robertus Guibé Venetensis. 1159
Robertus de la Houssaye Siluanectensis. 1020
Robertus de Lenoncour Metensis. 724
Robertus de Mandagot Massiliens. 662
Robertus de Marsijs Niuernens. 803
Robertus de Mehun Podiensis. 916
Robertus de Milan Virdunensis. 1168
Robertus de Neuers Niuernens. 798
Robertus Paynel Nannetensis. 769
Trecorensis. 1092
Robertus de Plaliaco Siluanectensis. 1021
Robertus de Ria Saiensis. 964
Robertus de la Riuierre Redonensis. 930
Robertus de Roures Magalonensis. 614
Robertus de Rouures Saiensis. 972
Robertus de Viâ Vaurensis. 1141
Robertus de Villequier Nemausens. 782
Roclenus Niuernensis. 797
Rodulfus Nouiomensis. 814
Rodulfus Sistaricensis. 1019. 1032
Rodulfus de Couhé Petrogoricens. 856
Rodolfus de Vallepellina Sedunensis. 1005
Rogerius d'Armagnac Vaurensis. 1141
Rogerius de Foix Tarbensis. 1059
Rogerius de Marey Tullensis. 1100
Rogerius de Sentes Oloronensis. 829
S. Roricius Vcetiensis. 1144
Rostagnus Sistaricensis. 1034
Rostagnus Vasionensis. 1136
Rostagnus de Sabran Reiensis. 938
Rothadus Suessionensis. 1044
Rudolfus de Franckenst- Spirensis. 1040

S

SAgittarius Vapincensis. 1123
Saintsius Draconis Tolonensis. 1064
Saluatus d'Iharse Tarbensis. 1060
Samuel Martincau Vasatensis. 1133
Sancius de Caseneuue Oloronensis. 842
Sanctus Mullet Oloronensis. ibid.
Sauinus de Florano Maurianensis. 692
Sebastianus de l'Aubespine Venetens. 1160
Sebastianus de Rosmadec Venetensis. 1161
Segemundus Meldensis. 696
Seguinus d'Authon Nemausensis. 781
Seguinus de Lugny Matisconensis. 684
Seraphious Oliuier Redonensis. 912
Serenus Massiliensis. 647
Serlo Sagiensis. 964
Sibotho de Liechtemberg Spirensis. 1019
Sigefridus de Senningen Spirensis. ibid.
Sigericus de Leyningen Spirensis. 1038
Sigibrannus Pictauiensis. 876
Siluester de la Guerche Redonensis. 925
Siluester de Marcillac Mimatensis. 937
Simon Meldensis. 699
Simon de Beausoleil Vaurensis. 1142
Simon Bonnet Siluanectensis. 1022
Simon de Bucy Suessionensis. 1053
Simon de Cramaud Pictauiensis. 898
Simon Festu Meldensis. 702
Simon le Gras Suessionensis. 1055
Simon de Langres Nannetensis. 709
Simon de Neesle Nouiomensis. 821
Simon Schoneneck Vormaciensis. 1190
Simon de Vermandois Nouiomens. 817
Stabellus Magalonensis. 557
Stephanus Mimatensis. 730
Stephanus Senecensis. 1012
Stephanus Tolosensis. 1062
Stephanus Tornacensis. 1069
Stephanus Alberti Nouiomensis. 822
Stephanus Aldebrandi de Cambarutis S. Pontij Tomer. 922
Stephanus de Bar Metensis. 716
Stephanus de Baugé Matisconensis. 682
Stephanus de Blosset Nemausensis. 782
Stephanus de Chalançon Podiensis. 916
Stephanus de la Chapelle Meldensis. 699
Stephanus Digna Venciensis. 1151
Stephanus de Fougeres Redonensis. 928
Stephanus de Gardo Santonensis. 985
Stephanus Geneuesis Tricastinensis. 850
Stephanus de Geuaudan Podiensis. 913
Stephanus de Giury Trecensis. 1084
Stephanus Hugonet Matisconensis. 686
Stephanus de Longuy Matisconens. 687
Stephanus de Mercœur Podiensis. 1. 913. 2. 914
Stephanus Morellus Maurianens. 693
Stephanus de Nemours Nouiomens. 818
Stephanus Puget Massiliensis. 675
Stephanus de la Rochefoucaud Redonensis. 928
Stephanus de Sentes Vasatensis. 1130
Stephanus de Vassignac Vabrensis. 1107
Stephanus de Villaribus Siluanectensis. 1021
Symphorianus Bullioud Suessionens. 1054
Symphorianus Bullioud Vasatensis. 1131

T

TEdelgrinus Niuernensis. 796
Theobaldus de Lucé Malleacensis. 636
Theobaldus de Malestroit Trecorensis. 1092
Theobaldus de Patiennâ Niuernens. 802
Theobaldus de Pierre-fons Suessionensis. 1047
Theobaldus de la Roche Santonensis. 985
Theobaldus de Rougemont Matisconens. 686
Theobaldus de la Tour Sistaricens. 1035
Theodbertus Massiliensis. 649
Theodericus de Lorraine Metensis. 717
Theodericus de Bar Metensis. ibid.
Theodericus de Boppart Metensis. 721
Theodoricus Metensis. 714
Theodoricus de Luxembourg Met. ibid.
Theodorus Massil. 544
Theodor. Ioan. de Clermont Senec. 1015
Theodosius Rutenens. 953
S Theodulus Sedunens. 1004
Theogerus Metensis. 716
Thomas Reiensis. 917
Thomas Viuar. 1. 1176. 2. 1182
Thomas d'Aulnou Sagiensis. 971
Thomas de Blammont Virdun. 1169
Thomas de Boorlamont Tullensis. 1100
Thomas Cossefius Vasion. 1140
Thomas de Foix Tarbens. 1059
Thomas Iacomel Tolonens. 1065
Thomas Lascaris de Tende Reiensis. 931
Thomas de Lauro Vabrens. 1108
Thomas Pobel Tricastin. 852
S. Torquatus Tricastin. 845
Tossanus de Glandeues Sistaric. 1036
Transmatus Nouiom. 814
Tristandus de Bizet Santon. 987
Tristandus de la Guerche Redon. 925
Tristandus de Salazar Meld. 704
S. Troianus Santonen. 976
Toussanus de Hocedey Tullens. 1101

V

S. VAlerius Niciens. 786
Valradus de Feldenz Spirens. 1039
Vannus de Dompmartin Virdun. 1171
Vdalricus à Durmentz Spirens. 1038
Vdalricus à Rechberg Spirens. 1038
Vdo de Sueuo Tullensis. 1097
Vedastus de Villaribus Siluanect. 1021
S. Venantius Viuar. 1175
Venerius Massil. 643
S. Veranus Vencien. 1149
Viator Magalonensis. 556
Victor Tricastin. 846
Victor de Camerino Suession. 1054
Villicus Metensis. 709
Vincentius Magalonens. 555
Vitalis de Leoo Riuens. 948
Vitalis de Mauleon S. Pontij Tomer. 922
Vitalis de Mauleon Rutenens. 959
Vinianus Rutenensis. 956
Vlricus de Sarnay Virdunens. 1168
Vrbanus 5. Papa Mimatens.
Vrbicus Reiensis. 936

INDEX COGNOMINVM OMNIVM EPISCOPORVM, QVI IN HOC TOMO ORDINE ALPHABETICO CONTINENTVR.

A

ABeſac Petrus Riuenſis. 948
Abra Carolus Franciſcus Vauren. 1143
Abrahardi Ioannes Vencien. 1151
Acciaioli Albertus Niuern. 804
Accolti Petrus Malleacenſ. 636
Acigné Almaricus Nannet. 770
Ludouicus Nannet. 771
Adelelmi Guillelmus Pictauieo. 885
Ademar Petrus Magalon. 612
Ademar de Monteil de Grignan Iacobus Tricaſtin. 853
Adhemar Aymarius Tricaſt. 847
Guillelmus Tricaſt. 851
Agriſolio Raimundus Rutenenſ. 958
Faidytus Rutenenſ. ibid.
Ailly Hector Tullenſis. 1101
Petrus Podienſis. 919. Vaur. 1141
Aimery Hugo Tricaſt. 849
Aiſcelin Aegidius Vauren. 1141
Aix Ioannes Virdunenſ. 1168
Alamanon Petrus Siſtaricen. 1033
Alardel Ioannes Maſſil. 665
Albenario Guillelmus Tricaſt. 849
Alberti Audoinus Magaloo. 606
Stephanus Nouiom. 822
Albiac Laurentius Vaſionenſ. 1138
Albon Humbertus Valentin. 1111
Albret Amaneuus Oloron. 831
Amaneuus Vaſat. 1131
Iacobus Niuern. 807
Alby Bernardus Rutenen. 957
Aldebrandi Stephanus S. Pontij Tomer. 922
Aleman B. Ludouicus Magalon. 613
Alemanni Ioan. Baptiſta Matiſcon. 688
Lucas Matiſcon. ibid.
Baptiſta Vaſat. 1132
Aligniano Benedictus Maſſil. 661
Alleaume Guillelmus Reienſis. 943
Altiniaco Guillelmus Magal. 577
Amanc Aſtorgius Tricaſtin. 851
Amboiſe Georgius Montalban. 753
Hadrianus Trecoren. 1093
Ioannes Malleac. 636
Petrus Pictauienſ. 901
Amelin Iacobus Tutell. 1104
Ameſini Guillelmus Nicien. 788
Amici Ioannes Sailat. 991
Amiens Guido Sueſſionen. 1046
Amoncourt Ioannes Pictau. 902
Saint Amour Goffridus Mariſcon. 686
Anghien Ioannes Tornac. 1070
André Petrus Nouiom. 822
Anduſe Bernardus Nemauſ. 777
Froterius Nemauſ. ibid.
Gualdus Nemauſ. ibid.
Bermundus Siſtaric. 1031
Fredolus Podienſ. 913
Angennes Claudius Nouiom. 824
Anglure Ogerius Maſſil. 665
Angouleſme Raimundus Santon. 985
d'Angu Nicolaus Saienſ. 973
Anjou Guido Podienſ. 910
Drogo Podienſis. 913
Vuido Sueſſionen. 1046
Aragno Vualterus Superſaxo Sedun. 1007
Arandia Michael Tricaſtin. 852
Arbaut Antonius Siſtaric. 1036
Arbois Philippus Nouiom. 822
Philippus Tornac. 1072
de Arceis Ioannes Mimatenſ. 732
Manaſſes Trecenſ. 1080
Petrus Trecenſis. 1084
Archiac Gaufridus Santonen. 984
Arfeuille Petrus Vabrenſis. 1107
Petrus Vcetienſ. 1147
Armagnac Ioannes Mimatenſis. 734
Georgius Rutenenſis. 959
Georgius Vabrenſis. 1108
Ioannes Rutenenſ. 958
Rogerius Vaurenſis. 1141
Arnaldi Ioannes Sailat. 991
Arnaldus Guillelmus Oloron. 831
Arnaudi Petrus S. Pontij Tomer. 922
Arpaion Goffridus Bereng. Petrog. 863

Arzilliers Ioannes Tullens. 1100
Aspremons Ioannes Metens. 718
Ioannes Virdunensis. 1168
Henricus Virdun. 1169
Assatus Guillelmus Olosonen. 831
Assidie Ioannes Petrogoric. 858
S. Astier Petrus Petrogoric. 861
Arnaldus Tutell. 1102
Athonis Raimundus Mirapic. 738
Auberoche Guillelmus Petrogoric. 857
Raimundus Petrogor. 862
l'Aubaspine Sebastianus Venet. 1160
Aubigny Ioannes Trecens. 1085
Aubusson Hugo Tutell. 1103
Ludouicus Tutell. ibid.
Auesnes Buchardus Metens. 720
Euerardus Tornacen. 1069
Aulnou Thomas Saiens. 971
Auogadri Petrus Sistaric. 1034
d'Aure Iordanus Mirapic. 740
Auriens Ioannes Petrogoric. 863
Aurbon Seguinus Nemaus. 781
Auuergne Guido Tornacen. 1071
Aux Arnaldus Pictauien. 895
Fortius Pictauiens. 896
Auxy Petrus Tornacens. 1072
Auxois Ioannes Trecens. 1083. 1084
Aydie Guido Sarlar. 997
Azarguis Hieronymus Nicien. 789

B

Baden Georgius Metens. 723
Balaguier Fraociscus Vasat. 1132
Balsac Carolus Nouiom. 815
Antonius Valent. 1119
Balne N. S. Pontij Tomer. 912
Bar Stephanus Meten. 716
Theodericus Metens. 717
Hugo Virdunens. 1170
Reginaldus Meten. 720
Ludouic. Pictauien. 1170
Bar Baugy Dionysius S. Papuli. 842
Carolus S. Papuli. ibid.
Dionysius Turell. 1103
Baradas Henricus Nouiomen. 825
Barbasieus Ranulfus Sant. 980
Barberin Antonius Pictau. 904
Barbu Henricus Venet. 1158
Henricus Nannet. 770
Batcillon Arnaldus Venciens. 1151
Bardari Ludooicus Niciens. 789
de Bardis Alexander S. Papuli. 844
Barlaymons Ludouicus Tornac. 1075
Barle Ioannes Nicien. 789
Barriere Isarnus Magal. 616
Petrus Tullensis. 1100
de Barro Nicolaus Marisc. 685
Raimundus Montalb. 751
Basilhac Gaufridus Riuen. 948
Basoches Gerardus Nouiom. 818
Iacobus Suessionen. 1052
Niuelo Suession. ibid.
Milo Suession. ibid.
Bassompierre Ludouicus Oloron. 833
Santonens. 988
Bastidos Guillelmus Vabtens. 1107
Batasna ylacobus Valent. 1118
Bauiere Georgius Spirens. 1040
Baussan Ioannes Tolonens. 1062
Bayer Conradus Metens. 722
Beaublé Petrus Saiens. 972
Beaucaire Franciscus Metens. 724
Beaufils Guillelmus. Nioernen. 803
Beaufremons Claudius Trecen. 1086
Beaugé Stephanus Matiscon. 682
Beaujeu Vualterius Matiscon. 679
Beaune Reginaldus Mimat. 737
Martinus Podiens. 920
Iacobus Venetens. 1159
Beausoleil Simon Vauren. 1142
Beauuais Radulphus Niuern. 802
du Bec Philippus Nannetens. 772
Philippus Venetensis. 1160
Begaignon Euenus Trecor. 1092
Belesme Iuo Saiensis. 962
Saint Belin Godefridus Pictauien. 902
Belin Gentianus Tarbens. 1059
Bellay Ioannes Pictauiens. 900
Belleau Geruasius Saiensis. 971
Belleaue Ioannes Meld. 707
Belle isle Petrus Trecor. 1091
Bellemains Ioannes Pictauien. 889
Bellemere Aegidius Podiens. 919
Belli Ioannes Vaurens. 1141
Bellomonte Raimundus Vasionen. 1137
Bentiuoglio Guido Reiens. 944
Beon Raimund. Arnaldi Oloron. 832
Berangiis Helias Santon. 985
la Beraudiere Franciscus Petrogor. 865
Berenger Bertrandus Sarlat. 990
Petrus Sarlatens. ibid.
de Beretro Petrus Vasion. 1138
Bernardi Raimundus Tarb. 1059
Bernieres Ioannes Saiensis. 971
Betonne Guillelmus Siluaneƈt. 1021
Petrus Siluaneƈt. ibid.
Bertaut Ioannes Saiensis. 973
Bertier Petrus Montalb. 757
Ioannes Riuens. 949
Ioannes Ludouicus Riuens. 950
Bertrand Petrus Niuernens. 803
Guillelmus Nouiom. 822
Guillelmus Suession. 1053
Bethon Dauid Mirapicens. 740
Bethune Henricus Malleac. 638
Biars Laurentius Turell. 1103
Billiens Humbertus Sedun. 1006
Birague Horarius Vauren. 1145
Biran Arnald. Guillel. Tarb. 1057
Bizes Tristandus Santon. 987
le Blanc Guillelmus Tolonen. 1066
Guillelmus Vencien. 1153
Blandiac Ioannes Nemaus. 780
Blammont Olricus Tullen. 1101
Thomas Virdunensis. 1166
Blanchefort Ioannes Siluaneƈt. 1022
Blanches Henricus Sedunensis. 1006
Blanchi Bernardus Vabrensis. 1107
Blasæus Iacobus Namurcensis. 759
Blason Mauricius Nannetensis. 768
Pictauien. 891
Bleigny Gabriel Nouiomensis. 825
Bloc Henricus Vener. 1157
Blosset Stephanus Nemaus. 782
Bobba Carolus Maurian. 694

Bochetel Bernardinus Redonen. 931
Boerius Petrus Vasio. 1138
Bohier Ioannes Niuern. 806
des Bois Eogelbertus Namorcen. 759
Boisboessel Iuo Trecor. 1091
Boisratier Guillelmus Mimat. 734
la Boissiere Vuermoodus Nouiom. 821
Florentius Nouiom. ibid.
Boissy Ioannes Matisconensis. 686
Bolanden Fridericus Spirensis. 1049
Bologne Balduinus Nouiomensis. 818
Bompardus Raimundus Vcetien. 1146
Bonal Ioannes Magal. 615
Bonaldi Petrus Sarlatensf. 992
Petrus Vasat. 1131
Bonioannis Baptista Venet. 1153
Bonnauat Bertrandus Nemausf. 781
Bonnet Simon Siluaneᴄt. 1022
S. Bonnet Claudius Nemausf. 783
Fredolus Podiensf. 917
Bonneual Fulco Petrogoric. 864
Carolus Sarlat. 997
Fucaldus Suession. 1054. Vasaten. 1132
Bonus Petrus Niciensf. 788
Guido Siluaneᴄt. 1017
Boppart Theodericus Meten. 721
Bordeille Elias Petrogoric. 863
Franciscus Petregor. 864
Borinand Bertraodus Tutellen. 1103
Bouchard Guido Petrogoric. 864
Bouchet Ioannes Vaurensf. 1141
Boulenger Philippus Saien. 571
Boulliers Michael Reiensf. 940
Ioan. Ludouicus Reiensf. 941
Bourbon Henricus Metensf. 725
Carolus Nioernensf. 807
Ioannes Podiensf. 920
Carolus Santonen. 987
Carolus Suession. 1055
Ludouicus Trecor. 1093
Hector Vauren. 1142
Ioannes Virdonen. 1170
du Boorg Franciscus Riuen. 949
Ioannes Baptista Riuensf. ibid.
Bourgneuf Carolus Nanneten. 772
Boorlaimont Thomas Tullen. 1100
Boursier Ioaones Santon. 985
Boosquet Gaocelinus Riuen. 948
Bragose Guillelmus Vabrensis. 1107
Brancas Nicolaus Massil. 665
Brandon Philibertus Petrogoric. 865
Braque Ioannes Trecen. 1084
Bretagne Vuarochus Nanneten. 768
Qoiriacus Nannet. ibid.
Beoedictus Nanneten. ibid.
Iudicael Venetensf. 1157
Breslay Renains Trecensf. 1086
Bretenous Raimundus Sarlat. 991
Brezé Ludouicos Meld. 706
Saint Briant Gaufridus Santon. 984
Bricbanteau Crispinus Siluaneᴄt. 1023
Briçonnet Guillel. Meld. 705
Guillelm. Nemausf. 782
Michael Nemausf. ibid.
Dionysius Tolon. 1064
Brillac Clemens S. Papuli. 842. Tutell. 1104
Briller Guillelmus Redonen. 930
Tomus II.

Bajou Ioannes Melden. 705
Bris Guillelmus Redoneo. 930
de Brixeio Petrus Tullensf. 1097
Brosse Guillelmus Melden. 702
Goillelmus Podien. 918
de Bruc Alanus Trecoren. 1095
Ioannes Trecor. 1092
Bruges Galherus Pictauien. 893
le Brun Bernardus Nouiom. 822
Brun Ioanoes Trecoren. 1092
Bruni Bernardus Podiensf. 918
Bucy Simon Suession. 1053
Bucheck Bartoldus Spirensf. 1039
Buchel Ioannes Tornac. 1070
Bueil Ludouicus Vencien. 1153
Buisseter Franciscus Namure. 759
Bullioud Symphorianus Suession. 1054
Symphorianus Vasat. 1131
Bureau Laurentius Sistaric. 1035
Burle Ioannes S. Papuli. 842
Butz Ioannes Meldensf. 705
Buxi Petrus Vaur. 1148

C

CAdooene Bertrandus Vcetiensf. 1147
Caailla Fulco Reiensf. 938
Cailleu Petrus Siluaneᴄt. 1023
Calenos Henricus Ruremond. 952
de Calestriâ Henricus Nannet. 769
Calloet Ioannes Trecoren. 1093
Calluault Ioannes Siluaneᴄt. 1022
Calmont Raimundus Rutenen. 956
Cametino Victor Suession. 1054
Camus Iacobus Saien. 974
Cantabrio Gilbertus Ruten. 957
Cantin Ioannes Siluaneᴄt. 1022
Capitefetreo Hieronymus Nicien. 790
Capis Petrus Soession. 1053
Caracciol Antonius Trecen. 1086
Carbonelli Aimatos Santon. 983
Cardaillac Guillelmus Montalb. 749
Bertrandus Montalban. ibid.
Guillelmus S. Papuli. 840
Bertrandus Rutenensf. 958
Carelli Ranulfus Santon. 984
Carinthie Henricus Trecen. 1081
de Cario Paolus Vencien. 1152
Carles Lancelotus Reiensf. 942
Carsalius Rainaldus Santon. 981
de Cask Petrus Vasionensis. 1138
Caseneuue Sancius Oloson. 831
Bernardus Vaur. 1141
de Castaneto Bernardus Podien. 917
Castellione Aimo Sedun. 1006
de Castello Gilo Niuern. 803
Milo Niuern. ibid.
Castelnau Bernardus S. Papuli. 841
Raimundos Petrogor. 862
Iacobus Petrog. 863
Guido Petrogor. ibid.
Iacobus S. Ponsij Tomer. 923
Antonius. Tarben. 1059
Ludouicus Tarben. ibid.
Castres Henricus Virdun. 1167
de Castro Ioannes Nemausf. 781
à Castro Iacobus Ruremond. 952
Castronouo Petrus Rutenen. 957

de Castroinandi Gilo Ninern. 803
Cataenelebogen Einardus Spir. 1037
Caniet Henricus Vasat. 1131
Canlers Iacobus Nemauf. 782
Caualesi Raimundus Neman. ibid.
Canze Gaufredus Petrogoric. 858
Cenalis Robertus Reien. 941
Robertus Vencien. 1153
Chaalons Nicolaus Meld. 702
Chabanes Antonius Podien. 910
du Chaffant Petrus Nannet. 770
du Chaisne Ludouicus Senecens. 1015
Chalais Petrus Montalb. 749
Chalancon Bertrandus Podiens. 915
Stephanus Podien. 916
Guillelmus Podiensis. 919
Bertrandus Rutenen. 959
Chalant Bonifacius Sedunen. 1005
de Challes Philibertus Maurian. 693
Chamblay Galterus Meldens. 697
Adam Siloaneſt. 1020
Galterus Siluaneſt. 1021
Chamdorat Ioannes Podiens. 918
Chamfleury Hugo Suessionen. 1051
Champeaux Guillelmus Nemauf. 781
Champion Guido Treeoren. 1093
Chanae Guillelmus Mimat. 733
Petrus Podiens. 918
Chantemerle Anselmus Redonen. 910
Chantereau Ludouicus Matiscon. 687
des Chapelles Durandus Magal. 606
la Chapelle Stephanus Meld. 699
de Charitate Guido Suession. 1053
Charlot Petrus Nouiom. 819
Chartres Rainaldus Mimat. 735
Chasteaubriant Clemens Nannet. 769
Chasteaugiron Ioannes Nannet. 770
Alanus Redon. 929
Chasteauneuf Geruasius Niuern. 802
Chasteauporcean Guido Suession. 1052
Chasteauroux Hugo Pictauen. 893
Chasteigner Henricus Lud. Pictau. 903
du Chastel Petrus Matiscon. 688
Christophorus Trecor. 1092
Petrus Tutell. 1104
Oliuerius Vcetiensis. 1148
Gabriel Vcetien. ibid.
Chastelet Petrus Tullensis. 1101
Chebrerius Geraldus Sistaricen. 1029
Chisolmus Guillelmus Vasionen. 1140
Chery Eustachius Niuernen. 808
Cherisy Niuelo Suessionen. 1051
Cheualier Petrus Siluaneſt. 1023
Cheuenon Bernardus Santon. 585
Cheurot Ioannes Tornac. 1072
Chicesi Bartholomæus Nicien. 789
Chiny Albero Virdun. 1167
Arnulfus Virdun. ibid.
Chilly Aymo Ni-en. 789
Christini Ioannes Matiscon. 686
Christophori Guillel. Magaloo. 592
Cibo Innocentius Massil. 666
Ioannes Baptista Massil. 667
Laurentius Vener. 1158
Clansayes Bertrandus Tricast. 849
Claperiis Petrus Tolon. 1064
Claret Ludouicus S. Papuli. 844
Clariani Ergius Senecens. 1013
Claromonte Arnaldus Tutell. 1102
Clausse Ioannes Seneeen. 1015
Clericus Henricus Niuern. 803
Clermont Anselmus Maurian. 692
Franc. Guillelm. S. Ponnj Tomer.. 922
Theodorus Ioannes Senec. 1015
Franciscus Valent. 1119
Gabriel Vapinc. 1129
Cleues Philippus Niuern. 806
Clugny Guillelmus Pictau. 901
Franciscus Tornac. 1073
Cloys Ioannes Tutell. 1103
Coarrase Arnaldus Raimundi Tarbensis. 1038
Raimundus ArnaldiTarb. ibid.
Coarquis Ioannes Redon. 930
Coeffeteau Nicolaus Massil. 668
Coerquis Ioannes Trecor. 1092
de Coiordano Ioannes Mirap. 739
Colanges Mauricius Niuern. 805
Sainte Colombe Aostenius Sarl. 997
Colombier Petrus Niuern. 804
de Columna Otho Tull. 1100
Combarel Hugo Pictau. 899
Comborn Guido Nouiom. 812
Cominges Ioannes Magal. 600
Commercy Riguinus Tull. 1097
de Conflerto Ogerius Maurian. 693
Confolent Petrus Santon. 982
de Conques Petrus Magal. 590
Coquerel Firminus Nouiom. 822
Corbie Ioannes Mimat. 734
Cornegrue Robertus Saiens. 972
Corneillon Iacobus Ruten. 959
Franciscus Ruten. 960
Bernardus Rutenens. ibid.
Iacobus Vabrensis. 1108
Cornu Robertus Niuern. 805
Guillelmus Niuern. ibid.
le Cornu Nicolaus Santon. 987
Cornulliet Petrus Redon. 933
Petrus Trecoren. 1093
Cottesius Thomas Vasion. 1140
Iacobus Vasion. ibid.
Corueus Gasto Ruten. 956
Cosnac Bertrandus Tutell. 1103
Petrus Tutell. ibid.
Daniel Valentin. 1122
Cospean Philippus Nannet. 772
de Costâ Ioannes Mimat. 734
Coti Ioannes Tricast. 849
Coucy Radulfus Metens. 712
Radulfus Nouiom. 825
Coudun Radulfus Suession. 1052
Couhé Radulphus Petrogoric. 856
les Cours Aegidius Nemauf. 781
Coutronne Gerardus Suession. 1053
Cramaud Simon Pictau. 898
Crecy Andreas Nouiom. 811
Creischgoutæ Ioannes Spirens. 1038
Crequy Antonius Nannet. 771
Crespi Lisiardus Suession. 1049
Cressonsart Robertus Siluaneſt. 1010
Crissa Ricardus Virdunen. 1167
Sainte Croix Philippus Matiscon. 686
la Cropte Bertrandus Sarlat. 991
du Cros Petrus S. Papuli. 841

Autonius Tricaftin. 852
Cros Petrus Siluaneċt. 1021
Croy Hardoinus Nouiom. 815
Carolus Tornac. 1074
Cruchen Andreas Ruremond. 952
Cruffol Gerardus Valent. 1118
Cuik Henricus Ruremond. 952
Cuiffy Petrus Meldenſ. 701
de Cumenis Ioannes Podienſ. 917
de Cuppis Antonius Siftaric. 1036
Cuſance Leobaldus Virdunen. 1170

D

Dalmeida Ferrandus Niuernenſis. 1806
Dalmeras Michael Vaurenſ. 1140
Damas Ioannes Mariſcon. 685
Dampierre Ioannes Virdun. 1170
Danes Iacobus Tolon. 1066
Petrus Vaurenſis. 1142
Dangeul Robertus Niuern. 805
Dangu Nicolaus Mimat. 736
Daradon Georgius Venet. 1160
Daſburg S. Bruno Tullen. 1096
Daué Ioannes Namurc. 718
Daophin Henricus Met. 711
Daure Menaldus Tarb. 1019
Dauoin Ioannes Namurc. 719
Delbene Bernardus Nemauſ. 782
Delbieſt Iacobus Nanner. 770
de Delphinis Leonardus Nemauſ. 781
Deſcoubleau Iacobus Mall. 677
Henricus Mall. ibid.
Deſpruetz Bernardus S. Papuli. 844
de Deux Bertrandus Nemau. 780
Paulus Nemauſ. ibid.
Iacobus Nemauſen. ibid.
Gaucelinus Nemauſ. ibid.
Gaucelinus Magalon. 609
Dienhein Eberardus Spiren. 1040
Digna Guillelmus Vencien. 1151
Stephanus Vencien. ibid.
Dinan Petrus Redonen. 928
Duiei Gaſpar Mariſcon. 689
Ludouicus Mariſcon. ibid.
Dinteville Franciſcus Siſtatic. 1035
Petrus Niuernen. 805
Franciſcus Reienſis. 941
Dodieu Ioannes Siluaneċt. 1021
Claudius Redonen. 931
Dompmartin Vuarinus Virdun. 1171
Donadieu Franciſcus S. Papuli. 844
Doni d'Attichy Lodouicus Reienſ. 944
Donnaod Petrus Mirap. 741. 743
Donole Ioannes Montalb. 754
Antonius Montalban. ibid.
Dormans Guillelmus Meld. 703
Doſſat Arnaldus Redon 932
Douuiier Hector Nemauſ. 783
do Drac Ioannes Melden. 704
Draconis Sanſius Tolon. 1064
Dulcetus Geraldus Tarb. 1058
Duranti Guillelmus Mimat. 730. 735
Durefort Petrus Petrogoric. 862
Durmuntz Vdalricus Spirenſ. 1038

E

Erbeſtein Conradus Spir. 1038
Ermengaudi Petrus Nemauſ. 778
Eicars Annas Merenſis. 724
Carolus Pictau. 902
l'Eſguiſé Ioannes Trecen. 1085
Eſne Michael Tornac. 1075
Eſpagne Arnald. Raimundi Oloron. 831
Eſpinay Artus Maſſilienſ. 667
Ioannes Mirapic. 740
Robertus Nanuer. 771
Iacobus Redonen. 930
Ioannes Valent. 1119
Eſquirouus Petrus Oloron. 831
Eſquauardi Ioannes Siſtaric. 1034
Eſtaing Franciſcus Ruten. 959
Deodatus Tricaſtin. 850
Eſtampes Guillelmus Montalb. 753
Ioannes Niuern. 805
Eſte Hippolytus Maurian. 694
Rainaldus Monſpel. 630
Hippolytus Trecor. 1093
Eſtiſſac Godefridus Malleac. 677
Eſtouteuille Guillelmus Maurian. 693
Guillelmus Nemau. 781
Eſtrades Ioannes Petrogoric. 865
Etemberg Geraldus Spirenſ. 1039
Euringen Berengarius Spirenſ. 1038

F

Fabri Petrus Maſſil. 662
Petrus Reien. 940
Guillelmus Reienſ. ibid.
Petrus Riuenſis. 948
Ioannes Turell. 1103
Facci Ioannes Reienſis. 940
Falcodi Guido Podienſis. 917
Farneſe Alexander Vencien. 1155
Faucon Franciſcus Mariſc. 688
Franciſcus Turell. 1104
du Faur Petrus Vaurenſ. 1143
Fay Ioannes Pictauien. 902
du Fay Paulus Anton. Vcet. 1148
le Febure Ioannes Venet. 1160
Feldenz Valricus Spirenſ. 1039
Fenoiller Petrus Monſpeli. 619
Ferreri Bonifacius Nicien. 789
Auguſtinus Nicieoſis. ibid.
Ferrieres Petrus Nouiom. 821
Feſtu Simon Meldenſis. 702
Fieſque Nicolaus Senecen. 1014
Nicolaus Tolonen. 1065
Paulus Tullen. 1102
Filholi Petrus Siſtaricen. 1035
Fillatre Guillelmus Tornac. 1073
Guillelmus Tullenſ. 1101
Guillelmus Virdun. 1171
Fillon Arturus Siluaneċt. 1022
Flandre Ioannes Meren. 720
Fleires Petrus S. Pontij Tomer. 923
Ioannes Iacobus S. Pontij Tomer. 925
Flercheym Philippus Spirenſ. 1040
de Flexio Guillelmus Magal. 575
de Florano Sauinus Maurian. 692
Floreau Gauſridus Nemauſ. 781

Florenee Dominicus S.Pontij Tomer. 922
Florenges Philippus Meten. 719
Flotta Raibaldus Vaſion. 1136
Ripertus Vaſionenſis. 1137
Foix Amedeus Mauſe. 683
Ioannes Oloron. 832
Hieronymus Riuenſ. 948
Petrus Tarbenſis. 1059
Rogerius Tarbenſis. ibid.
Thomas Tarbenſ. ibid.
Amaneuus Vaſaten. 1132
Robertus Vauren. 1141
Petrus Veneten. 1158
Fontaines Hugo Matiſe. 685
Fontanis Reginaldus Sueſſion. 1054
Fontenay Petrus Niuernen. 806
Fonſegue Ioannes Tutellen. 1104
Foquerel Ioannes Siluaneſt. 1021
Forcalqoier Gaucherius Vapinc. 1128
la Foreſt Petrus Tornac. 1072
Foreſtis Guillelmus Magal. 613
Fors Helias Santonen. 984
Fougeres Stephanus Redon. 928
Petrus Redon. ibid.
du Four Antonius Maſſil. 665
Robertus Siſtarie. 1034
Fourbin Auguſtioos Tolonen. 1066
Fourniet Iacobus Mirapic. 738
Petrus Petrogorie. 864
Franckenſtein Rudolfus Spiten. 1040
Fredetus Arnaldus Riuen. 948
Fredo liBerengarius Magal. 593
Andreas Magal. 601
Freſnel Petrus Meldenſ. 703
Petrus Nouiomen. 823
Froment Philippus Niuern. 805
Fumello Bertrandus Niuern. 804

G

GAdis Nicolaus Sarlat. 998
Galberto Adelbertus Reienſ. 9,8
Gand Maximiliaous Tornae. 1075
Franciſcus Tornacen. 1075
Gantelmi Petrus Reienſ. 939
Iacobus Siſtaricen. 1033
de Gardā Pontius Mimar. 734
Gaucelinus Magal. 599
de Gardo Stephanus Sant. 985
Garidelli Audinus Vencien. 1153
Garſioi Bertrandus Reienſ. 938
Gaſe Ioannes Nemauſ. 780
de Gaſconia Philippus Sedun. 1006
Gaſquy Ioannes Maſſil. 662
Gaſſion Petrus Oloron. 833
Gaſtinelli Murius Siſtarie. 1034
Gaſtoni Philippus Nicien. 7[illegible]8
Gaucelin Petrus Nemauſ. [illegible]79
Gaufridi Galterius Tolonen. 1062
Guillelmus Vaſaten. 1130
Gault Euſtachius Maſſilien. 668
Ioannes Bapriſta Maſſilien. 670
Caume Antonius Tricaſtin. 832
Gelns Leberon Carolus Valentin. 1121
Petrus Andreas Valent. ibid.
Carolus Iacobus Valent. ibid.
Saint Gelais Iacobus Vcetien. 1148
Ioannes Vcetienſis. ibid.
Geneue Amedeus Tullen. 1100
Ioannes Valentin. 1116
Geneueſis Stephanus Tricaſtin. 850
Genoillac Ludouicus Tutell. 1104
Flotardus Tutellen. ibid.
Ioannes Tutellen. 1105
Gentian Ioannes Vaurenſ. 1141
Geraldi Petrus Reienſ. 938
Gerardi Petrus Mimat. 735
Gerbaſius Aymo Maurianen. 692
Germain Ioannes Niuernen. 805
Germole Guichardus Matiſcon. 685
Geuaudan Stephanus Podienſ. 915
Ghini Andreas Tornacen. 1071
Gibellini Guillelmus Vapine. 1128
Giguel Ioannes Redooen. 928
Girard Petrus Podienſ. 918
Robertus Vcetienſ. 1148
Girardi Petrus Siſtaric. 1033
Gireſme Robertus Melden. 703
Giſlebert Guillelmus Pictauien. 885
Giury Stephanus Trecen. 1084
Glandeues Ludooicus Maſſilien. 665
Toſſanus Siſtaric. 1036
Eleazarus Tolonen. 10[illegible]3
Ludooicus Vencien. 1153
Godeau Antonius Vencien. 1154
Gombaudi Ioannes Tolonen. 1064
Gootaud Armandus Sarlat. 994
Gorreuod Ludouicus Maurianen. 693
Goual Ioannes Vaſaten. 1131
Gouge Guillelmos Pictauien. 900
Gougeul Petrus Podienſis. 918
Gourdon Giraldus Petregorie. 856
Gournay Carolus Chriſtianus Tull. 1102
Graiberti Nicolaus Sueſſion. 1054
Gramont Gabriel Pictau. 902
Gabriel Tarben. 1059
le Grand Dionyſius Siluaneſt. 1021
Grandpré Robertus Virdunen. 1167
Grandpuy Guillelmus Niuern. 803
de Granges Boſo Sedun. 1005
Guiſcardus Tauelli Sedun. 1006
Grangier Baltazar Trecor. 1094
Granier Ioanoes Monſpel. 628
Granſon Odo Tullen. 1100
Berardus Virduoenſ. 1169
Henricus Virdunen. ibid.
le Gras Simon Sueſſionen. 1055
Baptiſta Trecor. 1095
Grignaux Antonius Trecor. ibid.
Guillé Nicolaus Vcetienſ. 1148
Guadradi Goillelmus Santon. 981
de Gualdo Andreas Sedun. 1007
Gueguen Guillelmus Nannet. 771
Guemené Petrus Redonen. 919
la Guerche Galterius Redonen. 925
Triſcandus Redouen. ibid.
Silueſter Redonenſis. ibid.
Guerinet Leo Pictauien. 900
Guibé Robertus Naonet. 771
Michael Redonen. 931
Robertus Redonen. ibid.
Robertus Trecor. 1093
Robertus Venetenſis. 1158
la Guiche Claudius Mirapic. 741
Guillard Ludouicus Siluaneſt. [illegible]
Ludouicus Tornac. 1074

Guirardi Aimericus Nemauf. 780
Guitard Guillelmus Tricaftin. 849

H

HAbert Nicolaus Nemauf. 781
Iſaacius Vabrenſis. 1108
Hacqoeuille Carolus Soeſſion. 1055
Haelori Alanus Trecor. 1092
Halgoet Guillelmus Trecor. 1093
Hamon Franciſcus Nanner. 771
Andreas Venetenſis. 1159
Hangeſt Carolus Nouiom. 814
Ioannes Nouiom. ibid.
Hauteriue Chriſtianus Trecor. 1092
Haraocour Ludouicus Tullen. 1100
Ludouicus Virdonen. 1171
Guillelmus Virdun. ibid.
Harcour Ioannes Tornac. 1072
Hattſtein Burcardus Spiren. 1040
Hauet Antonius Namurcen. 758
Hauſſonuille Claudius Siluaneƈt. 1035
Hautbois Carolus Tornac. 1074
la Haye Ioannes Venet. 1160
Ludouicus Venet. Ibid.
Hazards Hugo Tullen. 1101
Helmſtad Rabanus Spirenſis. 1039
Reynardus Spirenſ. ibid.
Ludouicus Spirenſ. ibid.
Hemard Carolus Matiſconen. 687
Henneberg Otbo Spirenſ. 1038
Heonegoin Aimarus Redonen. 932
Odardus Siluaneƈt. 1023. Trec. 1086
Hieronymus Sueſſion. 1055
Henrici Petrus Rutenen. 956
Heu Ioannes Tullen. 1100
Hirgouet Iuo Trecor. 1092
Hirgis Albertus Virdunenſis. 1167
Hocedey Tuſſanus Tullen. 1101
Hoheneck Ioannes Nix Spiren. 1039
l'Hoſpital Lodouicus Meldenſis. 706
Horot Guillelmos Siluaneƈt. 1022
la Houſſaye Robertus Siluaneƈt. 1020
Hugonet Stephanus Matiſcoo. 686
Philibertus Matiſcon. 687
l'Huillier Ioannes Meldenſ. 704
Hunaldi Guillelmus Tarben. 1058
Hurreloo Adamus Mimat. 737
Huſſon Claudius Piƈtau. 901
Ludouicus Piƈtau. 902
Claudius Saieoſis. 971

I

IAcomel Thomas Tolonen. 1095
Iarente Baltaſar Vencien. 1153
Niculaus Vencienſ. ibid.
Iharſe Saluarus Tarben. 1060
la Iaiſſe Petrus Matiſcon. 685
Saint Ial Raimundus Tolon. 1062
Iaobert Ioannes Vaſaten. 1133
le Ieune Ioanoes Matiſcon. 686
Ioannis Petrus Melden. 702
Iodocus Hiltebrandus Sedun. 1009
Ioſeuri Ioannes Podienſ. 918
Ioannes Valent. 1117
Ioly Ioannes Tricaſtin. 852
Iordan Ioannes Sedun. 1008

Saint Irier Helias Vcatien. 1147
Iſeraſcus Bernardus Tarben. 1057
Iſeſte Arnaldus Oloroeenſ. 819
Iſnardi Petrus Toloeen. 1061
Iterij Petrus Sarlaten. 990
Iueſto Bertrandus Vaſat. 1131
de Iuliano Iſnardos Senec. 1013
Iuys Petrus Matiſcon. 686
Iuuenal des Vrſins Iacobus Piƈtau. 900
Ioannes Trecor. 1093

K

KEroulay Hugo Trecor. 1092

L

LAbatut Ioanoes Montalb. 755
Lachiuer Franciſcus Redon. 933
Ladux Gaillardus Oloron. 831
Lambert Petrus Maurian. 694
Franciſcus Nicienſ. 790
Lambeſc Bertrandus Vaſioo. 1136
des Landes Natalis Trecor. 1094
Langlois Gregorius Saienſ. 971
Langres Simon Nannet. 769
Languiſel Guillelmus Nemauſ. 778
Bertrandus Nemauſ. 780
Larmaodie Iacobus Sarlar. 998
Laſcaris de Tende Marcus Reienſ. 940
Antooius Reienſis. ibid. 941
Thomas Reienſ. ibid.
Laſtours Radulfus Petrogor. 860
Laual Petrus Redonenſ. 929
Egidius Saienſ. 972
Laubarienſis Raimundus Petrogor. 865
Landis Petrus Santooen. 984
Laudun Vuillelmus Vaſioo. 1136
de Lauro Thomas Vabrenſ. 1108
Lautrec Archambaldus Vaurenſ. 1141
S. Lazare Guillelmus Niuern. 802
Leiningen Sigericus Spiren. 1038
Guntherus Spirenſis. 1038
Henricus Spireoſ. 1038
Emyno Spirenſ. 1039
Lenoncour Robertus Metenſ. 724
Leoo Vitalis Riuen. 948
Leshardrieu Alanus Trecor. 1092
Leſtrange Elias Podienſ. 919
Leſtreguer Hogo Venet. 1158
Leuis Ioannes Meldenſ. 706
Antonius Tricaſtin. 852
Euſtachius Mirapicen. 740
Fraociſcus Tutel. 1104
Ioannes Mirapic. 1140
Philippus Mirapicen. ibid.
Petrus Magaloo. 600
de Lettes Ioannes Montalb. 755
Liechtemberg Sibotho Spirenſ. 1039
Lindanus Guillelmus Ruremond. 952
Lingendes Ioannes Matiſcon. 689. Sarl. 1000
Lioncel Gaufridus Vapincenſ. 1127
Lionne Artus Vapine. 1129
Lobenſis Antonius Riuenſ. 948
Lomenie Franciſcus Maſſil. 668
Longueioue Mathæus Sueſſioo. 1054
Longuy Stephanos Matiſcon. 687
Claudius Matiſc. ibid. Petrag. 864

Pictauien. 102
Lordeti Albertus Mimat. 732
Lorraine Adalbero Metensis. 714
Theodericus Metens. 717
Iacobus Metens. 718
Henricus Metensis. 723
Ioannes Metens. ibid.
Nicolaus Metensis. ibid.
Carolus Metensis. 724
Ludouicus Metens. ibid. Trec. 1086
Ioannes Nannetensis. 771
Mathæus Tullens. 1097
Ioannes Tullens. 1101
Carolus Tullens. ibid.
Nicolaus Francisc. Tullen. 1102
Ioannes Valentinen. 1119
Ioannes Virdun. 1172
Nicolaus Virdun. ibid.
Carolus Virdun. ibid. 1173
Ericus Virdun. ibid.
Franciscus Virdun. 1173
Lorris Egidius Nouiom. 823
Loftolfi Henricus Vasat. 1133
Louier Antonius Magal. 611
Louuain Claudius Sistaric. 1055
Loye Imbertus Tricast. 850
Loys Gaufredus Trecor. 1091
Lucé Theobaldus Malleac. 6.6
Lugny Seguinus Matisc. 684
Lupoalto Raimund. S. Papuli. 892
Lupis de la Fare Franc. Reiens. 944
Lustrac Ioannes Petrogor. 864
Bertrandus Riuen. 948
Luxembourg Philippus Malleac. 637
Theodoricus Metens. 714
Adalbero Metensis. 715
Petrus Metens. 722
Franciscus S. Pontij Tomer. 913
Balduinus Spirens. 1039
du Lys Eustachius Niuernens. 808

M

MAcet Ioannes Matiscon. 686
Gaufridus Saien. 971
Maillac Ioannes Reiens. 940
Mailly Ioannes Nouiom. 823
Maiolio Raimundus Petrogorie. 858
Malabaila Ioannes Maurian. 692
Mallier Claudius Tarben. 1060
Franciscus Trecen. 1087
Malesec Guido Pictau. 897
Malestroit Guillelmus Nannet. 770
Theobaldus Trecor. 1092
Malet Petrus Franciscus Nicien. 790
Malgras Nicolaus Vcetien. 1148
Maliriti Petrus Vencien. 1150
de Malomonte Bertrand. Mirapic. 739
de Manclatio Aegidius Niuern. 803
Mandagor Robertus Massil. 662
Guillelmus Vcetiensis. 1147
Mandeuilain Ioannes Niuern. 804
Maodra Vualterus Tornac. 1070
Marasin Guillelmus Nouiom. 824
Marauilla Petrus Tolon. 1063
la Marche Martinus Petrogor. 856
Marcillac Siluester Mimat. 737
Marcy Rogerius Tullen. 1100
Albertus Virdun. 1167
Marengue Iacobinus Nicien. 790
Marillac Bertrandus Redon. 931
Carolus Veneten. 1160
de Mansiis Robertus Niuern. 803
Marseille S. Honoratus Massil. 650
Pontius Massil. 652
Raimundus Massil. 656
Saint Martial Betoard. S. Papuli. 841
Petrus Riuens. 948
Martigny Reginaldus Vabren. 1108
Martin Ioannes Petrog. 864
Iacobus Senecen. 1015
Iacobus Venet. 1160
Martineau Samuel Vasat. 1133
Martinengue Franciscus Nicien. 790
Martory Menaldus Tarb. 1059
Martreuil Ythenus Pict. 899. Podien. 919
le Masle Ioannes Malleac. 636
Mauger Guillelmus Saiens. 971
Mauleon Vitalis S. Pontij Tomer. 912
Ruten. 958
Maumont Bertrandus Pictau. 898
Bertrandus Tutell. 1103
Bertrandus Vaurens. 1145
Maupas Henricus Podiens. 921
Mayenne Ivo Redonen. 930
Mayrosi Raimund. S. Papuli. 842
Mayrie Arnaldus Oloron. 833
Mechin Guillelmus Trecor. 1083
Mehun Robertus Podien. 916
Mello Guido Virduens. 1168
Melun Ludouicus Melden. 704
Ioannes Pictau. 892
Menterolles Ioannes Meld. 701
Mercœur Stephanus Podiens. 913. 914
Petrus Podiensis. ibid.
Odilo Podiensis. 915
Odilo Mimatensis. 730
Mesuâ Bernardus Magal. 584
Meternick Lotharius Frederic. Spir. 1040
Meulan Ioannes Nouiom. 823
Meulent Ioannes Meld. 703
le Meusnier Ioannes Meld. 704
Ioannes Nouiom. 825
Milan Robertus Virdun. 1168
Milet Ioannes Suession. 1054
Millia Petrus Reiens. 939
Milliet Philibertus Maurian. 694
Paulus Maurian. ibid.
Milsents Arnaldus Tarb. 1058
Minetus Petrus Petrog. 859
Miolans Aymo Maurian. 692
Mioffans Ioannes Oloron. 833
Mirabello B. Humbertus Valent. 1113
Miremoot Erachus Mimat. 734
Mironius Ioanes Tolonens. 1064
Molinet Ludouicus Saiens. 973
de Molinis Reginaldus Niuern. 803
de Monasterio Bernardus Ruten. 956
Monissart Ioannes Tornac. 1073
Monluc Ioannes Valent. 1120
Mons Aymericus Pictau. 896
Monso Raphael Venciens. 1132
Moustielaux Ioanes Nannet. 770
Hugo Trecor. 1092
Ioannes Veneten. 1158
Moutagu Gerardus Pictau. 899

Bernardus

Bernardus Podien. 916
Montalambert Ioannes Montalb. 753
Montamani Petrus Reien. 939
Montauban Iosselinus Redon. 928
Montberon Guillel. Petrog. 857
Montboissier Petrus Mauricius Pod. 915
Montbrun Petrus Raimund. Tarb. 1058
Montcornet Gerardus Suassion. 1052
de Monte N. Mirapic. 741
de Moorealbaoo Dragonetus Tricastin. 849
Monteil Adeoiatus Meten. 721
Ademarus Podien. 914
Montesquieu Pictauinus Magal. 602
Bernardus Lobatus Tarb. 1057
Pictauinus Vasat. 1131
Montioye Guillelmus S. Papuli. 842
Montlor Ioannes Magal. 572. 586
Petrus Massil. 661
Hugo Reiensis. 938
Guido Valent. 1114
Montmaiour Amedeus Maurian. 692
Montmitail Ioannes Vasiooeusis. 1119
Montpellier Guillelmus Magal. 575
Montredon Arnaldus Neomaus. 778
Monturuco Rainulfus Sistaric. 1034
Morel Petrus Trecor. 1092
Morelli Ioannes Vasion. 1138
Morellus Stephanus Mauria. 693
Morenne Claudius Saien. 973
Monllon Maximil. Tornac. 1074
Morlane Bernardus Oloron. 850
Mornassio Berengarius Vasion. 1136
Moscuerolis Raimund. S. Papuli. 840
la Mothe du Plessis Daniel Mimat. 737
Henricus Redonen. 933
Amalricos Venet. 1158
Moulins Philippus Nouiom. 815
Mousxe Philippus Tornac. 1070
le Moyne Ioannes Melden. 701
Muller Sancius Oloron. 831
Murat G. Podiensis. 916
Murol Ioannes Tricastin. 850
Muruieil Annas Montalban. 756

N

NArbonne Antonius Matisconensis. 687
Narbonne Petrus Rotenen. 955
Narbonne Antonius Petrus Vabren. 1107
Ludouicus Vabrensis. ibid.
Nanteuil Ioannes Trecen. 1085
Nassau Adolphus Spiren. 1039
Nauclard Guillelmus Petrogoric. 857
Neele Simon Nouiom. 821
Nemoso Adam Siluan. 1021
Nemours Guillelmus Melden. 700
Stephanus Noniom. 818
Nenchastel Ioannes Niuern. 804
Ioannes Tullen. 1 00
Antonius Tullen. 1101
Neuers Robertns Niuern. 798
Rainaldus Niuern. 1012
Neueu Ioannes Siluanect. 1012
Petrus Vaurensis. 1191
Nenfuille Guido Podiensis. 917
Neufuille Hugo Santoo. 984
Neuuille Nicolaus Virdun. 1169
Nicolai Guillelmus Tolon. 1064

Nismes Raimundus Massil. 661
Nogaret Ludouicus Mirapic. 744
Noailles Carolus Ruten. 961

O

OGnies Gnibertus Tornac. 1074
Olargio Petrus Vabren. 1107
Raimundus Vabren. 1107
Olhergues Guillelmus Ruten. 958
Oliuier Seraphinus Redon. 932
Oraison Andreas Reien. 942
Ioan. Baptista Senecen. 1014
Orens Petrus Sedun. 1005
Oriol Ioannes Nicien. 789
Orleans Ludouicus Pictan. 898
Ozie Odo Vasion. 1139
Ozonns Arnaldus Guillelmus Tarben. 1057
Ouuroing Guillelmus Redon. 929

P

PAcius Cosmus Oloron. 831
Paganottis Benedictus Vasion. 1139
Pailleus Desiderins Nicien. 791
Painel Robertus Trecor. 1092
Palairac Gaillardus Serlat. 991
Palatz Arnaldus Raimund. Tarben. 1059
Paletusis Helias Petrogoric. 863
Pallauicini Ioan. Ludouicus Nicien. 790
Anntoniotus Tornac. 1073
la Palu Ludouicus Maurian. 693
Pamele S. Arnulfus Snession. 1047
Pantaleon Iacobus Virdun. 1168
de Panusiâ Guido Mimat. 735
Antonius Mimat. ibid.
Paparin Petrus Vapinc. 1129
Pardailhan Ioannes Oloron. 831
Hngo Tarben. 1058
Parisi Ioannes Veneten. 1158
du Parron Bertrandus Nannet. 770
Bertrandus Trecor. 1092
Parui Guillelmus Siluanect. 1025. Trecen. 1085
de Patientiâ Tbeobaldus Niuern. 802
Paynel Robertns Nanneten. 769
Pebrac Bertrandus Vabren. 1107
Peire Aldebertus Mimat. 727. 729. 733. 734
Guillelmus Mimat. 729
Pellicier Guillelmus Magalon. 617
Monspelien. 618
Peraud Raimundus Santon. 985
Perefixe Hardoinus Ruten. 960
Peregrinns Antonius Tullen. 1101
du Perrier Ricardns Trecor. 1092
Peruse Rainulfus Mimat. 734
Ioannes Saiensis. 972
Gaufridus Santon. 985
Pesseraio Gnillelmns Vasion. 1138
Peritdé Ioannes Mimat. 735
Petri Ioannes Vabren. 1107
Peyrato Aymarus Pictau. 890
Peyre Aldebertus Viuar. 1173
Piedru Petrus Trecor. 1092
Pierrefons Theobaldus Suession. 1047
Hugo Suession. 1049
Ausculsus Suession. 1050
Pierrelaire Bertrandus Tricastin. 848
Pierrepont Ioannes Melden. 704

du Pin Ioannes Riuen. 948
Pinelle Ludouicus Melden. 705
Pintaflour Petrus Tornac. 1074
Pitero Petrus Mirapic. 739
Pisseleu Carolus Mimat. 736
Placenda Andreas Sistaric. 1034
Plaliaco Guido Siluanect. 1021
Robertus Siluanect. ibid.
Plana Cassagna Petrus Ruten. 956
Plancy Bartholomæus Trecen. 1082
Plaoul Petrus Siluanect. 1011
de Plas Ioannes Petrogoric. 854
Ioaones Vasateo. 1032
de Plateâ Philippus Sedun. 1008
la Platiere Imbertus Niuern. 806
Plouec Ioannes Trecor. 1092
Pluyose Fridericus Meten. 717
Pobel Thomas Tricastin. 852
de Podio Petrus Montalban. 748
Poitiers Ludouicus Meten. 721
Norbertus Podien. 910
Henricus Trecen. 1084
Ioannes Valentin. 1118
Ludouicus Valentin. ibid.
Henriens Vapinc. 1128
Otho Virdun. 1170
Polignae Armandus Podien. 916
Bertrandus Ruteo. 959
Pompadour Godefridus Petrogoric. 863. 864
Podiensis. 920
Gaufridus Podien. 922
Pons Godefridus Malleac. 6.6
Raimundus Petrogoric. 861
Pontius Santon. 984
Philippus Trecen. 1080
Pontac Arnaldus Vasaten. 1132
de Ponte Iacobus Sistaric. 1034
Pontleuoy Petrus Malleac. 637
Pontsal Iuo Veneten. 1158
Porcellet Ioanoes Tullen. 1101
Porhoet Maengisus Venet. 1157
Porqueri Petrus Sarlat. 990
la Porrée Gislebertus Pictau. 886
la Porte Ioannes S. Papuli. 842
Posquieres Raimundus Vcetien. 1146
Pougy Manasses Trecen. 1082
Pougue Petrus Niuern. 805
Saint Pourçain Durandus Melden. 702
Durandus Podien. 918
Pouurelle Gaufridus Malleac. 635
du Prat Antonius Melden. 705
Claodius Mimat. 736
Prata Petrus Viuarien. 1185
Preuost Guillelmus Pictau. 892
des Prez Ioannes Montalban. 754
Iacobus Montalban. 755
Henricus Montalban. 756
Goido Nouiom. 821
Petrus Reien. 939
Ioannes Tornac. 1071
Proins Ioannes Mirapic. 739
Prouana Ioan. Baptista Nicien. 790
Prouino Aymardus Suession. 1052
Prouerrille Petrus Siluanect. 1011
Psaulme Nicolaus Virdun. 1172
Pucci Laurentius Veneten. 1159
Puchius Arnaldus Vasaten. 1131
Puget Stephanus Massil. 675
du Puy Guillelmus Mirapic. 739
Gaillardus Santon. 985
Giraldus Vasaten. 1131
de Puteo Bonifacius Vencien. 1151

Q

QVicque Petrus Tornac. 1074
Quiqueran Petrus Senecen. 1014

R

RAbanus Petrus S. Pontij Tomer. 922
Rabastens Pilus Fortis Riuen. 947
Raberi Gaufredus Reien. 939
Racoli Bartholomæus Massil. 664
Raffin Bertrandus Ruten. 958
Ragueneau Petrus Massil. 667
Raguier Ludouicus Trecen. 1085
Iacobus Trecen. 1085
Raiambaldus Petrus Vasion. 1136
Raimond Petrus Massil. 660
Raimundi Hugo Reien. 938
Ramiar Arnaldus Sarlat. 990
Rance Guillelmus Saien. 971
Rauinghen Mathias Spiren. 1039
Raphael Ioannes Siluanect. 1022
Raoul Iacobus Malleac. 638. Rupella. 651.
Santon. 987
Michael Santon. ibid.
Raronia Henricus Sedun. 1005
Goillelmus Sedun. 1006. 1007
Henricus Sedun. 1007
Rastelis Elias Reien. 942
Rate Guitardus Monspel. 627
Rauillone Ioannes Sarlat. 991
Raymond Ioannes S. Papuli. 844
Reihberg Vlricus Spiren. 1038
Rechigneuoisin Ludouicus Tutel. 1105
Regin Claudius Oloron. 833
Reillane Berengarius Vasion. 1136
Relaoge Geraldus Meten. 720
Reuigny Iacobus Virdun. 1169
Rhodez Hugo Ruten. 955
de Riâ Robertus Saien. 964
Riarius Petrus Mimas. 735
Ribori Guillelmus Vencien. 1150
Richericourt Ioannes Virdun. 1169
Ricdmarien Adrianus Sed. 1008. 1009. 1010
Hiltebrandus Sedun. 1009
Rigaud Ioannes Trecor. 1092
Rillac Ioannes Sarlat. 997
la Riuiere Robertus Redon. 930
Robert Bertrandus Montalban. 758
la Roche Bernardus Montalban. 752
Guillelmus Santon. 985
Theobaldus Santon. ibid.
Rochebaron Pontius Matiscon. 681
Rochechouard Fulcaudus Nouiom. 822
Odo Pictau. 875
Ioannes S. Pontij Tomer. 912
Guido Santon. 985
Ludouicus Santon. ibid.
Petrus Santon. ibid.
Albinus Sistaric. 1035
Aimericus Sistaric. ibid.
Rochefort Guido Matiscon. 686
Bonabius Nannet. 770

Hugo Vasat. 1130
Rochefoucaut Ioannes Mimat. 736
Stephanus Redon. 918
Franciscus Siluaneєt. 1014
la Rochetanguy Guillelmus Redon. 929
Roaderc Mathæus Trecor. 1095
Rossignac Bertrandus Sarlat. 992
Roger Hugo Tutel. 1103
Roland Radulfus Trecor. 1092
Roquecor Raimundus Sarlat. 989
Roquetaillade Ioannes S. Papuli. 841
Rose Guillelmus Siluaneєt. 1023
Antonius Siluaneєt. ibid.
de Rolergio Bernardus Montalban. 755
Petrus Vauren. 1142
Rosier Bernardus Vasat. 1131
Rosmadec Iuo Redon. 929
Sebastianus Venet. 1161
Carolus Venet. ibid.
Rossolin Franciscus Reien. 939
Rostagnos Raimundus Tolon. 1063
Roucy Carolus Suession. 1055
la Roue Guillelmus Podien. 917
la Rouere Iulianus Mimat. 735
Clemens Mimat. ibid.
Franciscus Mimat. 736
Hieronymus Tolon. 1065
Rouerella Philas Tolon. 1064
Rouffignac Hugo Riuen. 948
Rougemont Theobaldus Matiscon. 686
Rouhaut Ludouicus Malleac. 636
Rouhier Ioannes Melden. 705
Roullié Renatus Siluaneєt. 1023
Rousseau Carolus Mimat. 737
Roussillon Amedeus Valentin. 1114
Guillelmus Valentin. 1116
Roures Robertus Sasens. 972
Robertus Magalon. 614
Rouxel Medauy Franciscus Saien. 974
Roye Nicolaus Nouiom. 819
Guido Virdun. 1170
Ruffua Gerardus Oloron. 832
de Rupe Goido Vauren.
de Rupemorello Aimericus Montalbanen. 752
Ruuera Petrus Vcetien.

S

SAbran Rostagnus Reien. 938
Petrus Sistaric. 1031
de Sado Paulus Massil. 663
de Sadone Pontius Vasion. 1138
de Sains Ioannes Siluaneєt. 1022
Ioannes Vapinc. 1128. Meld. 703
Salahadin Oliuarius Nannet. 769
Salagny Ioannes Matiscon. 685
Sclapono Guillelmus Vapinc. 1126
Salazar Tristandus Melden. 704
Salignac Helias Sarlat. 991
Pontius Sarlat. 993
Franciscus Sarlat. 999
Ludouicus Sarlat. ibid.
de Salione Guillelmus Sedun. 1005
Salpini Petrus Vasat. 1131
de Salto Bernardus Santon. 985
Saluanhi Antonius Vencien. 1151
Saluces Petrus Mimat. 734
Amedeus Valentin. 1118
Saluiati Ioannes Oloron. 832
Ioannes S. Papuli. 843
Bernardus S. Papuli. ibid.
Antonius Maria S. Papuli. ibid.
Samburi Guillelmus Malleac. 636
Sanguin Nicolaus Siluaneєt. 1014
Saporis Leodegarius Magalon. 613
Satcus Franciscus Podien. 920
Sarebruche Ioannes Virdun. 1170
Sarnay Vlricus Virdun. 1168
Saueyt Galterus Melden. 697
Saint Sauge Bernardus Niuern. 801
Bertrandus Niuern. 803
Sauigny Ioannes Niuern. ibid.
Saumate Gailhardus Magalon. 600
Gaillardus Reien. 939
Sauoye Amedeus Maurian. 692
Ioan. Ludouicus Maurian. 693
Eduardus Sedun. 1006
Michael Sistaric. 1035
Guillelmus Valentin. 1115
Bonifacius Valentin. ibid.
Philippus Valentin. ibid.
du Saussay Andreas Tullen. 1102
Saxo Hermannus Meten. 715
Bertannus Meten. 718
Scarfeneck Conradus Meten. 718
Conradus Spiren. 1038
Schiner Nicolaus Sedun. 1008
Mathæus Sedun. ibid.
Scledus Hieronymus Vasion. 1139
de Segobià Ioannes Maurian. 693
Seguier Dominicus Melden. 707
Segureto Bertrandus Senecen. 1013
Seillous Ioannes Senecen. ibid.
Selue Georgius Vauren. 1142
Semois Ioannes Redon. 929
Senatro Franciscus Senecen. 1014
Sendreus Guillelmus Sarlat. 990
Senery Henricus Ruten. 958
Seneterre Franciscus Sarlat. 998
Antonius Podien. 921
Senlis Reginaldus Tullen. 1098
Senningen Sigefridus Spiren. 1039
Sentes Rogerius Oloron. 829
Stephanus Vasat. 1130
Sentilly Ricardus Saien. 971
Septres Aegidius Tolon. 1066
Serres Iacobus Podien. 921
Iustus Podien. ibid.
Carolus Salomon Vapinc. 1119
Seruen Helias Petrogoric. 862
Sestarico Guillelmus Vencien. 1150
S. Seuerin Fredericus Malleac. 636
Seuin Nicolaus Sarlat. 1000
Seuli Rainerius Vasion. 1140
Seyssel Claudius Massil. 665
Sierck Ioannes Tullen. 1100
Silliuon Iacobus Sedun. 1007
Silly Iacobus Saien. 972
Siluester Ioannes Tolon. 1063
Simiane Baptista Vencien. 1153
Sitat Ioannes Tricastin. 852
Sitegnio Alexius Vapinc. 1128
Saint Sixt Carolus Reien. 943
Soderini Franciscus Santon. 886
Iulianus Santon. ibid.

Soetern Philip. Christophorus Spiren. 1040
Soissons Manasses Suession. 1049
Soliers Vuillelmus Tolon. 1061
Sorbin Arnaldus Niuern. 807
Sorcy Aegidius Tullen. 1100
Soubise Petrus Santon. 981
Soybert Petrus S. Papuli. 842
Guillelmus Vcetien. 1147
Spifame Iacobus Niuern. 807
Stephani Guillelmus Vapinc. 1128
Stoquer Hugo Trecor. 1092
Strani Paulus Rutemond. 952
Suarez Iacobus Saien. 973
Ioseph Maria Vasion. 1140
Suanius Ioannes Mirapic. 741
Subier Antonius Monspel. 626
Sudré Guillelmus Massil. 662
Supersaxo Bartholomæus Sedun. 1010
Saint Supplice N. Reiens. 942
Suse Henricus Sistaric. 1032

T

TEmperij Guillelmus Pictau. 590
Texendriâ Ioannes Riuen. 947
Thain Conradus Spiren. 1038
Theysiaco Hugo Tricastin. 850
Hugo Vasion. 1139
Thoiré Pontius Matiscon. 683
Thoisy Ioannes Tornac. 1072
du Tiller Ioannes Melden. 706
Tornaforti Ioannes Nicien. 788
Torote Radulfus Virdun. 1168
le Tort Guillelmus Massil. 663
Tors Henricus Venet. 1157
Touchart Ioannes Melden. 706
la Tour Bernardus S. Papuli. 8,7
Bertrandus Podien. 9:8
Guillelmus Rutenen. 959
Theobaldus Sistaric. 1035
Franciscus Trecor. 1093
Bertrandus Tullen. 1100
Antonius Tutel. 1104
Tournel Aldebertus Mimat. 729
Odilo Mimat. 730
Tournemine Gaufredus Trecor. 1091
Tournon Pontius Podien. 915
Gaspar Valentin. 1119
Iacobus Valentin. 1120
Trainel Guillelmus Meten. 719
Garnerius Trecen. 1082
Guido Virdun. 1168
Treal Radulfus Redonen. 929
Treziguidi Mauricius Redon. 929
la Tremoille Arnaldus Mirapic. 759
Ioannes Pictau. 901
Lodouicus Tornac. 1072
de Tressiaco Gaufridus Melden. 700
Treuil Raimundus Vasat. 1131
Triniaco Petrus Siluanect. 1022
Triuulce Augustinus Tolon. 1065
Antonius Tolon. ibid.
Trois. Emines Durantus Massil. 662
de Trottis Ludouicus Maurian. 694
Brandelisius Maurian. ibid.
Troussean Petrus Pictau. 899
Tubeuf Michael S. Pontij Tomer. 923
Tubinge Conradus Tullen. 1100
Tulles Ioannes Vincentius Vauren. 1143
Turey Petrus Malleac. 636
de Turre Aymo Sedun. 1006
Turricela Iacobus Massil. 667
Tyniers Raynaldus Petrogoric. 857

V

VAchtendonck Ioannes Namurc. 759
du Vair Petrus Vencien. 1158
du Val Gaubertus Massil. 662
Petrus Saien. 975
Valanoire Nicolaos Reiens. 946
Valensun Arnaldus Oloron. 831
Valentinois Pontius Valentin. 1111
Valernod Petrus Nemausen. 7[illegible]2
la Valette Cornusson Franciscus Vabrensis. 1108
Validire Ioannes Venet. 1158
la Vallée Christophorus Tullen. 1101
Vallepellina Rodolfus Sedun. 1005
Valleuille Maurus Magalon. 61[illegible]
Vasco Bertrandus Niuern. 804
Vassignac Stephanus Vabren. 1107
Vassoigne Ioannes Tornac. 1071
Vaudemont Odo Tullen. 1097
Gerardus Tullen. 1099
de Vaux Paschasius Melden. 704
Vendeuille Ioannes Tornac. 1074
Veneian Guillelmus Vcetien. 1146
Ventadour Bernardus Podien. 916
Helias Tornac. 1071
Guillelmus Tornac. 1071
Guido Vabren. 1107
de Vercellis Petrus Melden. 704
Verdale Arnaldus Magalon. 602
Vergy Rainaldus Matiscon. 683
Vergier Claudius Vauren. 1143
Vermandois Lindulfus Nouiom. 814
Simon Nouiom. 817
Vern Guillelmus Nannet. 769
Vernobs Petrus Magalon. 610
de Vernouo Armandus Nemaus. 780
Vesc Antonius Valentin. 1120
Ioannes Vencien. 1152
Aymericus Vencien. ibid.
de Viâ Robertus Vauren. 1141
Vienne Ioannes Metens. 721
Verzi Iossenus Suession. 1050
Vieuxpont Ioannes Melden. 706
Viger Daniel Nannet. 769
Ioannes Vauren. 1141
la Vigne Ludouicus Vcetien. 1148
Villars Petrus Mirapic. 941
Henricus Valent. 1117
Ludouicus Valentin. ibid.
Villaribus Vedastius Siluaneċt. 1011
Stephanus Siluaneċt. ibid.
de Villario Arnaldus Mirapic. 739
Villeneuue Honoratius Reien. 942
Elziarius Senecen. 1014
Nicolaos Senecen. ibid.
Villequier Robertus Nemaus. 782
Villers la Faye Cyrus Petrogoric. 865
Villiers Petrus Niuern. 804
Petrus Trecen. 1084
Ville Snt Yron Philippus Tullen. 1100
Henricus Tullen. ibid

Virgili Pompar Mimat. 734
de Viridiſco Ioannes Magalon. 601
Viſandon Ioannes Tuellen. 1105
Viſſac Petrus Vauren. 1141
Vitabre Arnaldus Petrogoric. 856
Vitry Philippus Melden. 703
Viuien Ioannes Niuern. 805
Voldoy Adamus Melden. 701
Voltan Petrus Ludouicus Riuen. 949
Voſſemberg Philippus Spiren. 1039
la Voute Ademarus Maſſil. 663
Goillelmus Valentin. 1117
Ademarus Valenon. 1116
Ademarus Viuar. 1184
Vualloochapelle Franciſcus Namur. 758
Vuarenghen Michael Tornac. 1070
Vzez Aldebertus Nemau. 778
Ioanoes Nemauſ. 781

FINIS.

INDEX NOMINVM DECANORVM ET PRÆPOSITORVM QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR.

ABel de la Fontaine Subd. Pict. 907
Adam Cochart Dec. Trec. 1089
Ademarus de Capreyroles Præp. Mag. 632
Ademarus de Mainar Præp. Tutel. 1106
Aymarius de Monterſerio Præp. Tol. 1067
Aimarus Gouffier Dec. Pict. 906
Andreas de S. Fale, Dec. Trec. 1089
Andreas de Languiſel Præp. Nem. 784
Amanus Viole Dec. Pict. 906
Antonius de Baux Præp. Maſſil. 676
Aotooius du Blanc Præp. Tolon. 1067
Antonius Charmoluë Dec. Nouio. 827
Antonius de Laye Dec. Matiſc. 690
Antonius de S. Marſal Dec. Nan. 773
Antonios de la Sayette Dec. Pict. 906
Arnulfus d'Oiſy Dec. Nooio. 826
Aſtorgius de Gozono Præp. Magal. 632
Aymericus Vigerius Præp. Tutel. 1106

B

BArtholomæus Aubert Dec. Pict. 906
Bernardus Gaucelin Præp. Magalon. 631
Bernardus de Meſua Præp. Magal. 631
Bernardus de Muruiel Præp. Mag. 631
Bernardus Roberti Præp. Tutel. 1106
Bertrandus de Keneringen Dec. Pict. 906
Bertrandus Turrianus Dec. Tutel. 1105
Bremundus de Nagis Præp. Nem. 784

C

CArolus de Leuis Præp. Tutel. 1106
Carolus le Moulinet Præp. Saienſ. 975
Claudius de Morenne Præp. Saienſ. ibid.
Carolus Polin Præp. Saienſ. ibid.
Claudius de Seicheſpée Præp. Saienſ. ibid.

D

DIonyſius de Campo Guidonis Dec. Trec. 1089

E

EGidius du Chaffaut Dec. Nan. 772
Egidius de Vitry Dec. Noo. 826
Elias de S. Aſtier Præp. Tutell. 1106
Elias de Ventadour Præp. Tutell. ibid.
Elzias de Glandeues Præp. Tolon. 1067

F

FAber de Achles Præp. Magal. 632
Franciſcus de la Beraudiere Dec. Picta. 906
Franciſcus de Brancas Præp. Maſſil. 676
Franciſcus l'Eſtrade Dec. Tutel. 1105
Franciſcus de l'Eſtrange Præp. Nem. 785
Franciſcus de Fenis Præp. Tutel. 1106
Franciſcus de la Guiche Dec. Mat. 690
Franciſcus de Partenay Dec. Nouio. 827

G

GAſpar de Glandeues Præp. Tolon. 1067
Gautherius de Berriaco Dec. Matiſcon. 690
Girardus Perrier Dec. Mat. 690

Gofredus de Rocamoretia Præp. Tolon. 1067
Guido de Bleterans Dec. Mat. 690
Guido de S. Sepulchro Dec. Trec. 1089
Guido de Ventatorio Præp. Magal. 631
Guillel. Bouille Dec. Nouiom. 827
Guillelmus Bremundi Præposit. Tolonen. 1067
Guillelmus Doron Præp. Saienſ. 975
Guill. d'Eſtampes Subd. Pict. 907
Guillelmus Fedeau Dec. Pict. 906
Guillelmus Ferrier Præp. Maſſil. 676
Guillelmus de Fumel Præp. Tutel. 1106
Guillelmus Geofroy Præp. Tolon. 1167
Guillelmus de Nouocaſtro Dec. Trecen. 1089
Guillelmus Pelet Præp. Monſp. 613
Guillel. de Turre Præp. Mag. 632
Guillelmus de Thais Dec. Trec. 1089

H

HAicius de Plancy Dec. Trec. 1088
Henricus le Grand Præp. Tolon. 1067
Henricus de S. Marthe Subd. Pict. 907
Henricus de la Noe Dec. Trec. 1089
Hugo de Coucy Dec. Nouiom. 826
Hugo de Fontanis Dec. Matiſ. 690
Hugo Grimaudi Dec. Nou. 827
Hugo de S. Aulaire Præp. Tutel. 1106
Hugo Mataplana Præp. Maſſil. 676

I

IAcobus Board Præp. Saienſ. 975
Iacobus de Poitiers Præp Tol. 1167
Iacobus le Vaſſeur Dec. Nouiom. 827
Iacobus de la Vieuuille Decan. Nouiom. 827
Ioannes Adhemar Præp. Tolon. 1067
Ioannes d'Allemagne Dec. Pict. 906
Ioannes Aubrandi Præp. Magalon. 638
Ioannes Barton Præp. Tutel. 1106
Ioannes de Biars Præp. Tutel. 1106
Ioannes de Boniface Præpoſit. Maſſilienſ. 676
Ioannes Bourdon Prior Saienſ. 975
Ioannes de Brriolio Dec. Nouiom. 826
Ioannes de Cherchemont Decan. Pictau. 906
Ioannes de Coſtâ Præp. Magal. 632
Ioannes Craſſi Dec. Trec. 1089
Ioannes de Damas Dec. Mariſ. 690
Ioannes d'Erchieu Dec. Nouiom. 826
Ioannes d'Erxery Dec. Nouiom. ibid.
Ioannes d'Eſtampes Dec Pict. 906
Ioannes d'Eſtin Præp. Tutel. 1106
Ioannes de Firmitate Dec. Trec. 1089
Ioannes de Foiſſiaco Dec. Trecor. ibid.
Ioannes Fredoli Præp. Nemau. 784
Ioannes Galliot Prior Saienſ. 975
Ioannes de Haleſcour Dec. Nouiom. 829
Ioannes Ioffredy Præp. Tutel. 1106
Ioannes de Luxembourg Præp. Saienſis. 975
Ioannes Mailly Decan. Trecen. 1089
Ioannes Pallu Præp. Saienſ. 975
Ioannes de Pledran Dec. Nann. 773
Ioannes de Pontiſara Dec. Pict. 909
Ioannes Pougeoiſe Dec. Trec. 1089
Ioannes de Ripariâ Dec. Nouiom. 827
Ioannes Bapt. de Sabellis Præp. Tol. 1067
Ioannes de la Touſche Dec. Nan. 773

L

LEo Guerinet Dec. Pictau. 906
Leonardus Aguillonus Præp. Magalon. 933
Lucas de Grimaldis Præp. Maſſil. 676
Lucas Robinet Prior Saienſ. 975

M

MArtialis de Fenis Præp. Tutel. 1106
Martinus de Freiſſinge Præp. Tutel. 1106
Marinus Heliot Dec. Trec. 1089
Martinus le Huuerier Pr. Saienſ. 975
Mathæus de Raudoul Decan. Nouiom. 827
Mathæus Thoreau Dec. Pict. 907
Michael de Sarratis Præp. Mag. 633
Milo de Sancto Albino Dec. Trec. 1089

N

NIcolaus de Bacle Dec. Trec. 1089
Nicolaus le Breton Decan. Nouiom. 827
Nicolaus Chandon Dec. Matiſc. 690
Nicolaus de Coiffart Dec. Trec. 1089
Nicolaus Guillemet Dec. Trec. ibid.
Nicolaus Hallay Præp. Nem. 785
Nicolaus de Plancâ Dec. Trec. 1084
Nicolaus Teſtart Dec. Nouiom. 827
Nicolaus Vaſſorus Prior Saienſ. 975

P

PAulus de Mediuitta Præp. Maſſil. 676
Petrus Andreas Præp. Maſſil. 676
Petrus d'Auigné Dec. Nannet. 772
Petrus Raimund. d'Aux Dec. Pict. 906
Petrus de Bauſſet Præp. Maſſil. 676
Petrus Bermundi Præp. Maſſil. 675
Petrus de Cella Dec. Trec. 1089
Petrus Comeſtor Dec. Trecenſ. 1088
Petrus Gerardi de Podio Præp. Maſſil. 676
Petrus Guigo Præp. Nemauſ. 784
Petrus de Mollaio Dec. Trec. 1089
Petrus Nouuelli Præp. Maſſil. 676
Petrus Preuoſt Dec. Nouiom. 827
Petrus le Roy Præp. Saienſ. 975
Petrus Veilhon Præp. Maſſil. 676
Petrus de Vezenobrio Præp. Nemauſenſis. 784
Petrus Vigniet Præp. Nem. 785
Philippus Bernard Dec. Matiſc. 690
Philippus de Courſant Decan. Matiſcon. ibid.
Philippus de Gourlay Dec. Nouiom. 827
Philippus Medicis Dec. Nannet. 772
Pontius de Boiſſou Præp. Nem. 784
Pontius d'Holargue Præp. Nem. ibid.
Pontius Loberie Præp. Tolon. 1067

Pontius Olargius Præp. Magal. 632
Pregentius de Mouſly Dec. Nan. 773

R

RAdolphus Mareſcot Præpoſit. Saienſ. 975
Radulfus de Mirebeau Dec. Pict. 906
Radulfus Tahan Dec. Nouio. 822
Raimundus Albani Præp Tolon. 1067
Raimundus de Bellopodio Præp. Magalon. 638
Raimundus de Bociacis Præp. Mag. 632
Raimundus de Canillac Præp. Mag. ibid.
Raimundus de la Chapoulie Præp. Tutel. 1106
Raimundus de Petrolis Præpoſit. Maſſil. 675
Renatus le Febure Dec. Pict. 906
Renatus de S. Matthe Sub. Pictau. 907
Robertus de Caulx Prior Saienſ. 975
Robertus Clauel Præp. Nem. 785
Robertus de la Croix Præp. Nemauſenſis ibid.
Roſtagnus d'Agoux Præp. Maſſil. 675

S

SEcundinus Sarratenſis Præpoſ. Magal. 632
Seguinus de Lugny Dec. Matiſ. 690
Simon de S. Cruce Dec. Matiſ. ibid.
Simon Galois Præp. Saienſ. 975
Stephanus Barthon Præp. Tutel. 1106
Stephanus Hugonet Dec. Mat. 690
Stephanus Louytre Dec. Nan. 773
Stephanus Marqueſi Præp Nem. 784
Stephanus Plaiſance Dec. Trec. 1089

T

THeobaldus de Monteaureo Dec. Mat. 690
Thomas d'Orual Prior Saienſ. 975

FINIS.

INDEX NOMINVM CARDINALIVM EPISCOPORVM.

A

AEgidius des Champs Conſtant. 540
Aimericus de Caſtrolucij Carnot. 495
Alanus de Coetini Dolenſ. 568
Alexander Farneſe Cadurc. 474
Amalricus de Lautrec Conuenen. 549
Amaneuus d'Albret Appam. 166
Andoinus Alberti Magal. 606
Andreas d'Auſtriche Conſtant. 546
Andreas Ghini Tornac. 107
Annas d'Eſcars Met. 724
Arnaldus d'Aux Pictau. 895
Arnaldus Doſſat Baioc. 344
Antoniotus Pallauicini Tornac 1075
Antonius Barberin Pictau. 904
Antonius de Crequy Nannet. 771
Antonius Perrenot Atrebat. 220
Antonius du Prat Albien. 87. Meld. 706
Antonius Puccius Venet. 1159
Antonius Maria Salniati S Papuli. 842
Antonius Sanguio Aurelian. 257
Augustinus Triuulce Baioc. 342. Tolon. 1065

B

BErengarius Fredol Biter. 422. 423
Bernardus d'Alby Ruten. 957
Bernardus de Caſtanero Albien. 84
Bernardus de Plaigne Aquen. 194
Bernardus Saluiati S. Papuli. 843
Bernardus d'Vrtee Conſtant. 42
Bertrandus de Bordis Albien. 84
Bertrandus de Chanac Conuen. 549

C

CArolus d'Angennes Cenoman. 519
Cæſar Borgia Caſtren. 500
Carolus de Bourbon Bellou. 40. Clarom. 530

Carolus Caraffa Conuenen. 549
Carolus de Gramont Aduren. 21
Carolus Hemard Ambiao. 107. Matiſconenſis. 687
Carolus de Lorraine Argentorat. 112. Meten. 724. Tullen. 1101
Claudius de Longuy Ambian. 107

D

DAuid Bethon Mirapicenſis. 740

E

EBlo du Puy Carnot. 991
Erardus de la Marck Carnot. 493

F

FRanciſcus de Clermoot Agatben. 64. Valent. 1119
Ferricus de Clugny Tornac. 1073
Franciſcus de Ioyeuſe Aleſten. 90
Franciſcus de la Rocheſoucaud Claromont. 531. Siluaneſt. 1924
Fredericus de S. Seuerin Mall. 636
Franciſcus Soderin Santon. 586

G

GAbriel de Gramont Pictau. 902. Tarb. 1059
Georgius d'Amboiſe Montalb. 753
Georgius d'Armagnac Ruten. 919
Giraldus du Puy Vaſaten. 1131
Guido Fulcodi Podien. 917
Guido de Maleſec Agathen. 63. Pict. 897
Guil. Briçoouet Meld. 705
Guillelmus de Cbanac Mim. 733
Guillelmus de Champagne Carnot. 490
Guillelmus Curti Albien. 84
Guillelmus d'Eſtouteuille Biter. 424
Dinienſ. 562. Maurian. 693
Guillelmus Sudré Maſſil. 662

H

HAdrianus Gouffier Albien. 87
Hadrianus Gouffier Conſtaot. 542
Helias de Bordeille Petrogor. 863
Helias de Saint Irier Vcetieo. 1147
Hieronymus de Capiteferreo Nicien. 790
Hieronymus Ghinncci Cauallioo. 511
Hieronymus de la Rouere Toloo. 1065
Hugo de Iuge. Biter. 423
Hippolytus d'Eſt Aeduen. 53. Maur. 694

I

IAcobus Dauy Ebroi. 577
Iacobus do Four Appam. 164
Iacobus Fournier Mirapic. 738
Iacobus de Portugal Atrebat. 219
Iulianus de la Rouere Conſtant. 541
Iacobus Sadoletus Carpentoract. 497
Innocentius Cibo Maſſil. 666
Ioannes Balue Andegau. 142
Ioannes de Blaodiaco Nemauſ. 780
Ioannes de Bonſy Biter. 426
Ioanoes de Chaſtillon Cooſtant. 548
Ioannes de Dormans Bellou. 400
Ioannes de Embroniaco Viuar. 1185
Ioannes de la Grange Ambian. 103
Ioannes le Ienoe Ambian. 105. Bolon. 432. Matiſcon. 686
Ioannes Ioffredi Albienſ. 86. Atrebat. 214
Ioannes de Lorraine Agin. 76. Alb. 87. Bolon. 432. Metenſis. 723
Ioannes le Moyne Meld. 701
Ioannes de Murol S. Pauli Tricaſt. 850
Ioanoes de Neuchaſtel Niuern. 884
Ioannes d'Orleans Aurelian. 257
Ioan. Baptiſta Pallauicini Cauallion. 511
Ioannes Roland Ambian. 104
Ioannes Rolin Aeduen. 52. Cabil. 451
Ioannes de Roquetaillade S. Papuli. 841
Ioannes Saluiao Oloron. 832
Ioannes Saluiati S. Papuli. 843
Ioannes Suanius Mirapic. 741
Ioannes de la Tremoille Pictau. 901
Iulianus de la Rouere Mimat. 735

L

LAurentius Cibo Veneten. 1158
Laurentius Puccius Veneten. 1159
Laurentius Strozzi Albien. 87. Biterr. 425
Leonardus Groſſus de la Rouere Agin. 75
Ludouicus d'Albret Aduren. 19. Cadur. 473
Ludouicus Alemao. Magal. 612
Ludouicus d'Amboiſe Albien. 86
Ludouicus de Bar Pictau. 899. Virdunen. 1170
Ludouicus de Fliſco Carpentoract. 497
Lud. de Gorreuod Mauri. 693
Ludouicus de Lorraine Albien. 87
Ludou. de Lorraioe Met. 724
Ludouicus de Lorraine Trecen. 1086
Ludouicus de Luxembourg Bolon. 431
Lud. de la Palu Mauria. 693

M

MArcus Sitticus d'Altaemps Cooſtant. 546
Marcus Anton. Bobba Auguſten. 232
Mathæus Schiner Sedun. 1008

N

NIcolaus de Fieſque Senecen. 1014

O

ODo de Coligny Bellouacenſis. 404

P

PEtrus Accolti Mallea. 636
Petrus Acolrius Atrebat. 220
Petrus d'Ailly Viuar. 1185
Petrus de Barriere Aeduen. 51
Petrus Bertrand Aeduen. 50
Petrus de Colombier Niuern. 804

Petrus de Cros Autissiod. 323
Petrus de Foix iunior Aduren. 20
Petrus de Foix Aquen. 194. Venet. 1158
Petrus Girard Podien. 918
Petrus Iretij Aquensis. 193
Petrus de Luxembourg Met. 722
Petrus de Mortemar Autissiod. 316. Viu. 1184
Petrus des Prés Reiens. 939
Petrus de Sarcenas Viuar. 1185
Petrus de Turey Mall. 636
Philibertus Babou Autissiod. 326. Engol. 584
Philibertus Hugooet Matis. 687
Philippus de Cabassole Cauallion. 510
Philippus de la Chambre Bellic. 369
Philippus de Lenoncourt Autissiod. 326 Catalaun. 508. Cenoman. 519
Philippus de Leuis Agathen. 63
Pontius de Villemur Conseran. 536
Pictauinus de Montesquieu Albien. 85. 60
Pileus Prata Viuar. 1185
Pilus Fortis de Rabastens Appam. 164. Riu. 947

R

RAdulfus Grosparmy Ebroi. 575
Raimundus Mairosi Castr. 500. 842
Raimundus Perault Santon. 985
Rainulfus de Monturuco Sistaric. 1034
Raimundus de Mosquerolis S. Papuli. 840
Renatus de Prie Baioc. 348
Richardus Oliuier Constant. 548
Robertus Guibé Nannet. 771 Red. 958
Robertus de Lenoncour Autissiod. 326. Met. 724

S

SEraphinus Oliuier Redon. 932
Simon de Cramaud Aginnen. 73. Biter. 424. Carcass. 478. Pictau. 898
Stephanus Alberti Carcasson. 478

T

TAlairandus de Perigord Autissiod. 316

V

VItellocius Vitelli Carcasson. 479

F I N I S.

INDEX

MANVSCRIPTARVM TABVLARVM ET DIPLOMATVM QVÆ EDVNTVR IN HOC TOMO EPISCOPORVM.

Diplomata Pontificum.

ALexandri III. 279
Alexandri III. pro Capitulo Cabilon. & Ecclesiis. 455. 490. 591. 955
Anastasij. 276. confirmatio priuilegiorum Eccl. Magalon. 570. Bulla confirmationis Ecclesiarum & priuilegiorum Ecclesiæ Massiliensis. 657
Benedicti. 604
Bonifacij VIII. 738
Clementis. 594. confirmatio Eccl. & priuilegiorum Ecclesiæ Autissiod. 305
Eugenij 175. confirmatio priuileg. Eccl. Beluacensis. 388. 451
Innocentij 273. Bulla de conuersione Canonicorum Bellicensium ad Regul. S. Augustini 361. 577 donatio Comitatus Melgoriensis 581. 660 787
Ioannis 472. pro Ecclesiâ Malleacensi. 636
Lucij. 574
Nicolai. 893. pro Ecclesiâ Sistaricensi. 1130
Vrbani, de institutione proprij Episcopi Attrebatensis. 213. 381. 563. confirmatio Eccles. Sedis Magal. 565. 581. 859

Regum et Principum.

Adelæ Comitissæ donatio Magal. Eccl. 567
Agnetis Comitissæ Pictauiensis priuilegium pro S. Mariâ Santon. 979
Alani Regis Britanniæ. 120
Almarici Comitis Glocestriæ. 700
Berengarij Comitis Melgoriensis. 559
Bernardi Comitis Bigorrensis traditio Comitatus Ecclesiæ Podiens. 914
Bernardi Com. Melgor. 568
Caroli Magni. 65
Caroli Regis. 37. 38. immunitas rerum S. Mauritij Andeg. 115. confirmatio villarum S. Maurrij. 118. 119. priuilegiorum S. Marcelli Cabilon. 440. pro Eccles. Foroiuliensi. 590. pro Eccl. Magal. 611. 650. pro Viuariens. Eccl. 1127
Conradi Regis priuilegium Eccles. Sistari-

censis. 1029
Fulconis Comitis Andeg. 121.129
Goffridi Comitis Andeg. 121
Guidonis Com. Niuern. 280
Guntranni Regis pro Ecclesiâ S. Marcelli Cabilon. 439
Heruei Comitis Niuern. 290
Hugonis Comitis & Marchionis. 240
Hugonis Ducis Burgund. 308
Henrici Regis. 487
Iacobi Regis Aragon. 586
Idæ Comitissæ Niuern. 281
Ildefonsi Marchionis Prou. 589
Ildefonsi Regis Castellæ. 191
Ingeburgis Reginæ. 99
Islandis Comitissæ Autiss. 294
Lotharij Imp. 1176
Ludouici Imp. confirmatio immunitatum Eccl. Eduensis. 36. Eccl. Andeg. 116. cessio Villæ nouæ Magal. Episcopo. 558. pro Eccl. Viuariensi. 1160. 1176
Ludouici Regis transactio de iurisdictione ciuitatis Albiensis. 82. 280. iudicium pro Aduocatione. 445. 571. 574. priuilegium pro Ecclesiâ Matiscon. 382. confirmatio Comitatus Gabalitani Episcopo. 719
Ludouici Balbi. 794
Mathildis Comitissæ Niuern. 300
Odonis Regis. 120. 796
Petri Comitis Autissiod. 289. 291. 292
Petri Comitis Niuern. 292
Petri Comitis Sustantionis. 561. 562
Philippi Regis pro Regaliâ Eduensi & Lugdunensi. 47. 213. de Regaliâ Autissiod. 281. 578. Regal. Matiscon. 683
Pipini Regis. 117
Raimundi Com. Melgor. 566
Raimundi Com. Tolosæ. 744
Rodulfi Regis. 796
Vuilelmi Vicecom. Massiliæ. 652

EPISCOPORVM.

Agani Episcopi Carnot. 485
Aimati Autissiod. Episc. 269
Alani Autissiod. Episcopi. 278
Aimerici Carnot. Episc. 483
Alboini Episcopi. Massil. 649
Albuini Episcopi Pictau. 877
Arnaldi Pictau. Episc. formula ingressus in vrbem. 895
Bartholomæi Episcopi Aed. de miraculo Corporis Christi expresso diuinitus. 49
Berengarij Episc. Foroiul. 588
Bernardi Episcopi Autissiod. 299
Bernardi Episc. Santon. 981
Bertrandi Episc. Tricastin. 838
Burcardi Basileen. Episcopi. 354
Durandi Cabilon. Episcopi. 446
Durandi Magalon. Episcopi. 607
Edelberti Episcopi Mimat. 727
Emmeni Niuernensis Episcopi. 795
Etardi de Lesignies Episcopi Autissiod. 309. 310. 311
Galteri de Brugis Episc. Pictau. 894
Geilonis Lingonensis Episcopi. 656
Geraldi de Mondesun Episcopi Lactor. 610
Giloonis Archiepiscopi Senon. 303
Guillelmi Archiep. Senon. 304
Giraudi Episcopi Aginnensis. 72. 73
Gilleberti Episcopi Carnot. 485
Godefredi Magalon. Episcopi. 564
Guidonis Episc. Autiss. 305
Guillelmi Aptensis Episcopi. 175
Guillelmi Autissiod. Episcopi. 290
Guillelmi Andegau. Episcopi. 136
Guillelmi Episc. Petragor. 857
Guillelmi Tricastin. Episc. 847
Heliæ Aurelian. Episcopi. 248
Henrici Episcopi Ed. 42
Hilgoti Episc. Suession. pro Ecclesia Castri Thedorici. 1048
Honorati Massil. Episcopi. 651
Manassæ Aurelian. Episcopi. 289. 292
Manassæ Meldensis Episcopi. 699
Mauri Magalon. Episcopi. 615
Milonis Episcopi Beluac. 394
Odolrici Aurelian Episcopi. 243
Odonis Episcopi Beluacensis. 386
Odonis Episcopi Beluacensis priuilegium de quinquagenario numero Canonicorum. 374
Odonis Episcopi Carnot. 484
Petri Atrebatensis Episcopi. 215
Petri Cabilon. Episcopi. 444
Petri Magalon. Episcopi. 591
Petri Massiliensis Episcopi. 658
Petri Cardinalis de Praus. 499
Petri Pictauiens. Episc. 882
Pontij Episcopi Bellicensis. 359
Pontij Massil. Episcopi. 652. 653. 654
Ragemfredi Episcopi Carnot. 484
Raimundi Magalon. Episcopi. 569
Raimundi Massil. Episcopi. 659
Rainaldi Andegau. Episcopi. 122
Raioaldi Andegau. Episcopi. 132
Rainardi Lingonensis Episcopi. 658
Remigij Lugdun. Archiep. 441
Riculfi Foroiuliensis Episcopi de medietate restitutionis in ciuitate Foroiulij. 588
Roberti Episcopi & Com. Niuern. 798
Sicardi de Monteacuto Episcopi Cadurcensis. 471
Valonis Episcopi Aed. 41
Valteri Episcopi Cabilon. formula electionis. 442. 443
Vuillelmi Bellicens. Episcopi. 362
Vuilleberti Catalaun. Episcopi promotionis formula vetus. 502
Episcopi Bethleemitani. 297
Gerardus de Gisors. ibid.
Guillelmi de Valen. 298
Arnoldus de Limone. ibid.
Antonius Buisson. ibid.
Martinus Mailleu. ibid.
Philibertus de Beauieu. ibid.
Ioannes de Cleues. ibid.
Andreas de Sozea. ibid.
Episcopi Vapinci donatio medietatis iurisdictionis ciuitatis Carolo I. Siciliæ Regi. 1126

VARIA,

Acta Synodi Monſpel. 581
Bulla inſtitutionis Epiſcopatus Appamienſis. 258
Bulla inſtitutionis Epiſcopatus Bolonienſis. 427
Bulla inſtitutionis Epiſcopatus Malleac. 633
Bulla inſtitutionis Epiſcopatus S. Papuli. 834
Bulla ſecularisſationis Eccleſiæ Cathedralis Magalon. 619
Bertrandi de Baocio. 201
Carta dotationis Eccleſiæ Vioarienſis. 1178
Carta fundationis Collegiatæ S. Crocis Loſdun. 879
Carta de moribus Conadæ Epiſcopi Autiſſiod. 276
Carta priuilegiorum Bellicenſis Eccleſiæ. 363
Carta ſubiectionis monaſterii S. Germani Autiſſiod. 293
Cemelienſis Epiſcopatus. 785
Compoſitio inter Epiſcopum & Decanum Autiſſiod. 294
Concordia Epiſcopi Autiſſiod. cùm Com. Niuernenſi. 273
Concordia Amalrici Comitis Toloſæ cùm Tedſio Agat. Epiſcopo pro recognitione feudorum. 60
Concordia Com. Niuernenſis cùm Autiſſiod. Epiſcopo. 279
Confirmatio poſſeſſionum Eccleſiæ S. Nicolai Andegau. per Goffridum Comitem. 125
Confirmatio Monaſterii S. Victoris Maſſil. 655
de nece Adalgarij Epiſcopi Aeduenſis. 39
Diploma erectionis Bethleemiticæ Cathedralis. 296
Diploma commutationis iuriſdictionis temporalis Epiſcopi Magalon. in Moonſpeſſulano cùm Rege Philippo. 597
Definitio pro Capellâ & domo de Bethleem apud Clameciacum. 291
Diſtinctio limitum diœceſis Montalban. 746
Donatio inſulæ Calonnæ Eccleſiæ Andegau. per Fulconem Com. 128
Donatio Comitatus Beluacenſis Eccleſiæ per Rogerum Epiſcopum. 377
Donatio Vicecomitatus Agathenſis Eccleſiæ per Athonem. 60
Donum Pallij pro Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi. 31
Epiſtola Cleri Gallicani de laudibus Ioannis Baptiſtæ Gault Maſſil. Epiſcopi. 674
Exemplar ſocietatis Eccleſiæ Mimat. cùm Magalon. 573
Flauiacenſis Monaſterij ſubiectio Eccleſiæ Bellouacenſi. 373
Formula electionis Conſulum Monſpelij cùm Epiſcopo Magal. 779
Formula electionis Electranti Redon. Epiſc. 925
Formula ingreſſus ſolemnis Epiſcopi Aed. 55
Formula ſacramenti Epiſcopi Montalb. 753
Fragmenta de geſtis Pont. Lemouic. 633. 634. &c.
Fragmentum de communitatibus Neuſtriæ ex Chron. 8
Fundatio S. Bartholomæi in Alniſio. 983
Fundatio Capituli S. Laudi Andegau. 133
Fundatio Collegiatæ Caſtri noui de Arrio. 837
Fundatio Cartuſiæ Maiorevi. 359
Fundatio Collegiatæ de Mirabello. 891
Fundatio Prioratus Brioleti. 126
Fundatio Tediſij Agathen. pro refectione 12. pauperum. 62
Fundatio Monaſterij de Aquariâ Andegau. 123
Geraldi Ademari Domini Montilij. 660
Geſta MS. Pontificum Engol. 580. 581. &c.
Giſleberti de Loſduno militis. 885
Guiſcardæ Bearn. Vicecom. 429
Guillelmi de Melloto. 301
Guillelmi domini Montisacuti. 447
Homagium Drogonis de Mello domini Locharum. 302. 307
Hominium Ioannis de Cabilone. 314
Hominium de Petra fictâ per dominum Charniaci. 304
Inſtitutio Epiſcopatuum quatuor Armoricæ per Nomenoium. 563
Inſtitutio Canonicorum Regularium in Laſcurrenſi Eccl. 613
Inſtitutio Epiſcopatus Sarlatenſis. 938
Inſtitutio Prioris S. Amatonj. 278
Litteræ Clementis IV. Papæ pro Comitatu Melgor. 581. 583. 584
Litteræ conſtitutionis Archidiaconatuum in Eccleſiâ Autiſſiod. 287
Litteræ vnionis Epiſcopatus Valentini & Dienſis. 1124
Notitia vetus cœnobij S. Victoris de Maurouto Epiſcopo Maſſil. 648
Notitia vetus de Guidone Podienſi Epiſc. 911
Ordo S. Spiritus Hoſpitaliorum. 576
Permutatio Villæ Cloniaci. 678
Raimundi de Baocio Principis Auraſ. 849
Raimundi de Rocafolio. 778
Reformatio Monaſterij de Colchis. 44
Rogeri Vicecom. Biterrenſis. 417
Sententia Synodi Cabilonenſis contra Gerfredum Monachum. 29
Siguini de Tornello. 314
Subiectio Abbatiæ de Lura Boſcaudunenſi. 1052
Tabula dedicationis Eccleſiæ de Caſa in Pictton. 880
Traditio in feudum breuium ciuitatis Aptenſis Raiambaldo de Simiana. 177
Traditio Monſpelienſis dominij Comiti Toloſæ. 587
Teſtamentum Petri de Chalais Epiſcopi Montalban. 749
Teſtamentum Talairandi Cardinalis Alban. 317
Valterij & Radulfi Daſtini donatio Eccleſiæ de Veſins Monachis Culturæ. 5
Vita S. Deſiderij Caduro. Epiſcopi. 460
Vuichardi de Belloioco. 679
Donatio Eccleſiæ Montalban. 741

FINIS.